

3. Feb. 05

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
3
NAPOLI

[Faint, illegible text]

Mass. Villanova A. 3



Handwritten text in a cursive script, possibly a date or a name, appearing as "1739" or similar.

Handwritten text in a cursive script, possibly a name or a signature, appearing as "E. ...".

C. SVETONIUS
TRANQVILLVS.

Accedit
E selectis multorum observationibus,
quarum non paucae novae
prodeunt.

COMMENTARIVS.

Exhibente
IOANNE SCHILDIO.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina Francisci Hackii. A. 1647.

R. Weyn. sculp.





I L L U S T R I V I R O,
CONSTANTINO HUGENIO,
E Q V I T I,
ZVYLICHEMI DOMINO, CELSISSIMO
ARAUSIONENSIVM PRINCIPI
A CONSILIIS ET SECRETIS, &c.

IOANNES SCHILDIVS

D. C. Q.



ONDUM ea pace bello-
que ROMA gesserat,
quæ augescendi spem
consumtura videren-
tur: adhuc par incre-
mentis suis erat, cum
civium clarissimum,

Scipionem Africanum, ita diffidentem
prorogati imperii magnitudini vidit, ut
lustrum conditurus, solennibus pro repu-
blica votis adhibendam modestiam cen-

* 2

seret.

D E D I C A T I O.

feret. Neque enim Deos est precatus, ut res Populi Romani meliores amplioresque facerent, sed, ut beneficio suo faverent, & magnis factis amplisque perpetuitatem adderent: ac protinus ad hunc modum emendari tabulas publicas iussit. Utique vir cordatissimus sciebat, quo propius ad fastigium votorum publica fortuna ascenderet, eo propius eam, si non à præcipitio, at certe à vicibus, & insigni transitu rerum abesse. Principis populi majestati, paullo ante quam ab uno occupatum sese doluit, nihil nisi modus, & inferenda procurrenti imperio mora, deerat. Assiduam felicitatem clade aliqua Parthus interpellasse videbatur: at illa, cum tot aliorum triumphis composita, nihil aliud quam ut successus suos introspiceret, effecit. Restabat, ut inferioris mundi legem experiretur, &, cum summo loco stare diu non posset, nec vim tamen externam formidaret, in se ipsa rueret, atque à civibus pateretur, quod ab hoste pati debuisset. Nondum supremo imperiorum fundatori placebat,

D E D I C A T I O.

cebat, dissolvi penitus aut pessumdari ter-
 rorem orbis, flagellum gentium, & publi-
 cæ ultionis instrumentum: adhuc penes
 Romanos arbitrium rerum manere, & fa-
 ta populorum uni populo committi place-
 bat. Ne tamen URBS ÆTERNA, quod illi
 nomen intemperies adulantium fecit, æ-
 ternitatis fiduciam ex continuata prospe-
 ritate fumeret, horrere fragilitatis huma-
 næ vices, & agnoscere conditionem suam
 debuit. Orbis raptoribus, arma, quæ in
 omnes acceperant, in suis quoque defigen-
 da visceribus fuere. Serviendi necessitatem,
 quam foris aut imponebant omnibus, aut
 minabantur, domi subire ipsi sunt com-
 pulsi. Qui regibus exturbatis, jurejuran-
 do capita sua obstrinxerant, neminem Ro-
 mæ passuros regnare, ii, quamquam non
 eandem appellationem, eandem tamen
 absolutissimi dominatus vim reflorescen-
 tem tulere, & à legum æqualitate dejecti,
 sub imperia hominum rediere. Viam,
 ad tantam conversionem, Triumviri mu-
 nivere, ferale semper Populo Romano

D E D I C A T I O.

collegium. Tum subruī respública cœpit, tum in scia fati sui venienti sese præbuit vicissitudini, cum cives civibus majores, infinitæ potentiæ societatem inivêre. Trium amicitia, quos vel suæ virtutes, vel aliena vitia, ad timendam patriæ magnitudinem protulerant, Urbem orbemque terrarum, nec minus, diverso tempore, ipsos, afflixit. Magnus Pompejus, quem velut optimi status vindicem plerique adorabant, non optimi introducendi auctor exstitit. Illa enim amicitia in æmulationem, & quæ hinc nascuntur, in vivida odia deflexit, quæ dum reipublicæ inferunt, mutationem sui discissa factionibus civitas admisit. Enimvero tam difficilia Quirites tempora distringebant, ut omnium interesset, uni omnium potestatem permitti. Exsequias patriæ ivissent, nisi libertati ivissent. Syllam aliquem aut Marium cervicibus suis incumbentem sensissent, nisi Cæsarem sensissent. Dignum profecto virum, qui nutantem rei Romanæ summam sustentaret, nisi rapere eam, quam suscipere maluisset. Rappuit

D E D I C A T I O.

puit autem, quod præcipuam admirationem meretur, iisdem artibus in cives suos grassando, quibus illi orbis, in fidem ditio- nemque accepti, gloriam deferebant. Inter quas cum illustris fuerit, Vim & Clemen- tiam subjugandis nationibus ostentare, nunquam hæc ita propria Populo Roma- no fuit, ut non ab uno Cæsare & curatius & majori cum successu sit usurpata. Armis quæsitâ dominatione, sic iram in inimi- cos effundendam expunxit, sic naufragæ civitatis infortunium est solatus, ut omni- no tanti fuerit, discordi libertate cuicun- que servituræ, hunc potissimum esse, cui serviret. Pulchre adeo cum rebus huma- nis agi potuisset, ac cladi suæ nonnihil Ro- ma debuisset, nisi plerique eorum, qui Ju- lium exceperunt, hominibus cum præes- sent, homines se esse dememinissent. Ani- mus fortunæ suæ dispar, nec infinitæ po- testatis domitor, triumphum de patientia subjectorum pro magnifico accepit. Tanta inde temporum atrocitas, ut suprema ea reipublicæ viderentur, nisi destitutam ac

DEDICATIO.

propemodum sub ictu collocatam, mitior subinde principatus crexisset. Eam senescentium rerum Romanarum faciem si quis alius, certe inter primos ita Suetonius Tranquillus æternitati mandavit, ut incorruptæ facundiæ cum liberrima veritate certantis, imaginem scriptis suis impresserit. Magnorum exemplorum diffusa varietas, qualis vel affectam, vel exspirataram imperiorum magnitudinem comitatur, non animis modo, sed oculis hîc subjicitur. Agnoscere licet summam potestatem in Cæsarum domo hærentem, & per ipsa munimenta ejus, id est, exercitus ad alios transmissam. Offerunt sese læta quædam, sed brevia & infida: plura tristia. Vix à civili motu subducta respublica, & iterum iterumque iisdem tempestatibus permessa: res in provinciis turbatæ: damna damnis continuata, & anni multotiens funeribus ac cladibus insigniti. Disjectæ terra movente civitates: civitatum principi antiqua decora flammis erepta: pestilentia Libitinæ rationes auctæ: futura

D E D I C A T I O.

futura pericula portentis atque prodigiis denunciata. Imperatores vitiis suorum, quam virtutibus, faventiores: libertorum servi, civium domini, & ab his perpetuo hostilia, quum facerent, expectantes. Ut mores eorum, ita exitus atroces, plerisque non natura finem indulgente, sed per ferrum aut venenum, sua immanitate maturante. Plenæ exsiliis insulæ: mortis arbitria innocentissimis viris imputata: fiscus pudendis sumptibus exhaustus, & per scelera repletus: delatorum audacia præmiis irritata: boni non nisi calumniis in lucem ac diem prolati. In Senatu muta ac sedentaria assentiendi necessitas: plebs effœminatis artibus, & hamatis ludorum editionibus, ad ignavum obsequium pellecta. Non tamen ita sterilia virtutum tempora, ut laudaturum omnis materia defecerit. Ambitus multiplici pœna repressus: divortiorum licentiæ modus impositus: multa severe vindicata, constituta sapienter: bellorum egregii duces: obitæ pro republica mortes: cædem si à principibus injungerentur,

* 5

DEDICATIO.

rentur, haud minus fortiter toleratæ. Omnia tam fideliter à Tranquillo in literas sunt relata, ut nullum narrationi velamentum prætexat: ob id minime reprehendendus, quod flagitia quoque principum pari libertate, qua ab illis admiffa sunt, prodenda posteris existimavit. Discent enim, qui ex fortunæ suæ magnitudine nihil, præter licentiam usurpant, non posse præsentis seculi potentiam extinguere memoriam futurorum. Enimvero, ne quicquam obnoxie scriberet, Nervam, Trajanum, & in cujus aula vixit, Adrianum, injuria forsan aut beneficio sibi cognitos, hac scriptione famæ proponere noluit atque explicare. Quanti vero illud, quod ita priscos, ac fugitivos mores ab interitu retrahit, ita pacis ac belli exolefcentem disciplinam persequitur, ut in eo quidem meritorum genere omnium eorum, quorum opera de rebus Romanis in memoriam exivere, facile gloriam atque æstimum anteeat? Recenti hujus auctoris editioni cum nominis alicujus auctoritatem præ-

D E D I C A T I O.

præstruere meditarer, quo se à seculi malignitate tueretur, tuum, ILLVSTRIS ET NOBILISSIME HUGENI, instinctu quodam & imperio mentis, qualiumcunque moliminum patrocínio destinabam. Me quidem si introspiciam, nihil hercle ab ingenio meo potuit proficisci, quod non duplici distrahere me verecundia debeat, nec audentem tuæ se committere magnitudini, nec, sine magni nominis tutela, rigidas arbitrantium censuras experiri. At illi tot excellentes & admiranda eruditione viri, quorum opera splendidior se ipso Suetonius prodit, majore se tibi cum fiducia sistunt, omnem invidiæ vim aut dudum supergressi, aut indices cœlestissimis scriptis debellantes. Ipsas illas præclaras animas, quæ pridem sideribus sunt illatæ, accipere lubentissimas crede, quod tot pulchre à se excogitata, Tibi junctim amplexanda dedicentur. Tibi, quo nemo elegantius publicam sollicitudinem erudito ocio dispunxit. Sublimis & erectus animus tuus, idemque & principalium curarum

rarum

D E D I C A T I O.

rarum capax, & scientiarum incredibilis
 æstimator, sic utriusque gloriæ pulchritu-
 dinem occupavit: ut, cum maximorum
 quasi concursu negociorum paria facien-
 do, iis solis invigilâsse videare: rursus, ad
 amœna literarum divertendo, ea spiritus
 tui monimenta statuas, quæ id solum, nec
 quidquam aliud, egisse te, posteritati sint
 persuasura. Qua quidem altitudine men-
 tis, id dubium reddidisti, ipsene te glorio-
 sius eripere terris, ac cælo restituere videar-
 e: an vero summa hac ætate ingenia,
 quæ, flore scriptorum suorum tibi conse-
 crato, suæ te quotidie inferunt æternitati
 atque immiscent. Speciosum certamen,
 & utrorumque claritudine dignum, cujus
 victoria semper ambigua, ne seros quidem
 ad dijudicandum nepotes admittet. Vale.
 Scribebam exeunte anno c1o lxx xlvi.

Can-

Candido & benevolo Lectori
Salutem Dico.

Abuti me otio tuo crederem, si de forma commentarii hujus operosius praefarer. Nam & instituti nostri rationem primo facile obtuitu perspicies, & abunde docere te eam Plautinae fabulae possunt, quales non ita pridem exierunt è Museo celeberrimi MARCI ZVERII BOXHORNII, cujus in me praecleara merita non capit hic descriptionis modus enarranda. Praesidia, quibus adjutus ad hanc qualemcunque tibi navandam operam accessi, paucis accipe. In exprimendo quidem ipso Suetonio, vix à Casauboniana editione discessimus, quam haecenus emissarum principem consentiens eruditorum existimatio agnoscit. Fuit tamen, ubi receptam loco movere lectionem haud dubitavi, non meo profecto arbitrato, sed, quod hic primum est, antiquioris scripturae veneratione. Neque vero id, nisi perquam raro, admisimus, & ea tantum lege, quae liquido probabilia, anteponenda deterioribus sciscit. Reliquam lectionis varietatem, quae identidem sese requirenti praebat, nec adspernanda penitus videbatur, adspargere Notis malui, quam ut quicquam de textus religione decederet. Unus autem codex instar mihi omnium fuit, in cujus margine diversitatem lectionis ex optima fidei, & vetustissima manus exemplari adnotaverat CLAUDIUS SALMASIUS. quod nomen ullis humanae praedicationis titulis adequatum ire, nihil aliud est, quam deterere atque imminuere magnitudinem ejus velle. Is non hoc modo meritum imputare huic editioni potest: sed, quemadmodum à se plurima

P R Æ F A T I O.

plurima nuper in Plautum diffudit, ita nunc ad Suetoni difficillima quædam extricanda, quotiens ad eum, velut ad presentissimum oraculum, vel hæitationes nostras, vel interpretum dissimulationem retulimus, immorantem diviniis occupationibus animum demisit. Ut vel hoc nomine non displicere tibi cura nostra debeat, quod ejus viri et responsa et rescripta passim hic leguntur. Ac ne illud quidem sine grata mentione prætermittam, quod à præstantissimo ISAACO VOSSIO GER.F. nonnulla ex Lipsii quondam ore excepta, benigne mihi comiterque sunt communicata. In cæteris, ut vides, eos in lucem prodeunti Suetonio comites dedimus qui inventa sua amplissimis literarum monumentis consecrata, publico terenda usui permisere. Nam si quæ mea tantis nominibus inseruntur, haud difficilem apud te spero illis excusationem: cum præceps ut plurimum Typographorum festinatio ingenium nostrum, quod & per se nullum est, & colligendis eruditiorum suffragiis distinebatur, nusquam fere consistere sit passa. Plinii vita, & eorum, quos Rhetoribus subjunximus, Poëtarum, sine commentationibus exit, quod, uti sunt in Senatu doctorem, qui Suetonio eos haud adimendos censeant, ita non desunt vicissim, qui discessionem faciant, & incerti parentis sobolem pronuncient. Vale.

DE



DE SVETONII GENERE, VITA,
Studiis & Scriptis, veterum Auctorum Testi-
monia, item Fragmenta quædam.

C. SVETONII TRANQVILLI

V I T A.

AVVS.



VVM meum narrantem puer audiebam, causam operis
ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyllus ma-
thematicus anxio de successore Tiberio, & in verum
nepotem proniori, affirmasset non magis Cajum impe-
raturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum.

Suet. Lib. IIII. in Caligula de ponte Cajano.

PATER.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiædecimæ le-
gionis tribunus angusticlavius. Is mox referre crebro solebat, &c.
Membrana veteres non Lenem sed Lasum patrem nostri appellant. Lib.
VII. in Othone, de pugna Bebriacensi.

ADOLESCENTIÆ TEMPORA.

Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore fre-
quentissimo concilio inspiceretur nonagenarius senex an circumsectus
esset. *Lib. VIII. in Domitiano, de fisco Iudaico. c. 12.*

Denique cum post viginti annos adolescente me extitisset condi-
tionis incertæ qui se Neronem esse jactaret, tam favorabile nomen
ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus sit. *Ap-
paret incidere natalem Suetonii in principia Vespasiani: non longe certe
abesse. Lib. VI. in Nerone extremo.*

EPISTOLARVM MAGISTER SVB ADRIANO.

Septitio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epistola-
rum magistro, multisque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injussu
ejus, familiarius se tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ po-
stulabat, successores dedit. *Ælius Spartianus in Adriani vita.*

De

De vita studiisque Suetonii, item de amicitia, qua summa illi cum Plinio intercessit, habes & non contemnenda quadam apud Plinium lib. i. Ep. xviii. & xxiv. lib. iiii. Ep. viii. lib. v. Ep. xi. lib. ix. Ep. xxxiv. lib. x. Ep. xc. quem vide.

IUS TRIUM LIBERORVM.

Quam parce hæc beneficia tribuam utique mi Secunde charissime, hæret tibi, cum etiam in senatu affirmare soleam, non excessisse me numerum quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripti, & ut scias dedisse me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assuevi, referri in commentarios meos iussi. *Trajanus Plinio S.*

CATALOGVS LIBB. SVETONII,
ELOGIA ET FRAGMENTA.

Τρογισχυλλῶ ὁ Σουητόνιῳ χρηματικῶς, γραμματικῶς Ῥωμαίων ἔγραψε πρὸς τὸ παρ' Ἑλλήνων παιδιῶν βιβλίον α'. πρὸς τὸ παρὰ Ῥωμαίοις γυναικῶν καὶ ἀγῶνων βιβλία β'. πρὸς δὲ καὶ Ῥωμαίους ἐνιαυτῶν, βιβλίον α'. πρὸς τὸ ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων α'. πρὸς τὸ Κικέρωνι πολιτείας α'. ἀνεκλήθη δὲ καὶ Διδύμου. πρὸς ὀνομασίαν κυρίων καὶ ἰδιῶν ἰσθημάτων ἔγραψε ὑποδημάτων, καὶ τὸ ἄλλων οἷς περὶ ἀμφιένου). πρὸς δυσφῆμων λέξεων, ἢ τοὶ βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἐκείνη. πρὸς Ῥώμης καὶ τὸ ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἡθῶν βιβλία β'. Συζητήσας καὶ Καισάρων. πρὸς δὲ ἔστι βίβλος καὶ ἀφ' ἧς αὐτῶν ἀπὸ Γαλίας ἕως Δομετῶν, βιβλία ἡ'. τὸ μῦθος Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπιστήμων. *Suidas.*

ELOGIA OPERVM.

Hæc quidem possunt & apud alios historicos inveniri diffusius, qui tyrannorum atrocitates & exitus miseros plenius scribunt. Quæ si quis diligentius recenseri voluerit, legat ea quæ Trogius Pompejus, Iosephus, Egeſippus, Q. Curtius, Cornelius Tacitus, T. Livius, Serenus, & Suetonius Tranquillus, & alii historici, quos enumerare longum est, suis comprehenderunt historiis. *Iohannes Saresberiensis Policratico, si-
ve de nugis curialium lib. viii. cap. xviii.*

Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse, aut breviter præteruisse. Nam & Suetonius Tranquillus emendatissimus & candidissimus scriptor, Antonium & Vindicem tacuit: contentus eo, quod eos cursim perstrinxerat. *Flavius Vopiscus. Ac mox;* Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Salustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum & temporibus differendis: sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum

F R A G M E N T A .

Iulium, Fabium Marcellinum, Gargillum Martialem, Iulium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæteroque qui hæc & talia non tam diserte quam vere memoriz tradiderunt. *Idem Vopiscus in Probo.*

Sed priusquam de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atque genere. Non eo modo quo Iunius Cordus est prosecutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus & Valerius Marcellus. *Iulius Capitolinus in Maximo & Balbino.*

Nam si omittantur quæ de titulis dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Iuveni Martialis historiam, quisve ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquaverit? *Sidonius Apollinaris Epistolarum lib. ix. epistolâ xiv.*

Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit; cuius nos competentes portiunculas decerpimus. *Auctor Historia Miscellâ libro vi. de Iulio Cesare loquens.*

Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo ut quidam eques Romanus interrogatus ab eo, cur se viso verteret faciem: dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum, sicut ait Suetonius. *Servius in Æneid. lib. viii.*

D E R E G I B V S L I B E R .

His longe jucundissimum poëma subdideras, quod de tribus Suetonii libris quos ille De regibus dedit, in epitomen coëgisti tanta elegantia, solus ut mihi videre affecutus quod contra naturam est, brevitatis ut obscura non esset. In his versibus ego ista cognovi:

*Europamque Asiamque duo vel maxima terra
Membra: quibus Libyam dubiè Sallustius addit,
Europa adjunctam: possit quum tertia dici.
Regnatas multis, quos fama obliitterat & quos
Barbara Romana non tradunt nomina lingua
Illibanum, Numidamque, Auelim, Parthumque Vononem,
Et Caranum, Pellea dedit qui nomina regum
Quique magos docuit mysteria vana Nechepsis
Et qui regnavit sine nomine mox Sesostris.*

Ausonius Paulino.

D E I N S T I T U T I O N E O F F I C I O R U M L I B E R .

Quod tamen comprobatur etiam Suetonio, diversos ponens usus in libro qui est de institutione officiorum. *Priscianus lib. vi*

P R A E T O R U M L I B R I .

Suetonius autem passim protulit in quarto Prætorum. Lætoriam quæ vetat minorem annis xxv. stipulari. *Idem libro viii.*

★ ★

Suetonius

Suetonius in iiij. Prætorum. Minor vigintiquinque annorum stipu-
lari non potest, passive dixit. *Idem libro xviii.*

Suetonius in viij. Prætorum. Fasti dies sunt, in quibus jus fatur, id
est, dicitur, ut nefasti in quibus non dicitur. *Idem lib. viii.*

DE LUDIS ET SPECTACVLIS LIBER, AVT VARIJ LIBRI.

Sed de fidibus rarius dictu & mirabilius est. quam rem & alii docti
viri & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ historię primo
fatis compertam esse, satisque super ea constare affirmat, nervias in fi-
dibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. *A. Gellius lib. ix.
cap. vii.*

Ο ἢ τὰ παλαιὰ Ἑλληνικῆς παιδικῆς χάψας, ἀφ' ὧν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύ-
βων καὶ πιασῶν, καὶ παλαιολόγῳ τινι εἰπὼν τὴν κυβούτικὴν παιδικὴν, παρὰ γὰρ
Σοφοκλέους μὲν ἐκ Παλαμήδους, ὀμοιούμεν τὸ ἥρωϊ δράματι τὸ, — ἐκ εἰ-
ρησῶν ἰφιδρεῖ γὰρ Πιασῶν, κύβους τε περὶ τὸν δὲ γίγας ἀκτῶν. καὶ Εὐφορίων
τὸ, Πιασὰ Ναυπλιάδαο. Λίγη ἢ καὶ, &c. *Tota ea disputatio que est ad-
modum prolixa, è Suetonii libro Περὶ τῶν παρ' Ἑλλήνων παιδικῶν desumpta
est. Eustathius in Odyssæa ῥαψ. α.*

Et quibus idolis ludos constituerunt, positum est apud Suetonium
Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit. *Tersullianus de spe-
tacularis.*

Τραγικὰ καὶ Σκητῖν τὰς ἐν παιδικαῖς ἑλλήνων,
Ποδαῖς μὲν ἄλλας παιδικὰς καὶ συμποσίων λίγη
Ὡς συμποσίων μία μὲν ἡ ἐωλοκρασία
Ἐπίρα ἢ ὁ κῆπιαβῶν, ὁμῶς καὶ ἡ λαζάγη.
Οἱ γίνοι γὰρ κωμῶζοντες τόποις ἀφωρισμένοις,
Περὶ ἰαπέραν τὰς χάσας καὶ τὰς βικὰς πέντες
Ἐκαστῶ ἀνδραζόμενῶν, ἔπινε τὸ οἰκεῖον.
Ὅς ἢ πείν ὅτε ἰχουσι τὸ ἰαυτῶ χάσας,
Περὶ γὰρ ἰωθεν, τῶν συμποσίων γελῶντων.
Τόσῳ ἐωλοκρασία μὲν τῶν κῆπιαβῶν ἢ μᾶλλον.
Τὰ συμποσία ἴσαθ ζυγῶς καὶ λεκανίσκῳ.
Παρ' ἰαπέρα τῶν ζυγῶν καὶ τῶν πλάσιγῶν.
Αἱ λεκανίσκῳ μίσην ἢ εἶχαν ἀνδριανίσκῳ,
Ἀνδριανίσκῳ, ἐς μανῶς ἀνόμαζον εἰ τότε
Οἱ κωμῶσαι. πληρῆντες ἐν οἴνῳ τὸ τέτων σῆμα,
(Ὁ λάπιξ καὶ λαζάγη ἢ, ἢ γην ὑγρὸν καὶ ῥῶσις.)
Τῶν ἀπικητῶν εἰς μίαν τῶν πλάσιγῶν
Τῶν ἐπὶν ἐξέκιναστον, ἀπίπλου, ἐπίνων.

Κότια-

F R A G M E N T A.

Κόπιαδον, καὶ τὸ ὄργανον ἄπειν ἐκάλει τῶν.
 Ἄν ἔν η̄ πλάσιγξ τῆ φορᾶ κατέρρεψε Φοῖνε,
 Καὶ τ̄ μανᾶν εἰς κεφαλῶν ἤχησε κικρακῆα,
 Ὁ κωμῶτης συκωμωταῖς ἐδόκη τ̄ Ἰοναίων.
 Εἰ δὲ ἔ, πολὺν ἐλάμβανεν, ὡς ἀσθενὴς, τ̄ γέλαν.
Ioannes Tzetzes, Historici Chiliade VI.

Primis temporibus, ut asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur, in comœdia agebantur *cetera vide ibi: quæ Suetonii è libris putò descripta. Diomedes grammaticus libro III.*

Apud majores theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de ligno tantum ad tempus fiebat; unde hodieque permansit consuetudo, ut componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ fiebat aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atque illac, species picturæ nudabatur interior. Vnde perite utrumque tetigit, dicens, *Versis discedas frontibus: singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro & Suetonius commemorant. Servius in III. Georgicorum.*

Ut ait Suetonius Tranquillus, Lusus ipse quem vulgo Pyrrhicam appellant, Troja vocatur: cujus originem expressit in libro *De puerorum lusibus.* ubi fortasse legendum, *De Græcorum l.* ex Tzetze, Suida, & Eustathio. *Idem in v. Æneidos.*

Bithus & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium. *Commentator vetus Horatii ad eclogam VII. libri primi Satiarum.*

DE REBUS VARIIS LIBER.

Suetonius in libro de genere vestium dicit tria esse genera trabearum. Vnum diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid. Tertium augurale, de purpura & cocco. *Servius in VIII. Æneid.*

C. Julius Romanus de præpositionibus libro *Ἀφορμῶν* ita refert: Suetonius Tranquillus De rebus variis, Præpositiones inquit, omnes omnino sunt Græcæ duodeviginti: qui numerus inter omnes Criticos Grammaticos perfecte convenit. *Sosipater Carissus libro II.*

Suetonius Tranquillus proverbium putat dici debere quod ante, vel adverbium, quod post verbum appellatio etiam nomenque ponatur. *Idem paullo ante.*

F R A G M E N T A.

Suetonius Tranquillus de rebus variis, Præpositiones (inquit) omnes omnino sunt duodequadraginta, qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto convenit. *Servius in VIII. Æneid.*

Suetonius tria genera pileorum dixit quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum. Sed apicem, pileum sutile, circa medium virga eminente: tutulum, pileum lanatum metæ figura: galerum, pileum ex pelle hostiæ cæsæ. *Idem ad lib. II. Æneidos.*

D E V O C I B V S O M I N O S I S.

Ἀρχολίπερϑ, ὁ λιπαρῶν ἰσθμῶν τὸν τόχην: ἢ ἐπὶ τῷ ἀρχαῖο λιπαριῶν ϑῶν ἔπιν Τερσίκλυδῶν πρὸς βλασφήμων. *Auctor Etymologica magni.*

Hortaris Dexter, ut Tranquillum sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis gentilium literarum vicis fecit illustribus, ego in nostris faciam. *D. Hieronymus in præfatione Catalogi scriptorum Ecclesiasticorum.*

Scripti librum de illustribus viris, ab Apostolis usque ad nostram ætatem imitatus Tranquillum, Græcumque Apollonium. *Idem in Epistola ad Desiderium tomo IV.*

Annum vertentem Romæ Licinius quidem Macer & postea Fenestella statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt. sed magis Junio Gracchano, & Fulvio Varroni, & Suetonio aliisque credendum, qui decem mensium putaverunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani. *Censorinus de natali die.*

I N C E R T A.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus præpositum esse à M. Antonio provinciis orientalibus, Parthosque in Syriam introrumpentes tribus ab eo præliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, & morte obita publico funere sepultum esse. *A. Gellius libro XV. cap. IV.*

Dicta ulna ἀπὸ τῶν ἀλινῶν, id est à brachiis. Vnde & ἀλκώλιϑ ἔρη. Licet Suetonius ulnam cubitum velit esse tantummodo. *Servius in Eclogam III.*

Quod autem ait, *Victorisque arma Quirini*, non est contrarium, nam ut etiam in primo Æneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi consentiente senatu, obtulisse ei tria nomina: Quirini, Augusti, Cæsaris. Ille

FRAGMENTA.

Ille ne unum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus: inde Cæsar: post in nomine permansit Augusti. *Idem in III, Georgicorum.*

Tranquillus quoque his assentiens, libello suo plenissime ædem inchoatam ita disseruit. *Diomedes grammaticus libro primo.*

Hirci autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum, in vitiis corporalibus. *Servius in Eclogam III.*

Nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium: &c. *Isidorus Originum lib. XII.*

Tranquillus autem triumphum Latine potius appellatum, quod is qui triumphans urbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur. *Isidorus Orig. lib. XVIII.*

Tranquillus autem dicit: Dum cuiusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procurrit unus ad eum corrigendum, tumque à pugnante responsum est, sic pugnabo: inde sicæ nomen datum est. *In lib. eodem.*

Rex qui vocabat ad cœnam, si sibi ea res exhibenda indiceretur quam exhibere non posset, id est, non responderet ut Tranquillus refert, isto vilium hominis erit cœna. *Lego: erat moris respondere, ut Tr. refert, Isto vilius hodie nobis cœna erit. Sosipater Charisius Institut. Gram. libro II.*

Scriptor, librarius, bibliopola, ut veteres dicebant, quod & Tranquillus affirmat. *Commentator vetus Horatii ad carmen de arte poetica.*

Λασάρια, ὄβολοί. Νύμμος ὁ πρῶτος βασιλεὺς μὲν Γαμύλον Γαμαίων γεγενῆσεν ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκῆς πιποιημένα (νομίσματα) πρῶτος ἐξαείσατο Γαμαίοις. Ἦ πρὸ αὐτῆ πάντων ἀπὸ σκυλίων καὶ ἑσρακίων τινῶν χρυσίου πληρύντων, ἀπὸ ἀνόμοσιν ἐν ἧ ἰδίᾳ ὀνόματι νεμμία, ὡς φησὶ Τραϊανὸς. *Suidas.*

Corycos enim civitas est Ciciliæ, in qua antrum illud famosum pene ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiam memoratam à Suetonio: Pompejus enim victis piratis Cilicibus, partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria agros donavit. *Servius IV. Georg.*

F R A G M E N T A.

Homo rebellis dicitur: res ipsa rebellio, non rebellatio: sic Suetonius. *Idem in Æneidos XII.*

Itaque T. Imperator ab exercitu pronuntiatus templum in Hierosolymis incendit ac diruit; quod à die conditionis primæ usque ad diem everisionis ultimæ, manserat annis M C II. Muros urbis universæ solo adæquavit. DC millia Iudæorum eo bello interfecta, Cornelius & Suetonius referunt. *Paulus Orosius lib. VII.*

Poëtæ unde sint dicti sic ait Tranquillus. Cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cepissent, seque ac deos suos nosse; cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt. Igitur, ut templa illis domibus pulchriora, & simulacra corporibus ampliora faciebant: ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt: laudesque eorum & verbis illustrioribus & jocundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quæ *ποίησις* dicitur, poëma vocitatum est, ejusque fictores poëtæ. *Isidorus Originum libro VIII.*

CON-

CONSPECTVS LIBRORVM VIII.
 C. SVETONII TRANQVILLI
 DE XII. CÆSARIBVS.

Liber primus.

C. IVLIVS CÆSAR.

j. C. IVLIVS CÆSAR post sum- ptam virilem togam adhuc pri- vatus.		<i>Mors matris, filia, neptis.</i>	28
De nonnullis qua Cæsari adolescenti acciderunt.	1	iiij. DE Iulio Cæsare res novas mo- liente.	
Stipendia prima Cæsaris & reliqua ejusdem militia.	3	Occasio oblata ex consternatione Republica.	28
Actio contra Dolabellam & secessus Rhodum.	5	Largitiones quibus pop. Rom. sibi conciliavit.	ibid.
De eodem capto à pradonibus. ibid.		Quibus artibus Pompejum sibi a- stringere conatus est, & sena- tum, omnesque omnium ordi- num, cives, libertos, servos: in- primis reos, obaratos, & prodi- gam juventutem, itemque reges & provincias omnes.	30
Res geste contra Mithridatem.	6	M. & C. Marcellorum conatus im- pediendi Cæsaris & quomodo Cæsar illis restiterit.	31
ij. HONORES & magistratus C. Cæsaris, & qua in iis gessit, aut ei acciderunt notabilia.		iiij. BELLVM civile quo Cæsar Remp. oppressit.	
Tribunatus militum.	6	Transitus Cæsaris in citeriorem Galliam, & peracti Ravenna conventus.	33
Questura in ulteriori Hispania.	8	Pretextus & causa belli civilis à Cæsare suscepti.	34
Reditus in urbem ex Hispania, & suspicio in quam incidit.	ibid.	Initia civilium armorum & Rubi- conis transitus.	35
Ædilitas & varia in ea gesta.	10	Ordo & summa rerum quas dein- ceps gessit.	38
Pontificatus maximus.	12	Clades quas civilibus bellis per le- gatos suos passus est.	39
Prætura.	13	Triumphus quinque Cæsaris.	40
Ex prætura provincia Hispania ad- ministratio.	17	Liberalitas erga militem & popu- lum.	
Reditus in urbem ex provincia.	ib.		
Consulatus.	18		
Nuptia cum Calpurnia.	21		
Provincia Gallia ex Consulatu ad- ministrata.	23		
Artes varia ad firmandam augen- damque potentiam.	25		
Gesta in provincia annis novem quibus in imperio fuit.	27		

CONSPECTVS LIBRORVM

lum.	41	Verum cauti ^{or} an audentior.	68
Spectacula varii generis ab eo edita.		Religiones negligit.	69
43		In praeliis sumendis qualis.	70
V. STATVS Reipub. à Casare ordinatus.		Insignis ejus equus.	ibid.
Fastos emendat : senatum supplet : comitia cum populo paritur, aliaque nova multa instituit in civitate.	46	Constancia ejus varia indicia.	ibid.
Colonia Casaris transmarina, quaeque sanxit idem ut exhausta urbi frequentia suppeteret.	49	Qualem militem probaret, & disciplinam militarem ut rexerit.	71
Labor ac severitas ejusdem in jure dicendo.	50	Indulgentia & amor erga suos milites.	73
Qua de ornanda instruendaque urbe, item de tuendo ampliandoque imperio destinabat.	51	Milites ejus quam devoti ipsi, quam fortes.	ibid.
Vj. DE iis quae ad formam, habitum, cultum, mores, nec non quae ad civilia & bellica Casaris studia pertinent.		Qualis erga seditionem moventes, ut nonanos & decumanos.	75, 76
Statura, forma, valetudo, & corporis cura morosior.	53	Stadium ejus & fides erga clientes.	76
Habitatio & studium munditiarum lautitiarumque.	55	Facilitas & indulgentia circa amicos.	77
Conviviorum ratio & domestica disciplina.	56	Lenitas in ulciscendo.	78
Pudicitia & impudicitia.	57	Moderatio & Clementia tum in administratione tum in victoria belli civilis.	79
Libido ejusdem, & corrupta illustres foemina in urbe.	59	vij. DE morte C. Julii Casaris.	
Item provinciales matrona.	60	Causa cadis : sive facta, dictaque ejus ob qua & abusus dominatione, & jure casus existimatur.	81
Item regina, maxime Cleopatra.	ibid.	Odium ejus publicum.	86
Vini parsimonia & circa victum facilitas Casaris.	62	Conspiratorum numerus & consilia.	90
Rapina ejusdem cum in Imperiis tum in magistratibus.	ibid.	Prodigia cadem Casaris denuntiata.	ibid.
Præstantia ejus in eloquentia, dicendi genus.	63	Cades ejus in senatu.	93
Scripta qua reliquit, & de iis veterum testimonia.	64	Testamentum ejus apertum & recitatum.	95
Præstantia Casaris in re militari.	67	Funus Casaris.	97
		Plebis Romana furor in conjuratos, & in Casarem amor.	100
		Varia suspiciones cur Casar, & quae religiones monerent, & quae renuntiarent amici, neglexerit.	101
		Talem mortem Casari pene ex sententia obtigisse.	102
		Aetas Casaris & consecratio ali- que	

que honores. ibid.
 Percussorum poena *Ἰηλαῖος*. 103

Liber secundus.

CÆSAR AVGVSTVS.

j. ORIGO & ortus Octaviani
 AVgusti.

De gente Octavia & paternis AV-
 gusti majoribus. 105

De patre Octavio & ejus rebus ge-
 stis. 107

Mors ejusdem, uxores, & liberi: de-
 que materna AVgusti origine.
 109

Nativitatis AVgusti tempus & lo-
 cus. 110

Nutrimetorum ejus locus. 111

Varia ejus cognomina. 112

Summa vita AVgusti. 113

ij. RES AVgusti singillatim per
 species exposita: ac primum de
 PUBLICA ejus vita.

Reditus in urbem ex Apollonia &
 cum M. Antonio contentiones
 varia. 115

Bellum civile primum ab eo gestum
 Mutinense. 116

Bellum Philippense. 119

Bellum Perusinum. 121

Bellum Siculum contra Sextum
 Pompejum. 122

Bellum Actiacum. 126

Conjuraciones in AVgustum dete-
 ctæ & compressæ. 130

iiij. EXTERNA bella qua per ipsum,
 qua per legatos gesta. 131

Provincia partim ductu, partim
 auspiciis ejus domita. 132

Studium ejus pacis conservanda.
 133

Virtus moderationisq; fama, etiam

apud Indos, Scythas, Parthos. 134

Ianus Quirinus ter clausus. ibid.

Ovationes & triumphus ejusdem. 135

Graves ignominia cladesque ab eo
 acceptæ. 136

iiij. DE iis qua in re militari com-
 mutavit, & instituit. 137

v. DE magistratibus quos AVgu-
 stus cepit.

Consulatus tredecim. 142

Triumviratus Reip. constituenda.
 143

Tribunitia potestas. 145

Morum legumque regimen rece-
 ptum. 146

Cogitationes ejus de reddenda Re-
 pub. ibid.

vj. DE urbe ab AVgusto ornata &
 exulta.

Publica opera per eum extructa &
 ceteros principes, ejus hortatu.
 147

Urbis in regiones vicosque divisio
 & magistratus varii ad ejus cu-
 ram instituti. 150

Vie extra urbem per ipsum &
 triumphales viros munitæ ac stra-
 tæ. 151

Ædes sacra refectæ, & donis ador-
 natæ. ibid.

vij. PONTIFICATUS Maximus
 AVgusti, & que circa res divi-
 nas fecit. ibid.

Ætolicos libros recenset. 152

Annus Iulianum restituit. ibid.

Sacerdotum numerum, dignitatem,
 & commoda auget. ibid.

Carimonias antiquas abolitas resti-
 tuit. 153

Memoria ducum pop. Rom. proxi-
 mum a dis honorem prestat. 154

viiij. DE iis qua in Reip. admini-
 stratione correxit, sanxit, instituit.

Gras-

CONSPECTVS LIBRORVM

Grassatores inhibuit, ergastula re- cognovit. 155	uxeres. 202, 203
Collegia non legitima dissoluit. ibid.	De liberis AVgusti. 204
Calumniandi litigandique mate- riam tollit undique. 156	Qualis fuerit erga amicos. 209
Judicia ordinat. 157	Qualis erga libertos & servos. 211
Ipse jus dicit assidue, diligenter, le- niter. 158	De moribus AVgusti, ac primum criminatio adversariorum, im- pudicitiam, libidinem, & lauti- tiarum atque alicui studium obji- cientium. 213
Leges retractat & quasdam ex in- tegro sancit. 159	Quatenus vera aut falsa putanda sint, qua AVgusto suos inimicos exprobrasse dictum est. 217
Senatum legit & reformat. 161	Continentia ejusdem. 220
Varia ejusdem circa acta senatus & circa magistratus instituta. 164	Parsimonia instrumenti & suppel- tilis. 223
Officia nova ab AVgusto excogita- ta. 165	Conviviorum ratio. 224
Bellicae virtuti honos tributus & circa eam innovata quadam. 166	Festos & solennes dies ut celebravit. 225
Equitum transvectio & recognitio. 167	Qualis circa cibos. 227
Plura ejusdem principis instituta urbana miscella. ibid.	Vini quam parcus. 229
De liberalitate omnibus ordinibus exhibita ab AVgusto. 172	Qualis circa somnum. 230
De spectaculis ab eo editis, & qua circa rem spectaculorum primus instituit. 176	Forma AVgusti & corpus. 231
ix. DE ITALIAE ordinatione. 184	Valetudines AVgusti, & qua ratio- ne corporis infirmitatem solitus tueri. 234
x. DE Provinciarum administra- tione. 185	Exercitationes ejusdem. 237
xj. DE Regnorum ordinatione & sociis regibus. 186	xv. DE STUDIIS & eloquentia AVgusti. 239
xij. DE militaribus copiis & va- riis quibusdam ejus institutis. ib.	De ejus scriptis. ibid.
xij. VITAE publica AVgusti cora- nis.	De genere loquendi. 240
De clementia & civilitate ejus. 189	Notabilia quadam in ejus sermone quotidiano. 242
De amore erga AVgustum tam pop. Rom. quam provinciarum & regum sociorum. 197	Item in scribendi ratione tam sim- pliciter quam per notas. 244, 245
xiv. DE vita interiore ac familiari AVgusti ejusque moribus.	De studio Graecarum disciplinarum. 245
AVgusti mater, soror, sponse,	Quomodo uteretur iis qua legerat. 246
	xvj. QUALIS circa religiones fue- rit. 248
	xvij. DE iis qua ei priusquam nasceretur, & ipso natali die, AG

<i>ac deinceps evenerunt, quibus futura magnitudo ipsius & felicitas portendebatur.</i>	253
xviiij. DE MORTE AVGUSTI.	
<i>Prasagia mortis</i>	262
<i>Valetudo ejus & iter novissimum per Campaniam.</i>	264
<i>Supremus dies & mors in osculis Li- via.</i>	268
<i>Locus & tempus mortis ac defuncti funus & consecratio.</i>	ibid.
<i>Testamentum AVGUSTI.</i>	273

Liber tertius.

TIBERIVS NERO CÆS.

j. DE ORIGINE & majoribus Ti- berii.	
<i>De gente Claudia.</i>	279
<i>Glandiorum in Rempublic. egre- gie merita, & secus admissa.</i>	281
<i>De familia ex qua genus trahit Ti- berius.</i>	285
<i>De patre Tiberii.</i>	286
ij. DE TIBERIO adhuc privato.	
<i>Locus & tempus natiuitatis.</i>	287
<i>Infantia & pueritia.</i>	288
<i>Adolescentia post sumptam virilem togam & ejus uxores.</i>	291
<i>Civilium officiorum rudimenta.</i>	293
<i>Stipendia prima, & expeditiones varia.</i>	294, 295
<i>Secessus Rhodum.</i>	296, 297
<i>Cupiditas redeundi in urbem.</i>	301
<i>Mansio Rhodi contra voluntatem.</i>	ibid.
<i>Vita ejus Rhodi deposito patrio ha- bitu in summo contemptu.</i>	303
<i>Reditus in urbem octavo anno.</i>	

<i>304</i>	
<i>Ostenta & pradiationes futura ejus magnitudinis.</i>	ibid.
<i>Romam reversi vita privata, de- inde adoptatio.</i>	307, 308
<i>Honores iterum Tiberio delati, ac primum Tribunitia pote- stas in quinquennium.</i>	309
<i>Bellum Illyricum per eum gestum.</i>	ibid.
<i>Decreti honores confecto bello Illy- rico.</i>	310
<i>Expeditio in Germaniam post cla- dem Varianam.</i>	311
<i>Disciplina eo bello acerrime exacta.</i>	312
<i>Reversi in urbem post biennium triumphus.</i>	313
<i>Provincia illi cum AVGUSTO com- municata.</i>	314
<i>Expeditio in Illyricum suscepta.</i>	ibid.
<i>Revocatur ex itinere ob valetudi- nem AVGUSTI.</i>	ibid.
<i>Auctoris disputatio de causis qua AVGUSTUM impulerunt, ut Tiberio imperium relinquere.</i>	315
ij. TIBERI principatus & gesta in eo ante secessum Capreas.	
<i>Agrippa juvenis cades.</i>	317
<i>Cura funeris AVGUSTI & consecra- tio ejusdem.</i>	
<i>Principatum confestim occupatum diu recusat.</i>	318
<i>Cunctandi causa qua illi fuerint.</i>	319
<i>Civilitas Tiberii inter initia prin- cipatus.</i>	321
<i>Adulationes fixas reprimit.</i>	323
<i>Adversus convitia & famosa de se ac suis carmina patientem se præbet.</i>	ibid.

CONSPICUUS LIBRORVM

Humanitas ejus insignis in appellandis singulis & universis. 324
 Species libertatis quadam per eum inducta, ejusque rei varia documenta. ibid.
 Tiberii severitas paulatim principem exerentis. 328
 Severitatis exempla varia, circa impensas ludorum, suppellectilis modum, quotidiana oscula, item strenuarum commercium. 329
 Item alia severe ab eodem instituta. 332
 Externas carimonias compefcit & Mathematicos expellit. 333, 334
 Cura tuenda pacis à grassaturis, ac latrociniis seditionumque licentia. 334
 Hostiles motus per legatos compefcit. 336
 Reges infestos suspectosque quibus artibus represserit. ibid.
 Mora continua in urbe aut locis suburbanis post adeptam imperium per annos aliquot. ibid.
 iiiij. TIBERII abitus ex urbe, & secessus Capreas.
 Secessus primus in Campaniam ominosus. 337
 Adventus Capreas è Campania, indeque reditus in continentem. 338
 Regressus in insulam, & omnis Reip. cura abjecta. ibid.
 v. DE vitiis Tiberii qua male diu dissimulata Capreis tandem profudit. 339
 Temulentia à puero. ibid.
 Sellaria. excogitata sedes Arcanarum libidinum. 341
 Alia libidinis ejusdem multa do-

cumenta. 343
 Pecunia parsimonia & tenacitas. 344
 Munificentia ejus rara. 346
 Rapina Tiberii. 347, 348
 Odium adversus fratrem, matrem, filios, nurum, & nepotes. 349
 Odium in amicos ac familiares. ibid.
 Inclementia in convictores Graecos. 356
 Sava ac lenta natura ejus indicia. 357
 Indicia majestatis save per eum exercita. 358
 Versiculi contra eum facti. 360
 Alia savitia exempla & argumenta multa. 361
 Quam non modo invisus ac detestabilis, sed pratrepidus quoque, atque etiam contumeliosus obnoxius vixerit. 367
 Opinio quorundam existimantium multo ante novisse Tiberium infamiam qua se maneret. 372
 vi. DE ejus forma, statura, ac validudine. ibid.
 vij. DE ejusdem contemptu religionum. 374
 viij. DE studio ejus artium liberalium. 375
 xj. DE morte Tiberii.
 Conatus redeundi Romam. 377
 Ager circumfertur per Campaniam. 378
 Moritur in villa Luculliana. 380
 Prodigia qua obitum ejus praecesserunt. 381
 Populi gaudium ob ejus mortem. ibid.
 Testamentum Tiberii. 383

Liber quartus.

C. CÆS. CALIGVLA.

j. DE Germanico C. Cæsaris patre.
Parentes ejus, natura & adoptione.

385

Honores patris Germanici & res gesta.
ibid.

Obitus in Syria. 386

Elogium defuncti quam honestissimum. 387

Amoris omnium erga vivum Germanicum testimonia. ibid.

Ejusdem amoris indicia in morte ac post mortem. 389

Vxor Germanici & ex ea liberi. 392

ij. DE C. Cæsare Caligula privato.

Nativitatis ejus tempus, & de loco disputatio contra Gatulicum & Plinium Secundum. 392

Caligula cognomen unde. 395

Pueritia ejus & adolescentia. ibid.

Vita apud Tiberium acta Capreis. 396

Nature fæva ac probræ indicia. ibid.

Vxor ejus Iunia Claudilla. 397

Veneno Tiberium aggreditur. 398

iiij. DE Cajo Cæsare Caligula imperatore & ejus bene factis.

Imperium adipiscitur ingenti omnium gaudio. 399

Ingresso urbem senatus jus arbitriumque omnium rerum permittit. 400

Valetudo ejus inter initia principatus, omniumque mira sollicitudo pro salute ipsius. 401

Caligula popularitas & facta ab ea in honorem defunctorum Tiberii, matris, fratris, patrisque. 402

Honores ab eo habiti. Antonia avia, patruo Claudio, & sororibus. ibid.

Popularitas erga damnatos relegatosque, & alia ejusdem indicia. 404

Facta & sancita ab eo egregie. ibid.

Consulatus ejus. 407

Munificentia erga populum, senatum equestremque ordinem. ibid.

De spectaculis ab eo editis. 408

De operibus qua absolvit semiperfecta, inchoavit, destinavit. 412

iiij. DE vitis C. Caligula. 413

Arrogantia ejus adversum deos & homines. ibid.

Superba dicta factaque adversus suas necessitudines. 417

Stupra cum omnibus sororibus. 418

Matrimonia ut turpiter contraxerit, dimiserit, tenuerit. 420

Propinquos amicosque quo pacto tractaverit. 422

Superbia & violentia erga senatum, magistratus & ceteros ordines. 423

Savitia ingenii indicia. 426

Atrocitas verborum qua immanissima facta augebat. 430

Eadem dictorum factorumque savitia inter ludos & epulas. 432

Livor ejus & malignitas adversus omnia veri homines. 435

Vt pudicitie neque sue neque aliena pepercerit. 438

Nepotini sumptus ejusdem. 439

Rapina exhausti & egentis. 441

Militia ejus & expeditio Germanica ludibrii plena. 449

Cura & apparatus triumphi. 454

Consilium strucidandi legiones aliquot.

CONSPECTVS LIBRORVM

aliquot.	454	Vita ejus sub Tiberio.	482
Dicta factaque in reditu sua. <i>ibid.</i>		Vita ejusdem sub Caio.	484
Ovans urbem natali suo ingredi- tur, & per quatuor menses in- gentia facinora audet, majora molitur.	456	Contumelia quibus vixit obnoxius.	485
Statura, forma, & valetudo. <i>ibid.</i>		Discrimina quibus objectus fuit.	<i>ibid.</i>
Confidentia Caligula & nimius metus.	458	ij. De Claudii principatu & iis qua publice gessit.	
Vestitu, calceatu, & habitu quali sit usus.	459	Casus mirabilis quo delatum ei imperium anno quinquagesimo.	487
Quibus è disciplinis liberalibus at- tenderit.	461	Imperio stabilito sua & omnium se- curitati consulit.	489
Studium aliarum artium diversis- simarum.	463	Officia pietatis praestat Augusto, Livia, parentibus, fratri, M. Antonio, Tiberio & Caio.	490
Favor nimius erga eos quorum stu- dio teneretur.	464	Civilitas Claudii in semet augendo.	491
v. De cade C. Caesaris Caligula.		Amor favorque omnium adversus ipsum.	493
Conspirationes in eum detectae.	466	Insidia in ipsum structae.	<i>ibid.</i>
Conspiratio novissima duce Cassio Cherea.	<i>ibid.</i>	Consulatus quinque Claudii.	494
Prodigia futura cadis.	467	In jure dicendo assiduitas & mode- ratio.	<i>ibid.</i>
Cades IX. Calend. Febr.	469	Mira ejusdem animi varietas in co- gnoscendo ac decernendo.	495
Funus tumultuarium.	470, 471	Censura inaequaliter gesta, & in ea notabilia.	498
Cades uxoris & filiae.	471	Expeditio in Britanniam.	500
Conditio temporum illorum.	<i>ibid.</i>	Urbis annonae cura sollicitissime acta.	501, 502
Observatio super Caesaribus quibus Caji praenomen.	<i>ibid.</i>	Opera quae fecit.	504

Liber quintus.

TIB. CLAUDIVS CAES.

j. De Claudio adhuc privato.		Speſtacula complura magnificaque ab eo edita.	<i>ibid.</i>
Patris ejus nativitas, res gesta, mors & honores post obitum de- creti.	473	iii. De novis quibusdam Claudii institutiis in Republica.	
Claudii nativitas & nomina.	478	Quae circa carimonias.	511
Pueritia & adolescentia ejus.	<i>ibid.</i>	Quae circa civilem morem.	513
Spernitur ab omnibus & animo si- mul & corpore hebetato.	<i>ibid.</i>	Quae circa militarem morem.	516
Augusti judicium de eo.	480	Quae circa omnium ordinem sta- tum	

<i>rum domi forisque.</i>	517
iiij. <i>CLAUDI vita interior & familiaris, ac mores.</i>	
<i>Sponsa & uxores.</i>	521
<i>Liberi ex tribus uxoribus.</i>	524
<i>Qualis erga liberos suos fuerit, & quam illie additus uixerit.</i>	ibid.
<i>Forma ejus & valetudo.</i>	529
<i>Convivorum ratio.</i>	ibid.
<i>Cibi uinique appetentia.</i>	530
<i>Somnus brevissimus.</i>	ibid.
<i>Libido in foeminas.</i>	ibid.
<i>Alea studium.</i>	531
<i>Seva & sanguinaria natura.</i>	ibid.
<i>Timor ac diffidentia.</i>	533
<i>Ira atque iracundia.</i>	536
<i>Oblivio & inconsideratio stupenda.</i>	537
<i>Sermonis rerumque negligentia mira.</i>	539
<i>Historia studium, & in eo genere scripta ejus.</i>	541
<i>Gracorum studiorum amor, & de prestansia lingua Graca Claudii testimonia.</i>	542
<i>Graca historia à Claudio scripta.</i>	543
v. <i>De morte Claudii.</i>	
<i>Pœnitentia sub exitu uita, de matrimonio Agrippina & Neronis adoptione.</i>	544
<i>Testamentum ab eo scriptum.</i>	ibid.
<i>Agrippina ipsum pravenis, & ueneno occidit.</i>	ibid.
<i>Mors ejus, funus, & consecratio.</i>	545
<i>Prasagia mortis precipua.</i>	546

Liber sextus.

NERO CÆSAR.

i. *De origine & majoribus Nero-*

<i>nis.</i>	
<i>De gente Domitia.</i>	549
<i>De familia Ænobarborum.</i>	ibid.
<i>De atavo & abavo Neronis.</i>	550
<i>De auo Neronis.</i>	552
<i>De patre Neronis.</i>	553
ij. <i>De Neronis uita ante principatum.</i>	
<i>Ortus ejus, locus & tempus.</i>	555
<i>Prasagia futura infelicitatis.</i>	ibid.
<i>Pueritia ejus, & qua in illa notabilia ei acciderunt.</i>	556
<i>Adoptatur à Claudio, & Seneca in disciplinam traditur.</i>	557
<i>Immanitatem natura sua produca.</i>	558
<i>Tiro deductus in forum quaedam notabilia gerit.</i>	ibid.
iiij. <i>De principis Neronis bene gestis, aut sine probro.</i>	
<i>Mortuo Claudio imperium ut occupauerit.</i>	559
<i>Pietatis ostentatio in Claudii funere, memoria patris honoranda, matre colenda.</i>	ibid.
<i>Antium (id natale solum) colonis novis, & portu instructum.</i>	560
<i>Dicta factaque bona indolis indicia.</i>	ibid.
<i>Spectaculorum plurima & varia genera ab eo edita.</i>	561
<i>Teridatis in urbem introitus magnificientissime celebratus.</i>	567
<i>Ianum Geminum claudit.</i>	568
<i>Consulatus ejus quatuor.</i>	ibid.
<i>Mos ejus in jure dicendo, cognoscendo, consultando, aliisque partibus administrationis Reipublica.</i>	568, 569
<i>Excogitata ab eo circa edificia.</i>	570
<i>Multa sub eo seuerè animaduersa.</i>	ccér-

<i>coërcita, instituta.</i>	ibid.
<i>Peregrinationes dua ab eo suscepta.</i>	
574	
<i>iiij. De probris ac sceleribus Neronis.</i>	575
<i>Musica & cantandi studium.</i>	ibid.
<i>Cantat etiam Roma.</i>	578
<i>Equorum & aurigandi studium.</i>	
580	
<i>Profectio in Achaiam.</i>	582
<i>In Achaia certamina obit omnia probrosissime.</i>	ibid.
<i>Reversus è Grecia Neapolin albis equis introit.</i>	586
<i>Romam ingreditur pompa triumphali.</i>	ibid.
<i>De petulantia Neronis.</i>	588
<i>De libidine ejusdem.</i>	592, 593
<i>Profusio divitiarum & pecunia.</i>	
594	
<i>Sumptus in aedificando.</i>	596
<i>Avaritia & rapina.</i>	599
<i>Parricidium ejus in Claudium.</i>	601
<i>In Britannicum.</i>	602
<i>In matrem ipsam.</i>	605
<i>In uxores.</i>	607
<i>Cedes caterorum aut affinitate aliqua aut propinquitate junctorum.</i>	608
<i>Sevitia qua in externos grassatus.</i>	
609	
<i>Cedes nullo dolectu aut modo.</i>	610
<i>Incendio populum & moenia patria vastat.</i>	612
<i>Mala fortuita sub Nerone, pestilentia & clades Britannica.</i>	614
<i>Mira patientia in maledictis & convitiis ferendis.</i>	615
<i>v. De interitu Neronis.</i>	
<i>Defectio Galliarum duce Vindice.</i>	
617	

<i>Spe vana fovetur à mathematicis aliisque.</i>	618
<i>Vt nuntio de motu Galliarum accepto se gesserit Neapoli.</i>	ibid.
<i>Scribit ad senatum & incipit vigilare.</i>	619
<i>Romam pratrepidus redit.</i>	ibid.
<i>Animo frangitur ad nuntium defectionis Galbae & Hispaniarum.</i>	
620	
<i>Interea luxum atque desidiam nec omittit nec immittit.</i>	621
<i>Destinata ejus quâ immania quâ vana.</i>	ibid.
<i>Expeditionis preparatio ridicula & seva.</i>	622
<i>Invidia qua subito casu accrevit.</i>	
624	
<i>Terretur portantis somniarum & auspiciorum & ominum.</i>	625
<i>Nunciata caterorum exercituum defectione, cogitat de fuga.</i>	627
<i>Omissa fuga consilia varia agitatur.</i>	627, 628
<i>Exit urbe, & venit in suburbanum Phaontis liberti.</i>	626
<i>Ibi post longam trepidationem morte eripit se impendentibus contumeliis.</i>	631
<i>vi. ELOGIVM defuncti Neronis.</i>	
<i>Funus Neronis.</i>	633
<i>Statura & forma.</i>	634
<i>Cultus habitusque.</i>	ibid.
<i>Liberalium disciplinarum studia.</i>	635
<i>Popularitas & amulatio omnium qui populo placerent.</i>	636
<i>Fama perpetua cupido.</i>	638
<i>In omnium religionum contemptu superstilitio quedam.</i>	ibid.
<i>Mors ejus quomodo accepta ab hominibus.</i>	639

Liber septimus.

SER. SVLPIC. GALBA.

Progeniem Caesarum in Nerone defecisse, ejusque futuri signa.
Galba qui Neroni successit, nobilitas. 644
Elogia familie Galba. 645
Galba pater, ejusque uxores & liberi. 647
Galba Imperatoris natalis, prænomen, nomen, & cognomen. 648
Omina futura ejus potestatis. *ibid.*
Mos vetus circa libertos servosque ab eo retentus. 649
Studia ejus, & uxores. 650
Liviam Augustam observat cum fructu. *ibid.*
Honores quos functus est domi forisque. 651
Vita ejus sub Claudio. 653
Africa administratio. *ibid.*
Ornamentis triumphalibus & sacerdotio triplici donatur. 654
Vita ejus in secessu prope ad medium Neronis Principatum. *ibid.*
Præficitur Hispania Tarraconensis; ubi signa ei apparent futura dominationis. *ibid.*
Provinciam regit per octo annos inæquabiliter. 655
Sollicitatus ad res novas per Vindi-

cem conditionem recipit. 656
IMPERATOR *salvatus LEGATVM senatus populique Rom. se dicit, & principem agere incipit.*

657

Favent dii incepto. 658

Mox cuncta ejus consilia turbantur. *ibid.*

Nerone occiso, deposita Legati suscipit CÆSARIS appellationem, atque iter Romam instituit. 659

Vrbem ingreditur parum gratus ob servitiam & avaritiam. 660

Imperium ut ab eo gestum, quaque in eo bene aut secus fecit. 662

Invidia flagrat apud omnes præcipue milites. 665

Superioris Germania exercitus primi obsequium rumpunt. *ibid.*

Galba imperium firmat adoptione Pisonis. 666

Simul Othoni occasionem præbet, perficiendi conata. *ibid.*

Monstra exitum ejus portendentia. *ibid.*

Cædes ejus sigillatim explicata. 669

Verba ejus novissima. 670

Perfidia fere omnium erga ipsum. *ibid.*

Hostes illudunt mortuo. 671

Funus. 671, 672

Statura ejus & mores. 672

Ætas, & honores post mortem decreti. 673

M. SAL-

M. SALVIUS OTHO.

<i>De maioribus Othonis.</i>	675
<i>De patre L. Othone.</i>	ibid.
<i>Othonis Imperatoris natiuitas.</i>	676
<i>Vita eius in adolescentia.</i>	ibid.
<i>Vita eius sub Nerone.</i>	677
<i>Poppaam Sabinam seruat Neroni, sed mala fide.</i>	677, 678
<i>Seponitur per causam legationis in Lusitaniam.</i>	678
<i>Vltionem parans accedit conatibus Galba.</i>	ibid.
<i>Imperii spem capit, & ambitione viam eo sibi munit.</i>	679
<i>Pisone à Galba adoptato res novas palam molitur subsidio decies HS. & ope quinque spiculatorum.</i>	ibid.
<i>Ordo rerum ab eo gestarum in occupando imperio & cadendo Galba.</i>	680
<i>Gesta quedam eius initio principatus.</i>	682
<i>Manes Galba eum agitant.</i>	683
<i>Initia belli Vitelliani.</i>	ibid.
<i>Otho quietis auctor & concordia.</i>	ibid.
<i>Pratorianorum erga Othonem fides.</i>	684
<i>Expeditio Othonis ejusque initia infauſta & inconsulta.</i>	ibid.
<i>Tribus praliis vincit, & uno vincitur, ac statim moriendi impetum capit.</i>	686
<i>Causa ejus consilii.</i>	686, 687
<i>Extrema ejus facta, & tandem auctoritas.</i>	688
<i>Othonis corpus, habitus, mores.</i>	689

Mors ejus omnibus miraculo, omnium benevolentiam ipsi conciliat. 691

A. VITELLIVS.

<i>De Vitelliorum origine varie sententia.</i>	693
<i>De Imperatoris avo P. Vitellio & filiis, AVlo, Quinso, Publio, & Lucio.</i>	695
<i>Imperatoris Vitellii genitura, pueritia, & adolescentia.</i>	698
<i>Vita sub Caio, Claudio, & Nerone.</i>	699
<i>Honores gesti ab eo voluntate dispari & existimatione.</i>	ibidem.
<i>Vxores & liberi.</i>	700
<i>Legatus in inferiorem Germaniam à Galba mittitur.</i>	ibidem.
<i>Vitellii euntis in provinciam egestas maxima.</i>	701
<i>Adventus ejus gratus exercitui pravo ad res novas.</i>	702
<i>Castra ingressus conciliat sibi milites, & mox salutatur Imperator.</i>	ibid.
<i>Facta dictaque ejus Romam ex Germania petentis.</i>	703
<i>Urbem ingreditur, & imperium turpiter inchoat.</i>	706, 707
<i>Regitur & regit omnia arbitrio viliſſimi cujusque, maxime Asiatici liberti.</i>	707
<i>Vitellii gula profunda, intempeſtiva ac sordida.</i>	708
<i>Sevitia ejus ac varia neces & supplicia.</i>	712
<i>Exercitus ab eo deficiunt octavo mense.</i>	714

Cona-

Conatus retinendi imperii.	715
Conatus paciscendi cum hoste.	ibid.
Vitellii in Vrbe aestuatio appropinquante hoste.	716
Capitur ab agminis hostilis antecessoribus, & inter magna rerum verborumque ludibria perit.	717
Augurium quo ei sua finis praedicta.	718

Liber octavus.

T. FL. VESPASIANVS.

DE gente Flavia.	721
De avo & patre Vespasiani.	ibid.
Vespasiani Imperatoris ortus & educatio.	723
Honores ab eo gesti.	724
Vxor, liberi, & pellex.	725
Vita sub Claudio, & res bello gesta.	726
Vita sub Nerone.	727
Præficitur bello Iudaico.	728
Othone & Vitellio de principatu certantibus ipse in spem imperii venit.	729
Ea spes pridem illi concepta per hac ostenta.	ibid.
Mæsiaci exercitus pars defert illi imperium Aquileja.	732
Tiberio Alexandro duce legiones Alexandrina, dein Iudaicus exercitus jurant in ejus verba.	733
Cæpta ejus variis casibus adjuvantur.	ibid.
Alexandriam venit & auspicio ibi confirmatur.	733, 734
Ibidem majestatem miraculis editis	

sibi parat.	734
Vespasianus revertitur in Urbem.	735
Censura suscepta Rempub. stabilitur.	737
Urbem restructis multis aedificiis & novis operibus ornat.	738
Ordines purgat suppletque.	739
Iudicia ordinat.	740
Libidinem & luxuriam coercet.	ibid.
Civilitas ejus & clementia.	741
Pecunia cupiditas ingens.	744
Idem male partis optime utitur, liberalis adversus omnes.	745
Infamia ob pristinam cupiditatem.	747
Statura & valetudo.	748
Ordo vite quem tenuit.	749
Comitas & dicacitas.	750
Morbis ejus atque interitus.	755
Cognitio quam habuit de suo & suorum fato.	ibid.

T. FL. VESPASIANVS.

TITI ortus & educatio.	757
Imperium ei promissum à Metoposco.	758
Corporis animique dotes ejus.	ibid.
Militia ejus prima sagata togataque.	759
Vxores & liberi.	ibid.
Legioni præfectus bello Iudaico fortiter se gerit.	760
Missus ad Galbam à patre redire exitinere.	ibid.
Iudeam perdomat & Imperator salutatur.	ibid.
Incidit in suspicionem quasi desiceret	

CONSPECTVS LIBRORVM

<i>teret à patre.</i>	761	<i>Patre defuncto qualis in fratrem fuerit.</i>	776
<i>Redit in urbem, suspicionem de se tollit, & participem atque tutorem imperii agit.</i>	ibid.	<i>Secretum ejus horarium interinitia principatus.</i>	ibid.
<i>Suscipit officiorum prope omnium curam; imprimis praefecturam praetorii, agitque inciviliter.</i>	ibidem.	<i>Vxor Domitia.</i>	ibid.
<i>Suspecta in eo sevitia, luxuria, libido, rapacitas.</i>	762	<i>Qualis in administratione imperii.</i>	777
<i>Suscepto imperio virtutibus summis superiores suspensiones extinguit.</i>	763	<i>Spectacula magnifica & sumptuosa ab eo edita.</i>	ibid.
<i>Benevolentia ejus erga omnes homines mirabilis.</i>	764	<i>Quaestoria munera revocat & spectat.</i>	778
<i>Malis fortuitis quae sub eo acciderunt, sua benignitate medetur.</i>	766	<i>Agon Capitolinus, musicus, equestris, gymnicus ab eo institutus.</i>	779, 780
<i>Pontificatum maximum accipit, ut puras seruet manus fidemque praestat.</i>	768	<i>Quinquatria in Albano monte cum certaminibus oratorum & poetarum ab eo instituta.</i>	781
<i>Mors ejus, & unius facti poenitentia.</i>	769	<i>Liberalitas erga populum, senatum, equitem.</i>	ibid.
<i>Locus & tempus mortis & omnium moeror.</i>	770	<i>Opera ab eo vel restituta, vel nova facta.</i>	782

T. FL. DOMITIANVS.

<i>Vni & quando natus sit.</i>	773	<i>Expeditiones partim sponte partim necessario suscepta.</i>	783
<i>Pubertatis & adolescentiae tempus.</i>	ibid.	<i>Victoria ejus presagiis nota in urbe.</i>	784
<i>Gesta ejus bello Vitelliano.</i>	774	<i>De iis quae in communi rerum usu novavit.</i>	ibid.
<i>CAESAR salutatur, & per speciem praetura urbanae, dominationem absente patre exercet.</i>	ibid.	<i>Iuris dicendi ratio quam tenuit.</i>	787
<i>Expeditionem suscipit in Galliam Germaniasque emulatione fratris.</i>	775	<i>Magistratus urbicos & provinciarum praesides coercet.</i>	788
<i>Simulat modestiam & poetica studium.</i>	ibid.	<i>Suscepta morum correctione, severe quadam animadvertit.</i>	ibid.
<i>Capit occasiones potentiae.</i>	ibid.	<i>Inter initia clemens & abstinens.</i>	790
		<i>Mox desciscit ad sevitiam.</i>	792
		<i>Deinde etiam ad avaritiam & rapinas.</i>	797
		<i>Inciviltas, confidentia & arrogantia.</i>	798
		<i>Conspiratur in eum ab amicis, libertis, & uxore.</i>	801

Anxietas

C. S V E T O N I.

<i>Anxietas ejus quod sciret an-</i> <i>num diemque ultimum vita.</i> ibid.	<i>Cedis tempus & funus:</i> 808
<i>Exitum sibi cavet simul & matu-</i> <i>rat.</i> 802	<i>Statura ejus, verecundia oris, cal-</i> <i>vitium.</i> ibid.
<i>Ostenta qua mortem praecesserunt.</i> 803	<i>De moribus ejus & studiis.</i> 809, 810
<i>Pavor ejus circa tempus imminen-</i> <i>tis fati.</i> 805	<i>Libidinis nimia documenta.</i> 812
<i>De insidiarum cedisque genere.</i> 806	<i>Cedes ejus ut accepta à po-</i> <i>pulo, milite, senatu.</i> 812 813
	<i>Predictiones futurae felicitatis post</i> <i>Domitianum.</i> 814

*** 3

No-

NOMINA EORVM

Quorum

OBSERVATIONES

ET

NOTÆ

Hac editione exhibentur.

Alcianus.
Alex. ab Alexandro.
Ammianus Marcellinus.

Appianus.
Appulejus.
Aristoteles.
Arnobius.
Asconius.
Augustinus.

Baptista Egnatius.
Barthius.
Bayfius.
Beroaldus.
Boxhornius.
Brissomius.
Brodæus.
Budæus.

Casar.
Camerarius.
Cafaubonus.
Cassiodorus.
Cicero.
Cluverius.
Cœlius Rhodiginus.
Columella.

Cornelius Nepos.

Cujacius.

Dio Cassius.

Dionysius Halycarnass.

Erasmus.

Festus.

Florus.

Gellius.

Clareanus.

Gronovius.

Grotius.

Heinsius.

Historia Augusta scriptores.

Hottomannus.

H. Iunius.

Iosephus.

Lactantius.

Lilius Giraldus.

Lipsius.

Livius.

Macrobius.

A. Manutius.

DrMa-

NOMINA AVCTORVM.

P. Manutius.
 Marcellus Donatus.
 Marcilius.
 Mercurialis.
 Meursius.
Minutius Felix.
 Modius.
 Muretus.

 Onuphrius Panvinus.

 Palmerius.
 Pithœus.
Plinius.
Plutarchus.
 Politianus.
 Polybius.
 Popma.
 Pulmannus.

Quintilianus.

 Rutgerfius.

 Sabellicus.
Sallustius.
 Salmafius.

Iul. Cæfar Scaliger.
 Iof. Scaliger.
 Schildius.
 Scriverius.
Seneca.
Servius.
 Sigonius.
 A. Stadius.
 Stevvechius.
Strabo.

Tacitus.
Tertullianus.
 Torrentius.
 Turnebus.

Valer. Maximus.
Varro.
Vegetius.
Vellejus.
 Vinetus.
Vitruvius.
 Vives.
 Voffius.
 F. Vrsinus.
Xiphilinus.

Inter hos primum sibi locum, ob perpetuas animadversiones, faciunt.

PHILIPPVS BEROALDVS,
 LAEVINVS TORRENTIVS,
 ISAACVS CASAVBONVS,

Viri immortalitate dignissimi, ac si alia illis merita non superessent, vel hoc solo eam indepturi.

I V L I V S C Æ S A R .



HABET, QUIRITES! DIVA PATRIÆ QUONDAM
DESPONSA TOTI, TOTA CÆSARI NVBIT
EXLEX POTESTAS: SI PERIRE VOS RERVVM
COEGIT ORBIS, SIC PERISSE GAUDETE!

I. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII CÆSARIBVS

LIBER I.

A.V.C.

DCXXX.

DIVVS IVLIVS CÆSAR.

IVLIVS CÆSAR DIVVS, annum agens sextum decimum, patrem amisit: sequentibusque consulibus flamen Dialis destinatus, dimissa Cossuria, quæ, familia eque-

CSVETONI TRANQVILLI DE XII CÆSARIBVS LIBER I.] Cum apud Suidam legissemus, octo libris constate Suetonii istud *πέντηκτα*, non duodecim: percussit è vestigio animum deformis illa, quæ in vulgata divisione spectatur, voluminum inæqualitas: nam posteriorum sex librorum ea brevitatis erat, ut cum aliquo è prioribus collati, cuncti vix ei mole sua pares essent, non multum certe superarent. Quare igitur Græcum illum magistrum recte præcipientem non sequeretur? præsertim qui & antiquior longe, &, ut puro, omnibus iis doctior est, quorum manu descripti hodie Tranquilli codd. extant. *Casaubonus*. In ea opinione sum, hoc Suetonii opus non libris, sed Cæsarum, de quibus agitur, titulis nominibusque fuisse distinctum. Et hoc fere in more habent omnes *Βιογράφοι*: qui non alia passim inscriptione utuntur, quam CÆSARES, AVE VITAE CÆSARIVM. Prioris exemplum habemus in Iuliani *Παράβαστον* opere, quod, teste Suida, ΚΑΙΣΑΡΕΣ inscripsit, eisdem fere cum Suetoniano, sed satyrice argumenti. Apud Latinos illi, qui vulgo *Historia Augusta* scriptores sex appellantur, non in libros, sed in Cæsares, de quibus agunt, opuscula sua distinxisse videntur; inscripseruntque, VITAE CÆSARIVM, ut haud obscure indicat Iulius Capitolinus in *Opilio*, vel *DE CÆSARIBVS*: sive etiam, CÆSARES,

ut alii. Vide eundem Capitolinum in *Ælio Vero*: qui in *Maximo & Balbino* testatur, se Suetonium per omnia potissimum esse secutum. Vulgatam tamen lectionem, & Suidæ auctoritatem sequi qui volet, fecerit me non illubente. *Boxhornius*.

IVLIVS CÆSAR DIVVS] Falluntur, iudicio meo, vehementer, qui sibi aliisque persuadent, deesse multa initio huius libri, propterea quod de Cæsaris origine & prosapia tacet. Quin potius statuimus, omissam auctori gentis Iuliæ enarrationem, cuius nobilitas & nota erat & extra controversiam: aut, si ita malumus, cum sibi, alio loco, tum aliis expositæ: eundem cæterorum principum gentes enucleasse, ut minus notas, & propter diversitatem tradentium incertas atque controversas. *Casaub.*

CÆSAR.] Scipionem Africanum priorem, primum Cæsarem ita vocatum tradidit, quod excisus utero matris fuerit. Sed hoc falsum est: nam ante bellum Samniticum *Claudius* quidam *Cæsar* existit. Falsa etiam nominis ratio: nec enim *Cæsar* à cæso utero dictus: id de *Cæsone* potius verum esset. Sed *Cæsar* antiqua vox Latina, quæ τὸ κεραιῶν σημαίνει significat; unde *Cæsaries* vel *Cæsaria*, ἢ κέρμη κεραιῶσα. *Salmasius*.

Patrem amisit.] Qui, dum matutino calciatur, repente obiit. *Plinius*.

Flamen Dialis destinatus.] Diem fulgur festo, pro fulmine diurno, quod attribuebant Iovi, ut nocturnum Summano.

Λ

mano.

equestri, sed admodum dives, prætextato desponsata fuerat, Corneliam Cinna quater consulis filiam, duxit uxorem: ex qua illi mox Iulia nata est: neque ut repudiaret compelli à Dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diversarum partium habebatur: ut etiam discedere è medio, & , quamquam morbo quartana adgravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere: donec per virgines Vestales, perque Mamercum Aemilium & Aurelium Cottam, propinquos & affines suos, veniam impetravit. Satis constat, Syllam, cum deprecantibus

ami-

mano. Pro dio etiam dialis, ut Dialis Flamen, id est, Iovialis. Et Apulejo *Diale Fulmen*. Inde & sub Dio, quod alii dicunt sub Iove. Est & Δίος templum Iovis. *Salmas.*

Cinna quater Consulio.] Quater Cos. an quarto aut quartum dicas, pili non interest: etsi subtiliter inter ea distinguere potest. Plutarchus ait ἑμυραρχίας: more Græcorum, qui & Syllam & Cinnam, & Marium, & dictatores quoque μυραρχας vocant. *Casaub.*

Neque ut repudiaret compelli.] Vulgati codd. ut repudiaret illam. Passim in Suetonio observavimus pronominum ellipsin non invenustam, Græcis quoque usitatam. At imperiti homines de suo illa intruserunt, fulciendis sententiis, quas ruere alias putabant: quod semel dictum volumus. *Idem.*

Uxoris dote & gentilitiis hereditatibus multatus.] Lege Cornelia de proscriptione, quæ proscriptorum liberos & bonis patriis privavit, & ab honoribus petendis repulit. Gentilitia nota à Livio: gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Gentilitium vocabulum à gente, id est, natione, non à familia usur-

pavit Gellius: inde Gentilitia sacra dicuntur à Livio, quæ statuta sunt eidem genti. *Beroald.*

Seque ab inquisitoribus pecunia redimere.] Græci eleganter Φυραδοθήρας vocant, recentior Hellenismus etiam δρωμύρας. Iustinianus ἐπὸνυάδας Græce nominat illos Quæstores à se institutos, quorum officium describit *Novella lxxx. Casaub.*

Donec per virgines.] Solebant Romani in periculis delictisque adhibere Vestales deprecatrices, ut ita venia fieret impetrabilior. Hinc ait Cic. in dissuasionem legis agrariæ, *si quid deliquero, nulla sunt virgines, quæ me à vobis deprecentur.* Hinc Messalina, cum audisset Claudium maritum ab Hostia redire festinantem ad ipsius ultionem, oravit Vibidiam virginum Vestalium vetustissimam, ut Claudii aures adiret, & clementiam expeteret. *Tac. Ann. xi. Beroald.*

Aurelium Cottam.] Aurelia familia ex Sabinis oriunda à Sole dici creditur: cui peculiariter Romæ sacra faciebat. Antiquitus dicti Aufelii, ut Valesii, Papyrii: pro Aurelii, Valerii, Papyrii. *Idem.*

Ex

amicissimis & ornatissimis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse (sive divinitus, sive aliqua conjectura) Vincerent, ac sibi haberent: dummodo scirent, eum, quem incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatum partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum: nam Cæsari multos Marios inesse. *Stipendia prima in Asia fecit, M. Ther-²mi Prætoris contubernio: à quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostrata regi pudicitie: quem rumorem auxit,*

17-

Expugnatum tandem proclamasse, Vincerent.] Vincere, ait Donatus, familiare est verbum iratis: nempe ea notione qua hic accipitur, & apud Terentium aliosque. Cæsar libro v. Vincite, inquit, si ita vultis. Sabinus. similiter apud Græcos νικάειν. Sophocles Electra,

— εἰ ἢ μὴ καλῶς

Λέγω, σὺ νίκα' σὺ ἢ ἐψόμεθα' ἄμω.
Ab eadem mente est hic quoque *expugnatus*, pro *exoratus*. Ita apud Columellam præfatione lib. x. *nisi propositum meum expugnasset frequens postulatio tua.* Est hoc quoque Græcorum imitatione dictum: qui non solum *μάχιας* de omni vehementiore studio usurpant: sed etiam *πολιορχεῖν* pro *evincere* precibus accipiunt. Ita usi sunt voce *oppugnatio* Imp. in constitutione quadam de nuptiis. *In oppugnationem viduarum cessent sequestres atque interpretes, taciti nuntii venuntisque corrupti.* Casaubonus.

Sive divinitus, sive aliqua conjectura.] En scriptorem accuratum, etiam in iis quæ obiter dicit. Omnino, inquit, divinavit Sylla; sed utro genere divinationis sit usus, naturali an artificioso, nescio: obiter significat duo esse

genera divinandi; illa ipsa de quibus Cicero libro 1. De divinatione & libro 11. Duo, inquit, genera divinandi esse dicebas; unum artificiosum, alterum naturale. Artificiosum constare, partim ex conjectura, partim ex observatione diuturna: naturale quod animus arripere, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde animos hæstos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Casaub.

Nam Cæsari multos Marios inesse.] Acriora illa & animi vehementius commoti apud Plutarchum, *ὅτι ἔφη τῶν ἔχοντων αὐτῶς, εἰ μὴ πολλὰς ἐν τῇ παιδί τῆτο Μαρίων ἐνορῶσιν.* eodem loquendi genere usus quondam Dionysius major, cum filium increparet, *ὅτι ἔστιν ἐν σοὶ τὴν ἄνοιαν.* Casaubon.

M. Thermi Prætoris contubernio.] Thermus quoque Minuciorum cognomen. Exstantque veteres denarii: in quorum parte altera duo viri dimicantes, quos inter tertius genu flexo ab altero protegitur. Ut quod de civica Cæsari à M. Minucio Thermo donata hic narrat Suetonius, nummo in ejus gratiam percussio testatus videri possit Q. Minucius M. F. Triumvir monetalis, aut alius quispian Minuciorum, fautor Cæsaris. Terrent,

equestri, sed admodum dives, prætextato desponsata fuerat, Corneliam Cinna quater consulis filiam, duxit uxorem: ex qua illi mox Iulia nata est: neque ut repudiaret compelli à Dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diversarum partium habebatur: ut etiam discedere è medio, &, quamquam morbo quartana adgravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere: donec per virgines Vestales, perque Mamercum Aemilium & Aurelium Cottam, propinquos & affines suos, veniam impetravit. Satis constat, Syllam, cum deprecantibus

ami-

mano. Pro dio etiam dialis, ut Dialis Flamen, id est, Iovialis. Et Apulejo *Diale Fulmen*. Inde & sub Dio, quod alii dicunt sub Iove. Est & Δίῳ templum Iovis. *Salmas.*

Cinna quater Consulis.] Quater Cos. an quarto aut quartum dicas, pili non interest: etsi subtiliter inter ea distinguere potest. Plutarchus ait ἑμυραρχίῳ: more Græcorum, qui & Syllam & Cinnam, & Marium, & dictatores quoque μυράρχας vocant. *Casaub.*

Neque ut repudiaret compelli.] Vulgati codd. *ut repudiaret illam*. Passim in Suetonio observavimus pronominum ellipsin non inveniunt, Græcis quoque usitatam. At imperiti homines, de suo illa intruserunt, fulciendis sententiis, quas ruere alias putabant: quod semel dictum volumus. *Idem.*

Uxoris dote & gentilitiis hereditatibus multatus.] Lege Cornelia de proscriptione, quæ proscriptorum liberos & bonis patriis privavit, & ab honoribus petendis repulit. Gentilitia nota à Livio: gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Gentilitium vocabulum à gente, id est, natione, non à familia usur-

pavit Gellius: inde Gentilitia sacra dicuntur à Livio, quæ statuta sunt eidem genti. *Beroald.*

Seque ab inquisitoribus pecunia redimere.] Græci eleganter *Φυραδοῦρας* vocant, recentior Hellenismus etiam *δωρητάς*. Iustinianus *ἐπὶ ἀνάδοις* Græce nominat illos Quæstores à se institutos, quorum officium describit *Novella LXXX. Casaub.*

Donec per virgines.] Solebant Romani in periculis delictisque adhibere Vestales deprecatrices, ut ita venia fieret impetrabilior. Hinc ait Cic. in dissuasionem legis agrariæ, *si quid deliquero, nulla sunt virgines, quæ me à vobis deprecantur*. Hinc Messalina, cum audisset Claudium maritum ab Hostia redire festinantem ad ipsius ultionem, oravit Vibidiam virginum Vestalium vetustissimam, ut Claudii aures adiret, & clementiam expeteret. *Tac. Ann. xi. Beroald.*

Aurelium Cottam.] Aurelia familia ex Sabinis oriunda à Sole dici creditur: cui peculiariter Romæ sacra faciebat. Antiquitus dicti Aufelii, ut Valesii, Papyrii: pro Aurelii, Valerii, Papyrii. *Idem.*

Ex

amicissimis & ornatissimis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse (sive divinitus, sive aliqua conjectura) Vincerent, ac sibi haberent: dummodo scirent, eum, quem incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatum partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum: nam Cæsari multos Marios inesse. *Stipendia prima in Asia fecit, M. Ther- mi Prætoris contubernio: in quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostrata regi pudicitie: quem rumorem auxit,*

213-

Expugnatum tandem proclamasse, Vincerent.] Vincere, ait Donatus, familiare est verbum iratis: nempe ea notione qua hic accipitur, & apud Terentium aliosque. Cæsar libro v. Vincite, inquit, si ita vultis. Sabinus. similiter apud Græcos νικάω. Sophocles Electra,

— εἰ ἢ μὴ καλῶς

Λέγω, οὐ νίκα· σὶ γὰρ ἐψόμεθ' ἄμω.
Ab eadem mente est hic quoque *expugnatus, pro exoratus.* Ita apud Columellam præfatione lib. x. *nisi propositum meum expugnasset frequens postulatio tua.* Est hoc quoque Græcorum imitatione dictum: qui non solum μάχῃ de omni vehementiore studio usurpant: sed etiam πολιορχεῖν pro evincere precibus accipiunt. Ita usi sunt voce *oppugnatio* Imp. in constitutione quadam de nuptiis. *In oppugnationem viduarum cessent sequestres atque interpretes, taciti nummi renuntiique corrupti.* Casaubonus.

Sive divinitus, sive aliqua conjectura.] En scriptorem accuratum, etiam in iis quæ obiter dicit. Omnino, inquit, divinavit Sylla; sed utro genere divinationis sit usus, naturali an artificioso, nescio: obiter significat duo esse

genera divinandi; illa ipsa de quibus Cicero libro 1. De divinatione & libro 11. Duo, inquit, genera divinandi esse dicebas; unum artificiosum, alterum naturale. Artificiosum constare, partim ex conjectura, partim ex observatione diviturna: naturale quod animus arripere, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde animos hæstos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Casaub.

Nam Cæsari multos Marios inesse.] Acriora illa & animi vehementius commoti apud Plutarchum, ὅτε ἴφην ἔχον αὐτὸς, εἰ μὴ πολλὰς ἐν τῷ παιδί τῷ Μαρίῳ ἐνορῶσιν. eodem loquendi genere usus quondam Dionysius major, cum filium increparet, ὅτε ἴσιν ἐν σὶ τύραν. Casaubon.

M. Thermi Prætoris contubernio.] Thermus quoque Minuciorum cognomen. Exstantque veteres denarii: in quorum parte altera duo viti dimicantes, quos inter tertius genu flexo ab altero protegitur. Ut quod de civica Cæsari à M. Minucio Thermo donata hic narrat Suetonius, nummo in ejus gratiam percussio testatus videri possit Q. Minucius M. F. Triumvir monetalis, aut alius quispian Minuciorum, fautor Cæsaris. Torrent.

intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigenda pecunie, quæ deberetur cuidam libertino clienti suo. Reliqua militia, secundiore fama fuit: & à Thermo in expugnatione Mitylenarum corona civica donatus est. Meruit & sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Syllæ morte comperta, simul spe nova dissensionis, quæ per M. Lepidum movebatur, Romam propere rediit. Et Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit: cum ingenio ejus diffusus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat. Cæterum composita sedi-

tio-

Rursus repetita Bithynia.] Fateor, sublata voce rursus, sententiæ nihil deest: nego tamen recte sentire, qui eam putant induendam: hac ratione scalpelio indigebunt quæcumque apud optimos scriptores speciem habent βαττολογίας, quæque item dicuntur ἐκ παρρησίας. Mitto illa pueris nota, πάλιν αὖ, ὑπερον αὖθις, ergo igitur, alia sexcenta. Sophocles Trachiniis, Περὶ κείνου αὐτὸν φανερός ἐμφανῆς παρρησίας δείξει; Ibidem, Ἐχρῆσαι μὴ κατ' οἴκον ἐν δόμοις. Plautus Pœnulo: Revertor rursus denno Carthaginem. Casaubonus.

Cuidam libertino clienti suo.] Etsi sunt relata patronus & libertus, tamen præter hunc patronum alium libertis olim habere jus fuit, cujus ipsi non liberti dicerentur, sed clientes. Cicero ad Atticum lib. primo, Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem & clientem tuum. Sic Athenis servi cum manumitterentur, optabant sibi ac publice asciscere patronum in cujus clientela essent, idque voce præconis. Aristoteles Rhetorico lib. 111. τὸ κηρύκων ἀπολαμβάνουσι τὰ παροῦσα, τὸ πῶς αἰρεῖται ἐπί-

τροπον ὁ ἀπελευθερωμένος, ΚΛΕΩΝΑ. sed de Græcis non mirum: apud quos & libertorum solutiora jura, & servorum etiam: adeo ut durius servitium mutare, fas & jus fuerit: quod παρῶσιν αὐτῶν dicebant. Auctores Pollux libro VII. & Plutarchus de superstitione. cui juri simillimum illud est, quod hodie legibus Turcarum mancipia ipsorum obtinent. Lege Petrum Bellonium Observationum libr. 111. cap. XXIX. Casaub. Constat ex moribus Pop. Roman. secundum pupillos proximum locum clientes habere, qui sese in fidem, patrociniumque nostrum dediderunt. Vnde M. Cato ita scripsit: Adversus cognatos pro cliente testatur: testimonium adversus clientem nemo dicit. Romulus conditor urbis instituit, patronos omnia pro clientibus facere debere, quæcumque efficiunt pro filiis patres. Beroaldus.

Corona civica.] Quæ data illi, qui civem servarat, & eodem tempore etiam hostem occiderat. Hac cum Imperator honestabat, & Tribuni cogebant servatos (nisi id quidem ultro facerent) servatorem suum coronare. E quercu sive ilice fuit; cujus causam vide, si lubet, apud Plutarchum. Lipsius.

Cot

tione civili, Cornelium Dolabellam, consularem & triumphalem virum, repetundarum postulavit: absoluteque, Rhodum secedere statuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac requiem, Apollonio Molonis, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Huc dum hibernis jam mensibus trajicit, circa Pharmacusam insulam à prædonibus captus est: mansitque apud eos, non sine summa indignatione, prope quadraginta dies, cum uno medico & cubiculariis duobus. Nam comites

ser-

Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem virum repetundarum postulavit.] Dolabella hic est ille, qui ex consulatu profectus in Macedoniam, de victis Thracibus, anno eo quo Lepidus pulsus fugatusque est, triumphavit. Ad Fastos & M. Tullium in ea contra Pisonem. More autem fecit Cæsar adolescentium ejus ætatis qui foro se præparabant, quod militiæ forensis hoc rudimentum edidit. vide Apuleii Apologiam, & quæ ibi adnotavimus. Casaubon. Dicimus repetundarum, & de repetundis, per duos tantummodo casus. Acilius Glabrio legem primus tulit de pecuniis repetundis: quæ Acilia dicta est, quæ, ut inquit Cicero, Lex socialis est, & tota sociorum causa constituta. Beroald.

Absoluteque Rhodum secedere statuit.] Sæpe miratus sum, in tam illustris viri vita, esse tantas inter auctores diversitates. Quam multa enim Plutarchus aliter atque hic narrat? vel hunc locum vide: multa diversa, occasiones dicorum, & τὴν αἰτίαν τῆς ἁποστασίας. Casaubon.

Apollonio Molonis clarissimo tunc dicendi magistro.] Non heri aut nudius tertius invalit hominum mentes hic error, quo duos clarissimos dicendi magistros confuderunt: Apollonium dico Molonis, qui & Μαλακὸς audit, & Molonem: de quibus tam clara Strabonis verba,

qui fuit illorum æqualis, ut mirer offendere in tanta luce quenquam potuisse. Idem.

Circa Pharmacusam.] Vel Pharmacusa scribendum, vel Pharmacoesa, ut Prinocsa apud Plinium. Stephanus vult, Pharmacusas appellari duas insulas quæ sunt ad Salaminem insulam ante Atticum littus. Pharmacusam vero aliam esse insulam ad littus Asiaticum supra Miletum. de hac loquitur Suetonius hic. Idem.

Mansitque apud eos non sine summa indignatione.] Lego dignatione. Id enim dicere voluit, quod Velleius his verbis: Ita se apud eos gessit, ut pariter eis terrori venerationique esset. Alioquin tueri vulgatam lectionem possemus, ut indignatio, accipiatur καὶ ὀργῆς (ut multa in hoc scriptore) hoc est, ἐνεργητικῶς, non ut sit ἀγενήκητις, quæ est usitata ejus vocis significatio: sed ἄνευ ἀξίωσης, κατὰ φρόνησιν, contentus. Placet tamen magis prior emendatio, quam Fulvio quoque Ursino venisse in mentem, ex ejus notis didici. Idem. Forte, non nisi summa indignatione. P. Scriverius.

Cum uno medico & cubiculariis duobus.] Quædã edit. cum uno amico. primus Robertellus auctor mutandæ vulgatæ lectionis fuit: Plutarchum enim φίλον hunc vocare: neque esse verisimile, ulli medico

servosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus in litore, non distulit quin è vestigio classe deducta persequeretur abeuntes: ac redactos in potestatem, supplicio, quod illis saepe minatus inter jocum fuerat, adficeret. Vastante regiones proximis Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam: auxiliisque contractis, & praefecto regis provincia expulso, nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. TRIBUNATV militum, qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit, auctores restituende tribunitiae potestatis, cuius vim

Syl-

medico (quippe servi illis temporibus eam artem exercebant Romae) eum honorem habitum, ut inter amicos Caesaris censeretur. Primum illud falsum, omnes Romae tum medicinam proficientes servos fuisse: multi enim excellentes in ea arte, è Graecia terra illuc quaestus sui causa, partim ingenui, partim manu pridem emissi, itabant. Falsissimum vero, medicos à magnatibus Romanis inter amicos non habitos, neque eo titulo dignatos. Tacitus Annalium libro 17. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liviae. Seneca De beneficiis lib. vi. Quare medico & praeceptori plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor? Quia ex medico & praeceptore in amicum transiunt. Casaub.

Ad expediendas pecunias, quibus redimeretur dimiserat.] Supple ex Plutarcho, alium in aliam vicinæ provinciae Asiae urbium: non enim sua redemptus est pecunia, sed publica civitatum, ait Velleius. Idem factum in pluribus Romanis, qui illa tempestate in piratarum manus inciderunt. Notum de P. Claudio, qui captus misit ad Ptolemæum Cy-

pri regem ad expedienda lytra. Strabo xiiii. Dio lib. xxxviii. Quod igitur Caesar praedonibus xv talenta postulantis, L. sponte sua obtulit, non liberalitas hæc fuit: sed summa confidentia civis ἀγαθῶν sociorum P. R. fortunis insultantis. Idem.

Ne desidere in periculo sociorum videretur.] Quasi ad privati curam salus imperii aut sociorum, stante & florente Rep. (nam de extremis periculis non loquimur) pertineret. Quin illud verius, ambitione impulsus, & gloriae cupiditate. Vidit hoc qui tum temporis Asiam obtinebat nomine P. R. proconsul Iunius. itaque conata ejus destituit. Velleius, Longum est narrare quid & quoties ausus sit, quanto opere conata ejus qui obtinebat Asiam magistratus P. R. metu suo destituerit. Idem.

Auctores restituende Tribunitiae potestatis enixissime iuravit.] Consul Pompeius Tribunitiam potestatem restituit, cuius Sylla imaginem in jure (sen intercessione) reliquerat. Velleius.

Cuius vim Sylla deminuerat.] Lege lata, ne quis post tribunatum ullius honoris esset capax. Appian.

Roga-

Sylla deminuerat, enixissime iuvit. L. etiam Cinna, uxoris fratri, & qui cum eo civili discordia Lepidum secuti, post necem consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, habuitque & ipse super ea re concionem. Quæstor Iuliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit è more pro Rostris: & in amita quidem laudatione, de eius ac patris sui utraque origine sic refert, Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Dîs immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulii, cujus gentis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent: & carimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliæ autem locum Pompeiam duxit, Q. Pompeii filiam, L. Syllæ neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio: quem

Rogatione Plotia confecit.] Lex, plebiscitum, privilegium, rogationis nomine continentur. Est enim Rogatio quasi caput, & fons totius juris popularis. Nam rogare populum, est agere cum populo: in qua re hæc erant verba solennia: VELITISNE, IVEATISNE QUIRITES UT HOC, VEL ILLUD FIAT? Unde rogatio, quasi quædam interrogatio est. Inde Tranquillus, rogationem Plotiam appellat legem latam à Plotio tribuno plebis. Beroald.

È more pro Rostris.] Pro Rostris quidem laudare defunctos moris erat, sed, si Plutarcho credimus, è sceminis veteres tantum matronæ, qualis Popilia, Q. Lutatii Catuli Capitolini mater, & Iulia, C. Cæsaris amita, C. Marii uxor, vita functæ laudabantur, non juniores etiam, qualis hæc Cornelia. Livius qui-

dem lib. v. non distinguit, additum matronis honorem narrans, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset, quod aurum pro pacta Gallis summa contulissent. Torr.

Q. Pompeii filiam.] Pompeios patrem & filium, utrumque interfectos fuisse bello civili refert Livius libro vice-simo secundo. Qui Pompeium filium generum fuisse ait Lucii Syllæ; è quo nata sit hæc Pompeia, quam Suetonius Syllæ neptem appellat. Fulvius Ursinus.

Adulteratam opinatus à P. Clodio.] Publius Codius Appii filius cum veste mulieris deprehensus domi C. Cæsaris, cum sacrificium pro populo fieret, perque manus Serviliz servatus & eductus est, res fuit insigni infamia. Cicer.

quem inter publicas caerimonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, ut senatus questionem de pollutis sacris decreverit. Quaestori ulterior Hispania obvenit: ubi cum mandatu pratoris, jure dicendo conventus circumiret, Gadeisque venisset, animadversa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi pertesus ignaviam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset in aetate qua jam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum occasiones in urbe. Etiam confusum eum somnio proxima noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) conjectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi

Inter publicas caerimonias.] Sacrificium Bonae deae fit per virgines Vestales, fit pro populo Romano, fit ab ea domo, quae est in Imperio: fit incredibili caerimonia. Cicero.

Herculis templum.] Erat id & conditoribus, & aetate, & religione, & opibus illustre, ut tradit Mela libro tertio, multaque in eo veterum Graecorum monumenta, si Philostrato in vita Apollonii credimus, libro quinto. Hinc ergo & Alexandri ibidem sive imago, sive statua, nam Annibalem quoque refert Livius Gadeis profectum, solutis Herculi votis nova insuper vovisse, si caetera prospere evenissent, libro vigesimo primo. Torrent.

Confusum somnio.] Plutarchus à Tranquillo dissentiens, tradit Caesarem ea nocte, quam insequutus est Rubiconis transitus, hoc vidisse somnium. Beroal. Recte inquit, hoc somnio Caesarem confusum. Si enim laeta, inter quae etiam ista, somniantibus offerrentur, mala ut plurimum portendi, persuadebant sibi veteres: ut observamus ex Apuleio,

apud quem Milesii sermonis lib. 17. anus ad puellam; videre, inquit, & melitis dulciolis ventrem saginare, vel in voluptatem veneream convenire, tristitia animi, languore corporis, damnisque ceteris anxiatum iri pradicant. Boethorius.

Arbitrium terrarum orbis portendi interpretantes.] Ita visum interpretari vanissimae artis auctoribus vanissimis. Artemidorus libro τ' ονειροκριτικῆς primo, de hujusmodi somnio loquens, ἀγαθὸν ἢ καὶ παντὶ δημοσίῳ, καὶ πολίτου ἢ σημαίνει γὰρ τὴν παλαιότητα ἢ μήτηρ· ὅσπερ ἐν ὁμιγνύμενῳ καὶ νόμῳ Ἀφροδίτης παντὸς ἀρχὴ τῶν πραγμάτων τ' σωσέως καὶ ἰσχυροσύνης, εἰς ἐκείνης, ἕως ὅδε, πάντων σωσέως τ' τῶν πόλεως πραγμάτων. Astramplychus in Onirocritico, Μητρὶ πλακῆται καλὸν εἶς ὄναρ ἔδει. Dissentiunt Persarum & Indorum sapientes; de quibus Achmet Seirim F. cap. cxxvii. εἰς πρὸς ἰδὴ ὅτι σωσείασι μητρὶ τῆς ἀδελφῆς.

tendi interpretantes : quando mater, quam subiectam sibi vidisset, non alia esset quam terra, quæ omnium parens haberetur. Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas de petenda civitate agitantes, adiit: & ad audendum aliquid concitasset, nisi COSS. conscriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipsum retinuis-
sent : nec eo secius majora mox in urbe molitus est. Si-
quidem ante paucos dies quam aedilitatem iniret, venit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sylla & AVtronio, post designationem consulatus, ambitus condemnatis, ut principio anni senatum adori-
rentur : & trucidatis quos placitum esset, dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium rep. Sylle & AVtronio consulatus restitueretur. Meminerunt hujus conjurationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in
edi-

δε λφῆ, ἀναξίων ἀγαθοποιήσθ, ψεῦ-
δμ & ἐ μὲ ἀγενώσκων. Casaubonus.

Colonias Latinas.] Coloniais vel pro civium meritis, vel pro S. P. Q. R. liberalitate alia aliis jura dabantur. Summum beneficium erat civitas Romana, secundo loco Latinitas, tertio jus Italia censebatur, ut nimirum & liberti nunc cives Romani, nunc Latini, nunc dedititii dicebantur. Atque hinc bellum Sociale exortum, quod Marc. Livius Drusus Tr. pl. promissam Latinis civitatem præstare non potuit, A. V. DC LXXI. Colonias quoque Latinas, quas Cæsar adiit, Transpadanos capio, qui Latinitate non contenti, civitatem insuper petere destinarent. Quod eos beneficium à Dictatore Cæsare impetrasse auctor Dion. Torrent.

Crassus dictaturam invaderet.] Legimus apud Dion. in v. Dictatoriam potestatem fuisse quasi quandam electam tyrannidem: quod à Græcis institutum,

Romani transtulisse videntur: namque apud Græcos tales erant Ἄστυνετα, qui erant electi tyranni, qualem elegerunt olim Mitylenæi Pittacum: cujus rei mentio quoque fit ab Aristotele in III. Politicorum. Beroald.

Meminerunt.] Omnes hos Cæsaris inimicos fuisse, nemo est in illorum temporum historia vel leviter versatus, quin sciat. Edicta Bibuli, illa ipsa sunt quorum in Pompeio Plutarchus meminit, & vocat διαγεγάμησθ βλασφημίας ἔχοντα & κατηρησίας: Cicero ad Atticum Archilechia edicta. Casaub.

Tanusius Geminus.] Libri veteres Tanusius, unus etiam prænomen addit L. Annales Tanusii commemorat Seneca Epist. XCIIII. vitam hominis sapientis brevem libro, qui paucorum versuum sit, sed laudandus atque utilis, comparans; longam vero hominis insipientis Tanusii annalibus, prolixis nimirum, sed insulsis. Torrent.

edictis, C. Curio pater in Orationibus. De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Axium epistola, referens, Cæsarem in consulatu confirmasse regnum, de quo Ædilis cogitabat. Tanusius adjicit, Crassum, pœnitentia vel metu, diem cædi destinatum non obiisse, & idcirco ne Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. Convenisse autem Curio ait, ut togam de humero dejiceret. Idem Curio, sed & M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente: cui ob suspicionem urbanae conjurationis, provincia Hispania ultro extraordinem data sit: pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas consurgerent, per Lambranos & Transpadanos: destitutum utriusque consilium morte
 10 Pisonis. Ædilis, præter comitium ac forum, basilicasque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus extructis: in quibus abundante rerum copia, pars
 appa-

Per Lambranos.] *Al. Ambranos.* Suspiceo citerioris Hispaniæ barbarum aliquem populum intelligi, cujus opibus abuteretur Piso in rebus novandis: ut Romæ Cæsar Transpadanorum. si id non est, sunt per me Lambrani *ἡ Λαμβριανῶν* Lambri fluminis. mentio ejus præter Plinium, etiam apud Sidonium Apollinarem lib. 1. epist. v. *Casaub.*

Ædilis, præter comitium ac forum.] A.V.C. CCCXLIII. Papyrius Cursor ex S. C. triumphavit: cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere. Tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata scuta domus argentariorum ad forum ornandum dividerentur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab Ædilibus, cum thesauri ducerentur. *Livius.* Scribit Dionys. in vi. ædiles ministros

fuisse Tribunorum, & pene tales, quales sunt apud Græcos Agoranomi: quorum mentio fit apud Plautum, ita scribentem in Captivis: *Mirum adeo est, nisi fecerunt hunc sibi Agtoli agoranomum.* Beroald. Comitium est locus in foro, quo coire equitibus Romanis, & Pop. Romano licet: sic dictus, quod illic coibant comitiis curiatis, & litium causa. *Varro.*

Basilicasque.] Basilica proprie significat locum, in quo negotiationes, & consilia, & judicia exercebantur: dicta quasi regia. Plinius in Epistol. inquit: *Descenderem in basilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam.* Idem alibi centumvitalia judicia indicat in basilica fieri solita. Jurisconsulti tit. de verb. oblig. basilicam publicis usibus accommodatam esse demonstrant, *Beroaldus.*

Tantius

apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosque, & cum collega & separatim, edidit: quo factum, est ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet: nec dissimularet collega ejus M. Bibulus, evenisse sibi quod Polluci. ut enim Geminis fratribus aedes in foro constituta, tantum Castoris vocaretur: ita suam Cæsarisque munificentiam, unius Cæsaris dici. Adjecit insuper Cæsar etiam gladiatorium munus, sed aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. Nam cum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret. Conciliatq; po-
puli favore, tentavit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur: nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum à senatu appellatum, expulerant, resque vulgo improbabatur. nec obtinuit, adversante optimatum factione. quorum auctoritatem ut quibus posset modis invicem deminueret, tropæa

C.

Tantum Castoris vocaretur.] Imo Castores dicti Latinis quos Græci vocant Διοσκύρως. Notum ex Plinio, Minutio Felice, Arnobio, aliis. & ita recte vetus interpret, Actorum cap. xxviii. Sic in Euripidis Electra τὸ Κάστρος, quod nuper docuit nos Iosephus Scaliger. *Casaub.*

De numero gladiatorum.] Cæsar Ædilis ecc xx. paria dedit. Augustus etiam de numero parium cavuit, edixitque A. V. D CC XXXII. nec gladiatores sæpius quam bis anno dari, nec plurimum quam lx. parium, *Lipsius.*

Ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur.] Provincia proprie est regio à Pop. Rom. ut inquit, Festus, provinciæ, & jure provinciali donata. Ab hac signifi-

catione reliquæ omnes sunt profectæ, ita ut quibus bella quocunque modo essent mandata, iis provinciæ mandata, aut cui negotium publicum delatum esset, eidem quoque provincia delata diceretur. *Sigon.*

Factione.] Factio olim, & factiosus, honesta vocabula erant. Vnde factiones histrionum & quadrigarum antiquitus dicebantur: nunc nomine factionis seditio nominatur, & factiosos intelligimus seditiosos. *Festus.*

Tropæa C. Marii.] Nullo modo ferendus est, qui tantum hoc loco perdit verborum, ut probe veram scriptionem esse tropæa. Repugnat primo analogia, quippe cum sit à τρέπω verba. Repugnant omnes libri meliores. repugnant

C. Marii de Iugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim à Sylla disjecta; restituit: atque in exercenda de sicariis quaestione, eos quoque sicariorum numero habuit, qui proscriptione ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex arario acceperant: quamquam exceptos

12 *Corneliis legibus. Subornavit etiam qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo precipuo adjutore, aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatum senatus coercuerat: ac sorte iudex in reum ductus, tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aequae ac*

13 *judicis acerbitas profuerit. Deposita provincia spe, Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris alieni,*

CUM

pugnant denique etiam prisci lapides. *Casaub.* Iure neque Sulla deicere potuit, cum semel dedicata moveri nefas esset, neque Cæsar restituere. nam ne vetustate quidem consumpta reficiebantur. *Plutarch. Probl. Rom. Torr.*

Atque in exercenda de sicariis quaestione.] Cæsar post ædilitatem factus est iudex quaestionis. ann. urbis DCXCII. eique prætori operam navavit, cui sorte contigerat quaestio inter sicarios. Id erat fere ædilitiorum hominum munus, & gradus ad præturam ex ædilitate. *Casaub.*

Corneliis legibus.] Inter alias, quas ad populum tulit, leges, capite uno cavita, ne quis legibus in Senatu solveretur, nisi CC. affuissent Senatores, quum antea vel paucissimi per ambitionem id factitare consueverant: de hac lege videtur mihi nunc sentire *Tranquillus*, ut quamquam frequenti Senatu decretum esset, ne pro sicariis haberentur, qui proscriptorum capita rerulissent, Cæsar tamen ut ejus ordinis auctoritatem labefactaret, in sicariorum numero, adversus Cornelias leges, in exercenda quaestione habuit. *Sabellie.*

Ac sorte iudex in reum ductus.] Ac-

cipio de sortitione illa qua factus Cæsar iudex quaestionis in judicio Rabiriano. Quaestionis iudex quasi vicarius fuit prætoris sive quaestoris ejus cui aderat. Quamobrem non minus quam ille, quaestionem exercere dicitur: quod cæteris privatis iudicibus non convenit. Refert *Dio* libro xxxviii. sedisse iudicem in hac causa & *Lucium Cæsarem* cum *Caio Cæsare*: sed ille quidem privatus fuit, ut unus aliquis è iudicum selectorum numero: Cæsar non simpliciter iudex, sed quaestionis iudex de causa cognovit; quo major ei facultas reo nocendi fuit. *Casaub. Sorte ductus,* quia nomina tabulis insculpta in urnam conjiciebantur, & ita sorte educabantur. *Beroald.*

Non sine profusissima largitione.] Duabus potissimum Cæsaris artibus effectum, ut in petitione hujus sacerdotii homo juvenis, necdum præturam consecutus, amplissimos viros, *Q. Catulum* & *P. Isauricum*, superaret; profusa largitione in tenuiores, & potentiorum affectatione diligentissima, ad fœditatem adulationis usque: de hac fufe *Dio* lib. xxxviii. *Casaub.*

CUM

cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum. atque ita potentissimos duos competitores, multumque & ætate & dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit. Prætor creatus, detecta conjuratione Catilinae, senatuque universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus municipatim dividendos,

CII-

Cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti.] Descendentem ad comitia osculari, peculiare materni affectus fuit: at redeuntem è comitiis, honore auctum osculo excipere, commune matri cum aliis propinquis, amicis, clientibus. Elegans locus apud Arrianum in Dissertationibus Epicteti, libro primo, capite XIX. Ηξίωται πὲς δημορχίας; πάντες οἱ ἀπειτῶντες σιωπῶν. ἄλλο τὸς ὀφθαλμοὺς κερταφιλῆ, ἄλλο τὸ τράχηλον οἱ δὲλοι τὰς χεῖρας. Notatu dignum est, etiam in Curia talibus blanditiis fuisse locum: narrat enim Plutarchus Bruto, conjuratos sellam Cæsaris Curiam ingressi circumstetisse, quasi aliquid rogaturos, osculabundos, manus alios, pedes alios, quosdam caput. Καὶ σιωπῶν πάντες, ἀπὸ ἰσθμοῦ τε χερῶν, καὶ σῆρα, καὶ κεφαλῶν κερταφιλῆν. Sic qui in Senatu honore aliquo afficiebantur, eos amici qui intererant, osculo inibi excipiebant: quo ex more illud est quod de optimo principum Trajano narrat Plinius in Panegyrico: *Iam, inquit, quo assensu, quo gaudio exceptam est, quam candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, de vextus in planum, & quasi unus ex gratulantibus.* Casaub. Comititia Scribit Labeo Jurisconsultus calata esse, quæ pro collegio pontificum habentur: ab eo dicta, quod calari est convocari. Gellius.

In eorum tribubus.] Sensus est, Cæ-

sarem in adipiscendo pontificatu suffragia plura tulisse in tribubus Isaurici & Catuli competitorum, quam illi ambo tulerint in omnibus tribubus: cum naturaliter consueverint suffragatores magis suffragari suis tribubus, quam alienis competitoribus. Erant autem Romanae tribus omnes numero trigintaquinque, in quarum aliqua necesse erat censerì eum, qui civis Romanus esset. Bernald.

Prætor creatus.] Prætores in Comititiis fiebant, populique suffragio designabantur. postea sortiebantur inter se provincias: alius præerat juri dicundo, alius quæstioni de pecuniis repetundis, alius de sicariis, alius de peculatu, alius item de aliis criminibus cognoscebat. Cui vero sorte obvenerat ut juri dicundo præesseret, Prætor Urbanus dicebatur. Vid. Cicer. pro Muræna. Ejus autem jurisdictionis duas reperio partes, alteram in judiciis dandis, alteram in discernendo. neque enim de rebus ipse controversis, nisi de certis, judicabat: sed aut Iudices, privatos homines, aut Recuperatores dabat, qui ex ea formula quam ipse iis præscribebat, inter litigatores sententiam ferebant. De iis præterea rebus, quas ante judicium constitutas transactasque esse oportet, jus dicebat: veluti uter in possessione sit, ut satisfidetur judicatum solvi, in integrum restituat, interdicit: quæ omnia proprie Decreti appellatione continentur. Hottemann.

Sens-

custodiendosque publicatis bonis, censuit. Quin & tantum metum iniecit asperiora suadentibus, identidem ostentans quanta eos in posterum à plebe Romana maneret invidia, ut Decimum Silarum consulem designatum non piguerit, sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius atque ipse sensisset exceptam: obtinissetque adeo, transductis ad se jam pluribus, & in his Ciceronis consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoad usque manus equitum Romanorum, quæ armata presidii causa circumstabat, immoderatus perseveranti necem comminata est: etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint, vix

pa-

Solus municipatim dividendos custodiendosque publicatis bonis censuit.] Quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus, vel fidejussoribus, vel etiam sibi committebant, ut ait lex prima Dig. de custodia reorum: vel eos magistratibus custodiendos tradebant; vel per oppida Italiae dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achaëis, quos bello Persei confecto, Romani in Italiam acciverunt, ut ad Polybium ostendimus, qui inter illos fuit. Quemadmodum autem ad magistratus sive privatos fidejussores aut vades periculum ex evasione custodiarum spectavit, sic ad urbes vel municipia quibus fuerant rei traditi: quod in hac historia Dio observat illis verbis: ἐπὶ τῷ αὖ Ἀγαθράσῃ πῆς, ἐὸ πολέμιων μάλιστα τὴν πόλιν ἐξ ἧς αὖ φύγη εἶνα. Casaub.

Quanta eos in posterum à plebe Romana maneret invidia.] Majores nostri quondam Græciz morem imitati, verberibus animadvertebant in cives, de condemnatis summum supplicium sume-

bant. Postquam respubl. adolevit, & multitudine civium factiones valere, circumveniri innocentes, alia hujusmodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exilium dānatis permissum est. Sallust.

Catonis oratio.] Hanc solam in Senatu exscriptam ferunt, Cicerone consule velocissimos scriptores adhibente, qui per notas quasdam, multarum literarum vim habentes, Catoniana dicta colligerent: unde à notis notarii dicti, quorum hoc primum Romæ vestigium extitisse fertur. Beroald.

Ut sedentem una proximi deseruerint.] Senatorum in curia fuit hic mos, cavere ne homini obnoxio assiderent. Cicero in Catilinam. Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuifacta sunt? quid, quod omnes consulares, qui tibi saepe ad eadem constituti fuerant, simulatque assidisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Similia notat Dio libro LVIII. de amicis Seiani illi assidentibus, quo die novissime in senatum venit. Casaub.

De

pauci complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus, non modo cessit, sed etiam in reliquum anni tempus Curia abstinuit. Primo Prætura die

Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum impar optimatum conspirationi, quos, relicto statim novorum consulum officio, frequentes obstinatosque ad resistendum concurrisse cernebat, hanc quidem actionem deposuit: cæterum Cæcilio Metello Trib. pleb. turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoremque se pertinacissime præstitit: donec ambo administratione reip. decreto patrum summoventur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, & jus dicere ausus, ut comperit paratos qui vi ac per arma prohiberent, dimissis licitoribus, abjectaque prætexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque biduo post sponte & ultro confluentem, operamque sibi in asseren-

De refectione Capitolii.] Pulsis regibus, Horatius Pulvillus iterum consul, Capitolium dedicavit ea magnificentia, quam immensæ postea Pop. Rom. opes ornarent potius quam augerent. Eisdem rursus vestigiis situm est, postquam interjecto ccccxv. annorum spatio L. Scipione, C. Norbano coss. flagraverat. Curam victor Sylla suscepit, neque tamen dedicavit. hoc solum felicitati ejus negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Cæsaris opera, usque ad Vitellium mansit, sub quo palam obsessum, palam incensum fuit. Tacitus.

Metello tribuno turbulentissimas leges ferens.] Metellus tribunus plebis legem promulgavit, qua censebat Magnum Pompeium cum exercitu ad ur-

bem vocandum, eique demandandum, ut videret ne quid Respubl. detrimenti caperet. Beroald.

Administration reip. summoventur.] Hac in re vetus & notanda locutio, Circumscribere aliquem, id est, foro ac curia interdixere, seu à rep. remove. Hotteman.

Abjectaque prætexta.] Quæ non tantum puerorum ac sacerdotum fuit, verum etiam magistratum, & eorum, qui publicum munus curarent. Sic dicta, quod ei purpura esset prætexta, unde Græci scriptores περιπορφύρον vocant. Sizon.

Operamque sibi in asserenda tum dignitate pollicentem.] In omni Republica bene temperata, qualis Romana fuit, duplex

serenda dignitate tumultuosus pollicentem, compe-
scuit. Quod cum præter opinionem evenisset, sena-
tus ob eundem cætum festinato coactus, gratias ei per
primores viros egit: accitumque in curiam, & am-
plissimis verbis collaudatum, in integrum restituit,
17 induceto priore decreto. Recidit rursus in discrimen
aliud, inter socios Catilina nominatus, & apud No-
vium Nigrum Quæstorem à L. Vettio Indice, & in
senatu à Q. Curio: cui, quod primus consilia conju-
ratorum detexerat, constituta erant publice præmia.
Curius è Catilina se cognovisse dicebat: Vettius etiam
chirographum eius Catilina datum pollicebatur. Id
vero Caesar nullo modo tolerandum existimans, cum
implorato Ciceronis testimonio, quædam se de conjura-
tione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio præ-
mia darentur, effecit. Vettium pignoribus captis, & dire-

duplex observatur æqualitas, arithme-
tica & geometrica; sive ut cum Aristo-
tele dicam, τὸ ἀριθμητικόν, & τὸ γεω-
μετρικόν. prior æqualitas appellatur
libertas, posterior dignitas. Ut igitur
plebs vilis quoties fere tumultuatur, li-
bertatem prætexit: sic optimates & po-
tentes dignitatem. Sic Catilina conspi-
randi adversus patriam hanc se habere
causam dicere solitus, quod statum di-
gnitatis suæ non obtineret. Caesar si-
millime, causam cur patriæ bellum in-
tulisset, hanc afferre solitus, pro asse-
renda dignitate sua. Casaub.

Inter socios Catilina nominatus.] I. C.
ubi de criminibus agitur, nominatos
dicunt eos qui rei facti postulatique
sunt, lege prima De quaestionibus, lege
sexta De interdictis & releg. lege un-
decima De bonis eorum qui sib. mor-
consc. eadem scilicet ratione qua ap-
pellare interdum pro accusare, seu in
judicium vocare accipitur. Torrent.

Apud Nonium Nigrum Quæstorem.]
Quæstor heic non est qui pecuniam pu-
blicam tractat, sed qui iudicium publi-
cum exercet, & quæstor sæpius dicitur,
apud quem nominari majorem po-
testatem, ut Prætorem (id enim est
compellari majorem potestatem) non
oportuit. Turneb.

L. Vettio Indice.] Ex vetere denario
scribendum iudicamus L. Vettio Indi-
ce quo videlicet cognomento usus est.
In eo denario est T. VETTIVS IVDEX.
Quem Sabinum fuisse intelligimus ex
Tatii regis Sabinorum in altera denarii
parte impressa imagine. F. Vrsinus.

Pignoribus captis & direpta supelle-
stile.] Inter coercionum modos le-
niores hic fuit. Nam si quis Consuli
aut Prætori non obtemperaret, lictores
mittebantur, qui damno eum coërce-
rent, ut loquitur Cicero. Ex eo disci-
mus, fabros, si aditus non pateret, so-
litos adhiberi, & publicis operis omnia
distur-

direpta suppellectile male multatum, ac pro Rostris in concione pæne discerptum, coniecit in carcerem: eodem Novium Quæstorem, quod compelliari apud se majorem potestatem passus esset. Ex prætura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum removit: ac neque more, neque jure, antequam provincia ornarentur, profectus est: incertum, metune judicii, quod privato parabatur, an quo maturius sociis implorantibus subveniret. Pacataque provincia, pari festinatione, non expectato successore, ad triumphum

disturbari. Hanc violentiam exprimit Suetonius voce *direpta*: neque enim prædam aut rapinam id verbum semper significat; sed violentiam duntaxat, & celeritatem actionis denotat. Erit igitur *direpta suppellex*, quæ fuerit cupide ablata & divendita. nam *diripere*, pro cupide emere, dixerunt eleganter Latini. *Casaub.*

Quod compelliari apud se majorem potestatem passus esset.] Id significat quod Græci dicunt *ἐνδεικνωσθαι*, aut *φάρισταθαι*, deferri ab indice aut delatore. compellatio, *ἰνδίκης* aut *φάσις* in jure Attico. *Casaub.* Magistratus, qui vocandi ad comitia populi potestatem non habuit, in jus vocari poterat: prætor contra ex majoribus magistratibus habebatur, quippe qui majoribus crearetur auspiciis, ut Consul, & Censor. *Sabellius.*

Interventu sponsorum.] Crassum intelligimus, qui intervenit pro Cæsare, sponcione octingentorum & triginta talentorum facta contra importunos creditores. Tunc Cæsar ære alieno obrutus dixisse fertur: **BIS MILLIES ET QUINGENTIES CENTENA MILLIA SIBI ABESSE OPORTERE, UT NIHIL HABERET.** *Bersald.*

Antequam provincia ornarentur.] Notum quid sit ornare provinciam: nempe *ἄριστοι τῆς πόλεως ἀγορεύοντες*, id novo

S. C. post impetratum lege Curiata imperium, fiebat: quo de finibus provinciarum, de exercitu in eam ducendo, & militum stipendio, cavebatur: attributus item legatus, qui propterea Appiano vocatur *ὁ πρὸς ἡγεμόνι τῆς ἰσθμῆς ἐκ τῆς βελῆς ἐπιπέδου* & *εἰς βοήθησιν*: cautum eodem S. C. & de viatico atque instrumento prætoris domus. *Casaub.* Cicero libro secundo Ad Quint. fratrem. Referebatur de provinciis Quæstorum, & de ornandis Prætoribus. Idem Ad Atticum libri tertii Epist. vigesima quarta, *Cum scripsissetis Consulares provincias ornatas esse.* Et paulo post, *De Consulibus ornandis.* Et pro lege Manilia, *Ornata provincia lege curiata.* *Torr.*

Sociis implorantibus subveniret.] Misera tum fuit ulterioris Hispaniæ conditio ob duas causas: nam & angusta fides erat tota provincia: & latrociniis vicinorum populorum regio infestabatur. Vtrique malo quam medicinam fecerit Cæsar, discas ex Dione, Plutarcho, & scriptore De bello Hispaniensi. *Casaub.*

Non expectato successore decessit.] Ex lege illud Dig. de officio præsidis constat, Præsidem postquam semel erat ingressus, jus abnoctandi è provincia, ne voti quidem solvendi causa habuisse. Historia Livii exempla aliquot suggerit

simul consulatumque decessit. Sed cum edictis jam comitiis ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset urbem, & ambientibus legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere. E duobus consulatus competitoribus, L. Luceio, M.que Bibulo, Luceium sibi adjunxit: pactus ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordibus & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem à Rep. fieri. Igitur cum Bibulo consul creatus est. Eandem ob causam opera optimatibus data est, ut provinciae

civium ἀγορεύων, qui hoc jus non magis servarunt quam Cæsar: sed hoc in vitio semper est positum. Sub Imperatoribus certum decessionis tempus definitum est. Lege Novellam xcvi. qua jubentur Præsides provinciarum, ut deposito magistratu 2. dies maneant in provinciarum metropolibus. *Casaub.*

Nisi privatus introisset.] Nemini, qui cum imperio provinciali esset, nisi aut triumpharet, aut imperium deponeret, urbem introire licebat. Quod Ascon. in Orat. pro M. Scauro planissime demonstrat. *Hominum, inquit, magna pars per tabulas laudaverunt, qui aberant, inter quas Pompejus quoque.* Hinc ad urbem esse dicebantur Magistratus illi, qui cum potestate provinciali, aut nuper à provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent, sed extra manerent. *Hottomannus.*

Nummos de suo communi nomine.] Plutarchus in Catone Uticensi, auctor est, ita Romanos per illa tempora

usos esse τῶν ἀγορεύων, οἷς ἰσημίαν στανθήν, hoc est, non minus palam & sine ullo pudore pecuniam pro honoribus consequendis dedisse; quam alias consuetas omnibus artes exercerent. Notat idem in Cæsare, tantam fuisse tum publicorum morum labem, & ἡγορεύων, ut candidati palam in comitiis nummarias mensas ponerent, & populi suffragia sedimerent. *Casaubonus.*

Per centurias pronuntiaret.] Divisores fuisse arbitror, qui & Distributores dicebantur, qui in comitiis populum in tribus aut classes centuriasve ad suffragia ferenda dividerent, singulisque civibus, cum quis largitione in populum meretur, pecuniam in sua tribu disperterentur. Ex quo etiam Divisorum nomen, contumeliosum coepit esse. ut quum Verr. V. ita loquitur: *Tu ejusmodi evasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ac Divisoris disciplina educatus.* *Hottomannus.*

futuris COSS. *minimi negotii, id est, silva callesque decernerentur. Qua maxime injuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompeium affectatus est, offensum patribus, quod Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua: Pompeioque M. Crassum conciliavit, veterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatem cum utroque inivit, ne quid ageretur in Rep. quod displicuisset ulli è tribus. Inito honore, primus omnium instituit, ut tam senatus,*²⁰
quam

Silva callesque decernerentur.] Existimo significari silvarum publicarum administrationem, & saltuum publicorum, in quibus professi pecoris sui capita pecuarii pascebant, scripturamque solvebant. nam callis ex eo appellatur, quod pecudum callo calcetur, estque via à pecore durata. *Pulmannus.* Sic Aquaria, sic Ostiensis provincia oratione In Vatinius, & Pro Murena, Quæstor quoque Ostiensis Orat. Pro Sextio. Et facete huc alludens Plautus Pseudolo, *Te cum securi caudicali præficio provincie.* Torrent. Scribit Tacitus lib. iv. *Curtium, cui provincia vetere ex more calles venerat, classiariorum copia conscripta, servilem conjurationem compressisse.* Hoc ille fecisse videtur ex imperio prætoris sui, ipso absente fortasse prætoris. Tales enim imperatores eum imperio militari fuisse dico, exercitum actu habuisse, non assero. idemque dico de iis, quibus paludes siccandæ datae sunt, quod de Sicinio adversus locustas cum imperio misso alibi dixi, scilicet, non tam provincie, quam hominum habitam esse rationem, ne deteriore jure essent, quam cæteri proconsules solerent. *Sigonius.*

Quod displicuisset ulli è tribus.] Cæsare consule, inter eum & Cn. Pompeium, & M. Crassum inita potentie societas, quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverso quoque tempore,

ipsis exitiabilis fuit. Hoc consilium sequendi Pompejus causam habuerat, ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus multi obtestabant, per Cæsarem confirmarentur consulem: Cæsare autem, quod animadvertibat se, cedendo Pompeji gloriæ, aucturum suam, & invidia communis potentie in illum relegata, confirmaturum vires suas: Crassus, ut, quem principatum solus assequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret Cæsaris. *Vellejus.*

Ut tam senatus quam populi diurna acta conficerentur.] Duplicia acta reperio, Senatus, Populique. Acta Senatus alio nomine, Commentarii Senatus Tacito. Acta populi, alias diurna, alias, Publica. Acta Senatus vocabant, commentarios (*ὑπομνήματα* vertunt Greci) quibus breviter inscriptum quidquid apud patres diceretur, ageretur. Tantum apud patres. Origo eorum, ut videtur à Julio Cæsare: Confectio mansit: publicatio abrogata ab Augusto. Conficiebat ea quispiam è Senatu: scilicet ne arcana patrū sciret non è patribus. Ab Actis Senatus venio ad populi. Ea dicta Publica acta, Suetonio in Tiberio, cap. v. & alias passim. Item diurna, quia in dies conficerentur. Tacito lib. xvi. & xiii. Item Urbana. Scipius etiam *ἀπλῶς*, acta, κατ' ἰσοχλίω. Iis continebantur res rationesque populi, judicia publica, supplicia, comitia,

quam populi diurna aëta conficerentur, & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum, nec quoquam reperto qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet, qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut quoad potestate abiret, do-
mo

tia, ædificia, natiuitates, illustres mortes, matrimonia, divortia. *Lipsius.*

Ut quo mense fasces non haberet.] Capite septimo legis Iulix priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega aut in sua potestate haberet, aut bello amisit. solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum inuentibus. *A. Gellius.*

Accensus ante illum iret.] Accensus duas res significat: namque accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur: ita dicti, quia ad censum adiciebantur. *Asconius:* *Accensus,* inquit, *est nomen ordinis promotionis in militiam, ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius.* In alia significatione accensi, ministratores magistratum: sicuti *Varro* *Catoque* notificant: & tum ab acciando dicuntur: quippe jussu consulis *Quirites* ad concionem vocabant. *Be-roald.*

Nec quoquam reperto qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet.] Non poterat S. C. sine relatione fieri: referendi autem jus Consulibus fuit. *Οὐτοι,* inquit *Polybius,* *τὸ ὅλον χειρομὸν τῶν δογματικῶν ἐπιτελεῖ.* *C.* Hic igitur quid est quod *Bibu-*

lus consul non refert de facta sibi injuria? Puto, quia *Cæsar* eo mense fasces habuit: ejus enim è *Co. ss.* relatio fuit, cujus & fasces. Saepe autem factum ut Consulibus absentibus, vel prævaricantibus ac mussantibus, referrent alii è principibus amplissimi ordinis: puta, Consules designati, aut Prætorum vel Tribunorum aliquis. cujus rei multa exstant apud *Ciceronem* aliosque testimonia. Ex his liquet cur dicat *Suetonius,* *qualia multa saepe in levioribus turbis decreta fuerant.* Porro jus relationis sublata libertate etsi Consulibus ademptum non est, tamen & potestatis imperatorix pars fuit: paulatim enim principes id sibi vindicarunt. Exemplum est ab *Augusto* primo: in cujus honorem decretum refert *Dio* in actis anni *DCXXXI.* ut assumpta in perpetuum Tribunitia potestate, liceret ei, quoque Senatu, unam de quacumque re vellet relationem facere, etsi Consul non esset. Postea ampliato honore Principum, inventa sunt ad similitudinem decreti hujus jura secundæ, tertix, quartæ, quintæ relationis, hoc est, ut quoque Senatu possent de duabus, tribus, quatuor, quinque rebus quas vellent cunque, etiam non Consules, facere relationem. Exempla apud *Capitolinum* & *Vopiscum.* apud quos observabis fere cum proconsulari imperio & tribunitia potestate jus hoc jungi, plane ut in isto *Dionis* loco. *Casaub.*

Per

mo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. Unus ex eo tempore omnia in rep. ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, non Cæfare & Bibulo, sed Iulio & Cæfare coss. actum scriberent, bis eundem præponentes, nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi versus,

Non Bibulo quidquam nuper sed Cæfare factum est:

Nam Bibulo fieri consule nîl memini.

Campum Stellatæ majoribus consecratum, agrumque Campanum ad subsidia reip. vectigalem relictum, divisit extra sortem, ac xx. millibus civium, quibus terni plu-

Per edicta obnuntiaret.] Dio ait, δι' ὑπαρχῶν, per lictores vel accensos. Obnuntiare eidem est ἰσοπέλιαιον ἀγορεύειν, ferias indicere: quod caute accipiendum est: nam obnuntiatione fit quidem dies nefastus, & comitalis esse desinit: non fit tamen festus neque ἰσοπέλιαιον. quare quid appelleret ἰσοπέλιαιον non intelligo. Melius alibi obnuntiare vertit idem, ἀγορεύειν ἢ ἐκ τῆς ἡμέρας τῆς ἡμέρας ἐπιπέλιαιον. Cicero ad Atticum libro iv. proscrispsit ille se per omnes dies comitiales de caelo servaturum. Idem Dio libro xxxviii. servare de caelo vertit τὴν ἐκ τῆς ἡμέρας γενόμενα παρατηρεῖν: ubi legem Clodiam refert, qua vetus institutum antiquatur, diebus comitalibus servandi de caelo. Casaubon.

Campum Stellatæ majoribus consecratum.] Si verum est quod Suetonius ait, fuisse hunc campum à majoribus consecratum, putem factum in memoriam inclytæ illius victoriæ, quam Romani eo in loco de Samnitibus A. V. C.

ccccxix. coss. Q. Fabio v. P. Decio. xv. retulerunt. Vide Livium lib. x. Sed si consecratus hic campus fuit, sequitur ut ex illo desierit coli, fueritque, ut appellant Græci, ἰσοπέλιαιον, ἀνίπαρον. At Cicero in Agrariis de Stellate campo loquitur tanquam qui coleretur & exerceretur. Quamobrem de hujus campi antiqua conditione, quin opinati sint contraria Cicero & Suetonius, non possumus negare. Idem.

Extra sortem.] Extra sortem sic intelligo, ut non sorte ducta, sed viginti virorum arbitrio divisio fieret. Torrent.

Quibus terni pluresve liberi essent.] Præmiis enim invitandi fuerunt ad matrimonia & prolem frequentandam. Præmia duorum generum, Honores & Commoda. Quæ largiora utraq; apud patres: quædam tamen seorsim data etiam maritis. Præmia πολυπαιδίας ex Papia lege, non absurde fecero, si ordine proponam. Primum, ut in petitione candidati præferantur, quibus liberi plures. Secun-

pluresve liberi essent. Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatus licerentur, prope lam monuit. Cetera item quae cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. Catonem interpellantem extrahi curia perlicto rem, ducique in carcerem iussit. L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium inimicum ejus frustra jam pridem à patribus ad plebem transferre nitentem, eodem die, horaque nona, transduxit. Po-

stre-

dum, uti praferantur in sorte provinciarum: & easdem diutius obtineant. Tertium, praecant emineantque in omni magistratu. Quartum, in honoribus petendis, gratia sit annorum qui liberos habent & quidem pro numero liberorum. Quintum, qui plures liberos habet, id est, in urbe tres, in Italia quattuor, in provinciis quinque, à cura, tutela, ceterisque muneribus personalibus immunis est lib. 11. De excoisitionibus. lib. 1. C. Qui num. liberor. Sextum, Damnatorum liberi plures affem accipiunt, è constitutione Hadriani l. v 11. De bonis damnat. Et plura alia: ex his ortum celebre illud ius trium liberorum: quod orbis pro beneficio Princeps dabat. Plinius lib. 11. epistol. Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei ius impetravi: quod quamquam parce & cum dilectu daret, mihi tamen, tanquam eligeret, indulxit. Martialis:

Vxor cum tibi sit formosa, pudica, puella,

Quo tibi natorum iura Fabulle truum?

*Quod petis à nostro supplex dominoque
deoque,*

Hoc dabis ipse tibi, si potes arrigere.

Lipsius.

Publicanos remissionem petentes tertia

mercedum parte relevavit.] Mihi videtur Cato sine causa propter hanc equitum postulationem tantum turbarum excitasse: prorsusque Ciceroni assentior, debuisse eum mitius & non adeo Stoice cum publicanis agere, nec, ut fecit, ordinem equestrem à senatu propterea sejungere. Iure enim suo usi equites, cum vastata per Mithridatem Asia, remissionem & *indixiam* petierunt, hoc est, parte mercedum relevari. More majorum licuit illis hoc facere: saepiusque Romae factum. Fuit autem hæc potestas non consulis, sed Senatus. Docet Polybius libro sexto. Propterea in lege censoria ascriptum, *si qui frui publico publicanus non possit, ne ei frandi id esset.* quod Cicero appellat *legi lege censoria*, in ea De provinciis consularibus, Casaub.

A patribus ad plebem.] Ex patritia familia in plebeiam. Erat enim Clodius ex ea familia Claudia, quæ patritia erat, appellabaturque Pulchrorum. Hinc Cicero mordaciter simul & festiviter Clodium Pulchellum vocat. Ea traductio per adoptionem est facta. nam plebeio homini se Clodius adoptandum dedit. Sabellicus.

Hora nona.] Forensibus scilicet actionibus

stremo in universos diversæ factionis induxit Vettium præmiis, ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum à quibusdam profiteretur, productusque pro Rostris au Fores ex compacto nominaret, sed uno atque altero frustra, nec sine suspitione fraudis nominatis, desperans tam præcipitis consilii eventum, interceptisse veneno indicem creditur. Sub idem tempus ²¹ Calpurniam L. Pisonis filiam, successuri sibi in consulatu, duxit uxorem: suamque Iuliam Cn. Pompeio collocavit, repudiato priore sponso Servilio Cæpione, cujus vel præcipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat. Ac post novam affinitatem, Pompeium primum rogare sententiam cœpit, cum Crassum sole-
ret: essetque consuetudo, ut quem ordinem interrogandi sententias consul Kalend. Ianuariis instituis-
set, eum toto anno conservaret. Socero igitur gene-
roque suffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumento & oportunitate, idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per senatum, Comatam quoque:

UR-

nibus aliena: Plutarchus Meridiem scribit finem multis fuisse actionibus Reipub. obque id magistratum Romanum post eam horam fœdus facere non consueffe, rari, credo, meridianum tempus publicis actionibus minime accommodatum. *Sabell.*

Eum toto anno conservaret.] Viterb. lib. observaret. Accipe autem toto anno pro, tota parte anni, qua consules designati nulli erant: nam consularibus comitiis peractis, quin mutanda ratio esset, & is honos coss. designatis habendus non ambigo. *Casaub.*

Idonea materia triumphorum.] Plures

de Gallis triumphos acti sunt à Romanis, quam de toto orbe terrarum. *Livius.*

Legge Vatinia.] Extra sortem scilicet, & sine decreto Senatus, idque contra legem Semproniam de provinciis, qua inter alia cavebatur ut quotannis provinciæ decernerentur. *Cicero Ad Lentulum Epist. septima, & oratione Pro Balbo, pro domo sua, & De provinciis Consularibus. Torr.*

Mox per senatum.] Cum primum institutæ provinciæ sunt, vetere lege, cujus prorsus oblitterata memoria est, san-
ctum est, ut senatus provincias in po-
tista-

veritis patribus ne si ipsi negassent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adversariis adeptum se que concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus, ac negante quodam per contumeliam, Facile hoc ulli foeminae fore, responderit, quasi alludens, In Assyria quoque regnasse Semiramis, magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. Functus consulatu, C. Memmio Lucioque Domitio praetoribus; de superioris anni actis referentibus, cognitionem

testate haberet: illa autem quas tumultuari, aut ab hostibus vicinis tentari intelligebat, eas fere consulibus, reliquas praetoribus decrevit: cum vero hoc modo provincias à Senatu obtinuissent, militare imp. lege curiata à pop. acceperunt. Postea Sempronius Grachus lege sua tulit, ut praetoriis provinciis à Senatu decernendis intercedi posset, consularibus non item. Tertia inde tempora successerunt à L. Sylla dictatore, usque ad Caesarem. Novi illud intulit Sylla, ut, quia tr. pl. agendi cum populo potestatem ademerat, prorogatio imperii, quae à populo fiebat, ipsius injussu populi haberetur. Hinc constat, extraordinarium fuisse, si qui vel in magistratu, vel privati nominatim à populo provincias acciperent. Sigon.

[Ulli foemina fore.] Caesare jactante insultaturum se omnium capitibus, alter (quisquis ille fuit) ad obscenum sensum trahens, negabat facile hoc ulli foeminae fore, impudicitiam ei exprobrans, ob ea quae de Nicomede vulgo ferebantur. At Caesare de imperio se locutum ostendens, Semiramidis, & Amazonum exemplo eum refellit. Infra Tib. capite xxxv. Foeminarum, & quidem illustrium capitibus, quantopere solitus sit illudere, &c. Quae loquendi ratio me adducit, ut obsceni aliquid sub-

esse putem: offensi enim iis quos contemnebant, contumeliae causa tale aliquid minabantur, ut Catullus non semel. Neque aliter intelligi poterit Senecae locus de foedissimo Mam. Scauri convicio, libri De beneficiis quarti cap. trigesimo primo. Casaub.

[In Assyria quoque regnasse Semiramis.] Recte Caesare Semiramis & Amazonas conjungit: nam & illa erat stirpe Amazonica; quod quum ab Herodoto & aliis historicis sit praetermissum, Critici Graecorum ita produnt. Καὶ ὕστερον, ἐστὶν ἡδὲ Πεντησιλείας τὴν Ἀμαζόνων ὅς ἐν Ἀσσυρίᾳ ἐγενήθη τὴν Ἀσσυρίαν καὶ ἐξ αὐτῆς ἔχουσι τὴν Σεμίραμιν ἢ τὴν Βαβυλωνίαν τὴν καλεῖσθαι δίασιν. Idem.

[Magnamque Asia partem Amazonas tenuisse quondam.] Asiam cape minorem, non illam quae τὴν εἰκασμένης pars tertia est habita. nam si hanc respicias falsum erit, quod Caesare dicit: quin etiam jure queat aliquis mirari, cur Asiam potius quam Europam nominavit; quum plura multo in hac quam in Asia tenuerint. itaque Iustini verba sunt haec, lib. 11. Majori parte Europae subacta, Asia quoque nonnullas civitates occupare. ut omittam de Africa quae prima illarum sedes. Idem.

nem senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumto, in provinciam abiit: & statim quaestor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est. Mox & ipse à L. Antistio tribuno plebis postulatus, appellato demum collegio, obtinuit, cum reip. causa abesset, reus ne fieret. Ad securitatem ergo posteritatis, in magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus, & è competitoribus, non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui sibi recepissent propugnatos absentiam suam: cujus pacti non dubitavit à quibusdam jusjurandum atque etiam syngrapham exigere. Sed cum L. Domitius consulatus candidatus palam²⁴ minaretur, COS. se, effecturum quod prætor nequisset, ademturumque ei exercitus: Crassum Pompejumque in urbem provincia sue Lucam extractos, compulit, ut

de-

In præjudicium.] Quæstore enim damnato, de Cæsare idem sperari poterat, ob parem utriusque causam. præjudicium enim vocabant quod veluti exemplum esset, ad quod causa subsequens decideretur. *Torrent.*

Obtinuit cum Reip. causa abesset, reus ne fieret.] M. Antonius quaestor proficiscens in Asiam, Brundisium jam pervenerat: ubi literis certior factus inesse se postulatum apud L. Cassium prætorem, cujus tribunal propter nimiam severitatem scopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Memmæ liceret, quæ eorum qui Reip. causa abessent, recipi nomina vetabat; in urbem tamen recurrit. *Val. Maximus.*

In magno negotio habuit.] Non displiceret in magno habuit, si per codices liceret hic consentientes. sic apud Dionem & Ælianum ἐν μεγάλῳ ἔργῳ, & ἐν τῷ λαφύρῳ πεισῖα, aliaque apud Grecos. Tacitus, quæcumque casu acci-

derat, dum atrociora metuebantur, in levi habitum. *Casaub.*

Syngrapham.] Syngrapha, sive syngraphus (utrumque enim dicimus) tabella est, in qua perscripta est pactio, utriusque obsignata paciscentis manu. Ejus cum apud Demosthenem varia exempla sunt, tum apud Plautum insigne inter Diabolum adolescentem & Claretam lenam. Inter *Chirographum* autem & *Syngrapham* hoc interesse scribit Asconius, quod in *Chirographis* tantum ea scribuntur quæ gesta sunt; in *Syngraphis* etiam contra fidem veritatis pactio venit. Est enim *Chirographum* generale nomen, quo *Syngrapha* etiam continetur. Sed *Syngraphis* cautio datur quasi creditarum pecuniarum. quæ de causa facile falsum in eas referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen creditæ non sunt, perscribatur: cum *chirographis* aut facti obligatio continetur, aut acceptilatio. *Hottoman.*

destruendi Domitii causa, consulatum alterum pete-
rent: & ut in quinquennium sibi imperium propa-
garetur: perfecitque utrumque. Qua fiducia ad le-
giones quas à rep. acceperat, alias privato sumtu ad-
didit: unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vo-
cabulo quoque Gallico: (Alauda enim appellabatur)
quam disciplina cultuque Romano institutam & or-
natam, postea universam civitate donavit. Nec de-
inde ulla belli occasione, ne injusti quidem ac pericu-
losi, abstinuit, tam fœderatis quam infestis ac feris
gentibus ultro laceffit: adeo ut senatus quondam le-
gatos ad explorandum statum Galliarum mittendos
decreverit, ac nonnulli dedendum eum hostibus cen-
suerint. Sed prospere decedentibus rebus, & sæpius
& plurius quam quisquam unquam dierum suppli-

ca-

Vocabulo quoque Gallico: Alauda enim
appellabatur.] Militum galeis cristarum
adjectione terribiliorem speciem dare,
vetustissimum fuit Carum inventum,
Romanis ac Græcis adæque probatum.
Vetustiorum Græcorum galeæ, non pin-
nis, sed equinis fetis fiebant horridæ:
unde illa apud vatem præcipuum, λέ-
ϕων ἰπποχαιτης, κωϊνη ἰππευαυς,
& inde etiam Δωρεῖς τετραίικες.
Romani teste Polybio pinnas tres ad-
hibuere prælongas, colore purpureo
vel nigro, & ita Lamacho tribui ab A-
ristophane video τὸ πῆρὸν τὸ ἐκ τῆς
κροῖνης: ac mox, τὸ λεφεῖον τῆς τριῶν
λέφων. & apud Æschylum Tydeus τρεῖς
κροῖνας λέφας σείει. Virgilius de
Turno, Cui triplici crinita juba galea
alta chimeram Sustinet. Vocabulum a-
laudæ Gallicum esse & galeritam sive
cassitam avem significare, testis præter
Plinium, Marcellus Empiricus capite
xxix. homo Gallicæ linguæ veteris non
imperitus. Gregorius Turonensis li-

bro xv. In Ecclesia Aruerna, dum matu-
tine celebrarentur vigilia, in quadam fe-
stivitate, avis corydalus, quam alaudam
vocamus ingressa est. Legionem novam,
galearum cristis insignem, militari la-
scivia fuisse Alaudam de avis nomine,
sicut Plinius tradit, appellatam, non
magis mirum quam Cares olim ean-
dem ob causam gallos gallinaceos fuis-
se vocitatos, ut scribit Plutarchus Ar-
toxerxe. Casaub. Goropius Becanus, Gal-
licis, Alaudarum militum nomen à no-
strate lingua repetit, dictosque vult
quasi omnes veteranos, id est, all onde,
sed hodieque Gallis est une allouette,
deminutive, quo ego ad Latinum nihil
invenio propius. Torrent.

Plurium quam quisquam unquam die-
rum supplicationem impetravit.] Restrin-
ge illa quisquam unquam, ad tempora
ante Cæsarem: nam post ejus excessum
ea res non habuit modum. Vide Cice-
ronem De provinciis consularibus. Ca-
saub. Supplicatio fuit honos, qui una
cum imperatoris nomine præsidi de-
cerne-

cationes impetravit. Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere. Omnem Galliam, quæ à saltu Pyrenæo Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circumitu ad bis & tricies centum millia passuum, præter socios ac bene meritas civitates in provinciæ formam redegit, eique quadringentis in singulos annos stipendii nomine imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato aggressus, maximis affectit cladibus. Aggressus est &

Bri-

eernebatur victori, nempe cum senatus populo dcùm templa aperire, ac gratias diis imperatoris nomine agi, jubebat. Erat enim moris, ut præfides, postquam à militibus appellati imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, litterasque ad senatum laureatas de re gesta mitterent, quibus imperatoris nomen, ac supplicationes à senatu postulerent. *Sigonius.*

Gessit hæc fere.] Congressus est Cæsar cum hominibus feris, si omnia prælia in unam summam colligantur, amplius quadragies C. M. cæsa ex his decies C. M. capta totidem. victæ gentes ccc. urbes partim rebellantes in ordinem coactæ, partim Romano imperio tum adjunctæ, dccc. *Appianus.*

A saltu Pyrenæo.] Saltus Pyrenæus, in eo montes Pyrenæos significat, ut apud Livium, saltus Graios, Alpes Graias. *Turneb.*

Monte Gebenna.] Lucan. *Cana pendentes rupe Gebennas.* Hodie dicitur mons Genevæ. *Bernald.*

In provinciæ formam redegit.] Non sola tributi impositio provinciæ efficit, cum id multis sit etiam Italicis & exteris imperatum, qui tamen in provinciæ formam non sunt relati, sed legum domesticarum, & patriæ libertatis ademptio, & prætoris, qui eos regat, in-

stitutio. regat autem ita, ut & jus in conventibus dicat, & imperium belli gerendi causa habeat. *Sigon.*

Quadringentis in singulos annos stipendii nomine imposuit.] Illa ampla, illa dives Gallia (sic enim semper habita & laudata) non nisi millionem annum in tributum dedit? Non sunt ista profecto: & audeo adfirmare Sueronium scripsisse ∞ ∞ ∞ ∞. id est, quater millies. Ea summa decem milliones reddit: minus iniquis, quam Ægyptus, sed addo, & ratio comprobatur, aucta hæc tributa largiter, & vel in duplum, ab Augusto esse. Nam ille census per Gallias instituit, opus novum & inadsuetum Gallis, (ut Claudius in Oratione apud senatum loquitur) & ea ratione immensum auxit. Obiter hoc dico: omnium tributorum, quæ à subactis undequaque gentibus pendebantur, concipere summas vereor, sed supra centum quinquaginta milliones fuisse, & animo semio, & calamo consigno. Nam & Vespasianus initio statim principatus professus est, quadringentis millies opus esse, ut Respublica stare posset. Sunt ipsi 1000. milliones nostro ritu. Sed & nostro ævo Rex Sinarum accipere in tributo annuo asseritur 120. milliones. *Lipsius.*

Aggressus est & Britannos.] Primus Romanorum D. Julius cum exercitu

Bri-

Britannos, ignotos antea: superatisque pecunias & ob-
sides imperavit. Per tot successus ter, nec amplius, ad-
versum casum expertus: in Britannia, classe vi tem-
pestatis prope absumta: & in Gallia, ad Gergovianam
legione fusa: & in Germanorum finibus, Titurio &
26 AVrunculeio legatis per insidias cæsis. Eodem tem-
poris spatio matrem primo, deinde filiam, nec multo
post neptem amisit. INTER QUÆ consternata P. Clo-
dii cæde Rep. cum senatus unum COS. nominatimque
Cn. Pompejum fieri censuisset, egit cum tribunis ple-
bis collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad po-
pulum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii
tempus expleri cæpisset, petitiio secundi Consulatus
daretur: ne ea caussa maturius, & imperfecto adhuc
bello decederet. Quod ut adeptus est, altiora jam me-
ditans, & spei plenus, nullum largitionis, aut officio-
rum in quemquam genus publice, privatimque omi-
sit. Forum de manubiis inchoavit: cujus area super

H S.

Britanniam ingressus, quanquam pro-
spera pugna terruerit incolas, ac litore
potitus sit, potest videri ostendisse po-
steris, non tradidisse. Mox bella civi-
lia, & in temp. versa principum arma,
ac longa oblivio Britannia etiam in
pace. Consilium id Divus Augustus
vocabat. Claudio imp. transvectæ le-
giones, & assumtus in partem rerum
Vespasianus, quod initium veturæ mox
fortunæ fuit. Tacitus.

[Ad Gergoviam.] Sunt qui suspicen-
tur esse, quem hodie Claromontem vo-
cant. Ipse Cæsar in Comment. author
est, se hic sex & quadraginta centurio-
nes amisisse. Sabellicus.

Eodem temporis spatio matrem primo,
deinde filiam, nec multo post neptem ami-
sit.] Dio ab hac lectione est, fatcor:
qui extremo libro xxxix, scribit cū

αὐτῷ τὴν αὐτὴν καὶ τὴν Πομπηλίας
γυνὴν θυγατέριον ἔκτελλεσθαι ἀπέθανε.
Sed regnat optimus vatic. Codex qui
nepotem hic præfert non neptem, quem
ego audio proflus, suavis à Vell. & Lu-
cano. Lipsius. Videri possunt in ancipiti
historia de industria locuti, qui genus
masculum usurparunt, memores filii
appellatione & sequiorem sexum con-
tineri. Casaub.

[Ut absenti sibi.] Quia triumphum
petentes, extra Urbem manere, consu-
latum ambire præsentibus oportebat: ea
legum diversitate implicatus, cum ad
urbem comitiis consularibus instan-
tibus accessisset, misit ad senatum peti-
tum, ut sibi absenti petere consularium
per amicos concederetur. Plutarchus.

[Forum de manubiis.] Ut utar vocabu-
lo Gellii, nihil aliud sunt manubiæ,
quam

HS. millies constitit. Munus populo, epulumque pronuntiavit in filia memoriam; quod ante eum nemo. Quorum ut quam maxima expectatio esset, ea que ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata etiam domesticatim apparabat. Gladiatores notos, sicuti infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos reservandosque mandabat. Tyrones neque in ludo,

ne-

quam pecunia prædatitia. Præterea, ut inquit Alcon. *Manubie sunt præda Imperatoris, pro portione de hostibus capta. Spolia quoque quaerita de hoste nobili per deductionem, manubias veteres dicebant.*

Cujus ærea super HS. millies constitit.] Etsi ingens ac vix credibilis summa videtur millies sestertium pro solo tantum expendisse: tamen cum cogito, ad quam rem Plinius comparavit Cæsaris magnificentiam (ita enim vocat portentosam illam profusionem) immo quam præferre potius videatur, cum de Clodio dicat, Regum insaniam de Milone, Prodigium animi humani, omnino ejus sum opinionis, recte legi hoc loco, Super millies L.L.S. & apud Plinium, millies ducenties L.L.S. Quod si quispiam dicat, unde Cæsar acceperit: aio, Cæsarem ex duorum oppidorum sectionibus eam, aut etiam majorem summam habere potuisse. Quod unde luculentius probare poterimus, quam ex ipso adeo Cæsare? Qui lib. II. Commentariorum de bello Gallico, ex Advaticorum uno oppido, capita vedita ait, numero millia quinquaginta tria. Quod si in singula capita vicenos quinos coronatos constituamus (cum tamen longe pluris olim vendita sint mancipia) erit ea sectio decies ter centenorum viginti quinque millium coronatorum. Cui si alteram adjicies oppidi sectionem, quales in Gallia multas habuit, summa erit vicies sexies centenorum, ac præterea quinquaginta millium coronatorum, quæ summa superat summam millies sestertium. Quod autem Cæsar volue-

rit, non est mihi dubium. Fuit enim animosissimus corruptor, qui nihil pensi habuit, quantum profunderet, modo quod volebat assequeretur. Habuit heic multam redimendi favoris opportunitatem: multæ domus diruendæ erant, quas ab invitis immensa pecunia redemerit necesse est. *Glareanus.*

Macellariis oblocata.] Glossarium, *Macellarius*, ὀψωνιοπώλης, Suetonius infra: *dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent.* inde apud Senecam, *vivere in macello*, pro, in popina & *καρυείois ἢ ἡθημέοis.* *Casaub.*

Gladiatores notos.] Hujus loci sententia est, Cæsarem, quo munus suum gladiatorium magnificentius ederet, mandasse ut nobiles gladiatores infestis spectatoribus, & proinde magno discrimine ne occidi juberentur, dimicantes, vi raperentur, ac sibi reservarentur. Quod melius intelliget, qui meminerit proverbii, quo pollicem premere dicimur cum favemus, contra vertere, cum non favemus. Plin. lib. XXVII. cap. II. ab arena enim ductum est, quod eo populi signo gladiatores aut perirent, aut servarentur. Qua de re Horatius, Epist. II. ad Lollium, *Fautor utroque tuum laudabis pollice ludum.* *Tortent.*

Tyrones neque in ludo neque per lanistas, &c.] Tradit Val. Max. l. III. c. I. P. Rutilium consulem è ludo Cornelii Scæuri doctioribus accersitis, plagas vitandi, & inferendi, militibus præcepta primum dedisse. Hoc autem multipli-

ci mo-

neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per senatores armorum peritos erudiebat: precibus enitens, quod epistolis ejus ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque præbuit: ac singula interdum mancipia & prædia viritim dedit. Ad retinendam autem Pompeji necessitudinem ac voluntatem, Octaviam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello

nu.

ei modo factum observamus. Vel enim invicem bini cum telis & armis rudibus, vel incidentibus & pungentibus, vel sine antimacho, per se soli adversus umbram, murum vel columnam cum armis, & etiam sine armis sese exercebant. *Marc. Donatus.*

Lanistas.] Isidorum admitto, qui Thuscum verbum esse vult, & illis carnificem signare. & admitto eo libentius, quia res gladiatoria petita à Thuscis. Glossarius liber, *Lanista*, λυδο-
 ροφ, μεγαμαχοροφ, επισημη
 μεγαμαχορ. *Lanista avium* etiam apud Columellam, qui aves condoces faciunt ad pugnam. Pro ipsis gladiatoribus Prudentius usurpat: parum proprie, imo imperite. Emebant Lanistæ futuros gladiatores, aut exposititios pueros huic rei tollebant. Tota autem manus quæ sub uno Lanista, Familia appellabatur: & cum dicebant familiae præesse. Hinc natum proverbium Ciceroni familiare, *ducere familiam*: quod idem censeo ac familiae præesse, sumtumque ab hac ipsa Lanistarum præfectura. *Lipsum.*

Ipsique dictata exercentibus darent.] Proprium lanistarum, quando ritonibus illa dant præcepta, quæ Hirtio commemorantur libro de bello Africo. *Cassiodorus.*

Legionibus stipendium duplicavit.] *Ad-*

didit (inquit, de Domitiano loquens, cap. vii.) & quartum stipendium, aureos ternos. Quæ verba tres aureos unum efficere stipendium, & militem sub Domitiano quadruplex stipendium meruisse suadent, aureos scilicet xii. Sed profecto sunt in vitio, legendumque *aureis ternis*. Iusto Lipsio assentior *Elector. i. cap. ii.* Quod ita esse probat *Zonaras*, ex *Dione*, ut arbitror. Nam & ipse de Domitiano loquens, *Com* (inquit) *militibus septuagena quina drachme solverentur, centenas dari iussit.* Idque cum *Tacito* convenit lib. i. *Annalium*, ubi milites post excessum Augusti singulos in diem denarios per seditionem poscentes describit, cum ante non nisi xxv. denarios in mensem, & sic sexta parte minus, accipere consuevissent. Quod vero denis in diem assibus animam & corpus æstimari iidem ibi milites conqueruntur, non de assibus, quales decem denarium efficiunt, intelligo, (alioqui diurnum poscentes denarium, non plus petissent quam ante acceperant) sed de assibus ut tunc temporis in usum erant. *Torrent.*

Frumentum sine modo.] Milites fuere in Romana legione, qui torquati duplares dicebantur, qui ob virtutem duplas consequabantur annonas: sicut simplices dicti sunt, quibus una & semis annona tribuebatur. *Vegetius.*

Com.

nupta erat, conditione ei detulit, sibi que filiam ejus in matrimonium petiit, Fausto Syllæ destinatam. Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna senatus, gratuito, aut levi fœnore obstructis, ex reliquo quoque ordinum genere vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo congiario prosequeretur: libertos insuper servulosque cujusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum aut obaratorum, aut prodiga juventutis subsidium unicum ac promptissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset à se. his plane palam bello civili opus esse dicebat. Nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem adliciebat: aliis captivorum millia dono offerens: aliis citra senatus populique auctoritatem quo vellent, & quoties vellent, auxilia submittebat: superque Italia, Galliarumque & Hispaniarum, Asia quoque & Græciæ potentissimas urbes præcipuis operibus exornans: donec attonitis jam omnibus, & quorsum illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus COS. edicto præfatus de summa se Rep. actu-

Conditione.] Hoc vocabulo pro conjunctione vel pactione nuptiarum & sponsaliorum usus est, ut & alii auctores, præsertim I. C. è quibus Cajus in renuntiatione nuptiarum hæc verba probata esse ait *conditio tua non uter*. Suetonii tamen Aug. cap. LXIX. *conditioes quasitas per amicos* cum scribit, non de nuptiis, sed de stupris intelligendus est. Cicero quoque pro Coelio; *Habes heros ad Tyberim, quo omnis juvenus nandi causa venit. Hinc licet conditiones quotidie legas*. Vide Cajum I. C. leg. II. de divortiiis & repudiis. *Torrent*.

Obaratorum.] Hi, ut docet Donatus in

commentario Phormionis, cum solvendo non essent, jure manu capiebantur. Et, ut auctor est M. Varro, vindemias, & fœnificia administrabant hi, quos obaratos nostri vocitarunt. Idem aliubi indicat, obaratos dici proprie illos debitores, qui in servitute erant creditoris pro pecunia, quam debebant, donec solverent: quales nexi quoque sunt. *Bevoald*.

De summa se rep.] Cæsar apud milites queritur, Syllam, nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompejum, qui amissa restituisse videatur, bona

acturum, retulit ad senatum ut ei succederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset. Acciderat autem, ut is legem de jure magistratum ferens, eo capite quo à petitione honorum absentes summovebat, ne Casarem quidem exciperet, per oblivionem: ac mox lege jam in aes incisa, & in ararium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus provincias Casari & privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur: quod per ambitionem & ultra præscriptum data esset. Commotus his

Ca-

bona etiam, quæ ante habuerat, admisse: quotiescunque sit decretum, darent magistratus operam, ne quid resp. detrimenti caperet; qua voce, & quo S.C. pop. R. ad arma sit vocatus; factum in perniciosis legibus; in vi Tribunitia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis; quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem. *Casar.*

Quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset.] Non absurda lectio, si modo abrogare pro derogare positum meminimus: nam auctor Glossarii non solum ἀπαρῶν, sed etiam ἐλατῶν interpretatur. Sensus est: absentis Casaris non esse rationem habendam, quia Pompejus legi suæ, qua id in genere prohibebatur, non derogasset plebiscito: sed propria tantum auctoritate eam in ararium jam relatam correxisset. Atqui ut ei legi à Pompejo semel perlate derogaretur, tam opus fuerat populi auctoritatem intervenire, quam ante, cum in gratiam Casaris fuerat factum prius plebiscitum sive rogatio, qua permittebatur ei absentis petitio consulatus. *Casari.*

Et colonis quos.] Veras causas, cur colonias deducerent veteres, sex potissimum reddi posse reperio: unam, ad priores populos coercendos: alteram, ad hostium incursiones reprimendas: tertiam, stirpis augenda causa: quartam, plebis urbanæ exhauriendæ: quintam, seditionis sedandæ: sextam, ut præmiis milites veteranos afficerent. *Sigonius.*

Retulit etiam, ut colonis quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur.] Imo etiam Comensem quendam virgis concedi iussit, qui se, quod Comi magistratum gessisset, Romæ pro cive Romano gerebat. Si Appiano credimus, Novocomum Casar Latii jure donaverat, quorum qui annum magistratum gesserant, cives Romani fiebant, hanc enim vim, eodem Appiano teste, habuit Latinitas. *Idem.*

Ultra præscriptum.] Habuit lex agraria multa capita. nam & agrum definiuit, qui esset dividendus, & quibus, ac quam multis hominibus, & per quos, & quo modo, & quibus limitibus esset dividendus, præscripsit. *Idem.*

Ingen-

Cæsar, ac judicans, quod sæpe ex eo auditum ferunt, difficilius se principem civitatis à primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Servium Sulpicium alterum consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam ejus Æmilium Paullum, Cajumque Curionem violentissimum tribunorum, ingenti mercede defensores paravit. Sed obstinatius cum omnia agi videret, & designatos etiam COSS. è parte diversa, senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur: aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitiibus discederent: confisus, ut putant, facilius se, simulatque libuisset, veteranos convocaturum, quam Pompejum novos milites. Cum adversariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, Transalpinaque Gallia, dua sibi legiones, & Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico, concederetur, quoad COS. fieret. Verum neque senatu³⁰ interveniente, & adversariis negantibus ullam se de rep. facturos pactionem, transiit in citeriorem Galliam: conventibusque peractis, Ravenna substitit, bello vin-

Ingenti mercede.] Curionem enim ære alieno, quod erat sexcenties ₳s, si Valerio credimus lib. ix. cap. i. liberavit, & Paulo Æmilio mille & quingenta talenta donavit, seu, ut volunt alii, ₳s trecenties sexagies. Appianus & Plutarchus. Torrent. Plinius luculenter scripsit in xxxvi. Curionem huic nihil in censu habuisse præter discordiam principum. Servius enarrans illud Virgilianum: Vendidit hic auro patriam: ait Curionem vendidisse Romam Cæsari xxvii. millibus aureis. Beroald.

Conventibusque peractis Ravenna substitit.] Cum citeriorem & Narbonensem Galliam provinciam nactus esset, in iis conventus egit, ut quæ jampridem formam provincie accepissent, in Comata, quam ipse bello primus aggressus est, nequaquam: nisi fortasse, postquam eam in provincie formam retulit. Vellej. Germani in summam discordiam adduxere Quinctilium, usque eo ut se prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præfisse crederet: significat, Varum se

dicaturus si quid de tribunis plebis intercedentibus pro se, gravius à senatu constitutum esset. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: caussas autem alijs fuisse opinantur. Cn. Pompeius ita dicit abbat, quod neque opera consummare quæ instituerat, neque populi expectationem, quam de adventu sui fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse. Alii timuisse dicunt, ne eorum, quæ primo consulatu adversus auspicia legesque & intercessionem gessisset, rationem reddere cogeretur: cum M. Cato idem talem, nec sine jurejurando, denuntiaret delaturum se nomen ejus, simul ac primum exercitum dimisisset: cumque vulgo fore predicarent ut si privatus redisset, Milonis exemplo circumpositis armatis causam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie casos profligatosque adversarios prospicientem, hæc cum ad verbum dixisse referens; Hoc voluerunt: tantis rebus gessis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. Quidam putant captum imperii consuetudine, pensita-

gessisse pro prætore, cum tamen esset imperator tantum, neque enim Germania in provincia formam erat redacta. Sigonius. Conventus ex Equitibus Romanis constabat, qui in provinciis negotiabantur, & à Prætore in consilium advocabantur. unde conventum seu forum agere Prætor in eadem re dicebatur. Hottoman.

Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit. Quod Polybius in omni historia prudentissime monet faciendum, ut inter caussas, prætextus, & initia bellorum distinguamus: id diligenter hoc loco à Suetonio factum licet observare. Alia notione in Seneca

prætextum, pro purpura quæ prætextatur. Locus est Epistola lxxi. Sed Cn. Pompejus amittes exercitum: sed illud pulcherrimum Reip. prætextum, optimates, uno pralio profligantur. Optimates vocat honesta translatione prætextum Reip. Casaub.

Quidam putant captum imperii consuetudine. Horum sententiam verissimam esse ne dubitandum quidem est. Habent hoc diuturna imperia, ut facile quemvis hominem natum dementent, & cupiditate firmandæ potentæ inflamment. Hæc postquam sententia fedit, nullum tam præceps consilium quod non placeat, potius quam ut imperio

zisque suis & inimicorum viribus, usum occasione rapiende dominationis, quam etate prima concupisset. Quod existimasse videbatur & Cicero, scribens De officiis tertio libro, semper Cæsarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse convertit,

Nam si violandum est jus, regnandi gratia

Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Cum ergo sublatam tribunorum intercessionem, ipsoque ³¹ urbe celsisse nuntiatum est, præmissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moveretur, & spectaculo publico per dissimulationem interfuit, & formam, qua ludum gladiatorium erat edificaturus, consideravit, & ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post Solis occasum, mulis è proximo pistrino ad vehiculum junctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: & cum luminibus extinctis decessisset via, diu erra-

perio cedatur. Imbibant igitur qui gubernacula Reip. tractant, Mæcenatis apud Dionem oraculum, verius quam dictum: Ἀρχαί αἱ μετρώτεραι & πολυχρῆστῶτεραι ἐπιήρως πλεονεξίᾳ, καὶ ἐς νεώτεροποιίαν ἐξάγουσι. Casaubonus.

Formam que ludum gladiatorium erat edificaturus consideravit.] Simulacrum significat, & adumbratam vel effictam speciem (ichnographiam vocat Vitruvius, atque orthographiam) qua ludum erat ædificaturus gladiatorium. Turneb.

Cum luminibus extinctis decessisset via.] In commentariis Græcorum legitur, peculiare in usum viatorum faces solitas incidi, è ligno querno vel iligno, quæ γερῶνα vocabant. præcipua fuit cura ne facile vento cederent: testis tamen historia, sæpe factum quod hic Suetonius ait, ut lumina extinguerentur, atque ita via decederetur. Pro-

pterea usi sunt lychnuchis è pelle, in eum usum comparatis, ut vim ventorum ferre possent & defendere. Quoniam autem fallendi fere hostis causa iter nocturnum à ducibus exercituum instituebatur, quo tutius id fieret, excogitatae sunt jam olim quas nos vocamus hodie *laternas surdas*: Hæ ita sunt compositæ, ut iis lucem abunde faciant, quibus præferuntur: aliis noxent, qui vel adversi incedunt, vel ad latera ipsi stant sive ambulant. Julius Africanus, cujus elegantissimum librum De bellico apparatu nondum luce publica donatum habemus, fabricam hujusmodi laternarum sic explicat. Esto laterna quadrilatera, pellibus ab omni parte oppansis munita. Laterum trium pelles sunt nigrae: unius alba, per quam pone sequentibus lucerna lucebit. Locus est capite xxx. quod αὐτὸν ἐν τῷ πλάτῃ infcribitur. Casamb. Vtrum dicit Casarem

errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos trames pedibus evasit: consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provincia ejus finis erat, paullum constitit: ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos, Etiam nunc, inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia
 32 armis agenda erunt. Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine & forma in proximo sedens repente apparuit, arundine canens: ad quem audiendum, cum præter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos & aeneatores, rapta ab uno tuba profiluit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam.

Tunc

rem faces habuisse ardentes in itinere, quæ extinctæ sunt? Sunt qui non putent, cum eum dicat occultissimum iter ingressum esse: censent enim luminibus extinctis appellari concubium noctis, cum extinctis lucernis omnes cubant, tenebræque intensiores sunt. Verius tamen videtur viatores noctu gerere faces solitos esse. Turneb.

Tandem ad lucem reperto duce.] Latini ad lucem quum dicunt, tempus dilucidi, intelligunt, vel quod proxime dilucidum antecedit. cum ad luminâ, tempus quo lucernæ accenduntur, & ut Græci id tempus denotant, πῦρ λυχνῶν ἀφάσ. Obstat tamen nonnihil huic interpretationi, quod omnes historici testantur, Cæsarem id totum iter confecisse atque adeo Ariminum cepisse ante lucem. Casaub.

Provincia ejus finis.] Determinans Italiam à Gallia citeriore, ut Historici tradunt: quem Plinius in VIII. regione Italix collocat: de quo Lucanus.

— Et Gallica certus (lonis.

Limēs ab Ausoniis determinat arva co-
 Autumat Sidonius Rubiconem mutuari originem nominis de glarearum

colore rubicundo. Bernald. Hodie corrupto nomine Riconem accolæ appellant: priusquam ad mare sit ventum proximo amniculo insinuatus, aquis, & nomine confusus in Adriam inter Ariminum, & Ravennam evolvitur. Sabellicus.

Omnia armis agenda erunt.] Vt pote criminis manifesti rei: nam extra provincix suæ fines cum armis venisse, crimen erat. Appianus alios auctores secutus, verba Cæsaris ita narrat. Ἡ μὲν ἐπίχσις, ἡ φίλοι, τὸ δὲ ἀγέλαστος ἐμοὶ κακῶν ἀρξὴ ἢ τὸ ἀγέλαστος πᾶσιν ἀνθρώποις. Amici hunc transitum si inhibuero, vix mihi; si transiero, vix universis mortalibus. Casaub.

Aeneatores.] Sic generaliter eos vocat qui classicum canunt, sive id tuba, sive cornu faciant, neque enim tubam à cornu materia, sed forma distinguebatur. Ovidius lib. 1. Metamorph.

Non tuba directi, non aris cornua flexi,
 Non galeæ, non ensis erat.

Aeneatores tamē Festo dicuntur proprie cornicines, qui cornu canunt. Torrent.

Classicum exorsus.] Classicum dicimus &

Tunc Casar, Eatur, inquit, quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea est, inquit. Atque ita trajecto exercitu, adhibitis tribunis pleb. qui 33 pulsi supervenerant, pro concione fidem militum, flens, ac veste à pectore discissa, invocavit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis: quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquendo exhortandoque, sapius digitum levae manus ostentans, affirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque equo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit quod visu suspicabatur: promissumque jus anulorum cum mil-

libus

& tubam ipsam, & sonum bellicum. *Servius.*

Iacta alea est, inquit.] Petronius in carmine de bello civili Cæsariano: *quia paxna tropæis Imminet & sorles mernit victoria nostra, Iudice fortuna cadat alea:* Menander Δεδο[μ]ένος τὸ πρῶτον, ἀνερρίφω κύβητος. Eodem sensu dicunt Græci & ἀνερρίφην κίνδυνον, ut Dionysius Halic. in tertio & octavo, & Iosephus, Ἀλώσεως. lib. iv. item, χειρῶν ἐπὶ κύβων. Livius libro primo *indubiam imperii servitiique aleam imus.* interdum βιβλῆος τῆς ἀπραγμάτης. Ut in Arato Plutarchus. nonnumquam ἀνερρίφην simpliciter. Philostratus in vita Apollonii, loquens de Vitellio: κybήθη μὲν, διδούς μὲν αὐτὸν οἱ περὶ σφῆλωσιν. ἵατερον δὲ ἄλλης ἀνερρίφην πειζῶν. Eleganter Pausanias τὸ ἀνερρίφην quod est extrema consilia ex desperatione inire, opponit τὸ περιβόλιον τῶν ἀπὸ νομῶν. quod de eo dicitur, qui non totis viribus ruit ad prælium, cæcus aut vincere aut mori:

sed ita se parat, ac vires dispenfat, ut cedere coactus, denuo stare possit. quod proprium est ducis prudentis, &, ut AVgustus appellabat, ἀσφοδῆς. *Casaub.* Suspicio legendum, *Iacta esto alea:* sic enim citatur à Plutarcho, πῶς ἐρρίφω κύβητος. *Erasmus.*

Anulum quoque.] Juvenalis versus Satyr. xi. in decoctores ac prodigos, *Talibus à dominis post cuncta novissimus exit Anulus, & digito mendicat Pollio iudo.* de Gellio Equite Rom. qui sua jam comesset bona, Cic. orat. — Pro Sextio, *Indignus (inquit) ordine Equestri, cujus nomen retinet, ornamenta consecit.* Torrent.

Promissumque jus anulorum.] Quod & consecuti tandem sunt: sed sero post annos fere ccc l i i i. initio imperii Severi, Herodiano teste. *Casaub.*

Promissumque jus anulorum cum millibus quadringentis sanna distulit.] Cum scirent jus aureorum anulorum & equestrem censum eidem competere, nec separari posse: posterius hoc per interpretationem illi priori, quod non tam viderant, quam putabant vidisse, adje-

libus quadringenis fama distulit. Ordo & summa re-
 34 rum quas deinceps gessit, sic se habent. Picenum, Um-
 briam, Etruriam occupavit: & L. Domitio, qui per
 tumultum successor ei nominatus, Corfinium presidio
 tenebat, in deditionem redacto, atque dimisso, secun-
 dum superum mare Brundisium tetendit, quo COSS.
 Pompeiusque confugerant, quam primum transfreta-
 turi. hos frustra per omnes moras exitu prohibere co-
 natus, Romam iter convertit, appellatisque de rep. pa-
 tribus, validissimas Pompeii copias, quae sub tribus le-
 gatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hi-
 spania erant, invasit: professus ante inter suos, ire se
 ad exercitum sine duce, & inde reverfurum ad du-
 cem sine exercitu. Et quamquam obsidione Massilia,
 quae sibi in itinere portas clauserat, summaque fru-
 mentaria rei penuria retardante, brevis tamen omnia
 35 subegit. Hinc urbe repetita, in Macedoniam trans-
 gressus, Pompeium per quatuor pene menses maximis
 obsessum operibus, ad extremum Pharsalico praelio su-
 dit: & fugientem Alexandriam persecutus, ut occi-
 sum deprehendit, cum Ptolomeo rege, à quo sibi quo-
 que

cerunt. Humani ingenii vitium est, in
 iis quae valde cupias esse *ἡμετέρας*.

Casaub. Ab Horatio decenter dictum est:

*Si quadringentis sex septem millia de-
 sunt.*

Lege Roscia theatri nulli jus erat se-
 dendi in quatuordecim ordinibus, nisi
 quadringenta obtulisset in censum. Vn-
 de ait Epigrammaticus poeta.

*Quadringenta tibi non sunt, Cherestrate,
 surge.* Beroald.

Appellatis patribus.] Comiter nomi-
 natis, vocatisque in curiam, veluti cum
 his consultaturus de summa Reipub.
 Vel appellatis, pro imploratis, eo scili-

cet significatu, quo dicitur, appello
 principem: pro provocho: ut titu. De
 appell. continetur. Caesar: Pro quibus re-
 bus orat, ac postulat, ut Rempub. susci-
 piant, atque una secum administrant. Ce-
 sar enim post Pompeii transfretatio-
 nem, Romam conversus est, redacta in
 potestatem Italia diebus lxx. citra san-
 guinis profusionem. Beroald.

Maximis obsessum operibus.] Caesar
 ausus est aggredi opus difficillimum
 & vix credibile, ut universa hostium
 castra una munitione à mari ad mare
 ducta concluderet, quae protendebatur
 per mille ducenta stadia. Appian.

Neque

que insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit: neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni, & intra mœnia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnum Ægypti victor, Cleopatra fratrique ejus minori permisit: veritus provinciam facere, ne quandoque violentiorem præsidem nacta, novarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum transit, urgentibus de Pharnace nuntiis: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, jamque multiplici successu præferocem, intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie: crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui præcipua militiæ laus, de tam imbelli genere hostium contigisset. De hinc Scipionem ac Iubam, reliquias partium in Africa refoventeis, devicit: Pompeii liberos in Hispania. Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi ³⁶ per legatos suos, passus est: quorum C. Curio in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in adversariorum de-

Neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni.] Hieme anni, quod Græci dicerent *ἡμερῶν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος*, vel *ἀπὸ τοῦ χειμῶνος*, aut *ἀπὸ τοῦ χειμῶνος*, Gellius libro secundo cap. xx i. Nov fuit: & clemens mare, & anni ætas. lib. xv i. cap. x. cum in hospitii sui Antiatem villam æstu anni concessisset. Calaub.

Novarum rerum materia esset.] Augustus quoque inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum: ne fame urgeret Italiam, quibus eam provinciam, claustraque terræ ac maris quamvis levi præsidio adversum ingentes

exercitus insedisset. Tacitus.

Urgentibus de Pharnace nuntiis.] Qui Domitium Ponto ejecerat, & insatiabili cupiditate victoriam subsecutus, jam Bithynia & Cappadocia occupatis, minorem Armeniam appetebat, omnesque in illis partibus reges principesque ad defectionem pertraherebat. Plutarchus.

Quatuor horis.] Pharnacem Cæsar uno, & ut sic dixerim, non toto prælio obrivit more fulminis: quod uno, eodemque momento venit, percussit, abscellit. Nec vana de se prædictio est Cæsar's, ante victum hostem esse, quam visum. Florus.

devenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem umquam fortuna, præterquam bis dimicavit: semel ad Dyrrachium, ubi pulsus, non instante Pompeio, negavit eum vincere scire: iterum in Hispania ultimo prælio, cum desperatis rebus etiam de consciscenda nece cogitavit. Confectis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem quater eodem mense, sed interjectis diebus: & rursus semel post superatos Pompeii liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quemque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die, Velabrum prætervehens, pæne curru excussus est, axe diffracto: ad-

Africanum.] Ex Iuba debellato: nam de Scipione & Catone reliquisque Roman. non triumphavit: quia nefas erat civem triumphare de cive. *Lugubres enim*, ut inquit Vale. *existimata sunt victoriae civiles*, ideoque nulla supplicationes decernebantur: neque ovans, aut in curru quisquam ex civili victoria triumphavit. Vnde triumphus Cæsaris Hispaniensis dolore permagno affectit Pop. Rom. Præterea ingratum ei fuit spectaculum triumphi Africani, cum intueretur imaginem Scipionis in pompa delatam, sibi gladio pectus trajicientis: & imaginem Petreii inedia ferroque se necantis. Maxime ingemuit intuens effigiem Catonis ventrem dilacerantis. *Beroald.*

Novissimum Hispaniensem.] Hispanum dicitur eum, qui in Hispania natus est, sicuti Sardum, qui in Sardinia: Hispaniensem autem incolam Hispaniæ, sicuti Sardiniensem incolam Sar-

diniæ. Vnde Hispanienses vocamus negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Et Cato in libro de Re rusticæ salem Romanensem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur. Igitur cum Cæsar in Hispania bellum gesserit non adversus Hispanos, sed Romanos: merito is triumphus Hispaniensis, non Hispanus, Latine & elegantè nuncupatur. *Idem.*

Diverso quemque apparatu & instrumento.] Gallici apparatus ex cirro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africis ebore, Hispaniensis argento rasilii constitit. *Vellejus.*

Pæne curru excussus est, axe diffracto.] Cæsarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper ut primum consedisset, id quod plerisque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum. *Plinius.*

Adscen-

scenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompa fercula trium verborum prætulit titulum, VENI. VIDI. VICI. non acta belli significantem, sicut ceteri, sed celeriter confecti notam. Veteranis legionibus praeda nomine in pedes 38

Adscenditque Capitolium ad lumina, x. elephantis dextra atque sinistra.] De adscensu clivi Capitolini loquitur: gradus vero Capitolinos genibus emensus Caesar die triumphi Gallici, de quo hic est sermo. Vetus mos Romæ fuit, bene meritis de Rep. viris honoris sui causa permittere, ut cum aliqua inusitata pompa, quoties foris cœnassent, domum redirent. Sic Cornificius ob rem bene gestam bello Siculo, quoties domi non cœnaret, elephanto vehens domum redire solitus. Sic Caesarem, ait Dio, post epulum triumphale, cum insigni hoc honore vespere domum venisse. Ut vero Suetonius rem narrat, lumina hæc publici gaudii sunt indicium. antiquissimi enim moris fuit, sive privatim sive publice læti aliquid obtigisset, luminibus accensis appensisque gaudium testari: estque ejus λυχνουχίας apud Græcos ac Latinos scriptores celeberrima mentio. Casaub.

Lychnuchos gestantibus.] Olim candelis sebaceis soli pauperes utebantur: reliqui facibus, vel lucernis: has Græci λύχνος vocant: λυχνύχιον autem est instrumentum cui lucerna apratur, ut candelabro. Lychnuchi usus erat & domi: Cicero, hanc scripsi ad lychnuchum ligneolum. & cum foras prodirent: vide Athenæum. milites Græci pro lychnucho ferebant obelisco lychnion, ut docet Aristoteles. Idem.

Inter pompa fercula.] Pompa triumphalis gestamina significantur: quo nomine continentur simulacra oppidorum, simulacra deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, pægmata, & id ge-

nus alia, quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, fercula, quæ in ludis: quæ in sacris feruntur, sacrorum: de quibus sic scribit Cicero: Cavendum est, ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus: ut similes pompæ ferculis esse videamur. Beroaldus.

VENI. VIDI. VICI.] Sic quum Pompejus festinans ad bellum piraticum Athenas in transcursu invisisset, inter ceteras inscriptiones hæc fuit. ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ. ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΥΜΕΝ. ΕΙΔΟΜΕΝ. ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. Casaub.

Veteranis legionibus praeda nomine &c.] Lego, Veteranis legionibus praeda nomine, in pedes singulos (super bina sestertia quæ initio civilis tumultus numeraverat) vicena: in equites quadragena millia nummum dedit. Existimamus duas à Tranquillo summas fuisse positas: peditem & equitem. illam ex vestigiis corruptæ lectionis & Græcis haud dubie expressimus: hanc jure arbitrario constituimus. nam quia donativi quod à Cesare acceperunt equites, modum nusquam expressum reperimus, quod superest, ut quam minima mutatione ad veritatem faciamus gradum, vulgatam lectionem quaternam mutamus in quadragena, etsi non male fortasse scripserimus quadragena quaterna. Quæ opum vis, inquirunt, huic donativo sufficiat? clamant historici, spoliatas ab eo omnes provincias; regna multa vel direpta, vel pretio vendita; templorum multorum gazas infinitas ablatas; artes cogendæ pecuniæ ab eodem innumeras esse

dites singulos super bina sestertia, quæ initio civilis tumultus numeraverat, in equites vicena quaterna millia nummum dedit. assignavit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritum divisit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ usque ab bina millia nummum, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Adjecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem

esse excogitatas, propter quas *ῥημῶ-
ῶπιος ἀνῆ* Græcis dici solet. Hæc si attendimus, quid tantopere miremur non erit. Quanto magis mirum, Octavium & Antonium post prælium Philippense tantumdem potuisse suis militibus dare? *Casaubon.* Esto, ut xx. m. veteranorum fuerint (tot enim minimum esse oportuit, ut ex Hirtio novimus) si v. millia drachmarum juxta Appian. in singulos divisit, centies centenis millibus aureis nostris id donativum constituit. Adde nunc augmentum pro centurione & equire & tribuno, & habitationes illas gravitas, certe in immensum res abibit si omnia æstimentur. *Budaus.*

Assignavit & agros, sed non continuos. Id contra veterem consuetudinem deducendarum coloniarum fuit: semel tamen admissum, sæpius postea usurpatum est. Vide Tacitum lib. xv. Annalium. *Casaub.*

Populo trecenos nummos ac centenos pro mora. Quadringentos sestertios dedisse viritum populo Tranquillus dicit, & Appianus minam Atticam, quod idem est. Eusebius auctor est, eo tempore, quo Sylla Dictaturam invasit, censu Romæ æcto, inventa esse hominum quadringenta sexaginta tria millia. Appianus autem tradit, censu post triumphum Cæsaris actum, inventum esse dimidio pene mi-

norem numerum civium, quam quantus ante bellum civile fuisset. Esto igitur, ut Romæ ducenta & viginti millia hominum fuerint eo tempore, quo Cæsar centenas drachmas in populum divisit: id congiarium bis & vicies centenis millibus aureorum nostrorum æstimabitur. *Budaus.*

Annua etiam habitationem Romæ usque ad bina millia nummum. Habitatione Tranquillo est τὸ εὐοίκιον, pensio quæ habitationis causa penditur. I. C. etiam obventiones vocant. Dio in ætis anni dccxi. renovatam hanc legem ab Octavio post prælium Philippense commemorat. Mens & Cæsaris & Octavii fuit, ut non nisi ad tenuiores hoc beneficium pertineret. At Romanum Constantini filium *δεδουκίνας ἐν τῷ εὐοίκιῳ τὸ πόλεως*, neque id cum aliqua distinctione civium ditionum vel pauperiorum, sed promiscue omnium, *δοτὸν ἔν ψυλοτέρῳ ἐ μείζονι ἔξχαρῶν*, auctor est Cedrenus. *Casaub.* Annua habitationem, id est, veltigal annua habitationis. Ex quo apparet, qui cives non essent, Romæque, aut in reliqua Italia negotiarentur, solitos, certum Reipub. pendere veltigal, seu pensionem. *Sabell.*

Adjecit epulum ac viscerationem. Notatu dignæ harum vocum interpretationes

sem victoriam duo prandia. Nam cum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit. Edidit spectacula, 39 varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones: item circenses, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnavit Furius Leptinus, stirpe prætoria, & Q. Calpurnius senator quondam actorque caussarum. Pyrricham saltaverunt Asiae Bithyniæque principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit: donatusque quingentis sestertionibus.

tiones quæ sunt in Glossario, Epulum, *Ἐπίπλιον*. Visceratio *Ἐπίπλιον*. Perseus, oleum artocreasque popello. Mox, Viscerationem, *Ἐπίπλιον*. in altero Glossario, *Ἐπίπλιον*, epulatio. Viscera autem vocabant non solum intestina, sed quicquid sub corio est, inquit Servius. Casaubonus. Epulum toti populo \times 11. millibus tricliniorum dedit, *Plin. Sarcus*.

[*Viscerationem*.] Id est, crudam carnem domesticatam populo datam: qui mos in oppidis quibusdam Romæ circumiectis nostra quoque tempestate durat: fitque id ipsum in defuncti alicujus memoriam. *Sabell.*

[*Edidit spectacula*.] Mf. Salmf. habuit spectacula. Forte scripserat Sueton. *Edidit & spectacula*.

[*Per omnium linguarum histriones*.] Romæ magna copia erat hominum ex omnibus Imperii Romani provinciis. Cæsar ut omnibus gratificaretur, & omnes nationes sibi conciliaret, histriones omnium linguarum adhibuit. *Casaub.*

[*Munere in foro*.] Cæsar Dictator totum forum Rom. interit, viamque Sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio admirabilius visum tradunt. *Plin.*

[*Pyrricham saltaverunt*.] Cretensis ille, à quo Pyrrichen compositam videntur; *Πύρριξ* dicebatur. alii Pyrrho Achilles filio hujus saltationis inventionem tribuunt. Quemcumque habuerit auctorem, saltatio est, eoque pedestris; diversa utique à Trojæ ludicio, quod *ἰκκὸς πομπίας* genus fuit, & in equis exercebatur, per lascivas vertigines ac gyros implicantium se & explicantium puerorum. Potuerit vulgus hunc lusum Pyrrichæ nomine donare, quod Pyrrichio pede & modulo agitari solet. certe Pyrrichia illa quæ proprie sic dicta est, & quam in Creta Pyrrichus instituit, sive ut alii Pyrrhus, saltatio fuit armata, longe diversa à Trojæ. *Salmf.*

[*Ludis Decimus Laberius*.] Eodem tempore & facto eodem, ordinem equestrem amisit Laberius ac meruit. amisit, cum egit mimum in scena. recepit, donatus à Cæsare anulo aureo. *Casaub.* Laberium asperæ libertatis equitem Romanum Cæsar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, & ipse ageret mimos, quos scriptabat. Sed potestas non solum si invitaret, sed etiam si supplicet, cogit. Unde se & Laberius coactum in prologo testatur. *Macrobius.*

tertiis, & anulo aureo, sessum in quatuordecim è scena per orchestram transiit. Circensibus, spatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigasque & equos desultorios agitaverunt nobi-

Sessum in quatuordecim.] Fortasse legendum est; *Sessum in xlv. podium è scena per orchestram transiit, &c.* nam pro verbo, *podium*, in aliquibus codicibus est, *solium*, quod videtur mendosum. *Podium* vero dicebatur locus, unde principes spectabant. è scena igitur, ubi Laberius histrionicam fecerat, transiturus in xlv. podium & orchestram, & Senatores omnes necessario præterit, quo major rei indignitas foret. *Vrsin.*

E scena.] Scena nomen invenit ex eo, quod alia atque alia facies subinde apparet ex ædiculis, quæ olim quum è ramis ac frondibus conficerentur, ita sunt ab umbris & tabernaculis appellata. *Cas. Scaliger.*

Orchestram.] Orchestræ partes erant tres: planities, in qua chorus caneret ac saltaret: pulpitem, in quo nihil aliud quam canebant aut pronuntiabant. Hemicyclium non in omnibus fabulis, sed in quibus ad eum locum agebantur e-nantes è mari: ut in Rudente Plautina. Tamen ibidem quoque fungebatur urbs longinqua pro argumento. *Cas. Scalig.* In Orchestra sunt etiam senatorum sedibus loca designata. *Vitruvius.*

Circensibus.] Valerius nunc plebejos, nunc Circenses. Asconius & Romanos, & Magnos ludos appellatos ait: Magnosque iccirco dictos, quia magnis impensis instruerentur, vel forte quia diis magnis, id est, laribus urbis sint dicati, ut ipse refert. *Sabell.*

Spatio circi.] Circum maximum à Cesare Dictatore exstructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum, ad sedem ccx. millium inter magna opera dicimus. *Plinius.*

In gyrum Euripo addito.] Cæteroquin notum est, Euripum in Circo veteri

Romano appellari aquam ingenti fossa per tria latera Circi ducta admissam. Nam *Euripos* ut Nilos, aquæ ductus apertos & grandes appellaverunt, quos vulgo *Canales* aquæ dicimus. *Helych. Ευείπυς, δεχὰς ὑδατῶν*, quas & Latini dicunt *dogas*. Sed *Cassiodori xvo* Euripum eam Circi partem appellabant, quæ inter utrasque metas interjacebat, in modum aggeris satis alte è terra elati, ejusdem cum metis latitudinis, quibus conjuncta utrinque erat ab una ad alteram pertingens. Hanc eandem *Spinam* adpellaverunt, quidquid *Cassiodorus* Euripum à spina videatur distinguere. In ea spina columnæ erant positæ Delphinorum, & alia simulacra, quæ in Circo stabant. Sic Græci in Circo Constantinopolitano non ad latera Circi, sed in medio *Euripum* collocant, nec ita dictum volunt, quod aqua in eum induceretur, nihil enim aquæ habebat, sed quod septies circum eum curreret, ut septies Euripi marini unda reciprocar. *Salmasius.*

Equas desultorios.] *Desultores* vocabant non eos solum quos Græci ἀμφίπυς, quod binos ducentes equos ab altero in alterum subinde saltabant, sed eos quoque de quibus *Dionys. extremo libro vii. Antiq. Rom.* quos πτεροβάτες, (ut inquit ipse) poëta Athenienses vero δροβάτες appellabant. Unde δροβάτες ἀγωνιστάς *Plutarchus* Phocione. *Cicero pro Muræna, Nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Livius quoque lib. xlv. hunc morem significat his verbis, semel quadrigis, semel desultare missa. Marc. Donatus.*

nobilissimi juvenes. Troiam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum. Venationes editæ per dies quinque: ac novissime pugna divisa in duas acies: quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublata metæ, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant. Athletæ, stadio ad tempus extructo in regione Martii campi certaverunt per triduum. Navali prælio in minore Codeta defosso lacu, biremes ac triremes, quadriremesque, Tyriæ & Ægyptiæ classes, magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia spectacula tantum undique confluit hominum, ut plerique adventæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positæ manerent: ac sæpe præ-

tur-

Elephantis vicenis.] Pugnavere Cæsari Dictatori tertio consulatu ejus viginti elephanti contra pedites quingentos. Iterumque totidem turriti cum sexaginta propugnatoribus, eodem quo priore numero peditum, & pari equitum è diverso dimicant. *Plinius.*

Sublata metæ.] Quæ tantum in principio & fine curricula. Circum utraque patiter currebant. Nam nisi ex metæ fuissent, pro libito suo agitadores contrahere spatia potuissent, & brevioribus gyris cursus circumflectere. Inter utraque metas obeliscus fuit in medio circi centro positus: sed is pro meta non fuit. *Ἐπιπέδι δὲ ἀνευρηγῆμενος* apud Dionem, interpretes perperam pro metis acceperunt. Quippe illa nihil aliud sunt, quam fabricæ quædam ex ligno ovali figura factæ, quibus curricula notari ac nominari solebant. Alias Falz & *βαλπίς* appellantur. *Salmasius.*

Navali prælio in minore Codeta defosso lacu.] Codetam sive campum Codetanum ad Tiberium fuisse ex Festo & veteribus Vbis descriptionibus constat.

Minor Codeta, & Major sic appellatur, ut Velabrum Majus & Minus, atque alia in eadem urbe. *Casaub.* Non alius in Suetonio locus est, qui cruditorum acumen magis exercuit, quam iste. Vulgo est in morem cochleæ, quod merito respuit Turnebus. Festus, Codeta, inquit, ager, in quo frutices existunt in modum codarum equinarum. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad candarum equinarum similitudinem. In vetustissimo membranaeo Codice, quem contulit Nansius, erat Cochleæ; & pro codarum, cochlearum. Sic igitur ordinabis locum Festi, & scribes: Cochleæ ager, in quo frutices existunt in modum cochlearum. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad codarum equinarum similitudinem. *Boxhorn.*

Ut plerique adventæ aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positæ manerent.] Occupatis videlicet omnibus sacris publicisque locis, ubi tendere soliti peregrini, si hospitem non haberent. Inter vicos & inter vias, est, in viis utbis & ad urbem. *Casaubon.*

Vitia

turba elisi exanimatique sint plurimi: & in his duò se-
 40 *natores. CONVERSVS hinc ad ordinandum Reip.*
statum, fastos correxit, jam pridem vitio Pontificum
per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque
messuum ferie æstati, neque vindemiarum autumnò,
competerent. Annumque ad cursum Solis accom-
modavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum
esset: & intercalario mense sublato, unus dies quarto
quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in
posterum ex Kalendis Ianuariis nobis temporum ratio
congrueret, inter Novembrem ac Decembrem men-
sem, interjecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc
constituebantur, xv. mensium cum intercalario, qui ex

COR-

Vitio Pontificum turbatos.] Ante Cæsarem, quum intercalandi potestas penes sacerdotes erat, pro libidine sua ad gratiam publicanorum, modo subtrahabant tempora, modo augebant, & plures interdum, quam oportebat, interdum pauciores dies intercalabant. quibus rebus fiebat, ut aliquando menses hyomales in autumnì tempus referrentur, aliquando in æstivum sive verum tempus incidere, pro modo intercalandi imminutiore, aut cumulatjore. *Salmast.*

Intercalario mense.] Annus Græcorum habebat ccccliv. dies, qui lunaris est annus. In Romanorum anno veteri uno die plus fuit ob vitationem parilis numeri. Græci, ut annum suum ad cursum solis æquarent, quod opus esset undecim dies qui deerant, cum quadrante, singulis annis intercalare, xc. dies nono quoque anno intercalabant. quod undecim dies cum quadrante octies ducti cum numerum efficiant dierum. Latini alternis annis intercalabant Merkedonium mensem, viginti duum vel viginti trium dierum. cum mensis xxii. dierum inter-

calabatur, annus ille numerabat dies cccclxxvii. *Salmast.*

Quarto quoque anno.] Scilicet desinente, non incipiente. Placuit enim Cæsari, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus post Terminalia intercalaretur, propter quadrantem illum, id est, senas horas, quæ singulis annis exuberantes, diei noctisque mensuram colligunt. *Beroald.*

Vnus dies intercalaretur.] Id bissextum vocaverunt. Causa autem nominis est, quia duobus diebus continuis bis dicimus, sexto calendas Martias: duos videlicet dies pro uno computantes. Vnde qui natus est bissextò calendas, nihil refert, ut inquit eleganter Celsus, *utrum priore, an posteriore die natus sit: cum illud biddum pro uno tantum die habeatur.* Idem.

xv. mensium.] xxii. dies mensis Merkedonii seu intercalarii, itè lxxvii. à Cæsare interjecti, fiunt simul dies lxxxix. qui est justus modus mensium trium Lunarium. Nova autem anni ordinatio, si ita, uti ediderat eam Cæsar, & editò sanxerat, inviolata mansisset, Augusto opus non fuisset iterum eam emen-

cmen-

consuetudine in eum annum incidere: Senatum sup-
plevit, patricios adlegit: praetorum, edilium, quaestorum,
minorum etiam magistratum numerum ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia iudicum de ambitu condemnatos, restituit. Comitium cum populo partitus est: ut exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur: pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi, Cæsar dictator illi tribui. Commendo vobis illum, & illum, ut vestro
suf-

emendare. Cæsare enim anno secundo Juliano interfecto, Sacerdotes ejus mentem minime assecuti, non post annum quartum, ut ille præceperat, sed quarto quoque anno bisextum intercalabant. Edictum autem quo Julius annum suum publicavit, item illud quo Augustus Bisexti vitium correxit, majorum supinitate, ac negligentia periit. *Ios. Scaliger.*

Patricios adlegit.] Lege Cassia. Tacitus Annalium lib. xi. In his allectus Cicero: Dio libro xlv. Causam suppletarum toties patritiarum gentium breviter aperit idem lib. lxi. Augustus, inquit, gentes patritias supplevit, ἐπεὶ ὅτε πλείστον ἀπολώλησθαι εὐχόμενοι ἦσαν ὅς ἔτις ὡς τὸ Ἰουναῖον ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκετο· καὶ ἐς τὴν ποίησιν τῆς πατρίων ἀναστροφῆς αἰεὶ εἶναι νομίζον. Vespasianus tandem in futurum prospexit ne facile patritii desiderari possent, constitutis mille gentibus patritiis. Ita interpretor quod ait AVrelius Victor, lectis undique optimis viris, mille gentes composita, cum ducentas agerrime reperisset. *Casaub.*

Nudatos opere censorio restituit.] Duplex καὶ ἀνομιὰ πέντε in his verbis. nudatos dixit pro notatos, quod proprium verbum est censorum: nihil tamen hic

muto. sic Cicero ad Atticum de iudicio Clodiano loquens, nudos equites vocat, probri plenos. Sic etiam exutus & exnere apud Tacitum. Ait, opere censorio: sic vocatur opus quod notam censoriam meruit. A. Gellius libro xlii. cap. xii. non id sine pœna fuit: sed erat opus censorium: censesque ararium faciebant. possumus etiam interpretari opere censorio, nota censoria. *Idem.*

Comitia cum populo partitus.] Comitiorum res, amissa libertate, varie habita. Tiberius primus, animis Quiritium fractis jam & ad servitium factis, jus omne sibi & Senatui sumpsit, populo nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit, comitia e campo ad patres translata. Dio videtur omnem consulum renuntiationem ad Tiberium referre: aliorum Magistratum ad Senatum, commendatione principis interposita. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Cæsar tentavit comitiarum more revocato, suffragia populo reddere, ait Sueton. cap. xvi. scilicet Tiberii instituto omissa, Augusti revocato: sed idem ille omisit, Tiberianumque morem apud secutos principes valuisse deinceps, clarum ex memoria rerum. *Lipsius.*

Commendo vobis illum.] Hac formula usi principes, Cæsaris exemplo, cum

suffragio suam dignitatem teneant. *Admisit ad honores & proscriptorum liberos. Iudicia ad duo genera judicium redegit, equestris ordinis ac senatorii: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit: atque ex viginti trescentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui novicætus*

re-

fuis candidatis honores mandari juberent. In S. C. quo Vespasiano imperium datur, ita scriptum est: *Vtique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cuius rei petentes senatui populoque Romano commendavit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit: eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur.* Casaub.

Proscriptorum liberos.] Refert Dionys. Antiq. Rom. lib. viii. servatum fuisse apud Romanos, ut parentum pœna, quocunque crimine, etiam perduellionis, deliquissent, liberi minime tenerentur. Quo tamen non obstante Cicero, quod inter ejus laudes refert Plin. lib. viii. cap. xxx. videns rempub. sine legibus Corneliis stare non posse, effecit eloquentia sua ut proscriptorum à Sylla liberos honores petere puderet. *Torrent.*

Tribunos ærarios.] Tribunos ærarios, ordinem quendam apparet fuisse eorum, quibus, ut ait Varro, *attributa erat pecunia, ut militi redderent.* Et certe in tabulas pecuniam publicam referendi, quaestoris munus fuisse, multorum testimoniis planum fieri posset. ex quo intelligi licet, quaestores curasse pecuniam, quam in ærarium inferrent: tribunos ærarios, quam ex ærario sumtam quaestori proconsulis, atque exercitui maxime erogarent. unde Cicero procos. illud scripsit ad Caninium: *Pecunia, qua mihi attributa est, à quaestore curatur.* Tribunos autem ærarios è ple-

be fuisse, lex Aurelia ostendit, qua communicata iudicia feruntur inter tres ordines, senatores, equites Rom. & tribunos ærarios. quos, cum hunc explicaret, perspicue è plebe fuisse Dio scribit. *Sigonius.*

Recensum populi nec more nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit.] Locus solitus fuit campus Martius, & quæ in eo erat villa publica. More solito per censores & publicos scribas res peragebatur. Quare merito *recensum* appellat, non censum. *Casaub.*

Vicatim per dominos insularum.] Hoc est, per locatores, qui suas sive domos sive insulas egenis locarent. in re veteri usurpat Tranquillus loquendi genus recens. Ante Neronem plures in urbe domus quam insulæ: post Neronem contrarium fuit, ut ex Tacito notum. inde cœperunt appellatione *insula*, quævis ædes locatitiæ intelligi: & per *dominos insularum*, omnes locatores. Sic *insularius* nominatus servus flagitator, pensionum exactor. Glossarium, *ἐνοικηλόγος*, *insularius.* Idem.

Per dominos insularum.] Dominos insularum vocat eos qui in urbe Roma domos habebant ab aliis separatas, discretasque: nam tales insulæ nominantur. Inde scribit Spartianus, trecentas quadraginta insulas olim Romæ incendio absumptas fuisse. De insulis in hoc significato crebra mentio est apud Jurisconsultos, & Historicos. *Bevoaldus.*

Frument-

recensionis causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à prætoribus fieret. Octoginta autem civium millibus in transmarinas colonias distributis, ut exhaustæ quoque urbis frequentia suppeteret, sanxit, Ne quis civis major annis viginti, minorve XL. qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset, neu quis senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficisceretur: neve hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. Omnesque medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipsi urbem incolerent, & ceteri appeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum expectatione, quæ crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent, per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bel-

Fruentum accipientium.] Frumentatio illa annua Reipubl. circiter mille ducentis ac quinquaginta talentis consistit. *Plutarch.*

Subsortitio.] Vt prætor scilicet ex numero eorum, quibus fuerat frumentatio sorte adempta, subrogaret: quasi detrimenti levamen quoddam esset illis, qui exclusi fuerant, si per novam sortitionem demortuorum loco amissa cōmoda esset recuperare datum. *Sabell.*

In transmarinas colonias.] Vt Carthaginem & Corinthum, quæ à Cæsare Dictatore deductæ sunt. *Beroald.*

Minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent.] Quid hoc ad urbis frequentiam? plurimum: voluit Cæsar suos cives aliquantum à studiis bellicis retrahere, & ad pacis artes traducere. militi legionario uxorem du-

cere jus non fuit. pecuarios & negotiatores nihil vetuit matrimonio operam dare. Veterum porro legum agrariarum capite uno cautum fuerat, de numero puberum ingenuorum, quos inter pastores habere tenerentur qui pecuariam facerent. Hanc legem Cæsar ex antiquitate petitam reposuit à se correctam. Extat apud Appianum *ἐπιφύλ.* libro primo; ubi videtur tanquam legis Liciniæ à Licinio Stolone latæ pars, proferri istud caput. *Casaub.*

Novarum tabularum.] Novæ tabulæ dicuntur, quando debitores creditas cum usuris pecunias persolvere non coguntur ipsis creditoribus: & abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ conficiuntur: quæ res nunquam fere, nisi tumultu, & in perturbata Repub. fieri consuevit. *Beroald.*

le bellum comparassent, deducto summa aris alieni, si quid usura nomine numeratum, aut perscriptum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Cuncta collegia, præter antiquitus constituta, distraxit. Pœnas facinorum auxit: & cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, 43 reliquos dimidia parte multavit. Ius laboriosissime ac severissime dixit. Repetundarum convictos etiam ordine

Deducto summa aris alieni, si quid usura nomine numeratum.] Vetus inventum fuit Romanorum quoties angusta fides erat. Livius libro vi. tribuni promulgare leges omnes adversus opes patristorum, & pro commodis plebis: unam de are alieno, ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio aquis portionibus persolveretur. Casaub.

Præter antiquitus constituta.] Primus Numa divisit universam multitudinem secundum artificia, ut suum peculiare corpus haberent tibicines, suum aurifices, architecti, tinctorum, sutores, coriarii, fabri ærarii, figuli, &c. Porro unicuique generi suos peculiare conventus & religiones præscribens, tum primum ex Vrbe sustulit eam diversitatem, qua alii Romani, alii Sabini, hi Romuli, illi Tatii cives censebantur, suaque divisione id consecutus est, ut omnibus cum omnibus conveniret, ac commercia intercederent. Plutarchus.

Pœnas facinorum auxit: & cum locupletes.] Non est dubitandum, quin vera sit emendatio Casauboni, extrito *et* & ita constituentis hunc locum; *Pœnas facinorum auxit, cum locupletes eo facilius se scelere obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant. Parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.* Pro hac sententia & laudatissimo Cæsaris instituto in primis facit exemplum illius Marii, de

quo Iuvenalis Satyra I.

— *Damnatus inani*

Judicio (quid enim salvus insania numeris?)

Exul ab octava Marius bibit, & fruitur dis

Iratis, at tu victrix Provincia ploras.

Vbi vetus interpres: *Inani iudicio, non ademptis bonis.* Boxhorn.

Quod integris patrimoniis exsulabant.] Libera Rep. raro factum ut civis Rom. sine privilegio, iudicio publico condemnaretur: omnibus enim libera fuit, prius quam sententia pronuntiaretur, abeundi potestas. ita sententiam iudicis simul & bonorum iacturam evadebant. Idem jus fuit & civibus Atheniensibus: unde sumserunt, ut puto, Romani. Casaub.

Parricidas.] Parricidas vocat omnes qui scientes hominem liberum occiderint, sic enim & Numæ lex: *Si quis hominem liberum sciens morti duit, parricida esto.* Et tribunitia apud Festum in Sacer, *Si quis enim qui plebiscito sacer sit occiderit, parricida ne sit.* Hos ergo bonis omnibus multavit, reliquos, qui non occidendi animo, occiderint tamen, parte dimidia, sic enim hunc locum interpretor. Vide l. i. & l. i. i. i. Ad leg. Corn. de sicariis. Torrent.

Repetundarum convictos, etiam ordine senatorio movit.] Ante Cæsarem qui repetundarum crimine ceciderant, exilio puniebantur & æstimatione. lege Julia iidem

dine senatorio movit. Diremit nuptias pretorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspitione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum, item conchyliata vestis, & margaritarum, nisi certis personis & aetatibus, perque certos dies, ademit. Legem precipue sumtuariam exercuit: dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se, submissis nonnumquam licitoribus atque militibus: qui si qua custodes fefellissent, jam adposita è triclinio auferrent. Iam de ornanda in-⁴⁴

struen-

idem ordinem amiserunt, & iudices ad litem æstimandam acceperunt. *Casaub.*

Portoria.] Vestigalia olim fere triplicia: è Decumis, è Passione, è Portariis. Tertium hoc genus in evahendo aut invehendo pendebant. Fuit & *Portarium* antiquis, & faciunt discrimen Glossæ. *Portorium* πῆλος ἐν λιμνῇ. *Portarium*, πῆλος ἐν πύλῃ. Et vero hoc quoque fuisse videtur, &vo præsertim inferiore, & sub Principatu, ut & in pontibus, & in viis, & portis adeo oppidorum dedderint pro transgressu. Italia hodie, sed & Belgica, hæc non ignorat. *Lipsius.*

Lecticarum usum & margaritarum ademit.] Eusebii in Chronico verba sunt, in anno proximo post devictam à Cæsare Ægyptum: *Prohibita lecticis margaritisque uti, quæ nec viros nec liberos haberent, & minores essent annis quinquaginta quinque.* *Casaub.*

Conchyliata vestis.] Sic appellamus purpuream à conchyliis dictam. Sunt autem conchyliæ, authore Plinio in 17. Nat. historix, ex genere concharum: ex quibus colligitur succus tingendis vestibus expetitus: qui color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Cicero in Philippicis conchyliata peristromata appellat, quæ infecta erant succo conchyliorum. *Berold.*

Legem precipue sumtuariam.] Qualis *Orchia*, *Fannia*, *Didia*, *Licina*, aliarum. *Macrobius.*

Et triclinio auferrent.] Sæpe pro conclavibus & cenationibus ipsis hanc vocem usurparunt *Vitruvius*, *Quintilianus*, *Suetonius*, alii. Cæteroquin tribus lectis olim ad mensam accumbentibus, & hoc triclinium dicebatur. Postquam triclinia ab usu recesserunt, & forma eorum mutata, & pro tricliniis *accubita* & *stibadia* dici cœpere, quorum figura semicircularis erat, atque inde *sigma* nomen invenit. Triclinium tres lecti divisi & separati; qui mensæ adpositi quadratam figuram efficiebant, sic ut unum mensæ latus à convivis liberum præstarent. *Sigma* vero unus perpetuus lectus, semicircularis, spatium in ea parte relinquens, qua circulus deficiebat. Triclinium omnibus mensis poterat convenire. *Sigma* non item: quippe secundum mensarum magnitudinem querenda erant parva aut magna *stibadia*, quæ à numero convivarum, quos capiebant, dicebantur *octaclina*, cum octo caperent, *enneaclina*, cum novem, & ita de cæteris. Plura de *tricliniis* & *sigmatibus* differentia diximus ad *Lampridii Heliogabalum*. *Salmasius.*

struendaque urbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac majora in dies destinabat. In primis Martis templum, quantum nusquam esset, exstruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat: theatrumque summae magnitudinis Tarpeio monti accubans. Ius civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaeque & necessaria in paucissimos conferre libros. Bibliothecas Graecis & Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pomptinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire à mari

su-

Martis templum.] Martis aedem seu templum, in urbe, & extra fuisse, ex lectione antiqua observamus, extra portam scilicet Capenam. Marti Ultori aedem, quam bello Philippensi voverat, exstruxit Augustus. Namque is pleraeque patris sui destinationes implevit. Marc. Donat.

Ius civile ad certum modum.] Qua de re notum est omnibus etiam Cicero-nem cogitasse, nam & librum ejus De jure civili in artem redigendo citat Gellius lib. 1. cap. xxii. Torrent.

Siccare Pomptinas paludes.] Trajanus Imperator stravit paludes Pomptinas lapidibus, exstruxitque juxta vias aedificia, pontesque magnificentissimos fecit, testibus Dione & Xiphilino. Hanc paludem primum à Cornelio Cethego Consule exsiccata, & ex ea agrum factum, colligimus ex Livio in Epitom. libro 46. Easdem exsiccasse Theodoricum Regem Gothorum, testatur marmorea tabella, cum inscriptione ibidem posita, attestante Raphaelè Volaterrano in sua Geographia. At nihilominus non permanserunt exsiccatae, sed semper ad pristinum statum reductae, tum ex aquis Aufentis fluminis propinqui, hodie Aufidio dicti, & al-

terius etiam ex quamplurimis aquis è radicibus circumjacentium montium sponte scaturientibus, quae tandem humanam operam frustratae sunt. Marc. Donat. Plin. lib. 111. cap. 5. A. Circeis palus Pomptina est, quem locum xxiiii. urbinum fuisse Mucianus ter Consul prodidit. De Pomptina palude Horatii quoque De arte locum intelligunt, sterilisque diu palus, aptaque remis, Vicinas urbes alit. Atqui si ita est, rem cogitatam tantum à Cæsare tanquam factam narrat Horat. Quod etiam ex Plinio constat libro xxvi. cap. 4. ubi magica arte sicari eas paludes optat, ut tantum agri suburbanae reddatur Italiae. Torrent.

Emittere Fucinum lacum.] Remanent usque ad hodierna tempora, vestigia aqueductus inestimabilis sumptus, & mirae structurae ab ipso lacu Romam usque. Cogitaverat itaque Cæsar extra mittere lacum hunc, opus siquidem difficillimum, ut lacus maximus exsiccari posset: nisi si emittere interpretemur, aquam ab eo extra Romam perducere, quod à Martio factum alibi docuimus. Secundum quam significationem verbum emittere sumptum legimus à Cic. ad Attic. 1v. Hoc opus emittendi lacum Fucinum perfecisse Adrianum, restis

Supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque : perfodere Isthmum : Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coërcere : mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos aggredi praelio. Talia agentem atque meditantem mors prevenit : de qua prius quam dicam, ea quæ ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quæ ad civilita & bellica ejus studia pertineant, non alienum erit summam exponere. Fuisse traditur excelsa statura, 45 colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetisque oculis, valitudine prospera : nisi quod tempore extremo repente animo linguere, atque

etiam

his est Ælius Spartianus. *Marc. Donat.*

Viam munire.] Verbum munire, significare volunt restituere & reficere, ac in pristinum statum reducere. Quo in sensu munire viam, munire ripam & alveum, dici adnotant. *Idem.*

Perfodere Isthmum.] Pausanias scribit : Gnidos Isthmum interciderere ad ortos, detentos ab Apollinis oraculo, siquidem divinitus constitutis rebus, manum injicere non licere, dicente. Demetrius vero ab incepto destitisse, architectorum monumentis deterritum, qui cum loca metiti essent, renuntiaverunt, Corinthiacum mare altius esse, quam quod ad Cenchreas, itaque futurum, si mediam locum intercideret, ut universus ad Æginam transitus cum ipsa pariter Ægina, & proximis insulis demergeretur. Præterea nec navigationi alveum futurum habilem ob affluxus rapidam varietatem; qualis in Euripo visitur. *Marc. Donat.* Perfodere navigabili alveo angustias tentavere Demetrius rex, Dictator Cæsar, C. Princeps, Domitius Nero, infausto (ut omnium patuit exitu) incepto. *Plinius.*

Parthis.] Expeditionem in Parthos agere destinavit, parabatque, quibus subactis per Hyrcaniam ad mare Ca-

spium, & Caucasum Pontum adire, dehinc loca ingredi, peragrataque Germania Scythiam, & adjacentia Germaniæ per Galliam in Italiam remeare: & hunc ita gyratum Imperii ambitum conjungere, finibus ejus quaquaversum ab Oceano complexis. *Plutarch.*

Ea quæ ad formam & habitum, &c.] Hæc omnia quo ordine hic proponuntur, eodem postea explicantur. Hic perpetuus mos Suetonii, ne semel quidem, ut videtur, ejus interpretibus observatus. *Cassaub.*

Teretibus membris.] Succulentis, nec tamen obesis. Philosophus hunc habitum *ἰσοπερὴν* vocat, & *ἰσοπερὴν καὶ διαρρηκτὴν* : qui medius est inter *ἰσοπερὴν* & *ἰσοπερὴν*. *Idem.*

Nigris vegetisque oculis.] Qui præ se ferrent *τὸ θρασυτέρων* Cæsaris, & illam ei propriam vigorem, celeritatemque quoddam igne voluerem, ait Plinius libro septimo. Aristoteli quoque oculi nigri, sed qui ad flavum colorem inclinēt, indicium sunt *ἰσοπερὴν*. Eginhartus in vita Caroli Magni, quæ tota fere Suetonii verbis & sententiis scripta est : *Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis.* *Idem.*

etiam per somnum exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam: ut quidam expronaverunt: calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, saepe obtrektorum jocos obnoxiam expertus. Ideoque & deficientem capillum revocare à vertice assueverat: & ex omnibus decretis sibi à senatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius quam jus laureæ perpetuo gestandæ. Etiam cultu notabilem ferunt. Vsum enim lato clavo ad ma-

nus

Comitiali morbo.] Dicitur est *comitialis*, propterea quod comitia dicitur vitare, atque prohibere. Cato: *Quod comitia prohibere solet, ne id quidem mihi vitium fuit.* Beroald. Plato morbum divinum appellat, quia occupat in nobis divinæ particulam auræ. Alii morbum sacrum, vel quia detestandus est, vel quia divinitus immittitur. Dicitur etiam *Herculeus*, quia Hercules eo laboravit, item vulgo *caducus*. *Lipsius.*

Circa corporis curam morosior.] *Morosus* opponitur *indifferenti*. ut cum mox ait, fuisse Cæsarem circa victum indifferentem. *Casaub.*

Velleretur.] Qui erant molliores delicatiorisque, pilos sibi evellebant è corpore vossellis: quæ instrumenta sunt ad pilos evellendos. Utebantur & resina ad idem negotium peragendum. Quin etiam unguenta habebant depilatoria, quæ *dropacem*, & *psilothrum* nuncupaverunt: de quo vide *Plinium*. *Beroald.*

Etiam cultu notabilem.] Deliciis fluxioris vestis ubique luxuriabatur, & calceamentorum: quibus etiam postea interdum usus est altioribus & coloris rubri, more regum, qui Albx quondam regnarunt, ut qui propter

Iulum, ipsos genere contingeret. *Dio Cassius.*

Vsum enim lato clavo ad manus fimbriato.] Intellego tunicam laticlaviam, manicas ad manus usque habentem, easque fimbriatas. vel tunicam *ἀνὰ πλάτος* simpliciter, id est, ea longitudine ut brachia tegetet. Prior interpretatio est melior. Sic indusiorum nostrorum extremæ manicæ ornatus causa accessionem habent limbi è subtiliore tela, vel simplicis atque expansi, vel in densas plicas corrugati; ejus motis vestigium fuit in istis tunicis ad manus fimbriatis. *Casaub.*

Lato clavo.] Tunicarum duo genera reperio, cum clavis unum, alterum simplex. clavi autem vel lati, vel angusti: lati omnium, qui vel patre senatore, vel equite nati essent, non à primis annis per omnem ætatem, sed ab anno xvii. quo etiam virilis toga sumebatur, ad annum ætatis senatoriæ, quo anno curiam ingredientibus remanebat ejusdem tunicæ jus: sin autem senatoriam dignitatem non assequerentur, vel, quia nollent, otiosam ac tranquillam vitam honoribus anteponentes: vel, quia non possent, gratia destituti, lato clavo deposito angustum sumebant. *A. Manutius.*

Fim-

nus fimbriato, nec ut umquam aliter quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sylla dictum, optimates sæpius admonentis, ut male præcinctum puerum caverent. Habitavit primo in Subura modicis edibus: post autem pontificatum maximum, in Sacra via domo publica. Munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt. Villam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc & oberatum. In expeditionibus tessellata

Fimbriato.] Antiqui fibrum dicebant extremum, unde in sagcis extrema *fimbria*, & in jecore extremum *fibra*. Hinc *fiber* animal sic dictum, ab extrema ora fluminis, ubi maxime solet videri. *Varro.*

In Sacra via.] Illa triumphantes in Capitolium ibant: quam Horatius sacrum clivum in carmine lyrico nuncupavit. *Bersald.*

Domo publica.] Cautum Romanorum legibus fuit, ut Pontifex maximus in domo publica habitaret. Quare Octavius, cum pontificatum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo denum suscepisset, suarum ædium partem ipse publicam esse iussit, quo legi sua servaretur auctoritas. *Dionem* adi libro quinquagesimo quarto. *Schildius.*

Villam in Nemorensi.] Ejus villæ adhuc exstant vestigia non procul Aricia. *Torrent.* Hodie est in eodem loco oppidum quod veteri appellatione Nemus dicitur. *Sabell.*

In expeditionibus pavimenta &c.] Pavimenta appellat, materiam pavimentorum: ipsa scætilia marmorisque crustas & tesseras, quas circumferebat Cæsar in expeditionibus, ut quoties castrametandum esset, pavimenta ex iis in

prætorio, picta de musivo struerentur. Ideo prætorium in castris templo propter magnificentiam Iosephus comparat. *Plinius* quoque lib. xxxvii. *Neronis viatoria cubicula unionibus constructa queritur.* inde illa indignatio *Horatii* de castris Antonii; *Interque signa (turpe) militaria Sol aspicit conopeum.* Transiit hic luxus ex Oriente & castris regum Asiæ ad Romanos, nam talem fuisse illorum, non in urbe solum, sed militiæ quoque, vitam, nemo ignorat qui Græcos auctores legerit. Porro apud veteres in frequentissimo usu tessellata pavimenta fuere: adeo ut cum plurima eorum essent genera, istud tamen pavimenti appellationem propriam sibi fecerit. Itaque auctor *Glossarii* vertit Pavimentum, ψηφολόγημα, ψηφολόγητον ἔδαφος. *Casaub.*

Tessellata & scætilia pavimenta.] Scætilia Latine vocat τὰ λιθόστρωτα, & distinguit à tessellatis. *Lithostrata* scætilis parvulis marmorum crustis strata erant ex diversi generis & coloris marmoribus, non tinctis. *Tessellata* ex parvis tessellis, hoc est, calculis quadratis in varios colores tinctis. *Lithostrata* in pavimento ac solo mansere, tessellata ad cameras translata, & musivi operis nomine appellata sunt. *Salmas.*

47 & sectilia pavimenta circumtulisse. Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: servitia recentiora politioraque, immenso pretio, & cujus ipsum etiam puderet, sic ut rationibus vetaret inferri. Convivatium assidue per provincias duobus tricliniis: uno, quo sagati pallia-

Britanniam petisse spe margaritarum.] Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla, pretium victoriæ. gignit & Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia, prout expulsa sint, colligi. ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam. *Tacitus.*

Toreumata.] Ars, quæ extantes figuras ostendebat, & extra corpus materie prominentes, interdum totas, interdum dimidiatas, *calatura* dicebatur. In argenteis & aureis vasis apud veteres locum ac auctoritatem suam maxime tenuit, sed præcipue in argenteis. Græci *τορδύκλιον* appellant, & *τορδύμειον* opus eo modo calatum. *Salmas.*

Signa.] Signum est è solida materia similitudo vel dei, vel hominis, vel bruti. *Statua* est item è solida materia similitudo dei tantum, & hominis. Latius igitur patet signi nomen, quam statuæ. Differunt etiam, ut puto, ratione loci. Nam quæ in foro statuæ sunt, aut in alio publico & profano loco, statuæ, non signa, dicuntur: eadem in domibus, ac templis, signa vocantur potius, quam statuæ. Itaque simulacrum Herculis Tunnicati, quod prope Rostra fuit, statuam Plinius appellavit. at simulacra Cupidinis & Herculis, ablata à Verre ex Heji Mamertini sacrario, signa, non statuas, Cicero nominat lib. 17. in Verre. & omnino, quæ sustulit Verres ex ædibus

deorum, signa semper vocat Cicero; nunquam statuas. *A. Mamertius.*

Tabulas operis antiqui.] Timomachus Byzantinus pinxit Cæsari Ajacem, & Medeam, vendiditque eas tabulas talentis octoginta, quas Cæsar posuit in æde Veneris genitricis. *Plinius.*

Servitia recentiora.] Græci dicunt *ἀστυλλίαις*. Recentia servitia opponuntur exoletis & *σκληροῖς καὶ παρηθηγόσι*, quos Græci *κρίλλοπας* dixerunt. *Casaub.*

Et cujus ipsum puderet, sic ut rationibus vetaret inferri.] Sæpe usu venit, ut scelus pecuniâ redemptum, aliaque talia, ex ipsis auctorum tabulis probarentur: vel vide orationem pro Cluentio. Circumspectiores, quod in Cæsare hic notat Suetonius, quæ male & nequiter emerant, vetabant rationibus inferri à dispensatore: aut sub falsis titulis jubebant inferri, ut de Vespasiano scribit noster. Græci vulgo *ἔλλογια*. Quam vocem Romani fecerunt usu suam, & dixerunt *elogium*, vel, quod pridem obtinuit, *elogium*. nam plane nihil elogium quam *ἔλλογιον*, titulus, causæ brevis explicatio, præfatio: & ita sæpe Valerius Max. præfationem pro elogiis usurpat. *Casaub.*

Uno quo sagati palliative, altero, quo togati.] De comitibus Cæsaris hoc accipit, & ea quæ dicebatur cohors prætoriana. Igitur per togatos intelligit honestiores è comitatu: puta, consulares, præto-

liative, altero, quo togati cum illustrioribus provinci-
rum discumberent. Domesticam disciplinam in par-
vis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque re-
xit: ut pistorem, alium quam sibi panem convivis sub-
jicientem, compedibus vinxerit: libertum gratissi-
mum, ob adulteratam equitis Romani uxorem, quam-
vis nullo querente, capitali pœna adfecerit. Pudicitia⁴⁹
ejus famam nihil quidem præter Nicomedis contu-
bernium læsit, gravi tamen & perenni obprobrio, &
ad omnium convitia exposito. Omitto Calvi Licinii
notissimos versus,

Bithynia quidquid

Et pædicator Cæsaris unquam habuit.

Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris: in
quibus eum Dolabella pellicem reginæ, spondam in-
teriolem reginæ lecticæ, ac Curio stabulum Nico-
medis, & Bithynicum fornicem dicunt. Missa
etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam
suum,

prætorios, senatores, legatos & que-
stores: per sagatos & palliatis, turbam
omnem reliquam, id est, homines mi-
litares, atque etiam Græcos. Casaubon.
Pallium Græcorum quatuor angulos
habuit, duos in ima ora, duos in sum-
ma. Saga quoque militaria quadrata,
& saga Gallica, & paludamenta impe-
ratorum. At toga Romanorum rotun-
da erat, ideo pallium teres eam vocat
Tertullianus. Hæc nullum angulum in
imo habebat, sed cohibili circumcirca
remeans ambitu, & clausa undique, o-
mnia corporis contegebat. Salmasius.

Pistorem.] Pistorem & coquum apud
antiquos eundem fuisse accepimus. Li-
dem pistorem habebant in numero ser-
vorum. Unde ait Iuriconsultus De lega-
tis l. l. Si quis servos habuerit proprios,
sed quorum operas locabas, vel pistoricas,

vel histrionicas, servorum appellatione
etiam hos legasse videtur. Beroald.

Capitali pœna.] Exemplum simile de
jure patronorum in libertos apud Val.
Max. habemus lib. vi. cap. i. Lipsius.

Pellicem reginæ.] Pellex, ut inquit
Iuriconsultus, illa vulgo appellatur,
quæ cum eo, cui uxor sit, corpus mi-
secat: inde apud oratores, & poetas
pellex non tam viri, quam uxoris nun-
cupatur. Cicero: Uxor generi, noverca
filii, filia pellex. Idem.

Bithynicum fornicem.] Id est, lupa-
nar regis. Fornicem enim appellamus
cellam meretriciam. Inde fornicatio, &
fornicari derivantur. Idem.

Quibus proscripsit.] Proscribere, dici-
tur de edictis magistratum loco pu-
blico positis. Cicero ad Atticum, pro-
scripsit ille se per omnes dies consuales de
cale

sum, Bithynicam reginam: eique regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. *Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valitudine mentis liberius dicax, conventu maximo cum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetitisse objecit, cum reliquis exoletis, pleno convivio, accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, à satellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremque ætatis à Venere orti, in Bithynia contaminatum: quondam etiam in senatu defendenti Nysæ causam, filia Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, Remove, inquit, istæc oro te: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallico denique triumpho milites ejus inter cætera carmina, qualia currum prosequentes jocular-*

*caelo servaturnum. Græci pro eo & ὠκυ-
ζεαφῶν dicunt & ἠγλῆδῶν. Casaubo-
nus.*

A satellitibus eum in cubiculum regium eductum.] A coena surgens Cæsar, in ἑστῶντα sive hospitale cubiculum sibi assignatum recesserat: si nihil aliud, saltem ut pudori suo consulere: inde postea per satellites est eductus, & ad regem deductus. De hujusmodi transitu à triclinio in cubiculum loquitur Seneca, epistola xc v. Transio puerorum infelicium greges, quos post transacta convivia alia cubiculi contumelia expectant. Idem.

Nysæ causam.] Alii, defendenti enixe causam. Adverbium heic in proprii nominis locum velut per oppressionem invasit, cum in antiquis libris Nysæ

causam plane perspicueque scriptum reperiamus. Nysæ enim, ut opinor, Nicomedis filia vocabatur, vel potius filius, si Sallustio fidem habemus. Turnebus.

Qualia currum prosequentes joculariter canunt.] Tacitus vocat facetiæ. His forte in triumphali pompa olim datus locus, ut inter præmia virtutis triumphator, modestiæ causa, vitiorum quoque, quibus sine nemo nascitur, admoneretur. Ne, scilicet, sibi nimium placeret. Ita enim loquitur Iuvenalis Satyr. x. ubi causam reddit, cur triumphali curru etiam servus fuerit portatus;

— & sibi Consul

Ne placeat, curru servus portatur eodem. Boxhorn.

Ægi-

*culariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronun-
ciaverunt:*

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem:

Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:

Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

*Pronum & sumtuosum in libidines fuisse constans opi- 50
nio est, plurimasque & illustres fœminas corrupisse: in
quibus Postumiam Servii Sulpicii, Lolliam AVli Gabi-
nii, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeii Muciam.
Nam certe Pompeio, & à Curionibus patre & filio &
à multis exprobratum est, quod cujus caussa post tres
liberos exegisset uxorem, & quem gemens Ægithum
appellare consueffet, ejus postea filiam po-
tentia cupiditate in matrimonium recepisset. Sed
ante alias dilexit M. Bruti matrem Serviliam: cui &
proximo suo consulatu sexagies HS. margaritam mer-
catus est: & bello civili super alias donationes, amplif-
sima prœdia ex auctioribus haste nummo addixit. Cum
qui-*

*Ægisthum appellare.] Ad persona-
rum qualitatem alludit: nam Ægisthus
& sacerdos fuit, & absentis Agame-
mnonis conjugem Clytemnestram ad-
ulteravit: Sic Cæsar pontifex maxi-
mus Pompeio tum Imperatore absen-
te, Muciam corrupit. Sabell.*

*Bruti matrem Serviliam.] Servilia
Catonis Uticensis soror, Marci Bruti
fuit mater, quam Cæsar adhuc adoles-
cens amavit: & cum eo tempore, quo
hic amor fervecebat, Brutus sit natus,
quodammodo creditus est è Cæsare ge-
nitus. Plutarch.*

*Sexagies n. s. margaritam mercatus
est.] Hæc summa, juxta Budæum, centum
quingenta millia coronatorum fa-
cit. Nam, quemadmodum cum à ses-*

*tertiis ad sestertia fit transitus, nume-
rus millies multiplicatur: sic, cum per
adverbia demum enunciamus, sestertia
singula centuplicata crescunt. Ergo, cum
dico sexagies sestertium intelligo sexa-
gies centena sestertia: in singula autem
sestertia xxv. coronatos taxandos con-
stituit Budæus. Lipsius.*

*Ex auctioribus haste.] Bona conde-
mnatorum, quæ ad ærarium defere-
bantur, edictis publicari solebant, hoc
est, publice venalia proferri aut pro-
clamari: & tandem publicata interdum
aversione, interdum sectione haste po-
sita distrahebantur. Sæciores damnato-
rum bona emebant aversione, quæ rur-
sus sectione distrahebant: aversione qui-
dem una peritica, sectione vero distin-*

ctæ

quidem plerisque vilitatem mirantibus, facetissime Cicero, Quo melius, inquit, emtum sciatis, Tertia deducta est: existimabatur enim Servilia, etiam fili-
 51 liam suam Tertiam Cesari conciliare. Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho apparet, jactato aequè à militibus per Gallicum triumphum.

Urbani servate uxores, moechum calvum adducimus. (tuum.

Aurum in Gallia effutuisti: heic sumpsisti mu-
 52 Dilexit & reginas, inter quas Evnoen Mauram, Bogudis uxorem: cui maritoque ejus, plurima & immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua & convivium in primam lucem sepe protulit, & eadem nave thalamego pene Ethiopia te-

nus

Et gradatimque. Et erat quidem tanta apud Romanos hujusmodi sectionis auctoritas, ut per eam legitimum dominium statim acquireretur. Auctor est enim Varro de re rustica lib. 11. dominium sex fere res perficere, nimirum hereditatis additionem, mancipationem, in jure cessionem, usucapionem, et praeiura sub corona distractionem, denique sectionem. Popma.

Nummo addixit.] Addicere idem est, quod venundare. Recte vero, qui non minimo, sed nummo legunt. Est enim proverbiale, Nummo addicere, quod nostrates dicunt, fragmento panis vendere. quod donationis est instar, cum obtentu venditionis rem donantes, invidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis consulimus. Meminit Vlpianus in l. Si quis, infra, Locati, Si quis conduxerit nummo uno, conductio nulla est. Budæus.

Quo melius emtum sciatis, tertia deducta est.] Sensus est, eos qui pretii parvilitatem mirarentur quo pradia emerat

Servilia, magis miraturos si sciant tertiam esse deductam: hoc est, de illo ipso pretio tertiam partem à venditore Cesare fuisse remissam. Hæc simplex sententia horum verborum: in quibus latet Ciceronis jocus propter ancipitem notionem vocum tertia & deducere. Casaub. V.C. habet: Quo vilis, &c. quod magnopere placet. Vrsin.

Conciliare.] Conciliatrices & conciliatores lenones vocantur. Conciliaturus facere est Lenocinium exercere. Lipsius.

Effutuisti.] Pleraque edit. emisti. At quæ religio est, ita lasciviam verborum fugere, ut veteres scriptores suis verbis loqui nolis? Si æmulari non libet, nec licet, saltem ne suis locis invideantur. Neque enim charta erubescit. Hanc eandem sententiam cum de eodem Julio redderet Catullus, expatrare dixit, quod tantundem est atque effutuere. Significat igitur, Cesarem auro suo parasse, quibus ipse culcitra esset. Palmerius.

Eadem nave thalamego.] Quales habebant parasas Aegyptii reges DCCC. vide

de

*nus Egyptum penetravit, nisi exercitus sequi recu-
sasset. Quam denique accitam in urbem, non nisi ma-
ximis honoribus premiisque auctam remisit: filium-
que natum appellare nomine suo passus est. Quem qui-
dem nonnulli Græcorum similem quoque Cæsaris &
forma & incessu tradiderunt. M. Antonius agnitum
etiam ab eo, senatui adfirmavit: quæ scire C. Matium,
& C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos: quorum
C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res ege-
ret, librum edidit, Non esse Cæsaris filium, quem
Cleopatra dicat. Helvius Cinna Trib. pleb. plerif-
que confessus est, habuisse se scriptam paratamque le-
gem, quam Cæsar ferre iussisset, cum ipse abesset, uti
uxores liberorum querendorum causa, quas & quot*

vel-

de Appianum in proœmio. Similes, si
usum spectes, veterum Gallorum *para-
de*, de quibus Avsonius & Sidonius.
Item illa Neronis de qua Plutarchus
Περὶ ἀπορησίας. *Casabonus*. Talem,
teste Athenæo, Ptolemæus Philopator
habuit, longitudine semistadii, latitu-
dine xxx. cubitorum, altitudine paulo
minus xii. Seneca lib. vii. De benefi-
ciis *navem cubiculatam* vocat. Tali, vit-
tata insuper, Platonem ad se venientem
excepit Dionysius tyrannus. *Torrentium*.
Visitur & Venetiis, in patria nostra, na-
vis, huic Ægyptiæ perfimilis, cui Bu-
centauro est nomen, qua princeps &
senatus vehi solent occursuri principi-
bus viris augustissima specie. *Bapt. E-
gnatius*.

Nisi exercitus sequi recusasset.] Atten-
de loquendi genus, *Ægyptum pæne pe-
netravit, nisi exercitus sequi recusasset.*
pro, factumque esset, nisi. *penetravit*
igitur, est penetraturus fuit. Sic in Gal-
ba cap. x. *Casaub.*

Quæ scire C. Matium.] Is familiaris
Cæsaris fuit, & quædam Ciceronis ad

eum exstant epistolæ; citantur & à Gel-
lio lib. xv. cap. 25. in mimiambis, & à
Varrone proferuntur ejus versus. *Tor-
nebus*.

Librum edidit, non esse Cæsaris filium.] Atqui Antonius Oppii testimonio pro-
bare voluit esse Cæsaris filium. Aut er-
go tollenda est negatio, quod Glareano
videtur, aut fatendum est Oppium ali-
ter scripsisse quam Antonius diceret.
Torrent.

Quas & quot vellet ducere liceret.] Di-
cit *quas*: quia illi & civi Rom. & sena-
tori non cum omnibus jus fuit connu-
bii: puta, cum ea quæ esset sanguine
propius juncta, cum peregrina, cum li-
berta aut serva. Dicit *quot*, quia legi-
bus Rom. non permilla *πολυγαμία*.
Primus omnium Romanorum, ut Plut.
ait, Antonius duas simul uxores ha-
buit. In plerisque codd. etiam Viterb.
vellet scriptum, non *vellet*. Ea lectio
confirmatur veteri exemplo Semitami-
dis, quod refert Orosius: item exemplo
Valentiniani Imp. qui ut duas ipse pos-
set uxores ducere, lege lata id omnibus
permi-

vellet ducere liceret. Ac ne tui dubium omnino sit, & impudicitia eum, & adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione, omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellat. Vini parcissimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est, Vnum ex omnibus Cæsarem ad evertendam Rempub. sobrium accessisse. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum, pro viridi adpositum, adspersantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse: ne hospitem aut negligentiam, aut rusticitatis videretur arguere. Abstinentiam neque in imperiis neque in magistratibus præstitit. Vt enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania à proconsule, & à sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium aris alieni: & Lusitanorum quedam oppida;

permissit. auctores Socrates, Nicephorus, alii. Simile est quod de Claudio narratur lib. v. c. xxvi. Iuvat etiam quod Suetonius legem appellat, non rogationem. Vellet tamen præferimus. *Casaub.*

Omniam mulierum virum, & omnium virorum mulierem.] Eaphrasi, qua multorum hominum homo Terentio, multarum mulierum Iuppiter Plauto dicuntur. *Boxhorn.*

Conditum oleum pro viridi adpositum.] Viride oleum vocabant quod ex acerba premitur olea nec matura. nam istud censebant vulgare, & *Romanicum* dicebant, ut est, apud Catonem. Virgilius,

— & amara paussa bacca.

Servius, de paussa viride oleum fit. Græci, quod sciam, ἐλασον χλωρόν non dixerunt, pro optimo oleo: at Hebræi pariter cum Latinis, פֶּרֶן פֶּרֶן hoc est, oleum viride: quod Græci Latinique interpretes varie expresserunt. *Casaub.* Viride oleum premitur circa mensem De-

cembrem, quod acerbum est, neque conducit rationibus patrisfamilias, quoniam exiguum fuit: viridis autem notæ tunc conficere expedit, cum satis fluit: & pretio pene duplicat domini redditum. *Columella.*

In Hispania à proconsule & à sociis pecunias accepit.] Intelligo extortam proconsuli, cui succedebat Cæsar, pecuniam, injecto calumniarum metu: cum metueret iste, quisquis tandem fuerit, proconsul, ne Romana reuerfus lege repetundarum interrogaretur. Porro Hispaniam ulteriorem ex prætura sortitus est Cæsar: cum illam proconsule rexisset cui succedebat. neque enim eadem perpetuo aut prætoris provincie fuerunt aut proconsulares: cuius rei exempla in historia Romana non pauca. Est etiam quando auctores eum qui ex prætura provinciam fuerit nactus consularem, rexisset illam proconsule, vel proconsulatū administrasse dicant. *Casaub.*

quamquam nec imperata detrectarent, & adveniēti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deūm donis referta expilavit: urbes diruit, sepius ob prædam quam ob delictum: unde factum ut auro abundaret, ternisque millibus nummum in libras promerciale, per Italiam provinciasque divenderet. In primo consulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantumdem in aurati æris reposuit. Societates ac regna pretio dedit: ut qui uni Ptolomæo prope sex millia talentorum suo Pompeiique nomine abstulerit. Postea vero evidentissimis rapinis ac sacrilegiis, & onera bellorum civilium, & triumphorum ac munerum sustinuit impendia. Eloquentia militarique re aut

aqua-

Fana.] Antiqui fana, templa dixerunt, sive à Fauno, qui, authore Probo grammatico, primus conditor fuit: sive à fando, quia, ut scribit Festus, dum pontifex maximus templum dedicat, certa verba fatur. Fana autem, & templa hoc in loco separavit, sejunxitque perinde ac diversa. Sunt enim templa proprie loca per augures constituta. Apud Romanos Senatusconsultum fieri non poterat nisi in templo: &, ut ait Varro, & repetit Gellius in xiiii. non omnes ades sacra templa sunt: neque ades Vesta erat templum. Beroald.

Ternisque millibus nummum in libras promerciale.] Hoc est, ut in singulas auri libras septem argenti & selibra penderetur. Est autem promerciale quod præter usui suo necessaria patrefamilias aliquis venale habet. Budaus. An quaternis millibus legendum est, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit? quaterna enim millia nummum argenteorum, centum aureos nostrates valent, non tamen solidos, id est, adempto lagio, ut verbum hoc usurpem vulgare: an ternis omnino millibus tucare? ut hac ratione tria nummum mil-

lia septem libras, & selibras conficiant, id est, septuaginta quinque Venetos aureos, ut tantam auri vim ex Gallicis spoliis Romæ investam putes, ut auri pretium imminueretur, argenti cresceret. Bapt. Egnatius.

Triam millia pondo auri furatus è Capitolio.] Apud Plinium capite primo l. xxxiii. simile furtum narratur M. Crassi, qui suo & Cn. Pompeii tertio consulatu duo millia è Capitolini Iovis folio rapuit, à Camillo ibi condita. Solebat autem coronarium aurum, atque etiam, ut videtur, triumphale, aut pars illius, in Capitolini Iovis cellam referri. Casaub. Pondo aliquando pro pondere accipitur: aliquando significat libram: unde antiquitus *duapondo*, & *trepondo*: usque ad Quintiliani ætatem ab omnibus dictum est: & recte dici Messala confirmat. Hic pondo pro libris accipitur. Beroald.

Eloquentia militarique re &c.] Alii, *Eloquentia militari: quare &c.* Tenuis, imo falsa laus, & Cæsarem etiam forensi eloquentia valuisse usque eo scimus, ut ambigam facere palmam potuerit Ciceroni. Sed & causas olim in foro egit:

55 *aquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabella, haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre cui Cæsar debeat cedere: aitque cum elegantem, splendidam quoque, ac etiam magnificam ac generosam quodam modo rationem dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit. Quid? oratorum quem huic antepones eorum qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornator, aut elegantior? Genus eloquentie duntaxat adolescens adhuc Strabonis Cæsaris secutus videtur: cuius etiam ex oratione, quæ inscribitur Pro Sardinis, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur: ut Pro Q. Metello: quam non immerito Augustus existimat magis ab ætuariis exceptam, male subsequenter verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus invenio, ne inscriptam quidem Pro Metello, sed quam scripsit Metello, cum ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum seque adversus communium*

ob-

egit: testes, Cicero pro C. Ligario & Quinctilianus. Emendo igitur Eloquentia militarique re aut aquavit, bene & vere Suetonius. Duas enim virtutes celebrat. Eloquentia quidem, ait, attigit summorum gloriam: re militari excessit. Lipsius.

Principibus patronis.] Qui defendit alterum, aut patronus dicitur, si orator est: aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit:

aut cognitor, si præsentis causam novit, & sic tuetur ut suam. Asconius.

Transtulit in Divinationem.] Sic prima Verrinarum Divinatio inscribitur: quia, ut author est Asconius, non de factò quæritur, sed de futuro, quæ est divinatio, uter debeat accusare, Cicero, an Cæcilius. Alii putant divinationem dici, quod res agatur sine testibus, & sine tabulis, & his remotis, argumenta levia sequantur iudices, & quasi divinent.

Idem.

Priore

obirectorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hispania, idem Augustus orationem esse vix ipsius putat: quæ tamen duplex fertur: una, quasi priore habita prælio: altera, posteriore: quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incurfione. Reliquit & rerum suarum Commentarios, Gallici civilisque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis, incertus auctor est. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. De commentariis Cæsaris Cicero in eodem Bruto sic refert: Commentarios scripsit valde quidem probandos: nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata unde fumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volunt calamistris inurere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. De iisdem commentariis Hirtius ita prædicat: A deo probantur omnium iudicio, ut prærepta, non præbita, facultas

Priore prælio.] Nam & ad Cordubam, & ad Mundam pugnatum est, ut Hircius, sive Oppius scripsit. Nec placet ut id referas ad bellum, quod Cæsar in Afranium, & Petreium prius gessit: in quo tumultuario certamine apud Ilerdam, nec totis viribus, est concursum. *Sabell.*

Commentarios.] Plutarchus ἰστορικὰς appellat. melius Strabo ἱστορικῶν. Est autem commentarius sive commentarium (nam utrumque promiscue dicitur) proprie scriptum, quod domi continetur, nec in vulgus effertur. Cic. *Verr. vii.* Audite decretum mercenarii Pratoris ex ipsius commentario. *Recta*

commentarium. Postea consuetudo significationem hujus vocis amplificavit. *Hottoman.*

Nudi sunt, recti, &c.] Sine pigmentis oratoriis, sine vestitu scriptionis cultiore: sed quemadmodum scæminis pulchra nuda est, quam purpurata pulchrior, ita Cæsaris Commentarii nudi sunt venustiores, pulchrioresque, quam scripta aliorum fucata, & vestitu oratorio condecorata. Gellius sermonem Cæsaris castissimum vocat. *Beroadd.*

Calamistris.] Calamistri, quod his calcæstis in cinere capillus ornatur: qui ea ministrabat, à cinere, cinerarius est appellatus. *Varr.*

tas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum est admiratio. Cæteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus. *Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat: cum Cæsar pleraque & quæ per alios erant gesta, temere crediderit: & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum & correcturum fuisse. Reliquit & De analogia libros duos, & Anticatones totidem: ac præterea pœma quod inscribitur Iter. Quorum liberorum primos, in transitu Alpium, cum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes, sub tempus Mundensis prælii fecit: novissimum, dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem IIII. & XX. die pervenit. Epistolæ quoque ejus ad senatum exstant, quas primum videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertisse, cum antea COSS. & duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Exstant & ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferendæ*

erant,

Anticatones totidem.] Cicero librum scripsit, cui titulus est Cato: quo Catonis Uticensis laudatio continebatur: hoc cum mœrore angeret Cæsarem, propterea quod præconia Catonis suam esse dicebat vituperationem, duos libros scripsit in Catonem, crimina Catoniana complexus, qui Anticatones inscribuntur. *Beroald.*

Mundensis prælii.] Iulianus sub pelilibus solitus quædam scribere de nocte ad emulationem Cæsaris. *Am. Marcell.*

Ad paginas & formam memorialis libelli convertisse.] Eadem fuit forma epistolarum vulgo: quod declarant Ci-

ceronis epistolæ: in quibus extrema pagina valet extrema pars epistolæ: sic alibi paginæ in epistolis nominantur. quod si impleta pagina superesset aliquid, tum vero transversa charta scribebant in margine, prorsus ut hodie fieri interdum solet. *Casamb.* Intellige Cæsarem scripsisse primum epistolas capitulatim, ut singularum rerum singula capita annotaret, conficeretque seorsum, ac separatim, ne structura, & series continens, perpetuaque decurreret, sed membratim summas rerum, & quasi capita contineret epistolæ, instar memorialis libelli. *Beroald.*

Per

erant, per notas scripsit, id est, sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare & persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est, d pro a, & perinde reliquas commutet. Feruntur & à puero, & ab adolescentulo, quædam scripta: ut Laudes Herculis, tragædia Oedipus: item Dicta collectanea, quos omnes libellos vetuit AVGustus publicari, in epistola quam brevem admodum ac simplicem, ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit. Armorum & equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus, anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies:

Per notas scripsit.] Varii sunt nostris temporibus occulte scribendi modi, & præcipue per cifra, seu *ziffra* vulgari appellatione; cuius rei usum etiam apud antiquos fuisse, constat ex præsentis Suetonii loco, & ex Gellio etiam, qui *furtivas litteras* vocat, & *furtiva scripta*. Marc. Donatus.

Laudes Herculis.] Macrobius libro primo, capite vigesimo, Herculem scribit esse Solem, idque ex nomine clarescere. Her enim nihil aliud est, quam *ἥρας*, id est, ætis: καλὸς, id est, gloria. Porro non alia est ætis gloria, quam Solis illuminatio. Idem dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu duodecim signa Zodiaci lustrat & conficit. *Bernald.*

Item Dicta collectanea.] Alibi notamus quosdam Græcorum libros edidisse ἰσοδιωάμων ἰνδῆ, Ἰπποκράτους & ἀποδείξω ληγομένων. fortasse tamen verius est, eum librum intelligi quem Ἀποδείξιμος τῶν vocat Cicero in

epistola ad Pætum. Nam quod volumina dicuntur illi, Suetonio libelli: non debuit ea res quemquam movere. *Volumen* Latinis est omnis sectio major, sive liber sit, sive libri pars. *Cassaubon.*

Equitandi peritissimus.] Equitandi usus ei ex pueritia facilis exitit, ut reflexis in tergum manibus equum velocissimis concitare cursibus consueverit. *Pinarchus.*

Meritoria rheda.] Rheda quatuor rotas habebat, ut cistum duas, auctore Iliid. propterea Græci in rebus Romanis, τετρακύκλος appellant. Dionis interpretes, pudendo errore *quadrigas* interpretantur: Nam etsi mancipis publici cursus rhedas quasdam soliti appellare *quadrigas* vel *flagella*, ut narrant Impp. in Codice: non tamen ferendus sit, qui viatorum τετρακύκλος *quadrigas* dicat. separat autem Dio rhedam & ἄρμα: cum tamen ἄρμα sit nomen genitilis: sed accipitur pro carpento aut

dies : si flumina morarentur , nando trajiciens , vel innixus inflatis utribus , ut persape nuntios de se prae-
 venerit. In obeundis expeditionibus , dubium cautior
 58 an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera
 duxit umquam , nisi perspeculatus locorum situs : neque
 in Britanniam transvexit , nisi ante per se portus &
 navigationem , & accessum ad insulam explorasset. At
 idem obsessione castrorum in Germania nuntiata , per
 stationes hostium , Gallico habitu penetravit ad suos. A
 Brundisio Dyrrachium inter oppositas classes hieme
 trans-

alio curru artificii majoris. ideo scribitur in Glossario ὄχημα, vehiculum, currus. ὄχημα πον rheda. alioquin & τετρακύκλον sive rheda, ὄχημα est. Quoadmodum autem hoc genus vehiculi à rotarum numero τετρακύκλον nomen invenit : sic apud vetustissimos Æoles ab eodem numero πέντερον dictum, & apud inferioris ætatis Græcos Latinosque δίκυκλον & birota. In Codice Theodosiano De cursu publico, statuitur rheda mille pondo tantummodo superponi, birota ducenta, veredo triginta. Casaubon.

[Vel innixus inflatis utribus.] Hi utres vel inflabantur follibus, ut Suetonius indicat, & Xenophon, Cæsar, Livius, Florus, aliique è Latinis : vel stramentis infectiebantur ; ut apud Curtium libro septimo. Postea inventi sunt à Romanis ascogephri, hoc est, pontes utribus junctis constantes : quorum descriptionem habemus in libro Notitiæ Imperii. Meminit Zosimus libro tertio, sic junctum Tigrim narrans à Ioviano in reditu è Perside. Idem.

[In obeundis expeditionibus dubium cautior an audentior.] Polybius libro primo, Romanorum ingenia ita depinxit, ut si ejus descriptionem ad res gestas magni istius Cæsaris referas, dixeris ipsissimum Julium esse quem describat.

Ita vides, quibus virtutibus & artibus Pop. Rom. orbem subegerat : iisdem esse per Cæsarem & superatum & in ordinem coactum. Idem.

[Nisi ante per se portus & navigationem, & accessum ad insulam explorasset.] Mihi suspecta est lectio vulgata, & pro, per se, reponendum arbitror, persape, πολλὰκις. Non simplicem, aut levem hac in re curam, sed summam, & identidem repetitam in Cæsare, ut summo & cautissimo imperatore, auctor hic commendat. Quare & hoc ipso loco dicit, non speculatum, sed perspeculatum eum locorum situs, ne exercitus incideret in itinera insidiosa. Sæpius exploranda itinera, ubi adeundæ gentes ignotæ, præsertim hætenus ignoto maritimo itinere, in quo pro diversa anni tempestate, alia atque alia incommoda offeruntur. Vt hic Britannica. Boxhorn.

[Dyrrachium inter oppositas classes transmisit.] Epidamnus sive Dyrrachium in ora maris edita & saxosa conditum fuit, atque inde dictum Δυρράχιον, hoc est, Δυσράχιον, quod in aspero & ραχιδῶδῃ littore situm esset. Alexander in Europa apud Stephanum:

Δυσράχῃς τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' αἰχιδῶδῃ χερσὶ ἀκτῆς.

Salmas.

Immo-

transmisit. Cessantibusque copiis, quas subsequi iusserat, cum ad accersendas frustra sepe misisset, novissime ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit: neque aut quis esset ante detexit, aut gubernatorem cedere adversa tempestati passus est, quam pæne obrutus fluctibus. Ne religione quidem ulla à quoquam incepto absterritus umquam vel retardatus est. Cum immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem & Iubam non distulit. Prolapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa. Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix & invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad obprobrium vite Salu-

tioni

Immolanti aufugisset hostia.] Ditur omen hoc veteres esse arbitrabantur, quociens hostia traheret se ab aris, & auferet. Hinc à Lucano inter prodigia Pharsalicæ cladis hoc quoque positum:

*Admotus superis discussa fugit ab ara
Tanrus.*

Livius quoque ait, factum esse omen cladis futuræ Flaminio Consuli, quo immolante virulus ictus è manibus sacrificantium sese proripuit, multosque circumstantes cruore respexit. Beroald.

Profectionem adversus Scipionem & Iubam non distulit.] Cajus Cæsar ne ante brumam in Asiam navigia transmitteret, auguriis & auspiciis renitentibus, sprevit: eo facilius & navigavit & vicit. *Miminius Felix.*

Verso ad melius omine.] Non auspicia solum, sed etiam omnia imperatores observabant. Fuerunt autem omnia, dicta factaque, quæ audita ac visa, ad imperatorem rem aggredientem pertinere possent: quæ cum temere essent oblata, propterea ab eo accipi, & non accipi poterant: factum, ut illud C. Flaminii, de quo Cicero & Flaccinius, excr-

citu lustrato, cum contra Annibalem legiones duceret, ipse & equus ejus concidit, nec eam rem religioni habuit: item Cæsar, de quo heic Suetonius. *Dictum, quale illud consulum Romanorum, de quo Livius: Summites vociferari, se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere in aciem. Accipere se omen, consules ajunt, & eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant.* Sigon.

Cui ad obprobrium vite Salutoni.] Sive Salvito, sive Salutio, sive Salatto, cum Dione quis mavult, verba illa, ad obprobrium vite, à Suetonio addita puto, quo significet, homini illi, quem ex gente Cornelia secum habuit Cæsar, non ob formam cum mimo similitudinem, ut priori Scipioni, sed ob morum potius turpitudinem, vitæque infamiam cognomen hoc adhaesisse. Quanquam & nominis ratio, si veteres codices sequamur, nescio quid mimicum præ se fert, tanquam cui vita pro sale fuerit, aut ipse vitæ sal atque jucunditas. sic enim & Catullus suum *salipusum* formavit, (nisi quis mecum sentiens *salicippium* legere ibi malit) & lepide de meretricula

60 tioni cognomen erat, in castris secum habuit. Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat: ac sæpe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum putaret: nec nisi tempore extremo ad dimicandum tunc tantior factus est. Quo sapius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans: nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum umquam hostem fudit, quin castris quoque exueret: ita nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti prælio equos dimittebat, & in primis suum, quo major permanendi necessitas impone-

61 retur, auxilio fugæ erepto. Utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungu-
lis fessis: quem natum apud se, cum haruspices imperium orbis terræ significare domino pronuntiaissent, magna cura aluit: nec patientem sessoris alterius, primus descendit: cujus etiam instar pro æde Veneris genitricis

62 postea dedicavit. Inclinatam aciem solus sæpe restituit, obfi-

eula Lucret, libro v. tota merum sal. Torrent. Veram vocem & aptam obprobrio censeam, Salacioni. libidinum scilicet illum homuncionem fuisse & vitæ spurcæ atque impuræ: ita autem à Salax, salacio, ut à Senex senecio, & talia. Lipsius.

Haruspices.] Ab haruga nominantur. Nam haruga, teste Donato, dicitur hostia, ab hara, in qua concluditur, & servatur. Haruspices exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicant. Haruspices etiam illi nuncupantur, qui horas in agendis negotiis, operibusque custodiunt. Haruspiciam primus invenit Delphus, ut ait Plin. Haruspiciam deridet Cicero in secundo de Divinatione: ubi dicit, alios alio modo exta interpretari, nec esse omnium unam disciplinam. Cato mirari se ajebat,

quod non rideret haruspex haruspiciam cum vidisset. Beroald. A. V. C. dccc. Claudius rettulit ad senatum, super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret: sæpe adversis Reip. temporibus accitos, quorum monitu redintegratas exrimonias & in posterum rectius habitas: primoresque Etruriæ sponte aut parum Romanorum impulsu retinuisse scientiam, & in familias propagasse: quod nunc segnius fieri publica circa bonas artes fœcordia, & quia externæ superstitiones valescant: & laxa quidem in præsens omnia, sed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum inter ambigua culti, per prospera obliterarentur. Factum ex eo senatusconsultum: viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque haruspiciam. Tacitus.

Cuspi-

obfistens fugientibus, retinensque singulos, & contortis faucibus convertens in hostem: & quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti cuspide sit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit signum. Non minora illa constantiæ ejus, immo majora etiam ⁶³ indicia fuerunt: Post aciem Pharsalicam, cum præmissis in Asiam copiis, per angustias Hellepontii vectoria navicula trajiceret, L. Cassium partis adversæ cum decem rostratis navibus obvium sibi, neque refugit: & cominus tendens, ultro ad deditorem hortatus, supplicem ad se recepit. Alexandria, circa oppugna- ⁶⁴ tionem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem præcipitantibus cum desilisset in mare, nando per CC. passus, evasit ad proximam navem, elata leva, ne libelli quos tenebat, madeficerent: paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur

Cuspide sit comminatus.] *Cuspis* est hastilis quo aquila gestatur pars posterior mucronata, qua terræ infigitur. Græcis *κρηστής* & *σπίρηξ*: etiam *πρωτοπύργος*, sed τοῖς μισθ' *Ὀμηρον* tantū. *Cas.*

Signum.] *Signa* (peditum intelligo) duplicia: Legionis totius & Manipulorum. Signum Legionis *Aquila*, nec nisi unius una, ac ne focii quidem, cum in aliis pares, eam habuerunt. Et quia hæc præcipui imperii signum, subjungi sub eam socios voluerunt, & Auxilia, non seorsum habere. Itaque per ipsas aquilas numerabant legiones. *Signa Manipulorum* quæ fuerint, ipsa vox indicio est. Nam cum pericis manipulos fœni seu straminis suspensos ferrent: illa ipsa manus, quæ ea sequeretur, dicta *Manipulus*. Sed hæc rustica non mansere: posterior forma fuit *hasta*, in cuius summo transversum ligneolum, in modum crucis, & sæpe cum manu supra eminentem. Cohorti non erant pro-

pria signa, nusquæ enim olim expressa: sed inferiore ævo sua habebant vexilla, etsi olim *vexilla* equitum propria. *Lipf.*

Paludamentum.] *Coss.* aut *Prætores*, si quando cum imperio militari in bellum proficiscebantur, paludamento induebantur, votis auspiciis in Capitolio. Quod præsertim ex Livii lib. xxxi. elicimus, ubi inquit, C. Flaminium à Senatu reprehensum, & commonitum, ut ad vota nuncupanda, & paludamenta suscipienda rediret, quum his omiſſis in provinciam profectus esset. Sed & lictores paludatos habuere. Livius l. xxxi. Tunc L. Sulpitius secundum vota in Capitolia nuncupata, paludatur cum licitoribus. De colore scribit Plinius lib. xxi. c. 2. *Coccum Imperatoris paludamenti dicatum fuisse.* Porro, Cæsaris paludamento, si Dionem audimus, Ægyptii potiti, illud in trophæum, tanquam Cæsarem interemissent, suspenderunt. *Marc. Donat.*

65 retur hostis. Militem neque à moribus neque à fortuna probabat, sed tantum à viribus: tractabatque pari severitate atque indulgentia: non enim ubique ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coercerat: tum maxime exactor gravissimus disciplina, ut neque itineris neque praelii tempus denuntiaret: sed paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, præcipue pluviis & festis diebus. Ac subinde observandum se admonens, repente interdium vel nocte subtrahebat: augebatque iter, ut serius subsequentes defatigaret. Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando, minuendoque, sed insuper amplificando, ementiendoque confirmabat. Itaque cum expectatio adventus Iuba terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, paucissimis his diebus regem adfuturum cum x. legionibus, equitum xxx. levis armaturæ c. millibus, elephantis ccc. Proinde desinant quidam quærere ultra, aut opinari, mihi que qui compertum habeo, credant: aut

qui-

Militem neque à moribus neque à fortuna probabat.] A fortuna interpretor, à censu. Græci, πολιέντων δοκιμοί: quod Polyb. in sexta historia ait factum à Romanis in equitum dilectu: sed & in pedite servatum idem; ut ex ipso Polybio probavimus alibi. Quod negat à moribus probarum Casari militem: id à Romana disciplina per fuit alienum. Observo enim tantæ Romanis ducibus curæ fuisse mores suorum militum, ut in numeris ad cujusque nomen nota morum apponeretur: Appianus Εμφυλίων lib. iiii. Casaub. Ipse lib. i. Comment. scribit se non minus ab milite modestiam & continentiam, quam

virtutem atque animi magnitudinem desiderare. Torrent.

Præcipue pluviis & festis diebus.] Hæc duo tempora quam sint hostilibus insidiis opportuna, ex scriptoribus stratagematum discere licet. Casaub.

Amplificando, ementiendoque confirmabat.] In hoc Cæsar Cyrum illum magnum Persarum regem imitabatur: qui, auctore Xenophonte, res hostium minime verbis extenuandas esse censebat. Nam melius est, inquit, si majora arbitrati, minoram videamus: quoniam minoram audientes, validiora inveniamus. Beroald.

Aut quidem vetustissima nave impostos, quocumque vento in quasvisque terras jubebo areri.] Observo fuisse hoc

apud

quidem vetustissima nave impositos, quocumque vento, in quascumque terras jubebo avari. *Delicta* 67 neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditiosorum & inquisitor & punitor acerrimus, connivebat in cæteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat: jactare solitus, milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat: habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret: simul & ad speciem, & quotenaciores eorum in prælio essent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit: nec ante dempsit quam

vin-

apud veteres inter supplicii genera. Ita puniti à Tito primum, deinde à Trajano delatores. Ita scivitum olim à tyrannis, Christiani nominis osoribus, in viros sanctos. *Casaub.*

Neque pro modo exsequebatur.] Modum appellat jus consuetum, & disciplinæ militaris instituta. at exsequi hic est, quod Græcis ἐπιερχομαι, punire. sic alibi apud Suetonium & Senecam. Tacitus in vita Agricola: omnia scire, non omnia exsequi. Idem.

Desertorum.] Apud Romanos mors poena est iis, qui in bello locum, quo constituti sunt, reliquerint. *Polybius.*

Vt argento & auro politis armis ornaret.] Antiquum hoc institutum Romanorum: Juvenalis. *Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.* Vide Plut. in Bruto, & Iosephum Ἀλώσεως lib. quinto. Ideo semper recta arma gerebant, nisi prælii tempore: tum splendida vestis indui solita, arma ad splendorem dari detractis tegumentis: quæ sepe erant è corio vel pelle. *Casaubonus.*

Alexander Imperator Romanus, uti refert Lampridius, non solum fecit Argyraspidas, sed & Chrysoaspidas: ita ab aureis clypeis nuncupatos. *Beroald.*

Clade Tituriana.] Q. Titurius Sabinus, & L. Aurunculejus, ab Ambiorige in Eburonibus caesi sunt. alii æge ad noctem oppugnationem sustinuerunt: noctu ad unum omnes, desperata salute, se ipsi interfecerunt. *Cæsar.*

Barbam capillumque summiserit.] Aliarum gentium homines, in luctu vel indignatione, barbam capillumque posuere. Romanis contrarium institutum placuit. Sic Augustus barbam capillumque summisit, cum Variarum cladis nuntium accepisset, ut restaret in ejus vita Suet. cap. xxxiii. Id in luctu tanto decentius illis visum, quanto tum temporis barbam alere, à Romanis moribus alienius fuit. Sed & gemina iis, quæ de Cæsare hic produntur, adnotavit in Germanorum Moribus Tacitus: *Alis,* inquit, *Germanorum populis usurpatum, rara & privata cujusque audentia, apud*

68 vindicasset. Quibus rebus & devotissimos sibi, & fortissimos reddidit. Ingresso civile bellum, centuriones cujusque legionis singulos equites è viatico suo obtulerunt: & universi milites gratuitam & sine frumento stipendioque operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino deservit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recusarunt. Famem & ceteras necessitates, non cum obsiderentur modo, sed & si alios ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit: amoverique cibus, nec cuiquam ostendi, jusserit: ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicaverint, testimonio est, quod adverso semel apud Dyrrachium pralio, pœnam in se ultro depoposcerunt: ut consolandos eos magis imperator,

Cattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbæque summittere, nec nisi hoste caeso, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Schild.

E viatico suo.] Viaticum hoc loco peculium ipsum, seu facultates militis significat, ut & apud Horat. lib. 11. Epist. 11. Luculli miles collecta viatica multis Aerumnis, &c. Sed & Vlpianus l. xvii. De rebus creditis, filii familias viaticum dixit, & Gellius lib. xvii. cap. 11. magnum viaticum pro magna facultate ac paratu magno, ut Græci ἰσόδου ad aliarum etiam rerum quam itineris apparatus transferunt. Torrent.

Neque quisquam.] Imo aliqui: nam præter Roscilium, & Egum Allobrogas, qui diutissime Cæsarianis castris fuerant affucti, Labienus quoque ad Pompejum transfugit. Sabel.

Plerique capti vitam recusarunt.] Inter eos Granius Petronius quæstor Cæsaris designatus, in Scipionis potestatem venit, qui Grano incolumitatem pollicebatur: ille vero respondit, Cæsarianos milites sulcere salutem dare non accipere: quo dicto seipsum pugione confodit. Plutarch.

Genere panis ex herba.] Lapsana sylvestris brassicæ genus. Olus triumphorum Divi Iulii carminibus jocisque celebratum, alternis quippe versibus exprobravere Lapsana se vixisse apud Dyrrachium. Plinius.

Consolandos magis quam puniendos.] Milites Cæsaris post cladem Dyrrachinam tanta inconstitutine affecti fuerunt, ut ultro ipsi supplicium de se summi exposcerent, & more patrio decimari. Reveniente Cæsare, signiferos necandos

tor, quam puniendos habuerit. Cæteris præliis innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores, facile superaverunt. Denique una sextæ legionis cohors præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pæne omnis confixa multitudine hostilium sagittarum: quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scævæ centurionis, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scæva, excusso oculo transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit. Acilius navali ad Massiliam prælio, injecta in puppem hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus, transiit in navem, umbone obvios agens. Seditionem per x. annos Gallicis bellis nullam, omnino moverunt, civilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint: nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit umquam tumultuantibus,

candos esse conclamabant, perinde ac primos authores fugæ. Appianus.

Innumeras adversariorum copias.] Confessus est ipse, cecidisse se ad undecies centum & nonaginta duo millia hominum: præter eos, qui bellis civilibus perierunt. Plinius.

Quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt.] Ex hoc Suetonii loco videtur Cæsar emendandus, qui lib. 111. de bello civili habet: *Milia sagittarum circiter triginta &c.* cum illud circiter in centum, mutandum sit. Nisi forte hoc loco variant inter se scriptores. *Vrsin.*

Centum & viginti ictibus.] In veterrima editione numerum ictuum uno auctiorem invenio, cxxi. forte fuerit

cxxx. ut conveniat cum Plutarcho, qui ἐκκοῦν τῶν τετρακοντῶν fuisse tradit. Nisi potius illud i. affixum, non numerus sit, sed terminatio nominis viginti. Eadem editio, ubi eadem Cæsarum Sueton. describit, habet, xxiiii. *plagis confossus est*, quod idem est cum vulgat. *viginti tribus plagis &c.* Ad quæ velim attendant, qui vetustas editiones evolvunt. *Boxhorn.*

Umbone obvios agens.] Umbro est media pars scuti, quæ protuberat & exsertitur cum rotundo tunore. Ideo Umbro, quod Græcis est ὑμβρον, Montes & eminentias hac voce Statius vocat. Acilius umbone hostem avertit. Nam in conflictu & pugna cominus utebantur eo ad impulsum. *Lipsius.*

bus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit: agreqque post multas & supplices preces, nec nisi 70 *exacta de fontibus pœna, restituit. Decumanos autem Roma cum ingentibus minis, summoque etiam urbis periculo, missionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites esse confestim responderint: & quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti: ac sic quoque seditiosissimum quemque* 71 *& præda & agri destinati tertia parte multavit. Studium & fides erga clientes, ne juveni quidem defuerunt. Masintham nobilem juvenem, cum adversus*
Hiem-

Legionem cum ignominia missam fecit.] Honesta missio est, quæ emeritis stipendiis ab Imperatore indulgetur. Causaria, cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renuntiat. Inde à Livio *causarii* milites dicti. Ignominiosa vero missio est, cum quis propter delictum sacramento solvitur, & is, qui ignominia missus est, neque Romæ, neque in sacro comitatu agere potest: auctores Jurisconsulti titulo De re militari, & titulo De his, qui notantur infamia. Beroald. Ulpianus solere ait exprimi causam, cur aliquis missus esset: sed si arma adempta forent, etiam si nihil fuisset expressam, ignominiose tamen missus intelligebatur. Sabell.

Decumanos.] Decumanum antiqui, sicuti decimum dixere. Decumanos igitur vocat milites decimæ legionis. Namque à primo numero incipientes, ordine legiones nominavere. Marc. Douat.

Quirites.] Cum milites exauctorat

& dimittit, appellat Cæsar Quirites: eo verbo cives urbanos, nec jam milites intelligimus. nam sic Romæ in concionibus vocabantur ab oratoribus. Plutarchus πολιεις vertit. Turneb. Sic Alexander Imperator Romanus seditiosos milites pro concione Quirites vocavit: *Vos omnes*, inquit, *hodie una voce, Quirites, dimittam: & incertum an Quirites: non enim digni estis, qui Romana plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis.* His Lampridii verbis fit, ut exponam Quirites appellatos, non tam honoris causa, quam contumeliæ, tanquam Quirites plebei, vilesqque sint, & contemptibiles: militum vero appellatio honorificentior, ideoque milites graviter ferentes se appellari Quirites, id nomen repudiarunt, perinde ac in honorum ingloriumque. Beroald.

Studium & fides erga clientes.] Capite XLIV. cum proponeret auctor, se dicturum de studiis Cæsaris civilibus,

Hiempsalem regem tam enixe defendisset, ut Iuba regis filio in altercatione barbam inuaserit, stipendiarium quoque pronunciatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu: & mox ex prætura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium, fascesque licitorum, lectica sua auexit. Amicos ⁷² *tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio comitanti se per sylvestre iter, correptoque subita valitudine, & in diversorio loco, quod unum erat, cesserit: ac ipse humi ac sub diuo cubuerit. Iam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Cum ob id culparetur, professus est palam, si grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum. Simultates con-* ⁷³ *tra nullas tam graves excepit umquam, ut non occasione oblata libens deponeret. C. Memmii, cuius asperri-
mis orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C.*

Cal-

utrumque complexus est: & eloquentiæ studia de quibus dixit ante, & hæc de quibus nunc agere instituit. in quo Græcos est imitatus, apud quos *πάλαι* utrumque hoc studiorum genus complectitur: ponitur enim & pro eloquentia atque oratoria arte: & pro ratione administrandæ publicæ rei. Hoc norunt qui Platonem & Aristotelem norunt. *Casaub.*

Stipendiarium quoque pronunciatum.] Vicit scilicet Iuba, & Masintha pronunciatum Iubæ stipendiarius: multum renitente Cæsare. *Idem.*

Inter officia prosequentium.] In turba amicorum, ad salutarem portam convenientium, ubi ex more salutabatur is qui in provinciam pro prætore

aut pro consule exibat. *Casaubonns.*

Et in diversorio loco, quod unum erat, cesserit.] Videtur legendum, ut est in V. C. *Et in diversorio, quod unum erat, loco cesserit, &c. Prsn.*

Ac ipse humi ac sub diuo cubuerit.] Sic Græcis *χαμῶναι* qui in stramentis vel culcitis super humo constratis cubant: *χαμῶναι* Latini scriptores dicunt *humi dormitiones.* Deinde *sub diuo*, an præcisè verum? Plutarchus saltem ait *ἐν τῷ αὐτοῦ τῷ ἵππῳ.* Est vero *αὐτοῦ* non *restibulum* ut vertunt: sed *proectum*, sive tecti projectura, quæ aliquantum spatii ante januam tegeret. *αὐτοῦ* Græcis, & *proectum* Latinis *suggremia* & *proecta.* *Casaub.*

Calvo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum, à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposta non dissimulaverat, satisfacientem, eadem die adhibuit cæna: hospitioque patris ejus, sicut
 74 consueverat, uti perseveravit. Sed & in ulciscendo natura lenissimus: piratas, à quibus captus est, cum in dicionem redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante juraverat: jugulari prius jussit, deinde suffigi. Cornelio Phagite, cujus quondam nocturnas insidias eger ac latens ne perduceretur ad Syllam, vix premio dato

EVA-

C. Calvo.] Qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit, fuitque violentus accusator, & concitatus. Ab hoc Vatinius accusatum esse satis constat. Idem carmina jocosa faciebat, plenaque ingentis animi. Vnde olim de Pompejo dixit, *Digito caput uno scalpit*. Beroald.

Perpetua stigmata imposta.] Catullus in Epigrammate, cujus initium est, *Quis hoc potest videre, quis potest pati?* indignatur, Mamurram Formianum stulta Cæsaris, cum quo stupri consuetudinem habebat, liberalitate ad tantas pecunias venisse, ut solus aliquot provinciarum opes possidere videretur. De hujus opibus vide Plinium lib. xxxvi. Cæterum quod de reconciliatione adjecit Tranquillus, sciendum est, verbum *satisfacere* idem hic significare, quod, testibus præsentibus poenitentiam testari. Hanc enim esse vim in his rebus verbi *satisfacio*, satis ex Amphitruone Plauti, & Terentii Adelphis, & Cicerone pro Roscio Comædo intelligi potest. Muretus.

Hospitioque patris ejus, sicut consueverat, uti perseveravit.] Non dubium est, patris Catulli domum in Transpadana regione Italiae fuisse: quo Cæsarem post triumphos suos ivisse, nemo dicere sustinebit, qui meminerit, paucis diebus,

postquam triumphasset, caesum illum fuisse. Quare Iosephus Scaliger inter Suetonii παραρρησεις hanc historiam esse ponendam pertendit, Notis ad Eusebii Chronicum, numero MDCCLXX. Casaub.

Piratas.] Suidas tradit, πειραν significare δόλον, & ἀπάτην, ἢ τέχνην. ἢ βλάβην. deceptionem, artem, nocumentum: unde, inquit, pirata dicti, tanquam dolosi, fraudatores, & in ipso mari maleficientissimi. Fenestella ait in 11. Epitom. quemadmodum Cæsar à piratis captus, eos postea cepit, & decollaverit: ita enim securi casos dicebant: jugulare autem, & decollare convenient, viderint eruditi. Etiam sine ferro jugulari dicitur. Cornelius Celsus: *Quartana neminem jugulat*. Beroaldus.

Jugulari prius jussit, deinde suffigi.] Tarquinius Priscum crucibus fixisse eorum corpora qui necem sibi conscissent, notat Plinius, ut sævum & uni illi usurpatum. locus est libro xxxvi. cap. 15. Sub Imp. vero factum sæpius, ut amputata fontibus capita in crucem tollerentur. Exemplum est in Nigro apud Xiphilinum in Severo: & in Albino apud eundem Xiphilinum & Herodianum. Casaub.

A ma-

evaserat, numquam nocere sustinuit. Philemonem à manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte punit. In P. Clodium Pompeia uxoris sua adulterum, atque eadem de causa pollutarum ceremoniarum reum, testis citatus, negavit se quidquam comperisse: quamvis & mater *Avrelia*, & soror *Iulia*, apud eosdem iudices, omnia ex fide retulissent. Interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem, Quoniam, inquit, meos tam suspitione quam crimine iudico carere oportere. Moderationem vero clementiamque, cum in admini- 75 stratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit. Denuntiante Pompeio, pro hostibus se habiturum, qui Reipubl. defuissent: ipse medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pompeii, ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud *Ilerdam* deditiois conditionibus, cum assiduo inter utrasque partes usu atque commercio, *Afranius* ac *Petreius* deprehensos intra castra *Iulianos* subita pœnitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. *Acie Pharsalica* proclamavit, ut civibus parceretur: deincepsque nemini non suorum quem vellet unum partis adversa servare

COR-

A manu.] Videntur dici à manu, qui scribis sunt: quos alibi *Tranquillus Amanuenses* peculiari vocabulo appellat. Hoc prætereundum non est, quod qui à pedibus vocantur, veteres dixere *circumpedes*. *Cicero* etiam *Adpedes* eos appellat. *Beroald.*

Ordines.] Ducendi ordinis dignitatem. Ordo sexagenos, auctore *Livio* lib. viii. habuit milites, & duos Centu-

riones. Et hoc quidem ille de *Latinis*, cum *Manlio* congressuris, scribit: sed eos perquam similes *Romanis*, in rebus bellicis, fuisse demonstrat. *Sabell.*

Ilerdam.] *Ilergerum* oppidum in citiore Hispania. *Lucanus*:

— Saxo fœculata vesusto
Surgit *Ilerdamann.* —

Idem.

Exce-

concessit: nec ulli perisse, nisi in pralio reperientur, exceptis duntaxat Afranio & Fausto & L. Cesare juvene: ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtos putant: quorum tamen & priores post impetratam veniam rebellaverant: & Caesar libertis servisque ejus ferro & igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat. Denique tempore extremo etiam quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque & imperia capere. Sed & statuas L. Syllæ atque Pompeii, à plebe disjectas, reposuit. Ac si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque & detectas conjurationes, conventusque nocturnos, non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet esse sibi notas: & acer-

be

Exceptis duntaxat.] Nemo cæsus imperio præter Afranium: satis ignoverat semel: & Faustum Syllam: didicerat generos timere: filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla. hic posteris cavebatur. Florus.

L. Cesare.] L. Cæsarem cognatum suum, ultroque sibi supplicem factum, tamen quod toto bello contra se stetit, primum causam dicere jussit, eo consilio, ut judicio victum condemnasse videretur: verum, quum eum sua voce morti addicere vereretur, judicio suspensio, paullo post per insidias hominem interemit. Dio Cæsarius.

Bestias ad munus populi comparatas.] Ludorum celebrationes deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constituta. Et primitivæ quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno sunt attributa, ludi autem Scenici Libero, Circenses Neptuno. Paulatim vero & cæteris diis idem honos tribui

cepit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito in libris spectaculorum docet. Laurentius.

Statuas L. Syllæ atque Pompeii.] Admirari soleo gravitatem, & justitiam, & sapientiam Cæsaris: qui nunquam nisi honorificentissime Pompejum appellat. Cicero. Cum Cæsar dejectas Pompeii triumphales statuas reponi jussisset, dixit Cicero: Πομπηίου, καί τινος, ἀνδρείωνος ἰσθῆος τῆς σταυρῆς πηλῶδης. Id est, Pompeii statuae erigens, à Cæsare, tuis ipsis figuris. Beroaldus.

Inhibere maluit, quam vindicare.] Laudandum experientia consilium est Paulæ atque Hirtii, qui semper prædixerant Cæsari, ut principatum, armis quaesitum, armis teneret. ille distans, mori se, quam timeri malle, dum clementiam, quam præstiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est. Velletius.

Auli-

be loquentibus satis habuit pro concione denuntiare, ne perseverarent. Alique Cæcine criminofissimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis, laceratam existimationem suam, civili animo tulit. Prægravant tamen cætera facta, dictaque ejus, ut & abusus dominatione, & jure casus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum, insuper præ-

Alique Cæcina.] Qui apud Ciceronem ita ait: *Adhuc styli pœnas do.* Et paulo post, *Cur irascitur Cæsar ei, qui scripsit aliquid contra voluntatem suam?* Beroald.

Civili animo.] Id est, æquo & remisso, quali esse inter se cives decet, non eorum more, qui (ut Ciceronis utar verbis) æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis, aut fortunæ suæ transeunt. Sic *genus vitæ civile* Tib. cap. x. & Claud. cap. xxxv. Ovidius etiam, Ovid. vers.

Exercet patrias plusquam civiliter iras. Et Tacit. lib. primo. *Annal. de Asinio Gallo, jam pridem invisus quod plusquam civilia agitare.* Merito igitur ob insignem animi moderationem templum Clementiæ Cæsari decretum fuit. Plutarchus, Dion, nummi veteres, qualis apud me servatur. *Torrent.*

Prægravant tamen cætera.] De Cæsare olim vulgo dictatum est, & à Tito Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci Reip. profuerit, an non nasci. *Seneca.*

Continuum consulatum.] Antiquissimo plebiscito cautum invenio, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret. *Livius.*

Perpetuam dictaturam.] Hic multa contra leges: nam & lex sive majorum institutum fuit, quo dictaturæ exuendæ semestre tempus præfinitum: & modus ipse quo dictator creatus est, con-

tra leges fuit. vide Dionem. Postremo, quod extra Italiam dictator sit profectus, quodque alia servari solita à dictatoribus, omnia contemserit, quantum nefas est? *Casaubon.* Apparet, divinitus vocem illam à Sylla emissam, qui in ordinem redactus, quum ab adolescente quodam convicio incessetur, dixisse fertur, fore, ne quicumque post se Dictaturam invaderet, nunquam eam nisi cum morte, deponeret. *Sabell.*

Præfecturamque morum.] Recte præfecturam morum: non censuram. Cæsar enim censor non fuit: sed morum præfectus, ut & à Cicerone nominatur. hoc est, rem habuit, titulum per speciem modestiæ recusavit. Pars potestatis ejus fuit, morum cura, & ut ait Plut. *ἡ δὲ ἐν τῷ ἡμῶν ἐ τῶν βίαις ἐξέτερος.* hanc partem Cæsar usurpavit, & ideo præfectus morum dictus: non totam censuram. *Casaub.*

Prænomen imperatoris.] Appellatio imperatoris in historia Romana trifariam accipitur. primum, pro ἡγεμῶν & στρατηγός. hoc sensu imperator à militibus nominatus, qui imperium belli suis auspiciis administrandi à populo accepisset: veteres, ut notat Iustinianus in Novellis, *Præterem* vocabant. Deinde pro victor & νικητής. Nam qui res magnas bello gesserat & lege definitum hostium numerum occiderat, à militibus Imperator solitus salutari.

prænomen imperatoris, cognomen patris patrie, statuam inter reges, suggestum in orchestra: sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali, theksam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deos, pulvinar, flaminem, Lupercos, appellationem

men-

Vide Tacitum lib. III. Annalium. Postremo Imperator idem significare cepit à Julio Casare, ac rex. Secunda notione Tacitus, *Nomen imperatoris semel atque vicies partum.* & lapis vetus: IMP. CAESAR. DIVI. F. AVG. PONT. MAX. COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVIII. P. P. Appianus secundo Εμφυλίωι, non penitus ademptum privatis exercituum ducibus sua ætate (sub Adriano vixit) cum honorem: sed difficiliorem ad eum aditum relictum esse scribit. non enim dari cuiquam nisi cæsis x. m. hostium. cum ante ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις tribueretur. Auspicia tamen penes solos principes fuisse, fatendum omnino est. *Casaub.*

Statuam inter reges.] Septem statuæ totidem regum, & octava Bruti tyrannicidæ, in Capitolio consecratæ visebantur. juxta Brutinam collocata Casarea est. *Idem.*

Ampliora humano fastigio.] Decerni sibi inter alia passus est, ut currus sibi adversum Iovem spectans in Capitolio collocaretur: item, ut ipse super imaginem orbis terrarum positus, ex ære statueretur, cum inscriptione, SEMI-DEVS EST. *Dio Cassius.*

Theksam & ferculum Circensi pompa.] Distingue duos mores circa principum honores solitos usurpari, quos multi perperam confundunt. Vnus fuit, ut absentibus aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cujus rei expressam similitudinem vidimus in multis nummis. dixit pridem de hoc Iustus Lipsius ad 11. Annalium docte, &

accurate. Alter mos fuit, ut in pompa Circensi, quam unus optime describit Dionys. Halicarnass. libro septimo, cum simulacris deorum, inferretur principis imago, in thessa & ferculo sicut imagines numinum. Res, ut puto, inaudita Romæ ante Casarem. apud Græcos simile quid observamus. Vide Athenæum in enarratione pompæ Philadelphi. *Casaub.*

Theksam.] Thessæ sunt sacra vehicula, atque etiam ipsa pompa ordinum & hostiarum. Eas alii à divinitate dici putant: alii, quod ante ipsas lora tenderentur, quæ gaudebant manu tenere & tangere qui eas deducebant. *Holtmannus.*

Ferculum.] Ferculis pompa traducebatur, & deorum simulacra gestabantur. Cur sic vocarentur, Augustinus lib. 11. de Civit. Dei docet. Sic hodie vocari possunt gestatoriola, quibus Eucharistia & sanctorum reliquiæ in supplicationibus circumferuntur. *Budeus.*

Pulvinar.] Lectisternia Romanorum ex Livio aliisque nota: Græcos idem fecitasse, primi fortasse nos observamus. Fæmiliius Probus in Timotheo, *Qua victoria tanta fuit Atticis lætitia, ut tum primum ara Paci publicæ sint facta, eiqne deæ pulvinar sit institutum.* Pausanias arcadicis, κλίνη τε ἰσθαῖ τῷ Ἀθλωῶς, ἢ αὐτῆς εἰκὼν ἑραφῆς μερικεπυλῶν ἀνάκει. in Phocicis de templo quodam Æsculapii, κλίνη ἢ ἐν δεξιᾷ κείται ἢ ἀγάλμα. *Casaub.*

Flaminem.] Flamines in capite pileum

mensis è suo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium & quartum consulum titulo tenus gessit, contentus Dictaturæ potestate decretæ cum consulatibus simul: atque utroque anno binos consules substituit sibi in ternos novissimos menses: ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter tribunorum & adilium plebis: præfectosque pro

letum habebant, in quo erat brevis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod cum per æstus portare non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Unde à filo, quo utebantur, flamines sunt dicti, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere. *Servius.* Sacerdotem singulis diis assignare Romani solebant, quem *Flaminem* nuncupabant. Unde Cicero 11. de Leg. scribit: *Diisque aliis alii sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunt.* Ex Liv. lib. 1. tres Flamines à Numa creatos observamus, nempe Flaminem ædium Iovi unum, alterum Marti, tertium Quirino. *Marc. Donat.*

Lupercos.] Luperci, qui nudi Lupercalibus per urbem currebant, subligaculis subcincti quod essent, ut reor, *cincti* ab Ovidio dicti sunt. Plutarchus Romulo; *λύπεργοι δὲ εἰσὶν οἱ τοῖς λυπεργαλίαις γυμνοὶ ἀγχιόρτες ἐν αἰεζύμασι.* Hoc sacrum sollempne institutum fuit Pani, qui Faunus Latinis vocatur. Erant autem duæ Lupercorum sodalitates, quæ Fabianorum & Quintilianorum dicebantur, ut nonnulli censent, à præpositis suis. Virosque nominat Ovidius 11. Fastorum:

Risit, & indoluit Fabias potuisse Remumque

vincere, Quintilios non potuisse suos.

Cicero Germanos Lupercos vocat, velut agrestem pastoritiamque quandam sodalitatem colentes, qualis fuerat Lu-

percorum Romuli & Remi: his tertia de Cæsaris nomine addita sodalitas est Julia, de qua heic Tranquillus: unde & *Luperci Iuliani* in 11. Philippica nominantur. *Turneb.*

Appellationem mensis.] Julius, cum secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium, Quintilis à numero vocaretur: nihilominus tamen etiam post præpositos à Numa Ianuarium ac Februarium, retinuit nomen: cum non videretur jam quintus esse, sed septimus. Sed postea, in honorem Iulii Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio Marci filio consule, Julius appellatus est: quod hoc mense ad quartum Idus Quintilis, Julius procreatus sit. *Macrobius.*

Utroque anno binos.] Cæsarem id quarto Consulatu fecisse omnes affirmant. Sed an idem tertio quoque Consulatu factitarit, incertum est. nam & solus, quod sciam, hoc Suetonius affirmat, nec alterius quam M. Lepidi, tunc Consulis, & Magistri equitum, nomen invenias. Fefellit fortassis Suetonium, quod anno DCCVI, qui tertium Cæsaris Consulatum præcessit, ac diu sine Consulibus, ac Prætoribus fuit, Cæsare in Ægypto, ac Ponto res gerente, tandem Q. Fufius Calenus, & P. Vatinius creati Coss. fuere. Et fortassis tertium Cæsaris Consulatum illi anno attribuit Sueton. *Torrent.*

Præfectosque pro prætoribus constituerit.] Imo pro quaestoribus. Istos enim præfectos constat & quaestorum in urbe munera obiisse: prætoribus tamen

prætoribus constituerit, qui præsentem se res urbanas administrarent. Pridie autem Kalend. Ianuarias repentina consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia spreto patriæ more, magistratus in plures annos ordinavit. Decem prætoribus viris consularia ornamenta tribuit. Civitate donatos, & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Præterea moneta, publicisque vectigalibus,

pe-

eos potius comparat, quia prætextam, curulem sellam, & sex lictores, quæ sunt insignia prætorum, habuere. colligi potest ex Dione. *Casaubon.* Errant qui ex hoc Suetonii loco volunt Præfectos Urbis, de quibus peculiari titulo L.C. & quorum potentia sic postea excrevit, sub Cæsare Dictatore institutos fuisse. nam ipse Sueton. Præfecturam Urbis inter officia ab Augusto inventa commemorat cap. xxxvii. *Torrent.*

Præsentem se.] Imo absente Cæsare vicem ejus substituti sunt: quod ex Dione clarum & re ipsa: scribimus igitur qui pro se res urbanas. *Lipsius.*

Petenti dedit.] Caninium significat, qui à M. Tullio tali aspersus est joco, *Vigilantem habemus consulem Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit.* Idem dicere non destitit: *Consulem habuimus tam severum, tamque censorium, ut in ejus consulatu nemo pranderit, nemo cenaverit, nemo dormierit.* Idem de eodem, *hoc consecutus est Caninius, ut quaereretur, quibus consulibus consul fuerit.* *Be-roald.* *Votacilius Pitholaus,* cum Caninius Rebilus uno tantum die consul fuisset, dixit: *Ante Flamines, nunc Consules diales sunt.* *Macrobius.*

In plures annos.] Facete igitur Cic. *Ad Att. lib. xvi.* *Cæsarem in codicillarum fastis, non minus longas futurorum coss. quam jam factorum paginas habere.* *Torrent.*

Civitate donatos.] Quod in libris suis

de rep. scripsit Aristoteles, civium alios aliqua ex parte, alios omnino cives esse, id in Rep. etiam Romanorum verissimum esse deprehenditur. Nam cum varia civium Rom. jura fuerint, qui omnia obtinuerunt, ii optima, qui aliquot, ii non optima lege cives Rom. fuerunt. Qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem adepti fuerunt, ii demum plenissimum jus civitatis obtinuerunt. *Sigonius.*

E semibarbaris Gallorum.] *Narbonenses* intelligit, ut ex braciis capite lxxx. suspicor, quibus, ob cultum provinciarum, mixtam quandam elegantia barbariem tribuit. Et hi quidem à Cæsare in curiam sunt recepti. At postea, volente Claudio, Comarum quoque Galliarum proceres, & primi inter illos Edui, senatorum in Urbe jus sunt adepti. Vide *Tac. An. xi.* Non tamen à vero abluet, si quis hæc semibarbaros Gallorum opponit civitate donatis existimaverit. *Schildius.*

Moneta præposuit.] Prima ætate Urbis, in nummis cudendis solo ære sunt usi, post vero argento, ad extremum etiam auro. Unde Triumviri monetales dicti, Æris, argenti, auri flatores, ut ait *Pompon. in l. 2. §. deinde, D. de orig. jur.* qui etiam dicebantur *TRIVIRI AERI, ARGENTO, AURO FLANDO, FERVENDO.* Unde harum notarum interpretatio apud *Valerium Probum III. V. A. A. A. F. F.* *Cicero de Leg. III.* *Minores magistratus æs, argentum, aurum publice signant.* *Hottom.*

Pecu-

*peculiares servos prapofuit. Trium legionum, quas Alexandria relinquebat, curam & imperium Rufini liberti sui filio, exoleto suo, demandavit. Nec minoris⁷⁷ impotentie voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit. Nihil esse Remp. appellationem modo, sine corpore, ac specie. Syllam nescisse litteras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere quæ dicat. Eoque arrogantia progressus est, ut haru-
spice*

Peculiares servos.] Peculiarem servum appellamus à peculio, quod proprie servorum est, unde ait Labeo Iurisconsultus: *Paterfamilias peculium habere non potest, quemadmodum nec servus bona.* A peculio deducitur peculiaris, & accipitur pro re servili. Inde scribit Vlpianus: *Si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod servi habuerunt.* In usu autem nunc frequentissimo est, ut peculiaris pro proprio, sive speciali, nec cum aliis communi accipiatur. *Beroald.* Servos Cæsaris proprios intelligit, nam & servi erant publici. *Turneb.*

Liberti sui filio.] Libertorum filii temporibus priscis ne admissi quidem in militiam sunt. & bello Italico libertini primum militare cœperunt, ut notat Epitome Liviana LXXIII. *Lipsius.*

Nihil esse Remp.] Eodem ferme modo Cic. Ad Att. *nullum esse colorem, nullum succum, nullam formam relictam rei publ.* Cæsare scilicet pro arbitrio eam moderante. Nec male Lucanus, *Omnia Cæsar erat.* *Torrent.*

Appellationem modo, sine corpore ac specie.] Vox *species* Latinis duo significat, & id quod vere est atque subsistit: ut cum temperantiam virtutis speciem esse dicimus: & id quod veram existentiam non habet; & ut loquuntur Philosophi, τὸ μὴ ὄν μὲν, φαινόμενον δὲ. ut cum *χολοβάφια* dicimus habere

speciem auream. Cæsar priore notione hic accipit, non posteriore. Heraldus observabat, videri Cæsarem allusisse ad discrimen positum à veteribus inter vocabulum & appellationem. Quintilianus libro primo, cap. 17. *Fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducere; ut esset vocabulum, corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus, appellatio, cui vel alterum deest, vel utrumque, ventus, cælum, deus.* *Casaubonus. Salmastius* legit *speciem.*

Syllam nescisse litteras.] Alludit ad litteratores & grammaticos, qui dicunt quo modo sit scribendum, quo modo loquendum, & dictata dare dicuntur. *Turneb.*

Dictaturam deposuerit.] In tantum felicitati potius, quam actionibus, confusus est, ut, cum & permultos necasset, & tam multas magnasque in urbem mutationes intulisset, tamen Dictatura se abdicaverit, populoque comitiorum consularium concessa potestate, ipse non accesserit, sed in foro tanquam privatus obambulavit, ut, qui vellet, in jus trahere ipsum posset. *Plutarchus.*

Pro legibus habere quod dicat.] Augusto primum, si Dioni credimus, concessum, ut legibus solutus esset. Hinc tandem eo ventum, ut quod Principi placeret, legis haberet vigorem. L. 1. De constit. Princ. *Torrent.*

spice tristia & sine corde exta sacro quodam nuntiantes
 futura diceret lætiora, cum vellet: nec pro ostento
 78 ducendum, si pecudi cor defuisset. Verum precipuam
 & inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit:
 Adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque de-
 cretis universos patres conscriptos sedens pro æde Ve-
 neris genitricis excepit. Quidam putant retentum à
 Cornel. Balbo, cum conaretur assurgere: alii, ne conatum
 quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium,
 ut assurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque
 factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod ipse
 triumphanti, & subsellia tribunitia prætervehenti sibi,
 unum è collegio Pontium Aquilam non assurrexisse ad-
 eo indignatus sit, ut proclamaverit, Repete ergo à me
 Aquila Remp. tribunus: & nec destiterit per conti-
 nuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polli-
 79 ceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Adje-
 cit ad tam insignem despecti senatus contumeliam, mul-
 to arrogantius factum. Nam cum sacrificio Latinorum

reve-

Sine corde exta.] Pestifera auspicia esse dicebant cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset, pestiferum fulgur, quo mors, exiliumve significari solet. *Festus.* Casari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit, utque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis cor defuit. Unde quæstio magna de divinatione argumentantibus, potueritne sine illo viscere hostia vivere, an ad tempus amiserit? *Plinius.*

Futura diceret lætiora.] In Hispania, non Romæ ab eo id dictum contendere, ubi simile ostentum ei in Pompeii filios dimicaturò constat oblatum. *Sabellius.*

Excepit.] *Manusc. Salmas. excepit.*
Ut escendo pro adscendo.

Subsellia Tribunitia.] *Asconius: Sub-*

sellia sunt Tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum, & hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis confidebant. Sed subsellia non video qui probare possit, eorum tantum fuisse, qui minora judicia exercent, cum pro omnibus judiciis generaliter usurpentur. ut Ep. Fam. ccviii. lib. ii. de Oratore, & alibi non semel. P. Manutius.

Despecti senatus.] In eo, quod per indignationem, à se rempub. repetere Pontium tribunum jussisset, quasi Senatus nihil amplius in rep. nisi nomen esset.

Sacrificio Latinorum.] *Cæsar, utpote consul, Latinas indixerat: & ex more celebraverat in Albano solemne sacrum Iovi Latiali. His feriis quadrigæ certabant*

revertente eo inter immodicas ac novas populi acclamationes, quidam è turba statue ejus coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset: & tribuni plebis Epidius Marullus Cæsariusque Flavius coronam fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos graviter increpitos, potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere voluit: quamquam & plebei regem se salutanti, Cæsarem se, non Regem esse responderit: & Lupercalibus,

bant in Capitolio: victorque absinthium bibebat. Credo, inquit Plinius, sanitatem premio dari, honorifice arbitratis majoribus. Beroaldus. Feriarum publicarum genera sunt quatuor. Aut enim stativæ sunt, aut conceptivæ, aut imperativæ, aut nundinæ. Conceptivæ sunt, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: ut sunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia. Latinarum tempore, quo publicè quondam induciæ inter Romanum populum Latinumque firmatæ sunt, inchoari bellum non decebat. Macrobius.

Coronam lauream candida fascia præligatam.] Fascia candida est diadema regium. Plutarchus *Διάδημα βασιλικόν*. Tali fascia candida ornate causæ regum Macedoniæ, ut nostri hodie galeri, lotis vel torulis quibusdam. Veteres grammatici, *καυσία πῖλῶν ἢ πλάτωνος, ὅτι οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρου, λέγουσιν αὐτὴν Διάδημα ἐπειλάωντις*. Vide Ælianum De animal. lib. xv. cap. 11. Inde est quod in Pompeio fasciæ licet crurales affectati regni suspicionem moverunt, quia erant candidæ. Casaub.

Plebei regem se salutanti.] Lib. unus

plebeio. quod & Gifanius asserit. Et sane plebeius apud Horat. quoque lib. 11. Sat. 111. pro quovis è populo ponitur, nil ultra quero plebeius. Quam lectionem eo magis probo, quod regni mentionem eo magis probo, quod regni mentionem etiam sub Cæsare semper universo pop. Rom. displicuit. Cic. Philipp. 11. Sedebat pro Rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. Ita eras Lupercus, ut te esse Consullem meminisse deberes. Diadema ostendis. Gemitus toto foro. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu rejiciebat. Torrent.

Lupercalibus.] Feriæ stativæ sunt universi populi communes, certis & constitutis diebus ac mensibus: & in fastis, statis observationibus annotatæ: in quibus præcipue servantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Macrobius. Lupercos etiam Crepos vocatos, legimus apud Festum, à crepitu pellicularum, quem faciebant verberantes. nudi enim in Lupercalibus discurrebant, & pelibus obvias quasque fœminas feriebant, sponte etiam palmas feriendas præbentibus mulieribus, ob id sibi fœcunditatem & partus facilitatem dari arbitrantibus, teste Plut. in Rom. Turneb. Sunt qui censeant: locum quendam sub monte Palatino factatum Pani deo Arcadico fuisse, cui etiam mons Lyceus

bus, pro Rostris à consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Iovi Opt. Max. miserit. Quinetiam varia fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia delectibus, & procuratione urbis amicis permissa: proximo autem senatu L. Cottam Quindecimvirum sententiam diciturum: ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos, nisi à rege, non posse vinci, Caesar rex appellaretur. Quæ causa conjuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse esset. Consilia igitur dispersim antea habita, & quæ sæpe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam presenti statu lato, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in senatum allectis, libellus propositus est. Bonum

est consecratus, quod λυκας, id est, lupos, non sinat in oves sævire. Hinc Ovid. 11. Fast. *Quid vitat Arcadiæ dictos de monte Luperkos.* Marc. Donatus.

Pro Rostris.] Naves Antiatium partim in Navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: *Rostraque* id templum appellatum. Livius.

L. Cottam Quindecimvirum.] Fl. Vopiscus in Aureliano Pontificibus munus assignat inspiciendorum Sibyllæ librorum. non Pontificum tamen, sed Decemvirorum primum, mox ampliato numero, Quindecimvirum fuit, nec dicendum est, ætate Aureliani id Pontificum fuisse officium, quod olim erat Quindecimvirorum. nam & Constantini Magni temporibus, id etiam tum muneris habebant Quindecimviri, ut scimus testimonio Lactantii. Sic igitur statuemus, Pontifices appellari Vopisco

Quindecimvires, non quod sacris faciendis etiam ipsi præsentent, sed quod multi ex Quindecimviris iidem & Pontifices erant: cujus rei testes sunt inscriptiones veteres multæ: sed unâ ero contentus. PETRONIVS. APOLLODORVS. V.C. PONTIFEX. MAIOR. XV. VIR. SACR. FAC. *Salmasius.*

Maturandi.] Nam quattiduo antequam ad Parthos rex profecturus esset, à conjuratis occisus est. *Beroald.*

Peregrinis.] Senatus numerum supra fas auxerat: unde exiit ille Ciceronis jocus ad Laberium: *Recepissem te nisi anguste sederem.* Idem.

Bonum factum.] In sollemnibus Edictorum verbis fuisse hæc, BONVM FACTVM, indicat Tertullian. lib. de Pudicit. cum ait: *O edictum, cui adscribi debeat, Bonum factum.* Sed enim adfiduum & locupletem adfertorem hæc formula Plautum habet, illo lepido histriionum Edicto, quod ab eo, ad eorum, quæ

num factum. Ne quis senatori novo curiam monstrare velit. & illa vulgo canebantur,

Gallos Cæsar in triumphum ducit: iidem in curia

Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumserunt.

Q. Maximo suffecto, trimestrique consule theatrum introeunte, cum liCTOR animadverti ex more iussisset, ab universis conclamatum est: Non esse consulem eum. Post remotos Cæsetium & Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, consules eos declarantium. Subscripsere quidam L. Bruti

sta-

quæ à Magistratibus proponebantur, speciem ac formam belle fictum atque compositum, prologi vice Pœnulo præponitur. Id sic incipit;

Bonum factum est, Edicta ut servetis mea: Finit:

Hæc quæ sunt imperata pro imperio historico,

Bonum Hercle factum, pro se quisque meminert.

Iosephus Antiq. lib. xiv. cap. xvii. exprimit his verbis, ΚΑΛΩΣ ΕΨΕΙ. Sed & Valerius Probus inter juris notas ponit has Q. B. F. quas sic interpretatur: *Quare bonum factum.* Briffon.

Gallos Cæsar in triumphum ducit.] Versus duo trochaici sunt, in quorum posteriore sumserunt penultima brevi est, ut steterunt apud Maronem Æn. ii. & iii. & emerunt apud Terentium prologo Eunuchi. Turneb.

Iidem in curia.] Ms. Salmas. *iidem in curiam, quæ leviter immutata cum Torrentii duobus Mss. conspirabunt: idem in curiam: Cæsar, inquit Torr. quos in triumphum duxerat, eosdem & in curiam duxisse acerbissime notatur.*

Bracas.] Tunica Gallorum fuit, cui sagum imponebatur. Tunicam fuisse,

patet ex eo, quod, braccis depositis, latum clavum sumserunt. Latus autem clavus, tunica senatorum Romæ fuit.

A. Manutius.

Animadverti.] In more positum fuit, ut Consule theatrum introeunte, LiCTOR Animadvertere populum juberet. Sed & si quid per incuriam oscitantiamve liCTOR prætermitteret, quod contra dignitatem esset, Consul cum *Animadvertere jubebat.* Indicio est quod Livius lib. xxv. de Fabiis patre & filio narrat: Consul animadvertere proximum liCTorem iussit, & is, ut descenderet ex equo, inclamavit. Quam historiam Val. Max. referens lib. ii. c. 2. ait, Consulem proximo liCTORI, *ut sibi appareret, imperasse.* Briffonius.

Ex more.] Manuscr. Salmasii, *ex more.*

Proximis comitiis.] Comitia quorum hîc mentio, tempore non suo, primis anni mensibus habita: vel mense Febr. quo olim legationes audiri solitæ à P. C. vel Martii initio. Sed festinavit Cæsar, quia primo vere urbe exiturus erat. jam enim Octavium cum parte copiarum Apolloniam præmiserat.

Casaubon.

F 6

Post-

statue, Utinam viveres. Item ipsius Caesaris statue.
 Brutus, quia reges ejecit, consul primus factus est.
 Hic quia consules ejecit, rex postremo factus est.
 Conspiratum est in eum à LX. amplius, C. Cassio, Mar-
 coque & Decimo Bruto principibus conspirationis.
 Qui primum cunctati, utrumne illum in campo per
 comitia tribus ad suffragia vocantem partibus divisis è
 ponte deicerent, atque exceptum trucidarent: an in
) *Sacra via vel in aditu theatri adorirentur: postquam*
senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est,
 si *facile tempus & locum prætulere. Sed Casari fu-*
tura cædes evidentibus prodigiis denunciata est. Pau-
cos ante menses cum in colonia Capua deducti lege Iu-
lia coloni, ad extruendas villas sepulcra vetustissima
disjicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquan-
tum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant:
tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys,
conditor Capuæ, sepultus, inventa est, conscripta lit-
teris verbisque Græcis, hac sententia, Quandoque
ossa Capyis detecta essent, fore ut Iulo prognatus,
manu consanguineorum necaretur, magnisque
 MOX

Postquam senatus Idibus Martiis edi-
ctus est.] Is dies propter Annæ Peren-
næ festum hilariter solitus agi. ideo
 etiam ludi in Pompejano theatro erant
 futuri. Moris autem fuit, ut quibus
 diebus spectacula in eo theatro exhibe-
 rentur, senatus in Curia Pompeii ha-
 beretur. *Idem.*

Capys, conditor Capuæ.] Eam, quæ
 Capua nominatur, ab Ænea cæterisque
 Trojanis conditam, & à Capy Trojano
 Capuam appellatam tradunt. *Dionys.*
Hal. Vulturum Etruscorum urbs quæ
 nunc Capua est, ab Samnitibus capta,
 Capuaque ab duce eorum Capye, vel

(quod propius vero est) à campestri a-
 gro appellata. *Livius.*

Quandoque ossa Capyis.] Quandoque
 pro quodocunque, vocabulum Hora-
 tio, & Iurisconsultis frequens. *Quam-*
doque nupserit, quandoque liberos habue-
rit. Sueton. tamen aliter fere usus est.
Torrent.

Manu consanguineorum.] Si more
 legas, ut multa exemplaria habent,
 eum ferro periturum intelligas: quales
 exitus plerique Iulix gentis fuerant ade-
 pti. Constat enim quicumque in ea fa-
 milia C. prænomen habuere, jam ab eo
 qui Ciunanis temporibus perierat, fer-
 ro pe-

mox Italiae cladibus vindicaretur. Cujus rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos & sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spurinna monuit, caveret periculum quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus, avem regaliolum,

CUM

ro periisse. Est vox Cæjus alioqui fausta, & in nuptialibus sacris, ut Fabius, & Plutarchus scribunt, à majoribus usurpata. Sabell.

Equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat.] Solita hoc modo consecrari omnis generis animalia, etiam pisces, ut apud Athenæum lib. sept. scriptum. maxime autem id factitatum in iis quæ usui aut voluptati fuerant: quibus hoc quasi præmium datum, ut ante obitum manu emitterentur & sinerentur ἀφέλα. Sic servos, quos amabant, imminente morte propebant liberare, ut saltem in libertate morerentur, ut Plinius in epistolis docet. Eo refero Theodoretii verba ex oratione secunda Θεοκρατορικῆς. ubi ait Homerum unguentis delibutum ita fuisse à Platone è Rep. sua pulsatum, ut mulieres solent hirundines. Aristides in tertia Platonica: ὁ Πλάτων Ὀμηρον μύρω χρίσας ἐπέμπετο χελιδόνων πικρῶ κατὰ τοὺς. videntur mulieres, quando erant missuræ è potestate aviculas quibus plurimum fuerant oblectatæ, solitæ illis unguentum affundere. quod genus luxus observo etiam in hac re fuisse usurpatum. Sic de equis testis Ælian. de animal. l. xi. c. xxxvi. ὅτε ἢ καὶ μύρω ἐχρίοντο ἵπποι, Σιμωνίδης δὲ τοῖς ἰαμβοῖς λήσσει. & lib. xvi. c. xxiv. Similis stultitia eorum qui pi-

scas monilibus & inauribus ornabant, ut narrat idem l. xii. c. xxxvi. Casaub.

Rubicone flumine consecrarat.] Turnebus Rubiconi flumini legit, dandi casu, ut equos Cæsar ipsi flumini consecravit. Plut. Lucillum Euphrati fluvio, quem Tigranem Regem invasurus trajecerat, taurum scribit immolasse. tauriformes autem fluvii à poëtis finguntur, ut ad Horat. notavimus lib. i. r. Od. xiv. Torrent. Turnebi lectionem firmat Salmasii cod.

Ubertimque flere.] Virgil. in Pallantis funere,

— postis insignibus Aethon

It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Et rursus Bucol.

— nulla neque undam

Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Plin. lib. viii. c. xlii. De equis, Præfugiunt pugnam, & amissos lugent dominos, lacrymasque interdum desiderio fundunt. Torrent.

Idus Martias.] Idus Martias ferales sibi Scorpionis occasu annotavit ipse Cæsar, si Plinio credimus lib. xviii. c. xxvi. Quo magis sane mirandum si Spurinam irrisit, quem tantopere ejus sæculi auctores laudant. Irridere tamen hominem videtur Cicero Famil. lib. ix. epist. xxvi. Idem.

Avem regaliolum.] In Glossario non rega-

cum laureo ramulo Pompeiana curia se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecuta, ibidem discerpserunt. Ea vero nocte cui inluxit dies cædis, & ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Iove dextram jungere. Et Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul & ob infirmam valitudinem diu cunctatus, an se contineret, & quæ apud senatum proposuerat, agere differret: tandem D. Bruto adhortante, ne frequentes ac jam dudum operientes destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris quos sinistra manu tenebat, qua-

regaliolus, sed regaviolus scribitur. nec est absurdum, ut sic potius scribatur: nam regaviolus dicta hæc avicula, quasi rex avium. De hac ave Plinius. In tertio Pauli Æginetæ legimus, aviculam Græcis βασιλίσκον dictam, omnium quas nosset vetustas, habitam esse minimam. nec multo esse majorem passerem troglodyten: quam volunt eruditi esse nostrum roitelet. Casaub.

Calpurnia uxor imaginata est.] Virtus imaginativa semper est in motu, & actione continua, ideoque attribuitur illi actio somniandi. Hinc non incongrue Latini imaginari pro somniare quandoque accipiunt. Sic Plinius in Epist. de somnio C. Fanii: Mox imaginatus venisse Neronem. Marc. Donat.

Collabi fastigium domus.] Ut Valerio Poplicolæ olim honoris causa concessum, ut foras aperirentur ædes ejus: sic Julii domus fastigio ornata. Fastigium aliquando est ἀπλῶς ædificii summum, ut Festus interpretatur. Interdum significat tecti formam deorum templis propriam, quæ Græcis αἵθρᾶς &

αἵθρᾶς dicitur. Aristophanes Avibus:

Εἶπα, αἰτ, πρὸς τὰ τοιαῦτα, ὡς περ ἐν
ἱεροῖς οἰκῆσει.
Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐπέφορον πρὸς
αἵθρᾶν.

Casaubon.

Bruto adhortante.] Is haruspices risit, Cæsaremque verbis increpuit, qui se ipsum incusationibus & calumniis senatorum objiceret, quod iis illudere videretur: etenim eos jussu ipsius convenisse, omnesque paratos esse decernere, ut ipse rex omnium, quæ extra Italiam sunt, provinciarum diceretur, ac terra marique, nisi cum in Italia sit, diadema gestaret. Plutarch.

Libellum.] Putabat Cæsar, supplicem hunc libellum esse, ideoque reliquis δειηθησίς eum commiscuit. Casaub. Aditos fuisse principes per libellos, ostendit l. xxxiii. ff. de re judic. Nec aliter vel præsentis adire moris erat, si Tacito fides adhibenda est. Vide Sueton. in Aug. cap. liiii. Martialis lib. viii.

Dante

si mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis ca-
sis, cum litare non posset, introiit curiam, spreta reli-
gione: Spurinnamque irridens, & ut falsum arguens,
quod sine ulla noxa Idus Martie adessent: quamquam
is venisse quidem eas diceret, sed non præteruisse. As-
sidentem conspirati, specie officii circumsteterunt, illi-
coque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat,
quasi aliquid rogaturus, propius accessit: reuenticque,
& gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero
togam apprehendit: deinde clamantem, Ista quidem
vis est, alter Cassius aduersum vulnerat, paulum infra

ju-

Dante tibi turba querulos, Auguste, li-
bellos.

Rescribent autem principes ad libel-
los, ut testantur juris auctores in l. ult.
ff. de Off. procur. Cæf. l. xxiiii. ff. de
usufr. leg. l. xv. ff. de Appellat. recip.
Briffonius.

Quasi mox lecturus, commiscuit.] Si-
mitem errorem admisit Nicephorus
Imperator, cum uxoris Theophanus &
Tzimiscæ conjuratione cæsus est. Fusc
narrat Cedrenus. Geminum istis exem-
plum in Annalibus nostrorum tempo-
rum posteritas leget, ac fatorum vim
inevitabilem etiam in ea cæde recogno-
scet. Casaubon.

Pluribus hostiis casis.] Quanta vis fa-
ci? manaverat late conjuratio, libellus
etiam Cæsari datus eodem die. nec per-
litare centum victimis potuerat. venit
tamen in curiam. Florus.

Cum litare non posset.] Litare pro-
prie est *ἑξ ἀδισπειν*. Antiqui *lutare* di-
cebant, quod frequentativa forma *δῶν*
ἔλυε factum est. *Litare* enim & *luta-*
re proprie est solvere. Litant homines
diis, ut debitores creditoribus solvunt.
Litantur hostiæ & sacrificia diis, ut pe-
cunia ac debitum solvitur creditoribus.
Nam & *sacra litari diis, hostiæque*, di-
cuntur. & *deo litari!* sed & *diis litari di-*

cebantur, id est, placari, ut creditores li-
berari. nam *liberare creditorem* in jure
dicitur, qui sese liberat à creditore, eum-
que placat. Salmas.

Cimber Tullius.] De illa Caji Cæsa-
ris cæde tam creditum est Tullio Cim-
bro, quam Cassio. Cassius tota vita a-
quam bibit: Tullius Cimber nimis
erat in vino, & sordibus. In hanc rem
loquutus est ipse: *ego, inquit, quen-*
quam feram, qui vinum ferre non possum?
Senec.

Ista quidem vis est.] Cum vehemen-
tius & violentius vel arctius teneban-
tur, exclamare solebant, *hæc vis est:*
sic Plautus Captivis: *Vis hæc quidem*
hercle est, & trahi & trudi simul. Tur-
nebus.

Alter Cassius.] Turnebus, *alter è Cas-*
sius legisse videtur. Sed tamen ex Ap-
piano, & Plutarcho *Casca* retineo,
(sic enim impressi omnes, & us tres)
& P. Servilium *Cascam* intelligo, ut
eum vocat Dion lib. xxiiii. Vtrius-
que in veteri nummo, qualem servo,
memoria superest. in altera enim parte
Neptuni effigies, ascriptumque *CAS-*
CA LONGVS. altera Victoria, sinistra
palmam, dextra coronam, & in aliis
pileum, quod libertatis est signum, fe-
rens. Est autem *Casca* Serviliorum co-
gnomen

jugulum. Caesar Cassii brachium arreptum graphio trajecit: conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvitur: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemit

gnomen, Longus, uti & Longinus, Cassiorum. Taceo duos conjurasse Cascas, uti & Cassios, ex Plutarcho. Sed præcipui C. Cassius, & P. Servilius, quos nummo suo Brutus, conjurationis princeps, impressit. *Torrent.*

Paulum infra jugulum.] Vni homini sunt juguli (ut ait Plinius in undecimo) duo, scilicet dextrum & sinistrum. Apulejus: *Per jugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit.* Cornelius Celsus in VIIII. *A dextro jugulo si id fractum est, ad alam sinistram, à sinistro ad dextram. & quia locus ille maxime lethalis est, & penetrabilis, inde jugulatio & jugulare delucuntur.* Apud Oratores in agendis causis detrita hæc sunt: *Pedem conferre, & jugulum petere, & sanguinem mittere:* ut docet Quintilianus in octavo. nam tunc in causa jugulum petit Orator, quando, quod est potentissimum, id invadit, ac premit adversarium validissime. *Beroald.*

Graphio trajecit.] Perperam γλυφάων vel γλυφεῖον, hoc est, librarium scalprum, idem cum graphio esse notant. Graphium stilus erat ferreus, ab una parte acutus, qua exarabantur in cera litteræ, ab altera parte planus qua inducebatur, quod perperam erat exaratum, & rursus complanabatur cera. *Inde stilum vertere* apud Horatium. At scalpro vel γλυφεῖον calami temperabantur, quibus in charta & membrana scribebant. *Canivum* hodie scalprum appellamus Galli, à canna vel calamo. Nam harundine scribebant veteres, non

ut nos penna. *Salmasius.*

Undique se strictis pugionibus peti.] Veteribus σιδηροφορεῖν non licebat, itaque conjuratos id egisse notat Dio, ut gladii in scriniis loco libellorum collocati importarentur.

Sinistra manu sinum ad ima crura deduxit.] Sinus videtur fuisse pars quædam laxior, & tanquam excurrens in dextra lacinia vestis: ut cum corpus toga amictum involutumque esset, à dextra in sinistrum humerum rejiceretur: & è sinistro humero in brachium plerumque descenderet: aut statim principio brachio sinistro exciperetur, aut ipsum involveret. tum enim sic sibi togam injiciebant, ut & in humerum sinistrum sibi sinum rejicerent; quem Cæsar cum sibi moriendum videret, ne quid è corpore renudaretur inhoneste, deduxit ad crura sinistra manu, qua eum fortasse tum gerebat. Id autem quod diximus esse sinum, ostendi potest è Quintiliani Instit. Rhet. lib. XI. cap. IIII. *Turneb.*

Honestius.] Ore, & obscœnis partibus velatis. Hinc credo fuisse, quod quum viri fortes olim caderent, morsum terræ affigerent: quod Maro, & alii demonstrant. *Sabell.*

XXIII. plagis confossus est.] Peti-bent eum sive fortuito, sive compulsum eo à percussoribus, se demisisse ad basim statuz Pompejanæ: & hanc exdes ista cruore complevit, ut videri possit ipse Pompejus supplicio inimici adstitisse sub pedes ejus collapsi, ac præ multitudine

gemitu sine voce edito. Et si tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, Καὶ οὐ εἰ ἐκείνων, καὶ οὐ τέκνον; Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu jacuit, donec lectica impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, lethale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii consulis, & magistri equitum Lepidi, destiterunt. Postulante ergo L. Pisone socero, testamentum ejus aperitur: recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maxime. Q. Tubero tradit, here-

83

dem

tudine vulnerum calcitrantis: viginti enim ac tria vulnera accepit: & multi, dum in unum corpus tot plagas ingerunt, sese mutuo confauciârunt. Plutarchus.

Bruto irruenti.] Cæsar admonebatur ab amicis, ut Antonium Dolabelamque caveret, perinde ac seditiosos & turbulentos: ille vero respondit: εἰ τὸς βρωτῶ (ὅς δειλὸν καὶ λιπῶντος: ἀλλὰ τὸς ἰχνύς καὶ ὄρεος καίνας: δειλὸς βρωτῶν & καίανον. Id est, se non timere rubicundas & pingues, sed macilentos & pallentes illos: demonstrans Brutum & Cassium. Beroald.

Καὶ οὐ εἰ ἐκείνων.] Hæc non agnoscit Codex Salmæ.

Καὶ οὐ τέκνον;] Non tam ad familiaritatem, aut Bruti ætatem id referendum, quam ad illud, quod Brutum ex Servilla, & Cæsare conceptum multi credidere. Sabellicus.

Acta rescindere.] Acta ejus, qui rogatus in Rep. verus sit cum imperio ac potestate, sunt proprie leges. Vnde ait eleganter Cicero: Quare acta Græ-

chi, leges Sempronie preferentur: Quere Sylle, Cornelia. A Cæsare ipso si queres quidnam egisset in urbe & toga: leges multas responderet se & præclaras tulisse. Beroald.

In Lavicano suo.] Suburbanum delitiosum apud portam Lavicanam positum, erat Lavicanum, à quo denominationem sumit, de quo Plinius lib. xxxvi. cap. v. Hodie vocatur porta major, ab ædificii magnificentia, propter aqueductum Claudia aquæ, cujus ibi vestigia apparent. Nisi dixerimus Lavicos oppidum fuisse, non multum ab urbe distans, de quo Livius Liv. M. Don.

Vestali maxime.] Maxima virgo Vestalis ea dicebatur, quæ dignitate reliquas antebat: quales nunc vulgo abbatissas appellamus. Cæsar autem testamentum suum demandaverat, tanquam pontifex maximus virgini Vestali, sub cujus potestate erant collocata: & si virgo Vestalis parum diligens æterni ignis custos fuisset, flagro cadebatur à pontifice maximo. Beroaldus. Idem de Augusti testamento Sueton. c. ci. & de testamento Antonii tituli

ri in

dem ab eo scribi solitum ex consulatu ipsius primo, usque ad initium civilis belli, Cn. Pompeium, idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera. C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit: pluresque percussorum in tutoribus filii, si quis sibi nasceretur, nominavit: D. Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos

ri in ejus vita Plutarchus. Sed & Vlpianus l. 111. De tabulis exhib. Si custodiam testamenti aditus suscepit. ostendit enim testamentum in aede sacra deponi solere. *Torrent.*

Ex dodrante.] Hereditas plerunque dividitur in duodecim uncias: quæ assis appellatione continentur. Habent autem hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem: sicuti lib. 11. Institutionum traditum est. Unde frequenter legimus, alios institutos esse heredes ex quadrante, alios ex semisse, alios ex dodrante, alios ex asse. Dodrans significat novem uncias, quasi dempto quadrante. *Beroald.* Omnis res in assem ejusque partes dividi potest. Sic *myrrha quincunx* Columella. *quincuncialis herba* Plinio. *crassitudines neque crassiores dextante, neque tenuiores dodrante* Vitruvio. *lessates regula* eidem, id est, quæ octo pollicum longitudinem haberent. Livius: *Terna jugera & septuages viritum diviserunt.* Septuages dixit pro dimidiato jugo & duodecima parte jugeri. *Budaus.*

Reliquos in ima cera.] Qui isti reliqui in ima Cera scripti: & multa sane verba in explicatione hujus loci jam olim perdidit Alexander, Genialium dierum lib. 1. cap. 1. Dico perdidit, quia lectio & distinctio vulgata non sine mendo; quod me auctore, tenendum; L. Pinarium & C. Pedium ex quadrante reliquo: in ima Cera C. Octavium etiam,

& nec opus habeo lectioni per se claræ facere lucem. *Lipsius.* In ima cera, id est, extrema pagina.

In familiam nomenque adoptavit.] Iubebat ejusmodi testator adoptatos NOMEN SVVM FERRE, l. sed & si, & l. facta, §. si sub nominis, ff. ad Trebellia. Apud Ovidium xv. Metamorphoseos. *Iupiter ad Venerem de Cæsaris* *ἄριστος*,

Ut deus accedat celo, templisque colatur,
Tu facies, natusque tuus, qui NOMINIS
HERES

Impositum feret unus onus. —

Sed qui nominis heredes erant, non omnia jura justorum & legitimorum filiorum consequuti hujusmodi adoptione videntur. Proinde Testamentariam suam adoptionem lege Curiata confirmari curavit Octavius, ut auctoritate legis accederent, quæ Testamento nactus non erat. Quod Appian. lib. 111. Civ. docet. Quin etiam Tiberius, quam Testamento Augusti nomen ejus ferre jussus, ab eodem tamen post Caji & Lucii Cæsarium mortem rite adoptatus fuisse fertur. *Briffon.* In Iuliam gentem, nomenque Cæsaris: atque ita factum, ut ad Neronem usque per adoptionem sit gens Iulia propagata. *Sabell.*

In secundis heredibus.] Heredes (quæ admodum Vlpian. Tit. xxii. & Modest. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. scribunt) aut *Instituti* dicebantur, aut *Substituti*.

circa Tiberim publice, & viritim trecentos sestertios, legavit. Funere indicto, rogos exstructus est in Martio campo, juxta Julia tumulum: & pro Rostris aurata ades

stituti. Illi, qui primo gradu scripti erant: hi, qui secundo gradu, vel tertio, vel sequentibus. Illi *primi heredes* vocabantur, l. idem act. §. ult. ff. de testam. milit. hi *secundi heredes*, vel si tertio gradu scripti essent, *tertiis heredes* appellabantur, ut apud Sueton. in Claud. Marcianus in l. potest. ff. de vulg. & pupill. *Potest quis in Testamento plures gradus heredum facere, puta SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO. & deinceps plures: ut novissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem instituat.* Briffonius.

Populo hortos.] Viterb. cod. cum hic tum alibi, *ortos.* ut apud Varronem & Ciceronem quoque in plerisque libris. Sic in Turonensi *umerus* semper non humerus. In his hortis postea fuit *xedes* consecrata Forti Fortunæ. Plut. De Romanorum Fort. *Casaub.*

Publice.] *Publica* proprie dicuntur ea, quæ populi Rom. sunt, quorum usus communis est, proprietas nullius. L. v. De rerum divisione, l. xxx. De acq. rerum dominio. Tales igitur horti Cæsaris ex testamento. Meminit eorum Horat. lib. 1. Sat. VIII. *Trans Tiberim longe cubat hic prope Cæsaris hortos.* Meminit eorundem Cicero ad Atticum libri undecimi epistola sexta. *Torrent.*

Viritim trecentos sestertios.] Plutarch. lxxv. drachmas vertit, hoc est, totidem denarios. nam quatuor sestertii denarium faciunt. Appianus hic mendosus est. Quæ vero sic populo, sive ordini alicui, vel collegio aut testamento, aut inter vivos ob causam aliquam, ut puta inuito Magistratu, viritim donabantur, apto sane vocabulo, sed à paucis observato, *divisiones* vocant I. C. Paulus lib. cxxv. De legatis 1. & Marcellus leg. xxxiii. De annuis legatis. *Idem.*

Funere.] Si eos. non fuisset Anto-

nus, Cæsar pro suis in Remp. meritis, etiam defuncti hominis honore caruisset, & quidem consilio Pisonis soceri, & L. Cæsaris propinqui. *Lactantius.*

Funere indicto.] In funeribus plane Indictivis (quo nomine, ut Paulus ex Festo interpretatur, ea funera significantur, ad quæ per præconem evocabantur) dici solitum à præcone, *EX AEDIBUS EFFERRI MORTUUM.* Varro l. iv. de L. L. ostendit. Idemque lib. vi. auctor est, in ejusmodi funeribus pronuntiatum, *OLIVS LETHO DATVS EST:* id quod etiam Fest. Pomp. notat: à quo, quantum ex vestigiis litterarum harrariolari licet, scriptum fuisse verisimile est, *OLIVS QVIRIS LETHO DATVS.* *Briffonius.*

Rogos exstructus est in Martio campo.] Quæ ad funerum curam pertinere, ea vel domi peragebantur, vel in foro, vel extra portam. Domi curatum funus per plures dies: ibi fiebat *πένθος*, & mortuus septem dies in vestibulo positus, quæ à domesticis, quæ ab amicis, plangebatur, ac coronis aliisque muneribus honorificis afficiebatur. Tranquillus hanc totam partem prætermittit: solitus insignia tantum notare. In foro laudabantur: extra urbem cremabantur. Cæsar tamen in ipso foro crematus est, non in extructo ei rogo: quod per populi tumultum evenit. Simillimum est quod paucis ante annis in funere Clodii à Milone occisi acciderat, ut narrat Asconius. Dio quidem inter alios Cæsari decretos honores hunc commemorat, ut mortuus intra pomerium sepeliretur: sed ea non est causa combusti intra urbem Cæsaris. *Casaub.*

Et pro Rostris aurata ades ad simulacrum templi Veneris Genitricis collocata.] Adem appellat *pegma* in foro extru-

ades ad simulacrum templi Veneris Genitricis collocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura stratus: & ad caput tropæum, cum veste in qua fuerat occisus. Præferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur, præceptum est ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quædam ad miserationem, & inviviam cadis ejus, accommodata ex Pacuvii Armorum judicio:

Men' me servasse, ut essent qui me perderent?

Et ex Electra Attii alia ad similem sententiam. Laudatio-

um, ut ibi collocaretur Cæsaris corpus, dum laudatio perageretur. Ita autem vocat, primum, quia ut disertim notat, in modum templi fuit confectum: deinde propter religionem circa defunctos. qua ratione dixit Polybius lib. vi. imaginibus defunctorum solita *περίηροδῶν ξύλινα ναΐδια*. & Plinius quoque armaria illa vocat ædículas. postremo, quia de Julio Cæsare tanquam de Deo loqui solent: fuitque hæc illius *ἀποθέωσις* quædam & consecratio. Sane enim cum legantur multi ante Cæsarem in foro laudati: nemini tamen exstructam ædem legimus: sed lectum pro Rostris, vel in Rostris, ut loquitur Aconius; fuisse positum. Postea vero quam cœpère Imp. consecrari; hoc quoque servatum est. Dio in funere Pertinacis, *εἰκηνὸς ἀποίχον ἀείσουλων* ædem illam appellat, id est, columnis, non parietibus, cinctam. *Idem.*

Intraque lectus eburneus.] Polybii ætate qui laudandi erant, plerique pro Rostris statuebantur erecti. *συμπληρώμενος*, ait, τῆς ἐκφορῆς, καμίζης] καὶ λοιπῆς κήρυκος πρὸς τὸν καλῶμενος Ἐμβόλου, εἰς τὴν ἀγορὰν, ποτὲ μὲν ἐπὶ ἐναργῆς, ἁπλοῦς; ἢ καὶ ἄκακλιμύθη. Possumus tamen ejus ver-

ba accipere de simulacris defunctorum cereis: quæ ut à populo conspici possent, machinamentis erigebantur. Tale simulacrum ab Antonio ostensum est populo, super funebri lecto Cæsaris, ea arte factum, ut versatile esset, omniaque ei imposita vulnera mire ob oculos poneret: auctor Appianus. *Idem.*

Tropæum.] Sic vocant Latini, quidquid ad memoriam victoriæ monummenti loco erigitur aut ponitur. Alioquin in iis locis, ubi feliciter pugnatum erat, saxea moles excitabatur, quod tropæa imponebant. Et in Historiis legitur, ingentes urbes tropæorum instar, locis, ubi bene pugnatum fuerat, inædificatas. Tropæum item frequenti-usu ipsam victoriam aliquando designat. *Barthius.*

Omisso ordine.] Ordo quem dicit, fuit hic: Præbant magistratus & senatus positus dignitatis insignibus: sequebantur equites habitu lugubri: deinde milites cum armis, sed versis: postremo populus per tribus. Tacitus, alii. *Cassiodorus.*

Ex Pacuvii Armorum judicio.] Cujus fabulæ argumentum erat disceptatio armorum Achillis inter Vlyssæm & Ajaxem. *Bernald.*

Pro-

datiōnis loco consul Antonius per præconem pronuntiauit Sen. cons. quo omnia ei divina simul atque humana decreverat: item iusjurandum, quo se cuncti pro salute unius adstrinxerant: quibus per pauca à se verba addidit. Lectum pro Rostris in Forum magistratus & honoribus functi detulerunt. Quem cum pars in Capitolini Iovis cella cremare, pars in curia Pompeii, destinaret, repente duo quidam gladiis succincti, ac bina jacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt: confestimque circumstantium turba virgulta arida, & cum subselliis tribunalia, quidquid præterea ad donum

ade-

Pronuntiauit.] Codex Salmas. *Pronuntiauit.*

Per pauca à se verba.] Imo corpore in forum (consilio profecto perquam væcordi) illato propositoque, sicut erat à eade sanguinolentum, vulneribusque exstantibus: habuit insuper orationem, elegantem sane eam splendidamque, sed præsentis rerum statui minime conducibilem.. *Dio Cassius.*

Lectum pro Rostris.] Lectum Virgil. *feretrum* vocat. Tacit. lib. II. *Annal. torum.* sic enim de Germanici funere, *Vbi illa veterum instituta? præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas?* Propert. utroque usus est,

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

Porro ob turbatum hunc sepeliendi morem, *insepultam sepulturam* vocat Cicero Philip. I. paulo post quare sic vocaverit latius declarans. *Terrent.*

In Forum.] Plebs ad lecticam Cæsaris reversa deferebat eam in Capitolium, sepelitura, ut jam consecratum, in templo inter deorum imagines. sed prohibentibus id sacerdotibus, rursum eum in forum retulerunt: quo loco pri-

mum ara fuit, nunc templum est ipsius Cæsaris, ubi divinis honoribus colitur. *Appianus.*

Capitolini Iovis cella.] Cella, pars templi est sacratior, & in cellam ingredi fas non erat. Cicero in secunda Philippica conqueritur, quod in cella Concordiæ cum gladiis homines collocati ab Antonio stent, in qua, ipso consule, salutares sententiæ dicebantur. Refert Gellius in septimo, Scipionem Africanum solitavisse, priusquam dilucularer, ventitare in Capitolium, ac jubere aperiri cellam Iovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consultantem de Republica cum Iove. Idem memorat, *favissas* esse cellas quasdam, & cisternas, quæ in area Capitolina essent, ubi reponi solerent signa, & alia quædam religiosa donariis consecrata. De distributione cellarum in templis scribit Vitruvius in quarto. *Beroald.*

Detulerunt.] Aptius erat *detulerant*: nam hoc factum ante illa quæ modo narrata sunt. *Casaubon.*

Ad donum aderat.] Præferentium munera ante mentionem fecit. Munera vero proprie *inferiæ* dicebantur, ut *inferri* quæ mortuis donabantur. Quæ de re elegans Scævola I. C. locus Luit. De auro, argento, mundo legatis. *Mulier*

aderat, congesit: deinde tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad presentem usum induerant, detractam sibi, atque discissam, iniecere flammæ, & veteranorum militum legionarii, arma sua quibus exculti funus celebrabant. Matronæ etiam pleraque ornamenta sua quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas. In summo publico luctu, exterarum gentium multitudo, circulatim suaque more lamentata est: præcipueque Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Plebs statim à funere, ad domum Bruti & Cassii cum facibus tetendit: atque agre repulsa, obvium sibi Helvium

Cin-

quadam decedens testamento ita scripsit: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quacumque sepultura mea causa feram ex ornamentis. Verba sunt testatrix, jubentis sibi inferri ornamenta, quibus culta efferretur mortua. Quem morem etiam urendi vestem, poetarum principes alter in Patrocli, alter in Miseni funere ostendunt. *Torrent.*

Veteranorum militum legionarii.] Hoc est, legiones compositæ à veteranis militibus, quæ Romæ tum erant, deductionem in promissos agros expectantes. *Casaub.*

Liberorum bullas atque prætextas.] Sicut prætexta magistratum, ita bulla gestamen erat triumphantium: quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparentur: ad omen & vota conciliandæ virtutis: ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt: nempe Tarquini Prisci filio. *Macrobins.* Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi communiens pectus puerile. *Asconius.*

Circulatim.] Circa rogam cum lamentatione per vices spatiatæ multitudines in suum quæque circulum, & orbem collectæ, uno tempore quælibet patrio more sunt lamentatæ. *Sabellius.*

Præcipueque Iudæi.] Qui Cæsarem dilexisse videntur ob Pompeii cædem, à quo urbs ipsorum capta fuerat. Iudæos tamen militasse Pompejo contra Cæsarem testis Appianus. verum ea offensa mox bello Alexandrino expiata est: cui & interfuerunt, & egregiam Cæsari operam navaverunt. inde illa Cæsaris in eam gentem collata beneficia. *Iosephus De antiquit. lib. xiiii. Casaub.*

Bustum.] A bustis gladiatores bustiarii dicti sunt. Quidam censent, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum, sed ustrinum. *Servius.*

Helvium Cinnam.] Is superiori nocte secundum quietem visus erat sibi à Cæsare ad cœnam vocari, cumque detrectaret, ab eo manu abduci invitus atque repugnans: tum vero audiens, Cæsarem in foro cremari, honoris causa eo se conferre cœpit, tamen in somnio non nihil terreteretur. *Pinsarchus.*

Coloni-

Cinnam, per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie concionatum de Cæsare, requirebat, occidit: caputque ejus præfixum hastæ circumtulit. Postea solidam columnam prope xx. pedum lapidis Numidici in foro statuit: scripsitque, PARENTI PATRIÆ. Apud eandem longo tempore, sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere, perseveravit. Suspicionem Cæsar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse quod valitudine minus prospera uteretur: ideoque & quæ religiones monebant, & quæ renuntiarent amici, neglexisse. Sunt qui putent confisum eum novissimo illo Senat. conf. ac jurejurando, etiam custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se, removisse. Alii è diverso opinantur,

infi-

Columnam lapidis Numidici.] Numidicum lapideum seu marmor vocamus hodiernis temporibus Africanum, & est maculosus, nigro colore cum albo, & rubeo commixtus. De quo Plin. lib. xxxvi. cap. vi. Olin pavimenta, quæ hoc marmore strata erant, Punica pavimenta dicebantur. Marc. Donat.

Apud eandem longo tempore sacrificare.] Quomodo longo tempore cum statim per Dolabellam eos. ea columna sit dejecta? & tamen ait, perseveravit. Dio parcius, ἤνεν ἐν τῷ αἵματι. Casaub.

*Controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere.] Vult dicere, cultum cum locum instar templi: nam controversiæ in templis distrahi solitæ. Aliquando templa non ingrediebantur: sed officii sui satis se admonitos putabant, si ad eadem alicujus deum accessissent. Distrahebantur autem jurejurando interposito, ut ait Sueton. quod ideo vetus poëta eleganter appellavit *manile quo quotidianæ no-**

xæ extergeantur. Et jurabant per Deos heroas, magnoque viros defunctos. etiam per vivos: unde est illud apud Lucianum ὄρα τὸ εἶναι νῆι, pro observari colique ab aliquo officiosissime. Pertinet huc quod de hæreticis quibusdam ut Priscillianistis, Donatistis, aliis, in historia veteris ecclesiæ narratur. Nam & istis sectæ suæ princeps erat ὄρα τὸ: per illum jurabant, & controversias suas in ejus memoriis dirimebant. Casaubon.

Distrahere.] Distrahere controversias pro dissolvere ac finire dixit, ut secare lites Horat. Epist. ad Quintium,

Quo multæ magnæque secantur iudice lites.

Et Satyr. x. lib. 11.

— ridiculum ævi

Fortius & melius magnas plerumque secat res.

Torrent.

Sectantium se.] Cod. Salmf. adinspectantium se.

insidias undique imminentes subire semel confessum
satius esse, quam cavere semper. Alii ferunt dicere
solitum, non tam sua, quam Reip. interesse uti salvus
esset, se jam pridem potentia gloriaque abunde ade-
ptum: Remp. si quid sibi eveniret, neque quietam fo-
re, & aliquanto deteriore conditione civilia bella subi-
87 turam. Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei
mortem pene ex sententia obtigisse. Nam & quondam
cum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima vali-
tudine mandasse quaedam de funere suo, aspernatus
tam lentum mortis genus, subitam sibi celeremque
optaverat. Et pridie quam occideretur in sermone nato
super cœnam, apud M. Lepidum, quisnam esset finis
vitæ commodissimus, repentinum inopinatumque præ-
tulerat.

88 Periit sexto & quinquagesimo ætatis anno: atque in
deorum numerum relatus est, non ore modo decernen-
tium,

Supercœnam.] Pro inter cœnandum.
Aliud est *inter cœnam* inf. Aug. cap.
LXXI. pro inter cœnarum fercula. Torr.

Atque in deorum numerum relatus est.] Fere conditoribus urbium aut aliis de publica re bene meritis, honores heroici decerni soliti; donec paullatim pro diis habiti etiam isti. Nam deferre *τιμῆς ἡρωικῆς* est quod una voce *ἀνακτῆς* dicitur, & longe differt à *θεῶν*, ut notant veteres grammatici. Adulatio postea an superstitione *θεοποιία* invexit: cuius moris extat gravis censura apud Plutarchum in Romulo. Nam ut parentes à liberis consecrabantur, & privata religione colebantur: ita Imperatores qui patres patriæ & dicebantur, & habebantur, publice in deorum numerum relati, & publica religione culti. Primis temporibus, qui humanarum virtutum modum videbantur supergressi, horum nomina post ipsorum

obitum in rituales libros referebantur, & anno vertente, memoriam illorum celebrabant, atque eorum animas in beatorum insulas receptas esse, omni post futuro iudicio liberas sibi persuadebant. Cedrenus de antiquis Assyriis loquens, ritum hunc describit. *Cassaubon.*

Non ore modo decernentium, sed & persuasione.] Hinc toties in Augusti nummis CAESAR DIVI FILIVS. Eodem & illi spectant, qui cometam præferunt, ascriptumque, DIVVS IVLIVS. nec non ipsius Cæsaris nummi, post mortem ejus signati, cum stella nunc super vertice, nunc ante frontem, nunc post cervicem. De qua Virgilius quoque VI II. Æneid.

— patriumque aperitur vertice sidus,
Et in Eclog.

Ecce Dionai proceßit Cæsaris astrum,
Et Propert. lib. IIII.

At

rium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos ei heres AVGUSTUS edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam. Creditumque est, animam esse Cæsaris in calum recepti, & hac de causa simulacro ejus in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit: Idusque Martias parricidium nominari: ac ne umquam eo die senatus ageretur. Percussorum autem fere, neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Dammati omnes, alius alio casu perit: pars naufragio, pars prelio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt.

At pater Idalio miratus Cæsarem ab astro, Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides.

Torrent.

Ludis quos primo consecratos ei heres Augustus edebat.] Vox primo refertur debet non ad ludos, vel consecratos, sed ad verbum edebat. Iulio varii ludi fuerant consecrati, auctor de iis loquitur, quos reversus Apollonia primo edidit in patris honorem. Casaub.

Stella crinita.] Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Divo Augusto iudicatus ab ipso: qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: *Iis ipsis ludorum meorum diebus, fidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septentrionibus est, conspicitum. Id eriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Ea fidere significavi vulgus credidit, Cæsaris animam inter deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis ejus,*

quod mox in foro consecravimus, adjectum est. Plinius.

Percussorum autem fere, neque triennio quisquam supervixit.] Sane, fere: nam excessere triennium non pauci: ii sunt qui cum Sex. Pompejo erant. estque eorum mentio apud Appianum ac Dionem in pacis conditionibus, quæ convenit inter Cæsarem, Antonium, & Pompejum, anno V. C. DCCXV. post Caji necem quinto. Supervixerunt & Pompejo quidam, Antonio ipsos protegente: in his Parmensis ille Cassius, quem postremum omnium pœnas dedisse, Vellejus ait. Casaub.

Neque sua morte, &c.] Ita & Græci locuti sunt. Epiphanius libro 1. *εἰ μὴ τις λέγειται ὅτι ἔστιν ἄβελ, ἡ γὰρ πανάτω ἰδίῳ τὶ θνητῶν.* Prolomæus libro quæto Tetrabibli *ἰδίῳς τιλοῦσιν ἡανά- τῶς, & βιαίῳς* opponit invicem. Dicitur &, sua die mori, in veteri epigram. quo etiam modo Hebræi sunt locuti. lobus cap. xv. *עֲשֵׂה יוֹמִי כְּעֵשׂ אֲדָמָה* ad verbum, *עֲשֵׂה יוֹמִי כְּעֵשׂ אֲדָמָה*, id est, ut verterunt Græci, *ὡς ὅτι ἐστὶν ὅμοιος*. Casaub.

OCTAVIUS AVGVSTVS.



AMICVS, HOSTIS, TVTOR VRBIS ET TERROR,
PARENS ET VLTOR, MARTE MAGNVS INVICTO,
SED PACE MAIOR, ET TRIBVNVS ET CONSVL:
MENS AMPLA SVMMI CVNCTA IVNXIT OCTAVI.

I. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI.

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER II.

D. OCTAVIVS CÆSAR AVGVSTVS.

Gentem Octaviam Velitris precipuam olim fuisse, multa declarant. Nam & vicus celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur: & ostendebatur ara Octavio consecrata: qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem divinam faceret, nuntiata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco profecuit: atque ita praelium

in-

OCTAVIVS.] Aurelio Octavianus nominatur: cujus rei causa est, quoniam possessiva nomina loco patronymicorum apud Latinos usurpata sunt: ut Æmilianus Scipio, pro Æmilii filius. *Beroald.*

Gentem Octaviam.] Gens est Tulliorum, Corneliorum, Iuliorum, Octaviorum: familia autem pars est gentis, ut multis exemplis docui in libro de Nominibus. quas voces etiam si aliquando oratores confundunt, tamen ab eo, qui accuratus esse vult, proprie sunt usurpandæ. *Sigonius.* ita mox c. II. *Duplex Octaviorum familia.*

Vicus Octavius vocabatur.] Ait Diodorus lib. xx. honores heroicos esse istos: de nomine alicujus nomen loco imponere, ei aras, festa, ludos decernere, & similia his. Quod igitur mox addit, *Ostendebatur ara Octavio consecrata,* nihil vetat accipere de ara ipsi Octavio posita: etsi scio aliter videri doctissimis viris, qui de ara accipiunt ab Octavio consecrata. *Casaub.*

Semicruda.] Fuerunt & dii Romanorum tam bono stomacho quam Mars Veliternus: nam & iis cruda, nequam

semicruda, exta data. *Arnobius l. VII. Aversianibus stomachorum numina laborant? ut ad expellenda fastidia saporum varietas queratur? ut modo bis assa, modo cruda ponantur, semicotta modo & semicruda? Idem.*

Extæ.] Caput extorum erat in jecinore: cor autem non semper in parte extorum habitum est. Cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset, cor in extis haruspices aspicere coeperunt. Lustralia exta veteres dixerunt præpinguia: eo quod lustralis, id est, quinquennalis bos dicitur esse perfectæ ætatis. *Beroald.*

Profecuit.] Proficias, id est, partem extorum profecandam, & diis porriciendam, aræ superimponebant, & diis adolebant, reliquam partem vescebantur qui sacrificio intererant. Octavius hic honos habitus, ut ad eos, etiam absentes, reliquæ extorum referrentur. *Arrianus* in periplu Ponti Euxini verbo *αυλασχνύουσα* omnem ritum complexus est, quo exta inspiciuntur, probantur, aræ imponuntur, & que edulio sunt, comeduntur. quibus peractis tus & vinum in aram libabant. Ideo adjicit, *καὶ ἐπὶ τοῖς αὐλασχνύοις*

ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum ex-
 stabat, quo cavebatur ut in posterum quoque simili mo-
 do exta Marti redderentur, reliquiaeque ad Octavios
 2 referrentur. Ea gens à Tarquinio Prisco rege, inter
 Romanas gentes allecta in senatum, mox à Ser. Tullio
 in patricias transducta, procedente tempore ad plebem
 se contulit: ac rursus magno intervallo per D. Iu-
 lium in patriciatum rediit. Primus ex hac magistra-
 tum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quaestorius Cn.
 & C. procreavit: à quibus duplex Octaviorum fami-
 lia defluxit, conditione diversa. Siquidem Cn. & dein-
 ceptus ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis.

At

ἐπισημασμένη. Salmas. Extā si bona
 erant & placebant, profecabantur, ut
 Plautus Pœnulo Act. II. Scen. I. indicat.
 Livius lib. V. Qui ejus hostia exta PRO-
 SECVISSET, ei victoriam dari. Briffon.

Inter Romanas gentes.] Al. inter mino-
 res gentes. Sed prius illud retineo: nam
 gentes ipsas, sive familias patricias, alias
 majores, alias minores absolute dictas
 fuisse non existimo. Loci hujus senten-
 tia est, gentem Octaviam, cum Veliter-
 na esset, primo à Tarquinio Romam
 traductam, ac proinde Romanam fa-
 ctam fuisse, à Ser. Tullio autem etiam
 patriciam, cumque postea ad plebem
 transisset, à Divo Julio redactam ite-
 rum inter patricias. Sic nimirum etiam
 gens Claudia post Romam recens con-
 ditam eo ex Sabinis commigrans, mox
 Romana quidem facta est, sed anno de-
 mum sexto post exactos Reges in patri-
 cias cooptata. Auctor Livius, & Tran-
 quillus noster Claudio. Accedit, quod
 si gens Octavia à Tarquinio inter mi-
 nores gentes (ut quidam volunt) alle-
 cta fuit, sequitur eam jam ante Tullii
 tempora patriciam fuisse, siquidem dis-
 crimen illud majorum, minorumque
 gentium de patriciis tantum traditur.
 Atqui Suetonius à Tullio patriciam fa-

ctam tradit. Torrentius.

In patricias.] Patricii sunt vel majo-
 rum gentium, vel minorum. Majorum
 gentium sunt genere & sanguine patri-
 cii, id est, patrum à Romulo lektorum
 progenies: Minorum vero, cooptatione
 in patres postea patricii facti. Inde ex
 translatione quadam, ex diis eleganter
 quidam Majorum gentium M. Tullio
 dicuntur. Pithœus.

Transducta.] Sic de Claudio Tac. An-
 nal. XI. In numerum patriciorum adsci-
 vit vetustissimum quemque è senatu, aut
 quibus clari parentes fuerant, paucis jam
 reliquis familiarum quas Romulus majo-
 rum, & L. Brutus minorum gentium ap-
 pellaverant, ex banstis etiam quas dictator
 Caesar lege Cassia, & princeps Augustus
 lege Senia sublegere. Aliud Patricii, aliud
 Senatores. Senatores multi ex plebe.
 Claudius igitur, ne exstingui & inter-
 mori patriciorum familias pateretur,
 antiquissimum quemque è plebeis Se-
 natoribus retulit in patres. Lipsius.

Magno intervallo per D. Iulium.] Co-
 dex Salmas. magno inter divum Iulium,
 quod, sibi quoque in exemplari quo-
 dam repertum, non temere respuen-
 dum judicat Pithœus, cum veteres saepe
 magno absolute dixerint.

Mun-

At Cajus ejusque posteris, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine consistere, usque ad AVgusti patrem. Proavus AVgusti secundo Punico bello, stipendia in Sicilia tribunus militum fecit, Emilio Pappo imperatore. Avus municipalibus magistris contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. Sed hæc alii. Ipse AVgustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat restionem, è pago Thurino: avum argentarium. Nec quidquam ultra de paternis AVgusti majoribus reperi. Octavius pater à principio ætatis, & re & existimatione magna fuit: ut equidem mirer, hunc

Municipalibus.] Municipales sunt civitates Romani ex municipiis, legibus suis & suo jure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege adstricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est. Sed Coloniarum alia necessitudo est: quarum condicio, cum sit magis obnoxia & minus libera, potior tamen & præstabilior existimatur, propter amplitudinem majestatemque P. R. cujus istæ coloniarum quasi effigies parvæ simulacraque esse quædam videntur: & simul quia obscura obliterataque sunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignorantiam non queunt. *A. Gellius.*

Magistris.] Magistros vocari eos ajunt I. C. quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc dicti *Magistratus*. Magistrare etiam apud Festum pro moderari. Vnde non solum *artium*, sed etiam *pagorum*, *societatum*, *vicorum*, *collegiorum*, *conviviorum magistris*, & magistris dicuntur. *Torrent.*

M. Antonius libertinum ei proavum

exprobrat restionem.] Etate Suetonii extabant adhuc Antonii epistolæ, unde hæc sunt ab eo desumpta. Crematius Cordus apud Tacit. 1111. *Annal. Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent.* Fronto: *restianus qui facit, restio qui vendit.* Puto autem ea ratione restionem audisse proavum Octavii, qua pater Ciceronis dictus fullo, Demosthenis *μεγαλοπολις*: quod familias haberent eorum artificiorum peritas, ex eaque re ipsi, ut moris erat, quantum facerent. At Gratianus Valentiniani Augusti pater, *sumarius* fuit nuncupatus, quia funes venalities solitus circumferre, ut scribit Victor. *Cassaubon.*

E pago Thurino.] Urbes sine mœnibus pagi dicuntur, à fontibus, quod omnes eadem aqua uterentur, *πηγή* Græce fons vocatur. *pagatim* inde derivatur ea forma, qua oppidatim & regionatim dicimus. Livius: *Templa Deum, quæ pagatim sacra habebant, divini atque incendi jussit.* *Beroald.*

Et re.] Id est, divitiis & opulentis. Res quoque pro lite accipitur: unde ait

Cice-

hunc quoque à nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores, operasque campestras, proditum. Amplis enim innutritus opibus, honores & adeptus est facile, & egregie administravit. Ex prætura Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci & Catiline manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio sibi in senatu extra ordinem dato. Provincia præfuit, non minore justitia quam fortitudine. Namque Bessis ac Thracibus magno prælio fuis, ita socios tractavit, ut epistolæ M. Tullii Ciceronis exstent, quibus Q. fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur & monet,

Cicero in orat. pro Mur. nondum potuisse statuere Jurisconsultos, utrum rem an litem dici oporteret. *Idem.*

Argentarium.] Cicero pro Cæcina, de quodam dixit: *Roma argentariam non ignobilem fecit.* erant autem argentarii dices & copiosi homines, qui questum faciebant aut permutandis pecuniis, aut foenerandis. permutatio pecuniarum, unde lucrum petebant, à Græcis *collybus* dicta est. *Sigonius.*

Inter divisores.] Illud adde de promptum ex litteris interioribus, quod verba hæc, *Divisio; Divisor*, non solum criminosa sunt, sed & obscæna: ut divisores, padicones significentur. *Broald.*

Operasque campestras.] *Campestras operas* vocat eos qui in campo Martio suam comitiis operam præstabant, ut *questum Campestrum* Cicero de Arusp. resp. lucrum quod inde provenit. *Divisores* vero inter hos dicebantur qui pronunciatas à candidatis pecunias tributim dividebant, quemadmodum magistri Curie apud Plautum Aulular. Act. 1. Scen. 11. *Torrent.*

Ex prætura Macedoniam sortitus.] Successit Octavius prætorius C. Antonio viro consulari. Is ex consulatu quem gessit cum Cicerone in Macedoniam

abiit: estque inde reversus *cos. Q. Cæcilio Metello Celere, L. Afranio.* Ita incidit annus quo præfuit Macedonia Octavius in consulatum C. Cæsaris quo etiam tempore Q. Cicero Asiæ administrabat. Etsi autem consularis non erat Octavius, provinciam tamen rexit pro consule. Ideo scriptum in lapide de eo *Pr. Pro. Cos. Casaub.*

Bessis.] Bessi majorem Æmi partem tenent, & à latrociniis latrones appellantur, tuguria incolentes vitamque degentes duram: attingentes Rhodopen & Pannonas, & de Illyricis Autariatas ac Dardanios. *Strabo.*

Proconsulatum Asiæ administrantem.] Senatui lege Sempronia liberum erat, quos in quas vellent provincias mittere. Quanquam crediderim cum Prætorius aliquis in provinciam Consularem mittebatur, cum jure quoque Consulari mitti solere, verbi gratia cum x i i. fascibus, non sex tantum. Atque adeo juxta imperium quod à Senatu quis acceperat, pro Consule, aut pro Prætorieam provinciã administrare dicebatur, tametsi prætorius Consularem, aut à diverso Consularis Prætoriam adeptus esset. Exempla frequenter occurrunt, ut Q. Ciceronis huc. *Quin & C. Octavius,*

net, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. Decedens Macedonia, prius quam confiteri se candidatum consulatus posset, morte obiit repentina, superstitibus liberis, Octavia maiore, quam ex Ancharia: & Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo, & Iulia sorore C. Cæsare, genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, à matre Magnum Pompeium arētissimo contingebat gradu: functusque honore præturae, inter XX. viros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. Verum M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afrigenis fuisse, & modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciæ exercuisse, objicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum, Materna tibi farina: siquidem ex crudissimo Ariciæ pistrino hanc finxit manibus collybo decoloratis

Nc-

vius, Augusti pater, Prætorius tantum, Macedoniam obtinuit, quam tamen & ante eum & post eum Consulares sortitos fuisse legimus. *Torrent.*

Agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. Relictus adhuc fuerat in possessione populi Romani. ager Campanus, quem neque colonis distribui, neque à privatis locupletibus emi fuerat passus. hujus igitur vectigali, cum à Cæsare consule esset divisus, resp. spoliata atque nudata est. unde merito dixit Cicero, portorii Italiz sublatis, agro Campano diviso, vectigal nullum superesse domesticum præter vicissimam. *Sigonius.*

Despiciens etiam maternam Augusti originem. Virgil. Æn. v.

Alter Atis, genus inde Atii duxere Latini,

Pater Atis, præterque puer dilectus Inlo.

Hoc propter Atiam dicit matrem Augusti: de qua Antonius ait, Aricina mater. Vult enim ejus etiam maternum esse genus antiquum. *Servius.*

Taxat. Maledictis tangit. inde taxatores dicti scemici histriones, quod maledictis alter alterum tangat. Alias Taxatio dicitur astimatio & indicatura. *Beroald.*

Hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonenfis mensarius. Objicit avum patrum nummularium. Est autem sermo allegoricus. Tuus, inquit, pater avus farinam sumpsit è pistrino crudissimo Aricino: hoc est, uxorem duxit filiam pistoris Aricini, cujusdam hominis vilissimi, & ex ea farinam finxit & formavit, tanquam aliquod dulciarium

5 Nerulonensis mensarius. *Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone, & Antonio COSS. IX. Kal. Octobris, paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad Capita bubula: ubi nunc sacrarium habet, aliquanto post quam*

ex-

ciarium opus (hoc est genuit) patrem tuum Octavium. verbum *finxit* optime isti loco convenit: nam ex farina finguntur opera dulciaria, quorum figurae erant infinitae, ut placentae, scribitae, crustula, lucunculi, hami, lacer-tuli, spicae, globuli, enchytra, circuli, liba, aliaque plurima. *Casaub.*

*Nerulonensis.] Nerulum duplex apud scriptores observamus, alterum in Lucanis, quod à Romanis vi captum scribit Liv. lib. ix. alterum in Latio, non multum distans ab Vrbe, quod & hodie Nerulo vocatur, prope monasterium Farfaræ situm, à quo populi Nerulanenses dicti, quorum meminit Plin. l. iii. cap. vi. licet mendosi textus habeant Verolenses. *Matr. Donatus.**

*Mensarius.] Mensarius idem qui argentarius. quanquam ante Caesarum tempora mensarii nomen paulo videtur fuisse honestius, cum non nisi de publica ratione diceretur, (unde apud Livium nunc Quinqueviros, nunc Triumviros mensarios creatos legimus, rei nummariae publicae curatores) Iurisperiti tamen nostri, & qui sub Caesaribus scripsere, indifferenter usi sunt, ut hoc loco Sueton. & Capitolin. vita M. Antonini, *Leges de mensariis & auctoribus tulit. Quin & mensularios vocat Scævola l. xlvii. De pactis, & Ulpianus l. xlii. De rebus auctor. jud. possidendis, uti & nummularios. Quanquam inter nummularios & argentarios discriminis aliquid fuisse indicat Ulpianus l. ix. De edendo. Sed qui diligenter Suetonii toto hoc loco verba expendit, inveniet nihil inter argentarium, mensariumque ac nummularium interesse. Graeci trapezitas vocant. *Torrentius.***

Natus est Augustus, &c.] Nigidius Figulus senator Octavium, qui ob filii

nativitatem in senatum tardius veniebat, interrogavit, cur cunctatus fuisset: cognitaque causa exclamavit, *Demum nobis genuisti.* Eo sermone conturbatum Octavium; ac necare infantem volentem inhibuit, quod ei infantiale quid evenire impossibile foret. *Dis Casius.*

ix. Kal. Octobris paulo ante solis exortum.] Alibi dicit, ejus horoscopum esse Capricornum. Hæc sunt *ἱερὸν αὐτοῦ*: Nam multo tempore ante natum Octavium, ad reformationem fastorum & editionem anni Juliani, xxii. Septembris incidit in Iulium hodiernam. Ergo ante exortum aut exortu ipso solis. Quomodo igitur Capricorno horoscopante? Nam nimmi signati nota Capricorni, qui & hodie plurimi extant, fidem faciunt rei. Quid dicemus igitur? semper hæc fuit suspicio mea: Augustum sole occidente natum. Nam quamdiu sol Cancrum obtinet, eo occidente, oritur *ἀπὸ τοῦ ἄρκτου* Capricornus. Hæc est vetus suspicio mea, quæ confirmatur versibus nondum editis ex Aratae Germanici Caesaris, in quibus plane *ἱερὸν αὐτοῦ* Augusti est *ἀπὸ τοῦ ἄρκτου*, oriente Capricorno. *Joseph. Scaliger.*

Vbi nunc sacrarium habet.] Sacrarium est Servio, in illud Virgilio Aeneid, xii.

— *duri sacraria Ditis.*

& Isidoro, non ipse locus sacer, sed in quo res sacrae deponuntur, quod (ut inquit Ulpian. l. ix. De rerum divis.) etiam in ædificio privato esse potest. Atque adeo interdictum ne quid in loco sacro fiat, id sacratio non competit. Sueton. tamen pro sacello uti videtur, ut non semel Cicero. *Torrent.*

Lu

excessit, constitutum. Nam ut senatus Actis continetur, cum C. Lectorius adolescens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii pœna, præter ætatem atque natales, hoc quoque patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac velut adituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset, peteretque donari, quasi proprio suo, ac peculiari Deo: decretum est ut ea pars domus consecraretur. Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano, juxta Velitras permoticus, & cella penuraria instar: tenetque vicinitatem opinio, tamquam & natus ibi sit. Huc introire nisi necessario & caste, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam & metus obijciatur: sed & mox confirmata est. Nam cum possessor villa novus, seu forte, seu tentandi caussa cubitum se eo contulisset

In deprecanda graviore adulterii pœna.] Legitima simplicis adulterii pœna relegatio fuit, non mors, nec deportatio; idque vel ex eo etiam liquet, quod à Lentulo Getulico Aquiliam lege Julia damnatam, Tiberius dum vult suam adversus reos inclementiam ostentare, exilio punivit, auctore Tacito. Exilio, id est, deportatione. id enim exilium proprie est, relegatione gravius. Primi Constantius, & Constans, non Constantinus, id capitale fecerunt. *Cujacius.*

Præter ætatem.] Hæc adlegatio non admittebatur lege Julia. Papinianus, *Si minor ætatis adulterium commiserit, lege Julia tenetur: quoniam tale crimen post pubertatem incipit. Casaub.*

Adituum soli.] Adituum dicitur, qui tuetur, hoc est, curat res sacras: ut interpretatur Varro lib. III. de Latina lingua. Idem scribit in I. De re rustica, à præcis *adituum*, non *adituum* dici solitum. Et, ut auctor est Gellius

in XI. *adituum* ea forma dicitur, quæ *finitimus*, & *legitimus*. *Beroald.*

Nascens attigisset.] Tangit morem præcorum, apud quos infantes partu editi non prius vocem edebant, quam attigissent terram: Ope dea invocata, ut nascentibus opem ferret, excipiens eos sinu terræ. *Levana* vero dea vocabatur, quæ pueris præerat de terra levandis. Authores Augustinus IV. De civitate Dei, & Macrobius I. Saturnal. Hoc idem signat Suetonius in Nerone, scribens eum ex oriente Sole natum esse, pæne ut radiis prius, quam terra contingeretur. Et hoc est, quod intelligi voluit Plinius sic scribens in VII. *Hominem tantum nudum, & in insula humo natali die abijci ad vagitus. Idem.*

Caste.] Sicuti cum castimonia adire templa solemus. Hinc illa Ciceronis lex: *Ad deos caste adeunto.* & , ut ipse interpretatur, *Caste jubet lex adire ad deos: animo videlicet, in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis. Idem.*

Quod

tulisset: evenit, ut post paucissimas noctis horas extur-
 batus inde subita vi, & incerta, pene semianimis cum
 7 strato simul ante fores inveniretur. Infanti cognomen
 THVRINO inditum est, in memoriam majorum ori-
 ginis: vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pa-
 ter Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat.
 Thurinum cognominatum, satis certa probatione tra-
 diderim, nactus puerilem imagunculam ejus aream
 veterem, ferreis ac pene jam exolescentibus litteris, hoc
 nomine inscriptam: quæ dono à me Principi data in-
 ter cubiculares colitur. Sed & à M. Antonio in episto-
 lis per contumeliam sæpe Thurinus appellatur: & ipse
 nihil amplius quam mirari se rescribit, Pro oppro-
 brio

Quod in regione Thurina recens nato,
 pater Octavius adversus fugitivos rem pro-
 spere gesserat.] Eo tempore Octavius
 F. annum agebat tertium. Cautè igitur
 accipe verbum recens. simul observa:
 Nominalibus non fuisse imposta co-
 gnomina: sed postea ex occasione ca-
 ptatum omen aut decus. Casaub.

Imagunculam ejus aream veterem fer-
 reis litteris inscriptam.] Seneca episto-
 la v. Non habeamus argentum in quod so-
 lidi auri calatura descenderit. Observo
 Græcos hanc artem τέχνην ἐμπνεύ-
 κλῶν nominasse. Athenæus libro x l.
 in fabrica Nestorei populi οἱ μὲν εἰς λί-
 γυρον ἔξωθεν δεῖν ἐμπείραδ' τῆς χρυ-
 σῆς ἢ λυγρῶν δὲ χρυσοῦ ἐκπύμασι καὶ
 πλὴν ἐμπνεύκλῶν τέχνην. Non existi-
 mo autem in hujus artis operibus ca-
 laturam auream quæ in argentum des-
 cendebat, fuisse exemptilem. Quare non
 assentior viro docto, qui superiorem
 Senecæ locum de emblematis interpre-
 tatur. Nam emblemata, ut è M. Tullii
 Verrinis scimus, evelli poterant è vasis
 quibus illigata prius fuerant, & aliis
 includi, quod in litteris ejus imagun-

culæ, quam commemorat Suetonius,
 non magis fieri poterat, quam calaturæ
 aureæ in iis operibus quæ hodie voca-
 mus Damascena. Idem.

Ferreis.] Hujusmodi imaguncularum
 reliquiæ, quas nobis videre permultas
 contigit, admonent, ut hic legamus
 Ferruzineis. F. Vrsinus.

Inter cubiculares colitur.] Imagines
 dedicatas soliti habere veteres in variis
 ædium partibus: suorum quidem ma-
 jorum, ut notum est, in atrio: hoc est
 celeberrimo ædium loco & maxime
 conspicuo. Eorum vero quos amarent,
 in cubiculo: At viri docti in biblio-
 thecis non in cubiculis dedicatas habe-
 bant veterum auctorum imagines, ut
 ex Cicerone, Plinio, Juvenale, aliisque
 constat. Colebantur autem in cubiculo
 istæ imagines una cum laribus: eorum-
 que custodiæ apponi solitus puer. Poste-
 rioribus imperatoribus peculiaris mo-
 ris fuit, ut in cubiculo ipsorum Fortu-
 na esset aurea, quam morituri ad eum
 trans mittebant qui sibi esset successu-
 rus. Vide Capitolium in Antonino
 Pio, & Marco Antonino Philosopho:
 item Spartianum in Severo. Casaub.

brio nomen prius sibi objici. *Postea C. CÆSARIS, & deinde AVGVSTI cognomen assumpsit: alterum, testamento majoris avunculi: alterum, Munatii Plan- ci sententia: cum quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, prævaluisset, ut AVGVSTUS potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecra- tur, augusta dicantur, ab auctu vel ab avium gestu, gustu ve, sicut etiam Ennius docet, scribens,*

Augusto augurio postquam inclyta condita
Roma est.

Quadrimum, patrem amisit: duodecimum annum a- gens, aviam Iuliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumpta, militaribus donis

trium-

Munatii Plan- ci sententia.] Hic cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit: quæ mox civitas temporibus Senecæ incendio deflagavit. Planco dici voluerunt eos, qui supra modum pedibus planis essent: à tabulis planis, quæ planicie appellantur. Plin. in octavo: Nec pontes asini transeant, per varietatem planicarum translucentibus fluviiis. Beroal.

Romulum appellari oportere.] Tractatū etiam in Senatu, an quia condisset Imp. Romulus vocaretur: sed sanctius & reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine & titulo consecraretur. Florus.

Ab auctu.] Vel ominis boni gratia: vel, ut ait Dio, ὡς ἐ πλεονόν τι, ἢ κτ' ἄλλοις ὡς: nam augere verbum erit sacrorum. infra hoc libro, augere hostias iussit. in dedicatione aræ Narbonensis, Si quis hunc aræ donum dare augereque velit licito. inde maetus, magmen, & magmentum. Casaub.

Vel ab avium gestu gustu ve.] Ecclus gn-

statu ve: quod malim. Docti viri gestum avium ad tripudium solistimum referunt: sed, meo iudicio, non bene: nam ad augurium ex avium volatu referri debet: non enim volatum tantum observabant, sed & quomodo se gererent in volando. Inde illa avium divisio in disciplina augurali, alias auspicium facere ore: alias ore & alis: alias volatu & alis. Idem.

Augurio.] Auguriorū tria genera fuisse ex Servio observamus. Erant enim aut Oblativa, quæ non poscebantur, aut impetrativa, quæ optata eveniebant: aut Stativa, in quibus considerabatur, quod in loco Auguria peragi deberent. Brissonius.

Condita Roma est.] Ut Romulo, Urbem excitaturo, duodecim se vultures ostenderunt: sic Augusto primo consulatu augurium capienti, totidem sunt oblati. vid infra cap. xcv.

Virili toga sumpta.] Ex censione Servii Tullii pueritia decimo septimo anno finiebatur: idem sentit Vlpianus In-

H rison-

triumpho Cæsaris Africano donatus est, quamquam
 expers belli propter aetatem. Profectum mox avuncu-
 lum in Hispanias, adversus Cn. Pompeii liberos, vix dum
 firmus à gravi valitudine, per hostibus infestas vias,
 paucissimis comitibus, naufragio etiam factò, subsequen-
 tus, magnopere demeruit, approbata cito etiam morum
 indole super itineris industriam. Cæsare post receptas
 Hispanias, expeditionem in Dacos, & inde in Parthos,
 destinante, præmissus Apolloniam, studiis vacavit. Ut-
 que primum occisum eum, heredemque se comperit,
 diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id qui-
 dem consilium ut præceptumque omisit: tete-
 rum, urbe repetita, hereditatem adiit, dubitante ma-
 tre,

risconsultus, qui titulo De postulando,
 sic inquit: *Pueritiam duntaxat minorem
 annis septemdecim, qui eos non in totum
 complevit, prohibetur postulare.* Augustus
 non expectato ut ætas pueritæ integra
 perageretur, decimo sexto ætatis anno
 sumpsit virilem *rogam*, tanquam vir-
 tute vicisset ætatem. *Beroald.*

Militaribus donis.] Donorum mili-
 tarium duo genera: *Minora & Majora.*
 Minora sunt, quæ ob læsum aut de-
 cætam hostem data. Majora, ob serva-
 tum civem, aut aliam majoris usus for-
 titudinem. Minora sunt *Hasta pura*,
 quod jaculi genus sine ferro: *phiala* sive
armilla, quæ pediti: *phalera*, quæ equiti
 dabatur: item *Vexillum*, idque vel pu-
 rum, quod uniusmodi coloris, nec tin-
 ctum: vel *bicolor* quod diversi coloris.
 Majora dona sunt *Corona*, quæ plures,
 ob plures causas. *Lipsius.*

Post receptas Hispanias.] Codex Sal-
 mal. *Spanias.*

Apolloniam.] Vulgo his temporibus
 Valonia nominatur. Stephanus urbes
 Apollonias numero viginti quinque per-
 censet. *Beroald.* Post sinum Rhizicum
 Lissus est, & Actrolissus, & Epidamnus

à Corcyræis condita, quæ nunc à penin-
 sula, cui imposita est, nomen Dyrrachii
 tenet. Inde Apsus, & Aous fluvii, at-
 que prope hunc Apollonia urbs legi-
 bus optimis temperata, condita à Co-
 rinthiis & Corcyræis, distita à flumine
 stadiis x. à mari lx. *Strabo.*

Urbe repetita.] Iam tamen heredita-
 tem Brundisii creverat, & nomen Cæ-
 saris usurpare cœperat. *Casaub.* Here-
 des scripti hereditatē Cernere quando-
 que jubebantur, rogabanturve. Plinius
 lib. x. Epist. ad Traj. *Julius Lægus ro-
 gavit Testamento, ut hereditatem suam
 adirem cerneremque.* Quod uti fieret, do-
 cet Ulpian. Tit. xxii. *Cretio est, in-
 quiens, certorum dierum spatium, quod
 datur instituto heredi ad deliberandum,
 utrum expediat ei adire hereditatem, nec
 ne, velut: Titius heres esto, cernoque in
 diebus centum proximis, quibus scieris po-
 terisque: nisi ita creveris, exheres esto.*
Briffonius.

Hereditatem adiit.] Hereditatem ad-
 euntes, hoc verbo a *DEO* utebantur, ut
 ex l. eum qui, §. ult. ff. eo. & Ulpiano
 Tit. xxii. liquet. *Idem.*

Dubitante matre.] Non placebat A-
 tie

tre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum
dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus compa-
ratis, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido,
dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos, no-
vissime per quatuor & XL. solus Remp. tenuit. Pro-
posita vita ejus velut summa, partes sigillatim, neque
per tempora, sed per species, exsequar: quo distinctius
demonstrari cognoscique possint. Bella civilia quinque
gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum,
Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adver-
sus M. Antonium: secundum adversum Brutum &
Cassium: tertium adversum L. Antonium Triumviri
fratrem: quartum adversus Sex. Pompeium, Cn. fi-
lium. OMNIVM bellorum initium & causam hinc
sumsit, nihil convenientius ducens quam necem avun-
culi vindicare, tuerique acta. Confestim ut Apollonia
reducit, Brutum Cassiumque, & vi, nec opinantes, &
quia prævissum periculum subterfugerant, legibus ag-
gredi, reosque cadis absentes deferre statuit. Ludos

au-

ritæ matri Philippoq; vitrico, adiri no-
men invidiosæ fortunæ Cæsaris: sed af-
ferebant salutaria reipublicæ terrarum-
que orbis fata conditorem, conservato-
remque Romani nominis. Sprevit ita-
que cœlestis animus humana consilia;
& cum periculo potius summa, quam
tuto humilia, proposuit sequi, maluit-
que avunculo, & Cæsari de se, quam vi-
trico, credere: distitans, nefas esse, quo
nomine Cæsari dignus esset visus, se-
met ipsum videri indignum. *Vellejus.*

Sigillatim.] Cod. Salmaf. *sigillatim.*

Per species.] Ut alio bellica gesta lo-
co, alio politica, alio œconomica dicantur.
Hæc sparsim, non per tempora scilicet,
sed ut suo quæque loco referantur.
Sabell.

Legibus aggredi.] Lege Cornelia de
siccariis, aut Julia de vi publica, aut Ju-
lia majestatis. *Casaub.*

Deferre.] Accusator rei nomen deferebat,
Iudex vero quaestionis recipiebat.
Cic. 1 v. in Verrem. Palam de sella ac tri-
bunali pronuntiat, si quis absentem Sthe-
nium rei capitalis rem facere vellet, sese
ejus nomen recepturum: & simul, ut ad
causam accederet, nomenque deferret, Ag-
gabium novum affinem atque hospitem
cæpi hortari. *Brislonius.*

*Ludos autem victoriæ Cæsaris ipse edi-
dit.*] Vir doctus refert ad Palilia, (id
est, urbis natalem) quibus celebrata ex
S. Cro memoria Cæsarianæ victoriæ
de Pompeii liberis in Hispania victis:
sed falli cum ex Ciceronis epistolis in-

autem victoria Caesaris non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exsequeretur, in locum Trib. plebis forte demortui, candidatum se ostendit: quamquam patricius, nec dum senator. Sed adversante conatibus suis M. Antonio consule, quem vel principium adiutorem speraverat: ac ne publicum quidem & translaticium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimæ mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus eum invisum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum Mutinæ, provincia à Cesare data, & per senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei suborna-

vit.

telligimus. Dies Paliliorum fuit xi. Cal. Maj. Hos vero ludos adhuc parabat Marius xv. Kal. Jun. nec nisi aliquanto tempore post sunt editi. *Casaub.*

Victoria.] Pharsalicæ. Plinius Veneri Genitrici sacros fuisse ait. Appianus, templum victoriæ Cæsarem in Pharsalia vovisse tradidit. Varro Venerem, & Victoriæ eandem esse sentire videtur. *Sibell.*

Non audentibus facere quibus obtigerat id munus.] Ludos institutos ob perfectionem fani Veneris, quos vivo adhuc Cæsare quidam sese celebraturos receperant, sed tum, sicut & equestre certamen Parilibus, negligebant, ipse suis sumptibus, tanquam ad se ratione generis pertinens, ad captandum populi gratiam, fecit. *Dio Cassius.*

In locum Trib. plebis candidatum se ostendit.] Inclinantibus reip. fatis, vetera instituta neglecti habita. Sic patricius Octavius ad Tribunatum plebis aspiravit, quem, cæteris magistratibus varie commentibus, constanter hætenus plebeii sibi vindicaverant. Vnde P. Clodius, ut locum illi adipsiceretur, à patribus ad plebem, traduce Cæ-

sare, transit. supra Iul. cap. xx. Ne quid tamen dissimuletur, antiquiori etiam ævo duos patricios consularesque, Sp. Tarpejum & A. Æternium, in Tribunorum pl. collegium cooptatos legimus apud Liv. lib. 111.

Nec dum senator.] Lex erat, ut crearentur tantum è Senatu, id est, ut nemo Tribunus esse posset, nisi qui antea Senator: Senator tamen plebejus. Appianus ambigit, rectene id referatur ad Syllam. *Nec constat,* inquit, *an Tribunatum, uti nunc est, à plebe ad Senatum transulerit.* *Lipsius.*

Ac ne publicum quidem & translaticium jus.] Ius translaticium Græcis ἐκὺκλιον δικαίον: quasi ordinarium, in quotidiano usu positum. Demosthenes in Aristogitonem oratione priore, οἱ γὰρ ἐδὲ τὸ ἴσον, ἐδὲ τὸ ἐκὺκλιον δικαίων μετακείτω διδόντων οἱ νόμοι. *Casaub.*

Percussores ei subornavit.] Multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probant. *Cicero.* Divus Augustus, duodevicesimum egressus

vit. Hac fraude deprehensa, periculum invicem metuens, veteranos simul & in suum ac Reip. auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Iussusque comparato exercitui pro prætore præesse, & cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus præliis. Priore, Antonius eum fugisse scribit: ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse: sequenti, satis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere: atque in media dimicatione, aquilifero legionis suæ graviter saucio, aquilam humeris subiisse, diuque portasse. Hoc bello cum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex vulnere, perissent,

ru-

gressus annum, jam pugiones in sinu amicorum abscondit: jam insidiis M. Antonii Cos. latus petiit. Seneca.

Pro prætore.] Cicero Philippica V. Sit pro prætore eo jure, quo qui optimo, qui honos quanquam est magnus illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet. Idem paulo post, ita decernendum censet: Senatui placere, C. Casarem C. F. pontificem pro prætorem, senatorem esse, sententiamque loco prætorio dicere: ejusque rationem, quemcumque magistratum petet, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quaestor fuisset.

Sine paludamento.] Hoc erat hærens & turpis fugæ argumentum: nam in summo periculo aut fuga, soliti duces paludamenta & omnia insignia honoris ponere. Cæsar lxx. De bello civ. Pompejus cum jam intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detraxis insignibus Imperatoris, decumana porta se ex castris ejecit. Horatius de Antonio:

Terra marique victus hostis, punico
Lugabre mutavit sagum. Casaub.

Legionis suæ.] Quare lux, si toti exercitui præfuit? Aur igitur suam vocat,

quam eo in prælio circa se habuit, aut appositum legionis nomen scriba non intelligens, textum corrupit. Magis tamen placet ut suam vocet quam ante collegerat, quam ad eum Marcia & Quarta transfugerent. Dio evocatorum legionem appellat. Torrent.

Aquilam humeris subiisse, diuque portasse.] Quod sane mirum: nam & signa militaria scimus fuisse tanti ponderis, ut iis portandis vix valentissimi humeri sufficerent: & Octavius nec ætate ea tum fuit, nec lacertis illis, ut sine maximo conatu par oneri esse posset. Herodianus in Caracalla ut arduum & rarum norat, quod suffecerit bajulandis interdum signis, dum per omnia militibus suis vult facere se æqualem. Auctor historię Miscellæ, libro xi. de Constantini labaro loquens: Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent, quorum opus erat, ut vicibus humeris eum reberent, & omnes acies ita lustrarent. Casaub.

Pansa ex vulnere.] Cadaver Hircii & Pansæ Romam deferri iussit Augustus, in quorum funere libitinarii rerum suarum usum ministeriumque gratui-

rumor increbuit, ambos opera ejus occisos: ut Antonio fugato, Rep. consulibus orbata, solus victores exercitus occuparet. Pansa quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e consulibus, Hirtium, in pugna tumultu ab ipso interemptum. Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido receptum, ceterosque duces, & exercitus, consentire pro patribus, causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad pretextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus: quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent: ne aut sibi, aut veteranis pars gratia referretur. Et quo magis poenitentiam prioris sectae approbaret, Nursinos grandi pecunia, & quam pendere

ne-

tum praestiterunt, quia pro Rep. dimicantes occiderant. *Beroald.*

Rumor increbuit, ambo opera ejus occisos.] Dicebatur, ubi decreto patrum, fasces, & jus praetoris invaserit, caesis Hirtio & Pansa (sive hostis illos, seu Pansam venenum vulnere adfusum, sive milites Hirtium, & machinator doli Caesar abstulerat) utriusque copias occupavisse, extortum invito senatu consulatum, armaque quae in Antonium acceperit contra Remp. versa. *Tacitus.*

A M. Lepido receptum.] Antonius saepius in conspectum veniens militum, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat sobrius, per aversa castrorum proruto vallo militibus receptus est: qui titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes eum foret. *Vellejus.*

Ceterosque duces & exercitus consentire pro patribus.] Si ad verba Suetonii attendimus, non possumus alteram lectionem pro partibus damnare: profus-

enim videtur ad M. Antonium, Lepidum, Plancum & Silanum respicere, eosque exercitus, qui in Gallia Cisalpina tum erant. Nam & horum magnus fuit pro patribus consensus: quod Vellejus, Plutarchus, aliique narrant. Inde illa tam subita victi Antonii velut in integrum restitutio: habuit enim hic quoque eo tempore de quo sentit auctor, legiones septemdecim: totidem videlicet, quot Bruto Cassioque tribuit Vellejus. *Casaub.*

Alii ornandum tollendumque jactassent.] Iocum Ciceronis Octavius mox Romam reversus ad rapiendum magis quam petendum consulatum, non invenuste ἀντιμυκθήσει. Venienti enim ad se Ciceroni, suaque in illum officia venditanti, respondit non aliter quam, ὅτι φίλων αὐτῷ πλουταῖν & ἐντυχεῖνοι, ait Appianus: hoc est, Quod amicorum novissimus eius salutare, sententia acuta & ancipiti. *Idem.*

Inita

nequirent, multatos, extorres egit oppido: quod Mutinensi acie interemptorum civium tumulto publice exstructo adscripserant, Pro libertate eos occubuisse. Inita cum Antonio & Lepido societate, Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque aeger, duplici pralio transegit: quorum priore castris exutus, vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec successum victoriae moderatus est: sed capite Bruti Romam misso, ut statuæ Cæsaris subjiceretur, in splendidissimum quemque captivum, non sine verborum contumelia sævit. Ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur, iam istam in volucrum fore potestatem: alios, patrem & filium, pro vita roganteis, sortiri vel dimicare jussisse, ut alterutri concederetur:

ac

Inita societate.] Antonius, Lepidus & Augustus convenerunt in insulam, quam facit Lavinus fluvius Bononiensis: quam nos ob id ipsam cum parum devia sit, olim studiose inspeximus. Ibi non solum scelerata colloquia inter eos habita sunt per triduum, verum & facta sceleratiora extiterunt. Hic proscriptio illa nefaria: hic permutatio cædium infanda confecta est: hic in primis Cicero proscriptus: quem Augustus ob reverentiam patrem appellare solebat. *Bernald.*

In splendidissimum quemque captivum, non sine verborum contumelia sævit.] Al. *secuit*, sine in ante splendidissimum, quæ lectio mire sævitiam Octavii intendit. *secuit* enim, vel ad flagellationem ante supplicium (qui mos in servus receptus olim) referendum: ut apud Horat. de Mena. *Seculus flagellis hic triumphalibus.* Vel ad quodvis aliud sævæ excarnificationis genus. sic *πέμνειν* apud Græcos. & Matthæi c. xxv. *ἡξεῖ ἡ κύρα* & *δύλω σοεῖν* ἐν ἡμέρᾳ ἧ ε̄ *αὐτοδουλείᾳ*, καὶ ὅν. ἄρῃ ἧ ε̄ *ζωώσκει*,

ε̄ διχοτομοῦσ' αὐτὸν. Sic etiam Latini scindere verbum usurpant. *Martialis Marci Ruse* coquum scindere quam leporem. Et revera sectio usurpata olim in suppliciis præsertim servorum. Princeps poetarum vocat *Διχοτομοῦσ' αὐτὸν*. Nota etiam illa ἐκ xi. tabulis de confessi æris judicatis nec solventibus, TERTIIS NYNDINIS PARTIBUS SECANTO. apud Aul. Gellium, Quintilianum & Tertullianum. Quæ sævitia licet multis mira videatur, exemplis confirmari potest. Sic *Bæbius Syllæ* jussu in frustra laceratur: ut est apud Florum & Lucanum. item alius senator jussu Caligulæ: de quo *Tranquillus* libro quarto. Etiam apud *Socratem* lib. vi. *Hypatia* illa doctissima, *μελεδδὸν Διχοτομοῦσ' αὐτὸν* à furente populo Alexandrino. *Casimb.*

In volucrum potestatem fore.] Sic Cic. Pro lege Manilia, cum vestros portus, in prædonum fuisse potestatem sciatis. *Torrentius.* Ita in conspectum fuisse cap. xvi.

Sortiri vel dimicare.] Al. *sortiri vel micare.* Ea si placet lectio, noverimus lo-

ac spectasse utrumque morientem, cum patre, qui se obtulerat, occiso, filius quoque voluntaria occubisset nece. Quare ceteri, & in his M. Favonius, ille Catonis amulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc fœdissimo convicio coram prosciderunt. Partitis post victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset: neque veteranorum, neque possessorum gratiam tenuit: alteris, pelli se, alteris, non pro spe meritorum tractari querentibus. Quo tempore L. Antonium, fiducia consulatus quem gerebat, ac fraternæ potentia, res novas molientem, con-

quendi genus: sic enim loquitur quasi diversa essent *sortiri & micare*: quum non aliter differant quam ut genus & species. Glossarium, *micare* λαισχεύειν. Sortitionis varii erant modi: micare, de ea dicitur quæ fit per digitos subito expansos sub certo numero. Etiam in contractibus faciendis si de pretio aliave qua re non conveniret, micatione controversiam tollebant. sic res in foro, sic carnes de lanio emebantur. Quod tamen postea jure mutatum est, cautumque ut sub exagio, hoc est, *ὑπὸ μισθῷ*, non micatione carnes ementur. Lapis vetus: EX AVCTORITATE TURCI APRONIANI V. C. PRAEFECTI VRBIS. RATIO DOCVIT UTILITATE SVADENTE CONSVEVDINE MICANDI SVMMOTA SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE QVAM DIGITIS CONVDENTIBVS TRADERE. Hinc ortum putem proverbium, *Dignus qui cum vel in tenebris mices*. Casaubon. Tò *micare* comprobatur Codex Salmassii.

Pelli se.] Tales, in coloniarum deductione, imprimis frequentatæ que-

relæ. His enim ut nihil ad vim imperii firmiter, ita nihil in subditos cogitari potuit tristius. Miseri provinciales momento temporis bonis, & fortunis omnibus provolvebantur. idque nihil ausi, nihil meriti, sed pro crimine omni, opes aut opimi agri. Solus Octavianus in sola Italia xxviii. colonias collocavit; in provinciis quot libuit. Nec alia res magis, ut ego scio, exitio fuit Gallis Hispanisque. *Lipsius.*

L. Antonium.] M. Antonii triumviri fratrem. Post Cæsaris interitum ita accidit, ut uno tempore M. Antonius consul esset, Cajus alter frater praetor, Lucius, qui tertius erat, tribunus plebis: sed is Lucius sub id tempus, quoad Perusiam bellatum est, consul erat. *Sabell.*

Res novas molientem.] Cum constet non tam belli causam eum præbuisse, quam Fulviæ præbenti secundas egisse. Hic enim est L. Antonius, qui cognomen meruit *Pietas*, propter insignem pietatem, ut Dio ait, in fratrem: ut ego putabam, in Remp. quam ille omni ope annisus est vindicare in pristinam libertatem, *Casaub.*

fugere Perusiam coëgit, & ad deditiorem fame compulit: non tamen sine magnis suis & ante bellum & in bello discriminibus. Nam cum spectaculo ludorum gregarium militem in XIII. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obtrektoribus dilato, quasi eundem mox & discruciatum necasset: minimum absuit quin periret, concursu & indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine injuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans, 15
 parte interceptus est à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat. Perusia capta, in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrens, Moriendum esse. Scribunt quidam, trecentos ex deditiis electos, utriusque ordinis, ad aram divo Iulio exstructam, Idibus Martii hostiarum more

ma-

In XIII. ordinibus sedentem.] Senatus in Amphitheatris sua sedes fuit: sua Equiti, sua Plebi: illam, *Orchestra* dixerunt; alteram, *Equestris*; tertiam *Popularia*. Equestris lege veteri XIII. gradus tenuere. Itaque passim legitur *sedere in qua nondecim*, & pro ipsa equestri dignitate. Vt autem numerus isdem sub principibus fuerit, aucto immaniter numero Equitum, non videtur probabile. *Lipinus*.

Per apparitorem.] Ministrum. Apparere enim, est præsto esse ad obsequium: unde & apparitores constat esse nominatos: auctor *Servius*. Quinetiam apparitura dicitur ipsum ministerium. Scribit *Tranquillus* in libro de gramm. *Orbilium apparituram fecisse magistratibus. Ezerodid*.

Circa murum Perusinum.] Cæsar munitiones quoque altiores fecit, additis m. l. l. turribus sexagenos pedes inter se distantibus & crebris propu-

gnaculis. *Appianus*.

Ad aram D. Iulio exstructam maclator.] Mos notus ex *Tertulliano De spectaculis*, & *Servio* ad illum versum, *Videntes rapit inferas quos immolet umbris*,

Trogi brevior libro XI. de *Alexandro*, *Prima illi cura paternarum exequiarum fuit: in quibus ante omnia cadis conficiens ad tumulum patris occidi iussit*. *Tacitus* de clade *Vari*, in primo *Annalium*. *Adjacebant lucis propinquis Barbare aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones maclaverant*. Sic *Spartacus* fugitivus *Cruxo* occiso trecentos è captivis Romanis immolat: auctor *Appianus*. *Cassius*.

Hostiarum more.] *Valerius Maximus*: *Damassippi iussu principum civitatis capita hostiarum captibus permista sunt*. *Livius* lib. VII. *Nec in acie tantum ibi cladis acceptam quam quod CCCVII. milites Romanos captos Tarquinienfes immola-*

maçtatos. Exstiterunt qui traderent, conspecto eum ad arma isse, ut occulti adversarii, & quos metus magis quam voluntas contineret, facultate L. Antonii ducis præbita, detegerentur: devictisque his, & confiscatis; promissa veteranis præmia persolverentur.

¹⁶ Bellum Siculum inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum sæpius: modo reparandarum classium causa, quas tempestatibus duplici naufragio, & quidem per aestatem amiserat: modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac XX. servorum millibus manumissis, & ad remum datis,

por-

runt: qua sceditate supplicii aliquanta ignominia populi Romani insignior fuit. Cur tantæ ignominia hoc mortis generis haberetur, modus efficiebat, quem aperit paucis verbis Florus lib. II. c. V. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas securi percussit. Olim securi tantum fontes puniebantur: postea etiam gladio: hoc supplicium illo lenius & honestius visum. Idem.

Confiscatis.] Fisco adjudicatis. Observa, fiscum proprie dici principis: ærarium vero publicum Pop. Rom. Quod evidenter ostendit illud Plinianum ex Paneg. At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes: imo tanto majore quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Qui etiam Iuriconsulti, titulo, Nequid in loco publico fiat: hoc idem declarant his verbis: Res fiscales, quasi propria & privata principis sunt. Beroald. Fiscus, fiscina, fiscella, sparteæ sunt utensilia ad majoris summa pecunias capiendas. Unde quia major summa est pecuniarum publicarum, quam privatarum, ut pro censu privato loculos & arcam & sacellos dicimus, sic pro publico thesauro, ærarii dicitur fiscus. Aconius.

Sed diu traxit intermissum sæpius.] A.V.C. DCCX. incipit Sex. Pompejus in Hispania tum latitans emergere, & Asinium Pollionem prælio fundit. A.V.C. DCCXVIII, à Cæsare Lepidi copiis adjuto, debellatur. Casaub.

Duplici naufragio.] Pompejus, ne hac quidem tot naufragiorum occasione usus, tantum Neptuni sacris operabatur & Salatiæ, quorum etiam filium appellari se sustinuit; imo fertur, eum his successibus inflatum mutasse paludamentum quoque, cæruleumque sumpsisse pro pupiceo, adoptatum à Neptuno scilicet. Appianus.

Et ad remum datis.] Non in poenam: ne etres: sed simpliciter intellige factos remiges. nam aliud sonat vulgo hoc loquendi genus. Casaubonus. Iosephus δρχαιολ. ιζ. Καὶ ὁ καῖσαρ τὸ μὴ ψαυδαλίξανδρον ἐπέσφεν ἐν τοῖς ναύταις καὶ ἀλέξῃ. Ex hoc liquet, non voluntariis semper remibus usos veteres, sed etiam compeditis, damnarique noxios quosdam solitos, ut ad metalla, ita ad triremes, aut quadriremes, qui mos in Gallia inolevit. Valer. lib. IX. Sed cum plenè impudentia velis, ad summum audaciarum gradum fertur, imperio Augusti re-

portum Iulium apud Bajas, immisso in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit. In quo cum hieme tota copias exercuisset, Pompeium inter Mylas & Naulochum superavit: sub horam pugnae, tam arcto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, Ne rectis quidem oculis eum adspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, coelum intuentem, stupidum cubuisse: nec prius surrexisse, ac militibus in conspectum fuisset.

mo publica triremis affixus est. Brodæus.

Portum Iulium &c.] Tyrreni maris à lacu Lucrino separationem (quam Plinius inter mirabilia Romanorum opera numerat) secuit atque delevit Augustus, conjunctis lacubus Lucrino & Averno cum mari ipso. Hujus operis meminisse Virgilium 11. Georg. exitimo:

An memorem portus, Lucrinoque addita claustra,

Atque indignatum magnis stridoribus æquor,

Iulia qua ponto longe sonat unda refluxo,
Tyrrenusque fretis immittitur æstus Avernus.

Anno cIo Io xxxviii. cuniculus ille, seu incile, per quod aqua ex Lucrino in Avernum deferrebat, erumpente magna vi ignis, ac ruente ex ea undique terra, penitus obturatus est & deliruit. Marc. Donat.

Avernium.] Hujus aquæ salæ & nigre conspiciuntur, salæ quidem ob marinæ aquæ permixtionem, nigre vero ob maximam profunditatem. Vocatus scribit, se ab hoc lacu in litus ejectam piscium multitudinem vidisse, qui nigri fuerint, & sulphureum odorem emisserint. Reperiuntur enim illic locorum aquæ calidæ & thermales plurimæ, & ignis aliquando prompfit maximo cum impetu. Hinc poëta, ini-

tium ibi esse descensus ad inferos, tradidit. Idem.

Mylas.] Oppidum Siciliæ. Circa Messanam & Mylas fimo quiddam simile, turbulentum in litus mare profert, ferretque & æstuat, non sine odore fædo. Vnde illic stabulare Solis boves, fabula est. Seneca.

Naulochum.] Græci Ναυλόχος vocant. Fuisse eum locum Messanæ navale, ut erat Gythium Spartæ, Cenchreæ Corinthi, ex collatione Strabonis & Appiani satis liquet. Dio non nominat diserte, sed de Naulocho intelligendum quum scribit lib. xlix. οἱ δὲ Σίξες ἄτε ἐν τῇ οἰκείᾳ ναυλοχῶντες, ἔδιν ἰδέοντο αὐτὸν ἴδεν. Casaub.

Supinum coelum intuentem.] Alludit ad morem eorum qui vehementissime aliquid à Deo peterent: supini quippe orabant, & ut ait Horatius, cælo supinas ferebant manus. Heliodorus lib. ix. ὑπὸ καὶ τῶν χείρας προσκείνοντες οἱ ἰκυσίας ἐμφαζίν. Idem.

Militibus in conspectum fuisse.] Fuisse positum pro venisse. Græci προσερχόμενος, vel etiam πρόσθετος. Sed & sacere se pro venire, aut sistere ponebant. Apul. initio v. Intra limen sese facit. Terentius, Huc te sac, pro veni, vel accede. Idem.

Sim-

fuisse, quam à M. Agrippa fugatæ sint hostium naves. *Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit: etiam invito Neptuno victoriam se adepturum: ac die Circensium proximo sollenni, pompæ simulacrum Dei detraxerit. nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, cum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improvviso à Demochare & Apollophane, prefectis Pompeii, uno demum navigio ægerrime effugit. Item cum præter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis biremibus Pompeianis terram legentibus, suas ratus, descendisset ad littus, pene exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem, servus Amilii Paulli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum, & quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeii fugam, collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem xx. legionum fiducia,*

sum-

Simulacrum Dei.] Imaginem Neptuni tanquam inimici: nam in pompa Circensi, simulacra deorum ferebantur. *Berosidus. Simulacrum Dei detraxerit, Cod. Salmas. deinde traxerit.*

Biremibus.] Id est, quæ binos remorum *σῆξος* habebant. Vegetius *gradus* dixit. Sic enim ille lib. v. cap. vii. de modo Liburnarum: *Minima Liburnæ remorum habent singulos ordines, paulo majores binos, idoneæ mensuræ ternos vel quaternos, interdum quinos fertiuntur remigum gradus.* Numerus autem remorum non in longum est accipiendus, sed in altum. Sic duo remi in biremi sumendi à summo ad imum per altitudinem, non à prora ad puppim per longitudinem. Cæterum biremes

& uniremes, quæ *διπρόξα*, & *μονόπρόξα*, vel *μονήρης* Græcè vocantur, quales sunt quibus hodie nomen *Galearum* vel *Galerarum* datur, pro levibus habebantur apud veteres navigiis, non ad prælium idoneis navale, sed ad explorandum, aut quibus ad excubias uterentur. *Salmasius.*

Post Pompeii fugam.] Antonius per litteras mandavit, ut captum Pompeium interficerent: paulo post poenitentia captus, salute eum donari iussit. Titio posteriores ex litteræ sunt redditæ, quibus necare Pompeium jubebatur: atque is ordinem litterarum, ut sibi redditæ erant, non sensum, secutus est. *Diocassius.*

Cir-

summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque concessa vita, Circeios in perpetuum relegavit. M. Antonii societa-¹⁷tem semper dubiam & incertam, reconciliationibusque variis male focillatam abruptit tandem. Et quo magis degenerasse eum à civili more approbaret, testamentum, quod is Romæ etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiendum recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicosque omnes: at-
que

Circeias.] Locum in Latio celebrem, olim Homeri testimonio insulam, quam ipse Æxam appellat. Nunc Circeius mons continens est. *Sabell.*

M. Antonii societatem abruptit tandem.] A. V. C. DCCX. Reditus Octavii ab Apollonia, & cum Antonio contentiones varix in urbe. A. V. C. DCCXI. Bellum & pax Mutinensis. A. V. C. DCCXXIII. a. d. IIII. Non. Septemb. victus Antonius ad Actium, sequenti perit. *Casaub.*

Reconciliationibus variis.] Continenter momento levi mutabantur vel ad suspiciones per ambitionem, vel ad fiduciam quoties postularet necessitas. *Appianus.*

Male focillatam.] Glossarium *Focillat.* *Ἰων δὲ.* Lucanus seu quis alius ad Pisonem, ex veteri lectione, *Seel miserum parva stipe focillat.* Proprie focillare est ægras fauces lana apposita fovere, ut fuit moris; contra effocare dicimus fauces premere ad pernitiem. *Casaub.*

Testamentum aperiendum recitandumque pro concione curavit.] Plutarch. ait visum hoc factum *ἀνοίγειν τὸ τεστάντην*. Dio quoque *ἔγνω παρανομήσειν* vocat. Amplius dico, capital admisum si æstimeretur hoc factum legibus Romanis: teneretur enim poena legis Corneliae, de falsis leg. 1. D. Ad legem Cornelianam de falsis leg. XXXVI 1. D. De

poenis. Taceo violatam deorum religionem, quorum sacerdotibus sanctissimis, virginibus Vestalibus, Antonius hoc testamentum commiserat. *Idem.*

De Cleopatra liberis.] De ipsa quoque Cleopatra in testamenti sui tabulis egerat Antonius. Id enim maxime urgebat Cæsar, quod de sua sepultura iussisset, ut corpus suum, etiamsi Romæ decederet vita, per forum elatum Alexandriam ad Cleopatram mitteretur. *Plutarchus. Cod. Salmas. Quod is Romæ etiam de Cleopatra, liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat.*

Inter heredes nuncupatis.] Qui cives Romani non erant, nec testamentum facere, nec testamento testes interesse, neque ex testamento quidquam capere poterant. id quod in libris I. C. positum, Ciceronis etiam autoritate video comprobatum. Is enim Archiam poëtam civem Rom. fuisse, eo argumento ostendit, quod hereditates adiisset civium Rom. & Æbutius negabat, Cæcinam Volaterranum, ut idem in defensione Cæcinæ adit, heredem Cæcinæ esse posse, quæ Volaterranis civitas à L. Sylla dictatore esset adempta. *Sigonius.*

Necessitudines.] Sane *Necessitas* pro jure officioque observantia affinitatibusque infrequens est: quamquam, qui ob hoc ipsum jus affinitatis familiarita-

que inter alios C. Sesium & T. Domitium, tunc ad-
huc COSS. Bononiensibus quoque publice, quod in An-
toniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit con-
jurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multo
post navali praelio apud Actium vicit, in serum dimica-
tione protracta, ut in navi victor pernoctaverit. Ab A-
etio cum Samum insulam in hiberna se recepisset, tur-
batus nuntiis de seditione militum, premia & missio-
nem poscentium, quos ex omni numero confecta vi-
ctoria Brundisium premiserat, repetit Italiam, tempe-
state in trajetibus conflictatus: primo inter promon-
toria Peloponnesi atque Aetoliae: rursus circa montes
Ceraunios: utrobique parte Liburnicarum demersa:
si-

esse conjuncti sunt, *neccessarii* dicuntur, repperi tamen in oratione C. Cæsaris, qua Plautiam rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*. *Aul. Gellius.*

In Antoniorum clientela.] Mos fuit apud veteres, ut quilibet populus ac natio, Romæ suum patronum haberet: ita Syracusanos in clientela Marcellorum fuisse legimus: ita Lacedæmonios in clientela Claudiorum: ita Allobrogas patronum habuisse Fabium Sangam. *Beroald.*

Gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis.] Plautus *jurisjurandi gratiam facere*, extremo Rudente, pro à juramento absolvere, & *pecunie gratiam facere*, pro remittere dixit, ut Seneca *Dis votorum gratiam facere*, *E. pist. x.* *Torrent.* *Gratiam conjurandi fecit*, id est, permisit eis, ne cum tota Italia pro partibus suis conjurarent. *Turnebus.*

Apud Actium vicit.] Ab hac victoria plurimi imperium Augusti ordiuntur. Triplex enim ratio numerandi imperii Augusti. Alii ab Aetiaica pugna numerant. Quidam à sexto ejus conu-

latu, cum impetium illi à Senatu firmatum, datumque cognomen Augusti. Tertii denique numerant à primo ejus consulatu: scilicet quia is gradus & aditus ad reliquos honores. Eam rationem secuti sunt, qui imperitasse Augustum ajunt annis LVI. *Lipsius.*

Cum Samum insulam.] Sic inf. cap. XXVI. *quintum in insula Samo Consulatum iniit.* Samum autem quæ inter Miletum & Chium est, atque Asia attribuitur, intelligit: alii enim auctores eum obtenta hac victoria in Græciam profectum tradunt. Est & alia eodem nomine insula Cephæliæ vicina, quam Servius tamen ad alterius differentiam Samen vocat. Alii Samen urbem esse volunt. Multa Strabo de utroque nomine lib. XXI. *Torrent.*

Ceraunios.] Cerauni montes sunt Epiri. A Plinio & Horatio Acroceraunia nominantur. Refert Servius Ceraunia dici à crebris fulminibus. Nam Græci *ἄσπερον*, fulmen appellant. Tertius Europæ sinus ab Acrocerauniis incipit montibus. *Beroald.*

Liburnicarum.] Augusto dimicantæ Aetiaico praelio, cum Liburnorum auxiliiis

ſimulque ejus in qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto. Nec amplius quam ſeptem & XX. dies, donec deſideria militum ordinarentur, Brundifii commoratus, Aſia Syriaque circuitu Egyptum petit: obſeſſaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra conſugerat, brevi potitus eſt. Et Antonium quidem ſeras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatra, quam ſervatam triumpho magnopere cupiebat, etiam Pſyllos admovit, qui venenum ac virus exſugerent: quod periſſe morſu aſpidis putabatur. Ambobus communem ſepultu-

re

xillis præcipue victus fuiſſet Antonius, experimento certaminis patuit, eſſe Liburnorum naves cæteris aptiores. Ergo ſimilitudine, & nomine uſurpato, ad earundem inſtar claſſem Romani principes texuerunt. Liburnia namque Dalmatiæ pars eſt: cujus exemplo nunc naves bellicæ fabricantur, & appellantur Liburnæ. *Vegetius.*

Donec deſideria militum ordinarentur.] Deſideria ſunt ἀξιώματα. ſic apud Tacit. deſideria militum, & deſideria legionum apud I. Ctos. aliquando pro libellis ſuplicibus, ut infra cap. 1111. Advenitium deſideria excipiens. Caſaubon.

Ad mortem adegit.] Erat Antonio ſervus, nomine Eros, quem jampridem hortatus fuerat, ut juſſus ipſum interficeret. Is cum id, quod olim in ſe receperat, tum præſtare juberetur, ſtriſto gladio, cum Antonium videretur iſturus, averſo vultu ſe ipſum conſodit, & ad heri pedes accidit. Tum Antonius: *Beuc, inquit, ô Eros, qui, quod facere non poteras, mihi quomodo faciendum eſſet oſtendiſti: ſimulque vulnus ſibi in ventrem ingeſſit, & in lectum ſe demitſit. Paulo poſt, Cleopatram vivere cognito, ſtatim tollendum ſe ſervulis præbuit: manibusque eorum ad fores uſque domicilii, in*

quo ea erat, portatus eſt. Cleopatra foribus non apertis de fenestra ſe conſpiciendam præbuit, catenisque & funibus demitſis, iis implicatum ipſa, & duæ quas ſolas ſecum in monumentum receperat, mulieres attraxerunt. Qui interſuerunt, nullum eo miſerabilius ſpectaculum exiſtiſſe aſſerunt. *Plutarchus.*

Quam ſervatam triumpho magnopere cupiebat.] Ejus imaginem tulit in triumpho, cum aſpide mordicus affixa. Propterea cecinit Propertius:

Brachia ſpectavi fixis admorſa colubris.
Beroald.

Pſyllos admovit.] Pſylli, populi ſunt in Africa & à Pſyllo rege dicti, ut reſert Plinius lib. vii. quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ex cujus odore ſopirent eas. Scribit Cornelius Ceſſus in v. quod memoratum dignum eſt, *Pſyllos non habere ſcientiam adverſus venena præcipuam, ſed audaciam uſu ipſo confirmatam, qua vulnera exungunt: namque venenum ſerpentis non gūſtu, ſed in vulnere nocet: ergo quiſquis exemplum Pſylli ſecutus exuxerit, & ipſo tutus erit, & tutum hominem præſtabit.*
Beroald.

Morſu aſpidis putabatur.] Tres aſpidum ſpecies facit Galenus, & ex eo Actius,

ra honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. Antonium juvenem, majorem de duobus Fulvia genitis, simulacro D. Iulii, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Cesarionem, quem ex Cesare Cleopatra concepisse predicabat, retractum è fuga supplicio affecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos, non secus ac necessitudine junctos sibi & conservavit, & mox pro conditione cujusque sustinuit ac fovit.

18 Per idem tempus, conditorium & corpus Magni Ale-

XVII-

χελιδονίας, χελιδονίας & ὠλυπιάδας. Χελιδονίας dictæ, quæ in mediterraneis degabant, cum Chelidonia circa ripas fluminum colerent, & præcipue Nili. Πτωάς dicta quia inspuendo perimit, non morfu, sed & tardius configit. omnium cõmune σὺμπλωμὸς somnus, & dormiendi libido, ac sine sensu, aut dolore mors. Chelidonia cum Sistro & Osiride inter mysteria & initia Isiacæ semper pingitur. Ovidius:

Sistraque erant, nunquamque satis questus Osiris,

Plenaque summisseris serpens peregrina venenis.

Serpentem peregrinam vocat aspidem, id est, Ægyptiam, quia in Europa non viseretur. Errore igitur communi ductus Strabo, vel aliud agens, aspidas in aliis regionibus ponit. Quas enim vulgo vocamus Aspides, nullam habent fere communem notam cum illis quas veteres describunt. *Salmasius.*

Majorem de duobus.] Cod. *Salmas. majorem duobus.*

Abreptum interemit.] An quia nefas videbatur ad simulacrum eum trucidare? Statuæ certe Principum postea tutissimum ad eas confugientibus asyllum fuere. qua de re apud I. C. l. 11. De his qui sui, vel al. juris sunt. l. 1. De off. Præf. Urb. & titul. Cod. Justiniani De

his qui ad statuam confug. Quem autem Antonium juniorem vocat Suet. Græci Antyllum & Antyllum appellant, cui Cesaris filia ante desponsata fuerat, de quo inf. cap. LXIII. *Torrent.* Sub Tiberio incessit deterrimo cuique licentia, impune probra, & invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cesaris. Itaque C. Cestius senator disseruit, principes quidem instar deorum esse, sed neque à diis nisi justas supplicum preces audiri, neque quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfergere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. *Tacitus.*

Conditorium & corpus Magni Alexandri.] An quem Strabo *Ἀλεξάνδρου* vocat, intelligit? Locus fuit urbe media, sepulture regum destinatus, quem vocari ait Strabo *Σῆμα*. Sic enim legitur, non *Σῆμα*. Seneca *Conditorium* pro *conditorio* epist. LXII. & LXXXIII. Cæterum fuisse in media urbe Alexandria conditorium Alexandri, etiam ex hodierna specie illius semitæ urbis potest constare: si vera sunt quæ leguntur apud Leonem Africanum, non contemnendum scriptorem; cujus verba sunt è libro VIII. in descriptione illius urbis. *Neque pratermittendum videtur, ait, in medio Alexandria viderem, adiculam instar sacelli constructam adhuc*

xandri, cum prolatum è penetrati subjecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est: consultusque, num & Ptolemæum inspicere vellet, Regem se voluisse ait videre, non mortuos. Ægyptum, in provincie formam redactam, ut feraciorẽ habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes,

adhuc superesse, insigni sepulcro, magno à Machumetanis honore affecto, memorabilem, quo Alexandri magni corpus, summi Prophetæ ac Regis, velut in Alcorano legunt, asservari contendunt. Casaub.

Floribus aspersis veneratus est.] Juvenalis Sat. VIIII.

Dì majorum umbris tenem & sine pondere terram,

Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver, &c.

& pulcherrime Virgilius ex persona ipsius Augusti libro VI.

— Manibus date lilia plenis,

Purpureos spargam flores. —

Vt omittam antiquas marmorum inscriptiones, quæ defunctorum urnas rosas spargi ornarique quotannis ex testamento jubent. Quo referendum illud Tibulli è libro II. Eleg. IV.

Atque aliquis senior, veteres veneratus amores,

Annua constructo ferta dabit tumulo.

Illud peculiare Græcis, quod apii coronas sepulcris imponebant. Vnde apio indigere dicebant eos qui periculo se ægrotabant. Plutarch. Quest. Convival. Torrentius. Mos etiam Christianis, spargere sepulcra sanctorum floribus: inter alios testis est Severus: Licet inani manere, solum ipsam flore purpureo & sæve redolentibus sparge gramini- bus. Barthius.

Num & Ptolemæum.] Libenter Ptolemæum legerim, ultima syllaba circumflexa, pro Ptolemæorum: sequitur enim, regem ait se voluisse videre, non mortuos. Et alioqui sic legendum esse & Dionel. lib. XXI, & Zonara deprehen-

des. Idem.

Non mortuos.] Tales nimirum fuere Ptolemæi, qui omnes post tertium male vixerunt, deliciis corrupti: omnium vero pessime quartus, & septimus, & ultimus Auletes. Beroald.

*In provincia formam redegit.] Ægyptus nunc provincia est, & tributa maxima pendit, atque ab hominibus modestis administratur, qui in eam mittuntur. Qui mittitur, regis loco est. Ei subest *ἀρχιστράτης*, id est, juri dicendo præfectus, qui judicia exercendi pleraque potestatem habet. Tum alius *ἰδὸς* *λόφος*, nimirum qui peculiare rationes curat. Is in ea inquit, quæ seorsum ad Cæsarem recidunt. Hos comitantur Cæsaris liberti & administratores. Strabo.*

Vt feraciorẽ redderet, fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, &c.] Id est, inundat incremento. Nilus autem coloni vice fungens, si duodecim cubita non excessit, fames certa est. Nec minus si XVI. exsuperavit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius crevit, & sementem ardet. Plinius. De Nili incrementi quantitate, quæ aliis subinde seculis tenuior facta est, ita censeo. Olim fore nullam. Perpetuata namque alluvione tandem aliquando fluminis altitudini riparum margines æquatam iti. Cas. Scaliger.

Fossas omnes.] De Nili fossis atque aggeribus videri poterit Ulpian. l. I. De extraord. criminibus, ac titulus Cod. Justiniani De Nili aggeribus non rumpendis. Torrent.

omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetu-
state, militari opere deterfit. Quoque Actiaca victo-
rie memoria celebratior in posterum esset, urbem Ni-
copolim apud Actium condidit: ludosque illic Quin-
quennales constituit, & ampliato vetere Apollinis tem-
plo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum
19 navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit. Tu-
multus post hæc, ac etiam rerum novarum initia, con-

ju-

Annona urtica.] Plinius in Paneg.
Pertreberat antiquitus urbem nostram nisi
opibus Aegypti ali, sustentarique non posse.
Superbiebat ventosa & insolens natio, quod
victorem populum pasceret. Egesippus &
Iosephus tradunt, annonam quatuor
mensium singulis annis pop. Romano
ministrari ab Aegypto solitam. Beroald.
Oblimatas.] Novum semper limum
trahit, qui efficit fecunditatem. Unde
& Nilus dictus est quasi νέαν ἰλίω,
id est, novum limum trahens. Nam an-
tea Nilus Latine Melo dicebatur. Ser-
vius.

*Urbem Nicopolim apud Actium condi-
dit.*] Apud, id est, è regione. Greci
modo πρὸς τὴν Ἀκτίαν, modo ὑπὲρ
τῆς Ἀκτίας. Sinum Ambracium ingre-
dientibus ad dextram est Actium, vetu-
tissimum Apollinis templum ab AV-
gusto instauratum, & magnis rediti-
bus ditatum: ad sinistram Nicopolis,
libera civitas, AVgusti opus & κτί-
σμα. Itaque, ut κτίσμα, divini hono-
res illi Nicopoli habebantur, eratque
ibi apex honorum omnium, AVgusti
sacerdotium. Quare etiam anno nomen
dabat Sacerdos Augustalis, & in scri-
bendis publicis aut privatorum con-
tractuum instrumentis, ad tempus no-
tandum, nomen ejus ascribebant: quo
modo fieri solitum in plerisque Gra-
ecis urbibus satis constat. Hæc nos ita
esse colligimus ex Arriani Dissertatio-
num Epiæti lib. 1. cap. XIX. Casaub.

Ludosque illic Quinquennales consti-
tuit.] Agon Actiacus merus Olympi-
cus fuit. Strabo lib. VII. Ἀποδίδει
δὲ ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὴν Ἀκτίαν, ἰε-
ρός δὲ Ἀκτίας Ἀπόλλωνος. τὴν δὲ ἐπι-
μέλειαν ἔχουσιν αὐτῆς Λακεδαιμό-
νιοι, αἱ δὲ ἄλλαι κερτακίαι ἀεὶ πόλιος
τῆς Νικηπόλεως εἰσιν. ἤγρω δὲ ἐ τὸ
ᾠότερον τὴν Ἀκτίαν τὴν πρὸς τὴν
ἀγὼν ὑπὸ τῆς ἀεὶ πόλεως. νυνὶ δὲ ἐπι-
μέτερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. Ergo
hunc agonem non instituit Augustus,
sed auxit & illustriorem fecit, condita
urbe Nicopoli & decuma de præda ho-
stium Apollini consecrata. Dio hunc
agonem ἰερόν appellat ex eo, quod Hie-
ronicæ de publico cœnabant: quod fie-
bat in omnibus sacris ludicris. Tales
vulgari joco vocabantur. ἀεὶ πόλιος ἰ
quod alius alium prævertere conaretur.
Ios. Scaliger.

Locum castrorum quibus fuerat usus.] Dio tradit, in castrorum loco, urbem
Nicopolim fuisse ædificatam: templum, de
quo loquitur Suetonius, in loco in quo
fuerat AVgusti tabernaculum. Ego Dio-
nem potius sequar: video enim factum
etiam alias, ut quo in loco castra ha-
buerant, ibi urbem mox conderent Ro-
mani. Non enim aliunde est, quod tam
multæ Hispaniæ, Africae, aliarumque re-
gionum urbes sub *Castrorum* appella-
tione reperiuntur. Casaub.

Post hæc.] Ultra. Si enim ad tempus
id re-

jurationesque complures, prius quam invalescerent, indicio detectas compressit. & alias alio tempore: Lepidi juvenis, deinde Varronis Murenæ, & Fannii Ca-
pionis, mox M. Egnatii, exin Plautii Rufi, Luciique
Paulli progeneri sui: ac præter has L. Audasii falsarum
tabularum rei, ac neque atate neque corpore integri:
item Asinii Epicadi ex gente Parthyna hybrida: ad
extremum Telephi mulieris servi nomenclatoris.
Nam ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione
& periculo caruit. AVdasius atque Epicadus Iuliam
filiam & Agrippam nepotem ex insulis quibus conti-
nebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quasi debita
sibi fato dominatione, & ipsum & senatum aggredi,
destinaverant. Quinetiam quondam juxta cubiculum
ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus de-
ceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus:
impos ne mentis, an simulata dementia, incertum. Ni-
hil enim exprimi questione potuit. Externa bella duo
omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc:

&

id referas, non procedit, quum vivo
etiam Antonio periculosis Augustus
conjuracionibus petitus sit. *Sabell.*

Conjuraciones complures.] Dum Al-
pes pacat, immixtoque mediæ paci &
imperio hostes perdomat, dum ultra
Rhenum, Euphratem & Danubium
terminos movet, in ipsa urbe Murenæ,
Lepidi, Egnatorum in eum mucrones
æquebantur. *Seneca.*

Hybrida.] Hybrida, sicuti docet Por-
phyrio, dicuntur canes, qui ex impari-
bus parentibus nati sunt, hoc est ex ve-
natico & gregario. Per hanc similitu-
dinem, qui patre Romano & matre
peregrina natus est, vel è contrario, hy-
brida appellatur. Plinius vero in VIIII.
scribit, hybridas vocari suos ex fero &

domestico sue progenitos, quæ appella-
tio ad homines quoque translata est.
Valer. Max. author est. Quintum Va-
rium cognominatum fuisse Hybridam,
propter obscurum jus civitatis. *Beroald.*
Παρθύνος reperitur apud Dionem in
actis A. DCCVII. quibus in officio con-
tinendis, Catonem Dyrrachii Pompe-
jus reliquit.

Ad extremum Telephi.] In Telepho
omnia indigna: quod servus, quod mu-
lieris, quod factor, sive, quod idem est,
nomenclator. Hujus vero ministe-
rium non ad præsentationes tantum can-
didatorum pertinet: sed ad salutatio-
nes matutinas & dispositionem con-
viviarum, aliaque talia. *Casaub.*

& Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam
 vulnera excepit. una acie, dextrum genu lapide ictus,
 altera autem, & crus & utrumque brachium ruina
 pontis confauciatus. Reliqua per legatos administra-
 vit: ut tamen quibusdam Pannonicis, atque Germa-
 nicis aut interveniret, aut non longe abesset, Raven-
 nam, vel Mediolanum, vel Aquileiam usque ab urbe
 21 progrediens. Domuit autem partim ductu, partim au-
 spiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam,
 Dalmatiam, cum Illyrico omni: item Rhetiam, &
 Vindelicos, ac Salassos gentes Inalpinas. Coercuit &
 Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum ma-
 gna

Cantabricum.] Postquam extrema
 Cantabri vident, certatim igne, ferro
 inter epulas, venenoque, quod ibi vul-
 go ex arboribus taxis exprimitur, præ-
 cepere mortem, seque pars major à ca-
 ptivitate vindicavere. *Florus.*

Ruina pontis confauciatus.] Pontem
 intellige qualem describit Vegetius lib.
 III. cap. XXI. *Exostra*, inquit, dici-
 tur pons, qui turri in murum repente
 protenditur. Plinius *turrin* appellat,
 item Dio.

Partim ductu, partim auspiciis.] *Du-
 ctu*, hoc est, per se: *auspiciis suis*, id est,
 per legatos. Sic in veteri inscriptione
 apud Plinium, lib. III. cap. XX. de eod-
 dem Augusto, QVOD. EIVS. DVCTV.
 AVSPICIISQ. GENTES. ALPINE. O-
 MNES. QVÆ. A. MARI. SVPERO. AD.
 INFERVM. PERTINEBANT. SVB. IM-
 PERIVM. P. R. SVNT. REDACTÆ.
Casaub.

Auspiciis suis.] Ovid. ad Augustum
 lib. II. Tristium, de Tiberio loquens,
 Per quem bella geris, & cuius nunc corpore
 pugnas,
 Auspicium cui das grande, Deosque
 tuos.

Torrentius. Nihil neque domi, neque
 militia, nisi auspicato, gerebatur. *quip-*

pe quod, ut inquit apud Livium Ca.
 Manlius, nullius calumnia subicerentur
 ea, quæ dii comprehensissent. Auspicia
 vero in exercitu unius fuerunt impe-
 ratoris, cui ea provincia evenisset. Cæ-
 teri auspiciis ejus pugnare. ipse bel-
 lum, ut ductu, sic auspiciis suis gerere
 dicebatur. Itaque nec supplicatio, nec
 triumphus dabatur aut legato, aut ulli
 alii exercitus præfecto, ne si eorum qui-
 dem opera, atque virtute imperator ab-
 sens, aut ægrotus victoriam adeptus es-
 set; quod non eorum auspiciis res es-
 set gesta, sed ipsius imperatoris. *Sigo-
 nin.*

Cum Illyrico omni.] Id est, reliquo.
 Dividebatur enim in Dalmatiam &
 Liburniam.

Vindelicos.] Virtute Drusi Neronis
 privigni. Horatius lib. I V. od. I V.

Videte Rhetii bella sub Alpibus,
Drusum gerentem & Vindelici: quibus

Mos inde deductus per omne
Tempus Amazonia securi.

Dextras obarmet, quærere distuli.

Dacorum incursiones.] Misso Lentulo
 Dacos, qui, duce Cotissone, decurre-
 re & vicina populari consueverant,
 repulit ultra ripam Danubii ulterio-
 rem. Dacos vero, ut inquit Stephanus,

gna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Suevos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis & necessariis causis bellum intulit. Tantumque absuit à cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare cœgerit, mansuros se in fide ac pace quam peterent: à quibusdam vero novum genus obsidum feminas exigere tentaverit: quod negligere marium pignora sentiebat. & tamen potestatem semper
omni-

καλῶς δῶκε, id est, vocamus Dæos. Unde apud Athenienses servorum nomina sunt δῶκος, Davi, sicut & Getz, quibus & Poëtæ utuntur in Comœdijs. Beroald.

Ultra Albim summovit.] Quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum miliarium, à Rheno usque ad flumen Albim, qui Senonum Hermundorumque finis præfuit, Romanus cum signis perductus exercitus: & classis, quæ Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantissima rerum omnium copia, exercitui Cæsaris se junxit. *Vellejus.*

Suevos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam.] De Sicambriis facile assentior. Ea enim gens, sicut & Vbiorum, ad latus Rheni Teutonicum olim sita, perpetuis Suevorum incursionibus vexata, facilis transduci. At quis veterum geographorum aut historicorum Suevos in Galliam translevit, præter Suetonium? Sed Pithœi codd. præferunt *Senbos.* in qua scriptura vestigium ut puto latet veræ; nam reje-

cto / in finem superioris vocis, minima mutatione feceris *Vbios.* Casaub. Pithœi lectionem adstruit Salmast. Codex.

Tantumque absuit à cupiditate imperium vel bellicam gloriam augendi.] Post excessum Augusti, illati sunt in senatum libri quatuor. In quarto mandata & consilia Tiberio ac reip. data continebantur: interque alia, ut contenti præsentente fortuna, fines imperii proferre non cuperent: quippe cum difficulter tantum imperium servari posset, periculum fore, ne plura amittendo, parta quoque amitterent. *Diocæsium.*

Novum genus obsidum.] Cur novum, quum Livio, Plutarcho, & Dionysio authoribus, constet à Romanis puellas obsides Persensæ datas? sed ad recentiora, credo, tempora Tranquillus respexit, quibus mos ille vetus exoleverat: aut certe ad Parthos, qui id genus obsidum dare non consueverant. *Sabellius.* Germani quoque captivitatem longe impatientius foeminarum suarum nominetiment: adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles impetrantur. *Tacitus.*

omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. Neque aut crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore unquam multatus est pœna, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra xxx. annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pœllexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt: & signa militaria que M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt: obsidesque insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum comprobaverunt. Ianum Quirinum

Graviore unquam multatus est pœna.] Codex Salmas. nullus est.

Neve intra xxx. annum liberarentur.] Factum in captivis Salassis à Terentio Varrone. Dio lib. lxxxv. Non solum autem sic alienabantur servi, ut non manumitterentur intra certum tempus: sed etiam ut omnino ne manumitterentur. Vide L. Ctos. Casaub.

Indos etiam ac Scythas.] Observo duas legationes à Poro rege Indorum ad Augustum. Alteram, quæ ad eum venit in Hispaniis bellum gerentem, cuius Orosius meminit: alteram quando post Græciam Asiamque lustratam, Samum per hyemem venit. De his Strabo lib. xv. & Dio lib. lxxv. Idem.

Ad amicitiam petendam.] Originem & historiam harum societatum & amicitiarum aperit Strabo lib. xii. his verbis: Συμβίη ἢ λῶμα παρὰ τοὺς Ἕλληνας πρὸς τὴν Ἀσίαν διώκειν, νικησάσης Ἀντιόχου, Φιλίας ἢ συμμοχίας ἐπιενθὸς παρὰ τὰ ἔθνη, ἢ τὰς βασιλείας, τοῖς μὲν ἄλλοις βασιλεύουσιν αὐτοῖς καὶ ἰαυλὲς δοθῆναι τὴν πρὸς τὰ ἔθνη. Τῶν δὲ Κερκασίων, ἔαυτῶν

ἔθνη καὶ ἰαυλὲς. Huiusmodi autem regibus Sociis & Amicis dona & munera mittere solebant, scipionem eburneum, rogam pictam, sellam curulem. Briffon: Signa militaria.] Nulla unquam victoria tam gavisum fuisse Augustum, tot tam varie ea de re signati nummi veteres testantur, cum inscriptione, SIGNIS RECEPIS. Torrent.

Non nisi ab ipso electum comprobaverunt.] Innuit lib. lxx. quanquam mutilus eo loco, Dio. Sed pulchre de Parthis Tacitus Ann. xii. Experimentis cognitum est, Barbaros malle Roma petere reges, quam habere. Potuit eos Augusti magnitudo continere. At postea & Vonnem, quem Tiberius, & Meherdatem, quem Claudius probaverat, destituere. Annal. xi. & xii. Schildius.

Ianum Quirinum.] Idem Eanus qui Ianus est, nempe ab eundo (quod Cicero lib. ii. De nat. Deor. tradidit) sic dictus. Ex quo & transitiones perviæ Iani, & fores privatarum ædium januæ appellantur. Ianum ergo Quirinum vocat Sueton. quod & ipse bello præsit, ut Iunonem quoque Quiritem in veteri marmore legimus. Ianum vero Quiri-

rinum semel atque iterum à condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo brevioris temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit. Bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum. Curules triumphos treis egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes.

ni Horat. quod à Romulo, quem Quirinum vocabant, templum ei Romæ sit conditum. Extant & Augusti, & Neronis nummi, in quorum parte altera templum Iani clausum conspicitur, cum hac inscriptione, IAN. CLV. & PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. *Tarrent.* In sacris veteres Romani invocabant Ianum Quirinum, Ianum Patulium, & Clausium. Quirinum autem cognominabant, quasi bellorum potentem; ab hasta quam Sabini curim vocant. Patulium, & Clausium, quia bello portæ eius patent, pace clauduntur. *Beroaldus.*

Semel atque iterum à condita urbe clausum.] Prima mentio est apud Livium & Plutarchum in historia Numæ: ab eo mos institutus. Hujus temporibus per annos xlii. Iani portæ clausæ fuerunt. Anno deinde ab Urbe condita dxix. Coss. T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo ii. clausum esse iterum Ianum, eodemque anno rursus apertum multi referunt. Tertium clausit AVgustus A.V.C. dccxxv. coss. se v. & Sexto Apuleio, post victum Antonium. Quartum idem princeps coss. ipso ix. & M. Junio Silano, quum ex bello Cantabrico Romam redisset A. V. dccxxix. Quintum quoque clausit idem imperator circa tempora natiuitatis Regis & Pontificis summi IESV CHRISTI Domini nostri. Sextum clausit Nero, se llii. & Valerio Messalla coss. anno V. dccxxi. Septimum (Tacitus & Orosius ajunt sextum, quia Nero sine vera causa clauserat) Vespasianus

A. V. C. dccxxiv. coss. se llii. & Nerva. Magnum deinceps altumque silentium apud historicos super Iani portis. Mansisse tamen consuetudinem antiquam testatur Capitolinus in Gordiano juniore. Sed & sub Christianis Impp. servatum aliquandiu vetus hoc institutum, testis locuples Ammianus lib. xvi. qui in historia rerum gestarum à Constantio, clausi ab eo Iani mentionem facit. *Casaub.* Addam firmandæ Suetonii historię fragmentum Taciti apud Orosium his verbis: *Deinde, ut verbis Corn. Taciti utar, sene Augusto patefactus Ianus, dum apud extremos terrarum terminos nova gentes saepe ex usu, & aliquando cum damno quaruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium.* Lipsius.

Ovans.] Ovatio minus honoratum triumphus genus. Differt autem ab altero, primum quod in ipsa ovatione dux cum exercitu urbem ingreditur pedibus, non autem curru, ut ille qui majore triumpho ornatur: deinde quia non gestat togam pictam & clavis aureis distinctam, neque ornatur trabea, aut laurea corona redimitur: quin etiam hac in re altero est inferior, quod non gestet sceptrum, in cæteris vero rebus illi est par. *Dionys. Halicarn.*

Post Philippense.] Falsum est quod videtur sensisse Suetonius, ex ea victoria eum ovasse. Nam contra ea ovatio titulum & causam habuit, pacem factam cum M. Antonio: qui & ipse eundem simul honorem usurpavit. A.V.C. dccxxlii. auctor Dio & Fasti Capitolini. *Casaub.*

omnes. Graves ignominias cladesque, duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam & Varianam: sed Lollianam majoris infamia, quam detrimenti: Varianam pene exitiabilem, tribus legionibus, cum duce legatisque & auxiliis omnibus, casis. Hac nuntiata, excubias per urbem indixit, ne quis tumultus exsisteret: & Praesidibus provinciarum propagavit imperium, ut & à peritis & assuetis socii continerentur. Vovit & magnos ludos Iovi Opt. Max. SI

R E M-

Sed Lollianam majoris infamia quam detrimenti.] Accepta in Germania clades, sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidior, & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo: amissaque legionis quintae aquila, vocavit ab urbe in Gallias Caesarem. *Vellejus.*

Varianam pene exitiabilem.] Hac clade, ut tradunt Historici, factum est, ut Romanum Imperium in ripa Rheni fluminis staret. Plinius in septimo, inter infelicitates Augusti Varianam cladem numerat, his verbis: *Iuxta haec Variana clades, & majestatis ejus foeda sugillatio.* Beroald.

Legatis casis.] Legatorum nomen multis modis accipitur, sed eorum qui in provinciis versati fuere, duobus modis: primum, qui Senatus voluntatem ad alios detulerunt, deinde, qui praesidibus operam quacunque ratione navarunt. Quos ambos intellexisse Cicero videtur interrogat. in Vatin. cum eos appellavit *nuntios pacis, ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, muneris provincialis ministros.* Significat enim unum genus legatorum, qui decem aut quinque à senatu, & ex senatu ad ordinandam provinciam, parva ab imperatore victoria, mittebantur: item alterum, qui praesidibus in omni provinciali, ac bellico munere adjutores dabantur: de quibus Caesar lib. 111. de B. C. *Alia sunt legati par-*

tes, alia imperatoris; alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet. Et lib. 11. *Officium legati, fiduciarium operam obtinere.* Sigon.

Auxiliis.] Legionibus semper auxilia, tanquam levis armatura in acie jungebantur. ut in his praeliandi magis adminiculum esset, quam principale subsidium. Ceterum magnus in legionibus labor est militandi, graviora arma, fera munera, severior disciplina. Quod vitantes plerique, in auxiliis festinant militiae sacramenta percipere, ubi & minor sudor, & maturiora sunt praemia. *Vegetius.*

Excubias per urbem indixit.] Ita solitum in omni tumultu ad omnem cladis acceptae nuntium, ut saepe apud Livium. Tunc vero causa praecipua fuisse videtur, quod erant in Urbe Germani Gallique milites non pauci. *Casaub.*

Ut & à peritis & assuetis continerentur.] Quidam improbant institutum illud Romanorum quo annuos tantum praesides, annuosque duces copiarum faciebant: ut interdum prius se circumageret annus, quam omnia forent expedita: & ut saepe ignorarent milites, & ignorarentur à militibus. Unde Annibal apud Livium inquit: *An me cum hoc semestri conferam duce, cui si quis, demptis signis, Panos, Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul.* Beroald.

Magnos ludos.] Sic dictos, quod praecipue

REMPUBLICAM IN MELIOREM STATVM
 VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque
 bello erat. Adeo namque consternatum ferunt, ut per
 continuos menses barba capilloque summisso, caput in-
 terdum foribus illideret, vociferans: Quinctili Vare,
 legiones redde: diemque cladis quotannis mœstum
 habuerit ac lugubrem. IN RE militari & commutavit
 multa, & instituit: atque etiam ad antiquum morem
 nonnulla revocavit. disciplinam severissime rexit. ne
 legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque
 demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equi-
 tem R. quod duobus filiis adolescentibus, caussa detre-
 Et an-

cipue in Iovis honorem voverentur:
 Festus: Magnos ludos Romanos ludos ap-
 pellabant, quos in honorem Iovis, quem
 principem deorum putabant, faciebant.
 Vel dicamus, magnos deos duodecim
 Romanis fuisse, quod Lactant. docet,
 sex mares & foeminas totidem, quorum
 imagines auratae ad forum stabant, ut
 refert Varro de R. R. lib. 1. cap. 1. Marc.
 Donatus.

SI REMP.] Cod. Salmasii. SI RESP.
 &c.

Quod factum Cimbrico Marsicoque bel-
 lo erat.] Nempe ut ludi magni vove-
 rentur sub eadem conditione: nam a-
 lioquin sæpe alias ex votis ducum, si
 HOSTEIS FVDISSENT, iidem ludi sunt
 celebrati: ut Q. Servilii Ahalæ Dicta-
 toris apud Livium lib. VII. & Camilli
 item Dictatoris. ibidem, & alibi item.
 Casaub.

Disciplinam.] Scilicet militarem: quæ
 virtus nomen populo Romano, & æ-
 ternam gloriam peperit, quæ orbem
 terrarum parere Romano Imperio co-
 egit, ut tradit Cicero in oratione pro
 Murena. De hac ita loquitur Titus
 Manlius ad filium: Disciplinam mili-
 tarem, qua stetit ad hanc diem Romana
 Respublica, solvisti. Bergald.

Ne legatorum quidem cuiquam.] Id
 postea licentia temporum vivo adhuc
 AVgusto (imo ipsius AVgusti exemplo,
 qui in Occidentem atque Orientem sæ-
 pius meavit comite Livia) mutari cœ-
 pit: & magis Tiberii principatu. Ap-
 paret ex ea relatione Cæcina: cujus Ta-
 citus miminit libro 111. Casaub.

Uxorem intervisere.] Ita Annibal a-
 pud Livium ad milites inquit: Si quis
 vestrum suos visere vult, comeatum do-
 primo vere edico, adsitis, ut, diis bene
 juvantibus, bellum ingentis gloria præ-
 daeque futurum incipiamus. Intervisere
 vero, est ex intervallo revisere. Sic,
 apud Palladium, interlegere poma, est
 non tota colligere, sed per intervalla
 decerpere, ut relicta in arboribus fiant
 grandiora. Bergald.

Sacramenti.] Tempore secundi belli
 Punici milites, quod nunquam antea
 factum erat, iure jurando à tribunis mi-
 litum adacti, jussu consulum conventu-
 ros, neque injussu abituros. nam ad eam
 diem nil præter sacramentum fuerat:
 & ubi ad decuriatum aut centuriatum
 convenissent, sua voluntate ipsi inter
 se equites decuriati, centuriati pedites
 conjurabant, sese fugæ atque formidinis
 ergo non abstratos, neque ex ordine recessu-
 ros,

Et andi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subjecit hasta; quem tamen, quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem contumacius parentem, cum ignominia totam dimisit: item alias immodeste missionem postulantes, citra com-
moda emeritorum premiorum exauctoravit. cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. cen-

tu-

ras, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis feriendi, aut civis servandi causa. id ex voluntario inter ipsos foedere à tribunis ad legitimam jurisjurandi ad-
actionem translatum. Livius.

Pollices amputasset.] Arrius Menander I. C. l. 111. De re militari, Qui filium subtrahit militia belli tempore, exilio, & bonorum parte multandus est, si in pace, sustibus cedi jubetur, & paulo post, Eum qui filium debilitavit dilectu per bellum indicto, ut inhabilis militia sit, præceptum Divi Trajani deportavit. Fortunatianus Rhetor: Decem milites tempore belli pollices sibi amputaverunt. Rei sunt laesa reipub. Marcellinus de Gallorum moribus loquens, Neque illorum quisquam, ut in Italia, munus Martium extimescens pollicem præcidit, quos joculariter murcos appellant. Torrent.

Ipsam bonaque subjecit hasta.] Ut in aliis, ita in hoc quoque veterem morem retulit Augustus: testes I. C. lege quarta Dig. De re militari. §. gravius. Vetus scriptor apud Suidam: ἐμψιγῆστο ῥα ἔδοξεν, εἶτα ἐπ' ἐξαγωγῆς ἐπιπράσαστο, δειλίας κὲ ἀποδράσεως πύμνημα φερόμενον, δὲ λῶ εἶναι. Casaubon. Apud Catonem dicitur, viros Romanos, qui remiges scripti erant: per portifsculum sub flagro venisse. In quo est duplex antiquitatis notio: una, cives Romanos ob capital admissum prius verberibus cædi, deinde numo sestertio, si Romæ essent, trans Tiberim venire solitos. altera, qui flagris cædebantur, ii

sub præcone, aut si remiges essent, sub portifsculo seu κελύσῃ cædebantur. Horatius:

Secutus flagellis hic triumviralibus

Præconis ad fastidium. Ios. Scal.

Imminere emptioni publicanos.] Publicani, ut ex Equestri erant ordine, faventes Equiti, emere cum sub hasta, ac continuo dimittere volebant. Quod ut caveret Augustus, suo ipsum liberto addixit. Torrent.

Relegatum in agros.] More servorum, qui dominum offenderant. Vlp. lib. xxxv. Dig. de hæred. inst. Si servus fuerit missus in villam, interim illic futurus quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus. Livia quoque, cata illa fœmina, apud Dionem inter leviores pœnas quibus civium delicta castigari vult ab Octavio, κατὰ κλεισίων ἐν ἀγροῖς non prætermittit. Casaub.

Citra comoda emeritorum premiorum.] Forlan interposita copula & premiorum præstat legere. Aliud enim premia, aliud emerita. Nam premia ultra emerita dabantur. Modestinus l. 111. De re milit. Qui militia tempus in desertione implevit, emerito privatur. Item Arrius Menander l. v. eod. tit. & premia, & emeritum capiet. Torrent.

Decimatas.] Maerinus Imperator, authore Julio Capitolino, cum seditio- nes militares pateretur, multos decimavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius erat, quum se clementem diceret, quando eos

cente-

centuriones, statione deserta itidem, ut manipulares, capitali animadversione punit: pro cetero delictorum genere variis ignominis affecit: ut stare per totum diem juberet ante Prætorium: interdum tunicatos, discinctosque, nonnumquam cum decempedis, vel etiam

centesimaret, qui digni essent decimatione atque vigesimatione. *Beroald.*

Decimatus hordeo pavis.] Ita, quum periculum & metus fortis ex æquo omnibus impendat: nemo enim scit, in quem ea sit casura: exemplum autem vescendi ex hordeo in omnes pariter edatur, hoc instituto quam maxime poterat fieri, consultum est utrique rei: ut & terror injiceretur, & acceptum detrimentum sarciretur. *Polybius.*

Statione deserta.] Fuit matricula quædam ordinis à centurione instituti: nam suos juxta vires & pro judicio locabat, certis quemque locis, quos in acie & agmine tenerent. Quisque locum suum noverat, & hos ordines pertinaciter servabant. Cautio antiquitus erat, ne quis miles à signis 1 v. pedes longius procederet, id est, ne quis vel passum unum progrediretur extra lineam, ubi signa. Imo & mors pœna, si qui reliquissent. Quod idem in agmine servabant, etsi non mors hic semper, sed minor pœna, ubi nimirum minor excessus & aberratio. Quod si major, profecto desertionis pœna mors erat. Desertor autem habebatur, qui longius, quam unde tuba exaudiri posset, excessisset. *Sueton.* ut novum in Augusto notat, quod centuriones quoque pari cum manipularibus severitate habuit. *Lipsius.*

Manipulares.] Censeo per manipulares hic non intelligi privatos milites, sed vexillarios & signiferos. Quippe cum proxime centurionibus subjungantur: ac gregarii milites decimati ex hordeo pasti dicantur. *Manipulum* vero interdum notate *signiferum*, autor est *Servius* ad 11. *Æneid.* *Marc. Donat.*

Variis ignominis.] Fuit hæc quoque antiquitus militaris animadversio, juberet ignominie causa militi venam solvi & sanguinem dimitti. opinor hoc factum primitus in militibus stupentis animi atque à naturali habitu declinatis: ut non tam pœna quam medicina videretur. *A. Gellius.*

Ut stare per totum diem juberet.] Inter leviores animadversiones veterum fuerunt & ἔδραι & στάσις ἀπίργι. *Plutarchus* in Antonio, κλισίαις ἀπίργις ἀπὸ πηλακίζεας non dissimiliter dixit. Reperio in disciplina militari *Dacorum*, similem animadversionis modum. *Iustinus* libro xxxii. *Daci suboles Getarum sunt: qui cum Orole rege adversus Bastarnas male pugnaissent, ad ultionem segnitia, capturi somnum capita loco pedum ponere jussu regis coquebantur.* *Casaubon.*

Interdum tunicatos.] Tunicatum apparere in publico, magnum Romæ & in castris fuit vilitatis & humilis sortis argumentum. Contra, interdum toga ignominie causa sumi jussa: sed abscissis laciniis deformis, ut apud *Valerium Max.* lib. 11. Nec dissimilis historia est quæ narratur primo *Paralipomenon*, cap. xix. nam ibi quoque ignominie causa vestis præcidiitur. *Idem.*

Discinctosque.] *Plut.* ἀζώνης, *Polyænus* λισιζώνης. Olim qui aliquid sciri facere parabant, cingulo vestes alias fluxas constringebant: quod proprie Latini dicunt *accingere se operi.* *Casaubon.* *L. Calpurnius* equitum præfectum, quod arma hostibus tradidisset, discincta tunica indutum, nudis pedibus à mane noctem usque, ad principia per omne tempus militie adesse jussit.

etiam cespitem portantes. Neque post bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum commilitones appellabat, sed milites. Ac ne à filiis quidem, aut privignis suis, imperio præditis, aliter appellari passus est: ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque sue majestas postularet. Libertino milite, præterquam Romæ incendiorum causa, & si tumultus in graviore annonâ metueretur, bis usus est: semel ad presidium coloniarum Illyricum contingentium: iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis. eosque servos adhuc viris fœminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora ma-

nu-

jussit. Interdixit etiam ei cōvictum hominum, usumque balnearum. *Val. Max.*

Decempedis.] Decempeda, pertica est, qua metatores utuntur, à numero pedum dicta, sicut quincupeda à quinque pedibus. A decempeda decempedator derivatur. Cicero: Cavebat etiam Lucio Antonio, qui fuerat aquisimus agri privati & publici decempedator. Idem in oratione pro Milone: Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortosque peragrabat. *Beroald.*

Vel etiam cespitem portantes.] Infimus gradus erat tironum miliciam aspiciantium, & caligatorum, quos nullum adhuc facinus egregium in altiorum promoverat gradum. His omnia fere incumbebant militiæ munia: nam in multis eorum opera utebantur tribuni & centuriones plane in modum servorum, ut ipsi queruntur apud Tacitum primo Ann. Inde sunt isti munifices appellati: quibus opponebantur beneficiarii, qui vacationem munerum militarium habebant. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid admiserant, ii regradatione puniebantur, fiebantque amisso ordine in quem promoti fuerant, pro beneficiariis munifices. *Casamb.*

Libertino milite bis usus est.] Cæsar Augustus in Germania, & Illyrico cohortes libertinorum complures legit: quas voluntarias appellavit. Ad Cannas quoque victis Romanis, octo millia servorum empta militaverunt. Sed & post calamitatem apud Thrasimenum acceptam, & bello sociali, Libertini in Sacramentum vocati sunt. Ac ne putes hæc in nostra tantum contigisse res. Similia exempla apud Lacedæmonios & Athenienses reperies. *Macrobius.*

Incendiorum causa.] Pluribus una die exortis incendiis, septem cohortes opportunis locis constituit Augustus, ut binas regiones Urbis unaquæque cohors tueretur, præpositis eis Tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Præfectus vigilum appellatur. Paullus & Ulpianus lib. 1. Pandectar. De Officio præfecti vigilum. *Torrent.*

Pecuniosioribus indictos.] Sensus est: Augustus opulentioribus indixit denunciavitque, ut servos pro facultatibus sibi darent, quibus manumissis in militia uteretur: nam qui ditiores erant, in illos onera inclinabantur, sicut olim à Servio Tullio v. 1. Romanorum rege institutum fuisse docet Livius. *Beroald.*

Sub

numissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commistos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, qua honore præcellerent, dabat: has quam parcissime, & sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam caruleo vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, numquam donis impertiendos putavit: quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea

qui-

Sub priore vexillo.] Livius primum vexillum triarios duxisse ait: alterum rorarios minores robore, ætate, ac factis: tertium accensos, minimæ fiducia manum. Sed Livius ad dignitatem respexit, Tranquillus ad ordinem, quo in acie disponuntur. *Sabell.*

Quam vallares ac murales coronas.] Erant istæ quoque ex auro: sed, ut aperte indicat Suetonius, paucæ; ut pretio comparandæ non essent cum torquibus ac phaleris. At quare omisit civicas? Hæc si materiæ æstimationem spectes, omnium vilissimæ: Sed videtur civica postquam cœpit appendi foribus Imp. quasi propria eorum habita & pars majestatis ipsorum. *Casaub.*

Caligatis.] Omnes milites caligati incedebant. Sed & caligatus per se pro milite accipitur, ut l. vi. De re milit. *Caligatus qui metu hostium languorem simulavit.* Juvenalis Satyra ultima.

Cum duo crura habeas, offendere tot caligatos.

Suetonius tamen hic caligatorum nomine gregarios tantum milites intelligit, uti & Caligul. cap. ix. Et Vitel. cap. vii. atque ipse (ni fallor) Modestinus lib. x. De excusat. tutorum, & Ulpianus lib. xi. De his qui notantur infamia, & apertissime Theodosius &

Valentinus l. xxi. C. De nuptiis. Id vero inde factum arbitror, quod qui gradum aliquem militiæ tenebant, ornatiore quam manipularii caliga utebantur, & clavis argenteis, aureisque effulgebant. Hinc est quod *millia clavorum, & in digito harere clavum militis* dixit Juvenalis, & *Marium à caliga ad Consulatum perductum*, Seneca de benef. lib. v. *Torrent.*

Caruleo vexillo donavit.] Colore marinis fluctibus simili. Sextus Pompejus & ipse, ut Appianus scribit, ob multiplices maris successus caruleum paludamentum pro purpureo induit. Servius auctor est, caruleum vexillum equitum alas apud majores cogere solitum: ob id, credo, quia & Neptunus equester ab initio Romæ cultus est, & quia equus eidem numini adscribitur. *Virgilius:*

— Tuque d cui prima fementem
Fudit equum magno tellus percussa tri-
denti.

Sabell.

Quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea quibus vellent.] Sublata libertate, duces cum auspiciis hoc quoque jus amiserunt: non tamen repente, nec ἀπὸνως, sed primum ea desierunt donare quæ honore præcellerant: deinde etiam

quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque convenire arbitrabatur: Crebro itaque illa jaētabat:

Σπεῦθε βραδέως, &c.

Ἀσφαλῆς γὰρ ἐς ἀμείνων, ἢ θρασυῖς στρατηλάτης.

Et, Sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene. Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major emolumentum spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes ajebat esse aureo hamo piscantibus: cuius abrupti damnus nulla
26 captura pensari posset. MAGISTRATUS atque honores, & ante tempus, & quosdam novi generis, perpetuosque, cepit. Consulatum XX. ætatis anno invasit, ad motus hostiliter ad urbem legionibus, misissetque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non du-
bi-

etiam alterius generis. civicam sane sub AVGUSTO jam & TIBERIO raro dederunt. Tacit. III. Annal. Quo prælio Rufus Helvius gregarius miles lervati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta: Caesar addidit civicam coronam: quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus. Casaub.

Σπεῦθε βραδέως.] Hoc dictum Augustus nummis quoque suis expressit, cum Terminum fulvini conjunxit, ut anchoram delphino Titus, Imperator Augustus simillimus. Versus autem Græcus Trochaicus est, ex Eurip. Phœnissis, quo Augustus illud suum Festina lente confirmabat. Torrens

Consulatum XX. et invasit.] Factum hoc ab O. exemplo ullo, ait Dio lib

unum Marium juniorem excipias, sed quia mera vi id factum, cum eo noluit fortasse Dio AVGUSTUM comparare: qui per speciem saltem aliquam liberorum iustitragiorum consul est creatus. Casaub. Legem tulit L. Villius Trib. pleb. L. Mantio Q. Fulvio coss. A. V. C. DLXXXIII. Quot annos nati, quæque magistratum peterent, caperentque. Qua de re Livius lib. XI. Hinc lex illa Annalis & Amaria dicta. Consulatum autem definitum erat ann. XLIII. Hott.

Capulum.] Capulum dici voluerunt antiqui loculum, in quo cadavera portabantur: Græce φέρετρον appellatur: à capiando capulus dictus. Inde senex capularis vocatur à Plauto, jam morti vicinus: & prisca reos capulares dicebant, qui capulo digni essent. & Lucilius ait: Pergit capulare cadaver. Capulus quoque signifi-

bitasset in curia dicere, Hic faciet, si vos non feceritis. Secundum consulatum post IX. annos, tertium anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, cum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum intervallo, & rursus tertium decimum biennio post ultro petiit: ut Cajum & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Quinque medios consulatus à sexto ad undecimum annuos gessit: ceteros autem sex, aut novem aut sex aut quatuor aut tribus mensibus, secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kal. Ianuarii, cum mane pro æde Capitolini Iovis paullulum curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum. Nec omnes Romæ, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum & nonum Tarracone iniiit. TRIVMVRATVM Reip. consti-

tuen-

significat manubrium gladii: in quo significato hic accipitur. Beroald.

Hic faciet.] Simile est exemplum illius Centurionis, qui à Cæsare Dictatore Romam missus, stans pro foribus curiæ, quum tempus imperii minime Cæsari prorogari cognovisset, concusso manu gladii capulo: HIC PROROGABIT, inquit. Idem.

Tyrocinio.] Tyrocinium, præter illud militare rudimentum, dici ab eruditis solet, quando adolescentuli togam sumunt, & barbam ponunt, eloquentiamque in foro auspicantur. Seneca libro III. Declamationum: Ille in foro primum dicitur, tyro dicitur est. Plinius libro VIII. Tanaquil prima texuit vestem tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, novæque mpta. Et M. Tullius in Epistolis ad Atticum, in tyrocinio filii Ciceronis togam puram illi dedisse se Arpini scribit. Idem de

hoc tyrocinio videtur Seneca loqui, cum ait: Quantum senseris gaudium, cum prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es. Idem.

Cum mane pro æde Capitolini Iovis.] Ex more omnium consulum consulare sacrum facturus ascenderat in Capitolium. Casanb.

Curuli sella.] Calendis Ianuariis novi consules inibant magistratum, & in sella eburnea sedere solebant: Curulis ob eam causam appellatur, quod curru honoris gratia soliti erant in curiam vehi Senatores, qui curulem magistratum, hoc est, majorem honorem gessissent: in quo curru sella esset, supra quam confiderent. Beroald.

Triumviratum Reipubl. constituende.] Triumviris istis ut & dictatoribus, similes apud Græcos fuere, qui turbato intestinis malis Reipubl. statu, ad eam constituendam soliti creati: hos The-

stali

tuenda per decem annos administravit : in quo restitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret proscription, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gratiam & preces exorabilibus, solus magnopere contendit ne cui parceretur : proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in edilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit, Cum peracta proscriptione, M. Lepidus in senatu excusasset praterita, & spem clementia in posterum fecisset : quoniam satis pœnarum exactum esset : hunc è diverso professum, ita modum se proscribendi statuisset, ut omnia sibi reliquerit libera : in cuius tamen pertinacia pœnitentiam, postea T. Vinium Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate decoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravat invidia. Nam & Pinarium equitem R. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites

sub-
sali δὲ χυρὸς, Lacedæmonii ἀρμυρῶς appellarunt, φοβερῶς βασιλεῖς ἢ τυραννικὸς καλεῖν, ait Dionysius Halicarnass. etsi revera tyrannica aut regia potestate erant præditi. *Casaub.*

Ne qua fieret proscription.] Hæc est illa nefaria proscription, qua in primis Cicero proscriptus fuit una cum filio, fratre, fratrisque filio, omnibus denique clientibus & amicis : cum tamen diu recusasset Augustus proscribi Cicero-nem, tandem expugnatus concessit Antonio hac conditione, ut Antonius sibi L. Cæsarem avunculum, & Lepidus Paulum fratrem proscribendos necandosque concederent. *Beroald.*

Magnopere contendit ne cui parceretur.] Si prudentia ab honestate & probitate separari potest, dicam consilium prudentissimum fuisse, etsi impium & sæ-

vissimum. Geminum huic illud fuit, quod olim sapientissimus senex Herennius Pontius pater filio dedit, consultus ab eo cum ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos exercitus Romanos teneret. Ad i ad Livium lib. ix. At de Octavio longe alia narrat Dio : nempe servatos ab eo quotquot servari potuerint. *Casaub.*

Paganorum apud milites.] Male qui *paganos* hic pro agrestibus, aut rusticis accipiunt. Nam jurisconsultorum more *paganos* militibus opponit. Exempla passim obviam ubi de castrensi peculio, vel militari testamento agitur, & Juvenal. Sat. xv. *Contra paganos.* Hinc majores nostri ad Christianorum differentiam *paganos* vocabant, qui Christi militiæ nondum nomen dederant. Adde locum Suetonii Galb, cap. xix. *Torr.*

Subscribere quadam animadvertisset, curiosum ac speculatore[m] ratus, coram confodi imperavit. Et Tedium Afrum COS. designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis perterruit minis, ut is se precipitaverit. Et Q. Gallium pratore[m], in officio salutationis, tabulas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere: nec quidquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paullo post per centuriones & milites raptum è tribunali, servilem in modum torfit: ac fatentem nihil, jus sit occidi, prius oculis ejus sua manu effossis: quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque à se in custodiam, deinde urbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis periisse. Tribunitiam potestatem perpetuam

Curiosum.] Olim curiosi & frumentarii iidem. Sed frumentariis à Diocletiano remotis & penitus sublatis, curiosi ex corpore agentium in rebus per singulas provincias mittebantur, ad curas agendas, & idem munus obeundum, quod olim frumentarii: quos ad explorandum annunciandumque, si qui forte motus existerent, institutos esse scribit Victor. *Salmasius.*

Ac speculatore[m] ratus.] Σπικυλάτωρς quoque nominantur in Evangelio. Hi jam ex antiquo in legionibus militarunt, & diversi fuere ab exploratoribus. Porro licet eadem attribuantur officia frumentariis & speculatoribus, diversum tamen sunt genus, nec confundi debent. Dio quidem de speculatoribus loquens, διόπλους & ἐρευνήτας eos nominat: & similiter frumentarios ὑπακυσῶντας ἢ διοπιλόωντας στρατιώτας vocat: sed honestiore tamen gradu militarunt frumentarii, quam speculatores. nam ex istis promovebantur illi, ut à minore ordine in

maiores. Speculatores inter alia carnificis officium peragebant, in reis capite damnatis decollandis, unde eos *δμηρῆς*, id est, carnifices vocat Dio. Frumentarii vero perquirendis quidem reis & prosequendis deducendisque operam navabant, non etiam supplicio afficiendis. *Idem.*

In officio salutationis.] Moris fuit apud Romanos, ut prima & secunda hora matutina, salutatum irent potentiores principes. *Martialis:*

Prima saluantes, atque altera continet hora.

Salutatores priusquam admitterentur, consistebant ante fores ædium in vestibulis. Vnde Gellius in *iv. sic ait:* *In vestibulo adium Palatinarum omnis fere ordinum multatudo operientes salutationem Cæsaris constiterant.* *Beroald,*

Tabellas duplices.] Ita nominatas à numero (ut opinor) foliorum: sicut Triplices & Quintuplices. *Idem.*

Oculis ejus sua manu effossis.] O feritatem! Sed fecit non primus. Sylla, ait Valerius, M. Marium non prius visa

tuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit & morum legumque regimen aequum perpetuum, quo jure, quanquam sine censura honore, censum tamen populi ter egit: 28 primum ac tertium cum collega, medium solus. De reddenda Rep. bis cogitavit: primo post oppressum statim Antonium, memor obiectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret ne redderetur: ac rursus tædio diuturnæ valitudinis: cum etiam magistratibus ac senatus domum accitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans & se privatum non sine periculo fore, & illam plurimum arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit: dubium eventu meliore an voluntate. *Quam*

VO-

privavit quam oculos infelicis erueret. Casaubon.

Tribunitiam potestatem perpetuam recepit.] Hujus dignitatis ea fuit vis, ut sacrosanctus Augustus efficeretur instar tribunorum: utque appellantis ipsum & intra pomerium, (quod jus tribuni habuerunt,) & intra proximum miliarium (quod nulli unquam tribuno jus fuit) opem ferre posset. *Casaub.* Id summi fastigii vocabulum AVgustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret. *Tacitus.*

Lustra.] Lustrum nominatum tempus quinquennale, à luendo, hoc est, solvendo: quod quinto quoque anno vectigalia, & ultra tributa per censores persolvebantur. *Varro.*

De reddenda Rep. bis cogitavit.] Divus AVgustus, cui dii plura quam ulli præstiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem à Repub. petere. Omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi pararet otium. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuum fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem

pollicitus esset, hæc verba inveni. sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit, ut cum rerum lætitia moretur adhuc, perciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. *Seneca.*

Primo post oppressum statim Antonium.] Meccenatis consilium, retinendum principatum suadentis, prætulit ei, quod Agrippa suggererat de deponendo. Non tamen omnia, quæ is suavisset, agere instituit: sed alia confestim mutavit, alia postea temporis: nonnulla etiam sequentibus imperatoribus perficienda reliquit. *Dio Cassius.*

Rationarium.] Quo opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia, necessitates item ac largitiones: quæ cuncta sua manu perscripserat. Id enim intelligere licet ex Taciti Annal. 1.

Eventu meliore an voluntate.] Scribit Sextus Aurelius, vulgo jactatum esse de Augusto: utinam non nasceretur, aut non moreretur. Nam & in adipiscendo magistratum oppressor libertatis est habitus,

voluntatem cum præ se idem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est: Ita mihi salvam ac sospitem remp. sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reip. quæ jecero. Fecitque ipse se compotem voti, nisius omni modo, ne quem novi status pæniteret. VRBEM²⁹ neque pro majestate imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua, Fo-

rum.

bitus, & in gerendo princeps optimus. *Beroald.*

Ita mihi salvam ac sospitem Remp.] Animabat Iulianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negotiorum magnitudinem dejeraret assidue. Sic sub jugum mitteret Persas: Ita quassatum recrearet orbem Romanum. ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta consuevisse firmare: Sic in provinciæ speciem redactam videam Daciam: Sic pontibus Istrum, Ephratem superem: & similia plurima. Ammian.

Inundationibus incendiisque obnoxiam.] Tacitus de incendio Neroneo, Ignis anteit remedia velocitate mali, & obnoxia urbe arcibus itineribus huc & illuc flexis, atque enormibus vicis qualis Roma fuit. Sed vide Strabonem lib. v. De inundationibus subit mirari, cum ea res causas naturales & manifestas haberet, semper tamen Tiberim exundantem pro magno prodigio habitum & in Acta relatum. Casaubon.

Jure sit gloriatus marmoream se relinquere quam lateritiam accepisset.] Alio-

versum trahit Dio AVGVsti dictum: quem morientem dixisse refert, ὅτι τὴν Πρωτέω γῆνιν παραλαβὼν, λιθίνω ὑμῖν κατέλειπε. & addit suum interpretamentum, τὸ ἔργον ἔστιν ἕως τοῦ οὐρανὸν ἀπέχειται αὐτοῖς ἀκαθάρτους, ἀλλὰ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ἐκχυρὸν ἐνεδείξατο. Alludit autem AVGVstus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus Varro Ταφῆ Μαρτύριον. Antiqui nostri domibus lateritiis paullulum modo lapideus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant. De iis Plinius libro xxxv. cap. xiv. Idem.

Forum exstruxit.] Fora duorum generum Romæ, & in universum xviii. numerant descriptores Urbis. Erant Civilia, erant Venalia. Illa, in quibus res & lites agebantur: hæc, in quibus merces aut species certæ venales: ut Forum Suarium, Piscatorium, Bearium, Olitorium, & talia. Civilia primum tria fuerunt, Romanum, Iulium, Augustum, in cuius medio Mars Ultor, sicut in Iulii, Iulius aut Venus. Accessere postea fora

rum cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Iovis in Capitolio. Fori extruendi causa fuit, hominum & judiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis æde, publicatum est cautumque ut separatim in eo publica judicia & sortitiones judicum fierent. Ædem Marti, bello Philippensi pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo ut de bellis triumphisque hæc consuleretur senatus: provincias cum Imperio petaturi, hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari à Deo haruspices pronuntiarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina

Græ-

Nervæ & Trajani. Lipsius.

Cum æde Martis Ultoris.] Ejus templi effigies in veteribus nummis cernitur, uti & Iovis Tonantis. Verum de Marte Ultore, notandum etiam alterum in Capitolio signis à Parthis receptis ab Augusto instar Iovis Feretrii templum ei constructum fuisse. Quæ causa est quod non eadem in nummis omnibus ejus templi forma cernitur. Torrent.

Martis Ultoris.] Ita Pantheon Iovi Ultori ab Agrippa factum. auctor Plin. lib. xxxvii.

Sanxit.] Decrevit, constituit. Inde leges sanctæ dicuntur, quia sanctione quadam subnixæ sunt, ut scribit Vlpianus. Sancire etiam est confirmare. Sunt enim herbæ puræ, & verbenæ, quibus utebantur legati ad foedus faciendum, bellumque indicendum. Beroald.

Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus.] Ad ejus templi dedicationem referendum illud Horatii lib. i. Od. xxxi.

Quid dedicatum poscit Apollinem Vates, &c.

Nam de bibliotheca ibidem ab Augusto instituta notissimus ejusdem poetæ versus,

— tangere vitet

Scripta Palatinus quacumque recepit Apollo.

Torrentius.

Excitavit.] Vet. Cod. pro verbo, excitavit habet, exertavit. Quod verbum, quia obscurius erat, à librariis mutatum est in, excitavit. Paullo post legendum ex Vet. Cod. à L. Munatio Plancio, &c. De qua re extat veteris inscriptionis fragmentum ad clivum Tarpeii montis repertum, ex quo Saturni templum, & ærarium ibi fuisse intelligere possumus. L. PLANCVS. L. F. COS. IMP. ITER. DE. MANIB. F. Vrsinus.

A Deo.] A quo, non dicit, sed ab Apolline crediderim, cui est templum erectum. Sed quo pacto ab Apolline, dixerit aliquis, si à Iove sunt fulmina? Cui occurras licet, non solum à Iove, sed

Græcaque. quo loco jam senior sæpe etiam senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti Iovi ædem consecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.

Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicamque Lucii & Caii: item porticus Livie & Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed & ceteros principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel restructis, & excultis, urbem adornarent. Multaque à multis exstructa sunt: sicut à Marcio Philippo, ædes Hercules Musarum: à

L. Cor-

sed à Saturno quoque, ut Plinius ait, & Marte provenire: verum Martem, & Apollinem eundem esse Macrobius subtilissima dissertatione demonstrat. *Sabellius.*

Lecticam ejus fulgur perstrinxisset.] Fulgur pro fulmine, ut in Domitiano, Tot fulgura facta audistaque sunt, ita & semper in libris olim aruspicum: sæpe etiam Plinius. & optimus quisque Latinitatis auctor. Ita accipe vocem fulgor in Constantini constitutione, Codic. Theodos. De paganis sacrificiis & templis, Si quid de palatio nostro aut cæteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantia, quid portendat ab haruspiciis requiratur. Casaub.

Basilicam.] Regiam domum, sive ædificium: cujus vestigia adhuc Romæ in Exquilis visuntur. Sabell.

Porticus Livie.] Cõjugis scilicet, fuitque ea porticus juxta sacram viam, ubi domus C. Cæsaris, quam sumptuose à Julia filia ornatam Augustus diruit, ibique Livie porticus erecta. Ovidius:

Disce tamen veniens ætas, ubi Livie nunc est

Porticus, immensa tecta fuisse domus. Idem.

Sed & ceteros viros principes sæpe hortatus est.] Erat etiam tum in more publica munificentia: nec AVGVSTUS arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostileis exuvias, aut exundanteis opeis, ornatum ad Urbis & posterum gloriam conferre. Tacitus.

À Marcio Philippo, ædes Hercules Musarum.] Eumenius Rhetor orat. De scholis instituendis. Aedem Hercules Musarum in Circo Flaminio Fulvianille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse litteris, & summa Ennii amicitia duceretur, sed quod in Græcia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitem ducemque Musarum. Idemque primus signa novem, hoc est, omnium Camænarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi Numinis consecravit, quia multis operis & præmiis jurari ornarique deberent, Musarum quies defensione Hercules, virtus Hercules voce Musarum. Intelligimus igitur, ædem illam non factam à Marcio Philippo, Augusti vitrico, sed restructam. Torrent.

K 3

Ædes

L. Cornificio, aedes Diane: ab Asinio Pollione, atrium Libertatis: à Munatio Planco, aedes Saturni: à Cornelio Balbo, theatrum: à Statilio Tauro, amphitheatrum: à M. vero Agrippa, complura, & egregia. Spatium urbis in regiones vicosque divisit: instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri è plebe cujusque vicinia electi. Adversus in-

cen-

Aedes Diane.] Romæ multæ aedes erant Dianæ: inter quas illam, quæ in angiportu patritio erat, viros ingredi nefas existimabatur: & cum in cæteris Dianæ templis cervorum cornua figerentur, in Aventinæ Dianæ templo boum tantummodo suspendere consueverunt. Cujus rei causam prodidit Plutarchus in Problematis. *Beroald.*

Atrium.] Eo docti tanquam ad *ἀ-γλῶν* conveniebant. Ovidius:

*Nec me qua doctis patuerunt primali-
bellis*

Atria, Libertas tanzere passa sua est. Ibidem fuit tabularium, in quo servata aëta publica. Livius lib. XLIII. Erat autem similis atrii aedium privatarum, quæ habebant tablina & pinacothecas adjunctas; in medio erat area sub dio, columnis cincta: ideo is locus etiam *peristylum* appellatus. Idem quoque *impluvium* dicebatur. Atque hoc proprie atrium est, non atrii pars: nam *atrium* ab *αἶθερον*, significat locum in aedibus sub dio. Græci *ὑπερσπον* frequentius vocant. *Casaub.*

Atrium Libertatis.] Ante Asin. Pollion. refectum & ampliatum legimus à Sex. Ælio Pato, & C. Cor. Cethego Censoribus, apud Liv. LXXXV. Idem l. XXVI. scribit, obsides Tarentinos in atrio Libertatis custoditos fuisse. *Marc. Donat.*

A M. Agrippa complura & egregia.] Agrippa in Ædilitate sua, adjecta Virgine aqua, cæteris corrivatis atque emendatis, lacus septingentos fecit: præterea salientes centum quinque:

castella centum triginta, complura etiam culta magnifica: operibus iis signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio. Adjicit ipse in Ædilitatis suæ commemoratione, & ludos undesexaginta diebus factos, & gratuita præbita balinea centum septuaginta. *Plinius.*

Spatium Urbis in regiones vicosque divisit.] Regiones quidem XIV. vicos vero CCCXXV. si satis certa hæc in fragmento Rufi lectio. Regiones autem Dio *μέρη* vocat simpliciter. Socrates in Ecclesiast. histor. *κλίματα*. Alii Græci *ῥεγίονες*, unde in Suida *ῥεγίονάρχης* dicitur, & apud Hesych. *ῥεγίονάρχης*, *curator regionis*. *Casaub.*

Annui magistratus.] Non novos ad id de quo loquitur Magistratus instituit Augustus, sed ordinariis, ut puta Prætoribus, Tribunis atque Ædilibus, hanc quoque curam extra ordinem demandavit, facta sortitione quam quisque regionem tueretur. Sicut neque Urbem in regiones, vicosque primus divisit, sed cum ante sic divisa esset, quisquamque regionem, aut vicum curaret constituit. *Torrent.*

Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est.] Quos alii milites per contemptum vocabant *sparteolos*. ut opinor, à funibus quorum multus usus in restringendis incendiis vel à sparteis tunicis quibus erant amicti; vel etiam à genere calciamentorum. nam hujusmodi hominum solet è spar-

teis

condia excubias nocturnas, vigilesque, commentus est. Ad coercendas inundationes, abveum Tiberis laxavit, ac repurgavit completum olim ruderibus, & edificiorum prolapsionibus coarctatum. Quo autem facilius undique urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arminio tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumptas, refecit: easque & cæteras opulentissimis donis adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Iovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingentes HS. una donatione contulerit. POSTQVAM 31
vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo

Le-

reis funibus contexebantur interdum.
Casaubon.

Aedificiorum prolapsionibus coarctatum.] Codex Salmat. prolapsionibus.

Sedecim millia pondo auri.] Budæus lib. v. de Assæ & partibus ejus: *Libra auri non minus centum aureis solatis aestimari potest: quare ducenta quinquaginta pondo, ab Hierone urbi Romana muneri missa, minimum viginti quinque millibus valuerunt. Igitur singula millia pondo auri, pro singulis centenis millibus aut. sol. accipiemus.*

Gemmasque ac margaritas.] Auctores fere his vocabulis sic utuntur, ut *gemma* omnis lapillus pretiosus sit, *margarita* concharum partus. L. Cti. vero *gemmas* esse volunt quæ pellucidæ sint materiæ, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti; lapillos vero, contrariè superioribus naturæ, ut obsidiani, Vejentani. *Margaritas* autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. L. xv. De auro, & argento legato. *Torrent.*

Quingentes us.] Pretium illud, ex eisdem Budæi calculo, fuerit duodecies centenorum & quinquaginta millium coronatorum.

Una donatione contulerit.] Non solum lapidum segnentis pavimenta templorum pingi solita, sed ex margaritis quoque tessellatio quædam & pictura concinnari, ut & hodie fit: ejusmodi in ædibus sacris, quas Augustus dedicavit, fuisse, cognoscimus ex Suetonio. Nam ad tessellandum gemmis lacunar, sive tholium ædis Tonantis gemmas illas contulisse non dubium est. Arnobius *interfitionem gemmarum* vocat. Ioseph. Scaliger.

Pontificatum maximum suscepit.] Hoc deerat ad implendum omni ex parte jus *æuroregeles*: duobus enim continetur Respub. omnis, religionum cærimonis, & legibus humanis: quorum utriusque cura & potestas olim penes reges fuit. estque is mos antiquissimus, ut ex Aristotelis lib. i. Polit. notare olim meminimus ad xiv. Strabonis. Vide eundem philosophum lib. vi. cap. ult. & Synesium epist. cxxi. Augustus ergo ne quid illi ad summam potestatem deesset, Pontif. Maxim. anno DCCXLI. Prid. Non. Martii creatus est. Dio lib. l. iv. & Ovid. in Martio. Permansit mos ab eo traditus ad Gratianum

25 *etiam cespitem portantes. Neque post bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum commilitones appellabat, sed milites. Ac ne à filiis quidem, aut privignis suis, imperio præditis, aliter appellari passus est: ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque sue majestas postularet. Libertino milite, præterquam Romæ incendiõrum causa, & si tumultus in graviore annonâ metueretur, bis usus est: semel ad præsidium coloniarum Illyricum contingentium: iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis. eosque servos adhuc viris fæminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora ma-*

nu-

jussit. Interdixit etiam ei cõvictum hominum, usumque balnearum. *Val. Max.*

Decempedis.] Decempeda, pertica est, qua metatores utuntur, à numero pedum dicta, sicut quincupeda à quinque pedibus. A decempeda decempedator derivatur. Cicero: *Cavebat etiam Lucto Antonio, qui fuerat aquisimus agrî privati & publici decempedator. Idem in oratione pro Milone: Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortosque peragrabat. Beroald.*

Vel etiam cespitem portantes.] Infimus gradus erat tironum militiam aspiciantium, & caligatorum, quos nulum adhuc facinus utuntur in altiorum promoverat gradum. His omnia fere incumbebant militiæ munia: nam in multis eorum opera utebantur tribuni & centuriones plane in modum servorum, ut ipsi queruntur apud Tacitum primo Ann. Inde sunt isti *municipes* appellati: quibus opponebantur *beneficiarii*, qui vacationem munerum militarium habebant. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid admiserant, ii *regradatione* puniebantur, fiebantque amisso ordine in quem promoti fuerant, pro beneficiariis *municipes*. *Casaub.*

Libertino milite bis usus est.] Cæsar Augustus in Germania, & Illyrico cohortes libertinorum complures legit: quas voluntarias appellavit. Ad Cannas quoque victis Romanis, octo millia servorum empta militaverunt. Sed & post calamitatem apud Thrasimenum acceptam, & bello sociali, Libertini in Sacramentum vocati sunt. Ac ne putet hæc in nostra tantum contigisse rep. Similia exempla apud Lacedæmonios & Athenienses reperies. *Macrobius.*

Incendiorum causa.] Pluribus una die exortis incendiis, septem cohortes oportunis locis constituit Augustus, ut binas regiones Urbis unaquæque cohors tueretur, præpositis eis Tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Præfectus vigilum appellatur. Paulus & Vlpianus lib. 1. Pandectar. De Officio præfecti vigilum. *Torrent.*

Pecuniosioribus indictos.] Sensus est: Augustus opulentioribus indixit denunciavitque, ut servos pro facultatibus sibi darent, quibus manumissis in militia uteretur: nam qui ditiores erant, in illos onera inclinabantur, sicut olim à Servio Tullio v. 1. Romanorum rege institutum fuisse docet Livius. *Beroald.*

Sub

numissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commistos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, qua honore præcellerent, dabat: has quam parcissime, & sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam caruleo vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, numquam donis impertiendos putavit: quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea

qui-

Sub priore vexillo.] Livius primum vexillum triarios duxisse ait: alterum rorarios minores robore, ætate, ac factis: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Sed Livius ad dignitatem respexit, Tranquillus ad ordinem, quo in acie disponuntur. *Sabell.*

Quam vallares ac murales coronas.] Erant istæ quoque ex auro: sed, ut aperte indicat Suetonius, paucæ; ut pretio comparandæ non essent cum torquibus ac phaleris. At quare omisit civicas? Hæc si materiæ æstimationem spectes, omnium vilissimæ: Sed videtur civica postquam cœpit appendi foribus Imp. quasi propria eorum habitæ & pars majestatis ipsorum. *Casaub.*

Caligatis.] Omnes milites caligati incedebant. Sed & *caligatus* per se pro milite accipitur, ut l. vi. De re milit. *Caligatus qui metu hostium languorem simulavit.* Juvenalis Satyra ultima.

Cum duo cura habeas, offendere tot caligatos.

Suetonius tamen hæc *caligatorum* nomine gregarios tantum milites intelligit, uti & Caligul. cap. ix. Et Vitel. cap. vii. atque ipse (ni fallor) Modestinus lib. x. De excusat. tutorum, & Ulpianus lib. ii. De his qui notantur infamia, & apertissime Theodosius &

Valentinus l. xxi. C. De nuptiis. Id vero inde factum arbitror, quod qui gradum aliquem militiæ tenebant, ornatiore quam manipularii caliga utebantur, & clavis argenteis, aureisque effulgebant. Hinc est quod *millia clavorum, & in digito habere clavum militis* dixit Juvenalis, & *Marium à caliga ad Consulatum perductum*, Seneca de benef. lib. v. *Torrent.*

Caruleo vexillo donavit.] Colore marinis fluctibus simili. Sextus Pompejus & ipse, ut Appianus scribit, ob multiplices maris successus caruleum paludamentum pro purpureo induit. Servius auctor est, caruleum vexillum equitum alas apud majores cogere solitum: ob id, credo, quia & Neptunus equester ab initio Romæ cultus est, & quia equus eidem numini adscribitur. *Virgilius:*

— Tuque ò cui prima fremens
Fudit equum magno tellus percussa tri-
denti.

Sabell.

Quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea quibus vellent.] Sublata libertate, duces cum auspiciis hoc quoque jus amiserunt: non tamen repente, nec ἀπὸ πῶς, sed primum ea desierunt donare quæ honore præcellerant: deinde etiam

quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque convenire arbitratur. Crebro itaque illa jaçtabat:

Σπεῦθε βραδέως, &c.

Ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασύς σρατηλάτης.

Et, Sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene. Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major emolumentis spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes ajebat esse aureo hamo piscantibus: cuius abrupti damnum nulla
 26 captura pensari posset. MAGISTRATUS atque honores, & ante tempus, & quosdam novi generis, perpetuosque, cepit. Consulatum XX. ætatis anno invasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non du-
 bi-

etiam alterius generis. civicam sane sub AVgusto jam & Tiberio raro dederunt. Tacit. III. Annal. Quo prælio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta: Cæsar addidit civicam coronam: quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus. Casaub.

Σπεῦθε βραδέως.] Hoc dictum Augustus nummis quoque suis expressit, cum Terminum fulmini conjunxit, ut anchoram delphino Titus, Imperator Augusto simillimus. Versus autem Græcus Trochaicus est, ex Eurip. Phœnissis, quo Augustus illud suum Festina lente confirmabat. Torrent.

Consulatum XX. ætatis anno invasit.] Factum hoc ab Octavio sine exemplo ullo, ait Dio lib. XLVI. recte sane: nisi

unum Marium juniorem excipias, sed quia mera vi id factum, cum eo noluit fortasse Dio AVgustum comparare: qui per speciem saltem aliquam liberorum suffragiorum consul est creatus. Casaub. Legem tulit L. Villius Trib. pleb. L. Mantio Q. Fulvio coss. A. V. C. DLXXIIII. Quot annos nati, quemque magistratum peterent, caperentque. Quade re Livius lib. XL. Hinc lex illa Annalis & Annaria dicta. Consulatus autem definitus erat ann. XLIIII. Hott.

Capulum.] Capulum dici voluerunt antiqui loculum, in quo cadavera portabantur: Græce φέρετρον appellatur: à capiendo capulus dictus. Inde senex capularis vocatur à Plauto, jam morti vicinus: & prisci reos capulares dicebant, qui capulo digni essent. & Lucilius ait: Pergit capulare cadaver. Capulus quoque signifi-

bitasset in curia dicere, Hic faciet, si vos non feceritis. Secundum consulatum post IX. annos, tertium anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, cum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum intervallo, & rursus tertium decimum biennio post ultro petiit: ut Cajum & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Quinque medios consulatus à sexto ad undecimum annos gessit: ceteros autem sex, aut novem aut sex aut quatuor aut tribus mensibus, secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kal. Ianuarii, cum mane pro æde Capitolini Iovis paullulum curuli sella præsedisset, honore abiit, successo alio in locum suum. Nec omnes Romæ, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum & nonum Tarracone iniiit. TRIVMVRATVM Reip. consti-

tuen-

significat manubrium gladii: in quo significato hic accipitur. Beroald.

Hic faciet.] Simile est exemplum illius Centurionis, qui à Cæsare Dictatore Romam missus, stans pro foribus curiæ, quum tempus imperii minime Cæsari prorogari cognovisset, concusso manu gladii capulo: HIC PROROGABIT, inquit. Idem.

Tyrociniis.] Tyrocinium, præter illud militare rudimentum, dici ab eruditissimis solet, quando adolescentuli togam sumunt, & barbam ponunt, eloquentiamque in foro auspiciantur. Seneca libro III. Declamationum: Ille in foro primum dicitur, tyro dicitur est. Plinius libro VIIII. Tanaquil prima texuit vestem tunicam, qua simul cum toga prætoribus induuntur, novæque nuptæ. Et M. Tullius in Epistolis ad Atticum, in tyrocinio filii Ciceronis togam puram illi dedisse se Arpini scribit. Idem de

hoc tyrocinio videtur Seneca loqui, cum ait: Quantum senseris gaudium, cum prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es. Idem.

Cum mane pro æde Capitolini Iovis.] Ex more omnium consulum consulare sacrum facturus ascenderat in Capitolium. Casaub.

Curuli sella.] Calendis Ianuariis novi consules inibant magistratum, & in sella eburnea sedere solebant: Curulis ob eam causam appellatur, quod curru honoris gratia soliti erant in curiam vehi Senatores, qui curulem magistratum, hoc est, majorem honorem gessissent: in quo curru sella esset, supra quam considerent. Beroald.

Triumviratum Reipubl. constituendæ.] Triumviri istis ut & dictatoribus, similes apud Græcos fuere, qui turbato intestinis malis Reipubl. statu, ad eam constituendam soliti creati: hos The-
sali

tuenda per decem annos administravit: in quo restitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret proscripio, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gratiam & preces exorabilibus, solus magnopere contendit ne cui parceretur: proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in aedilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit, Cum peracta proscriptione, M. Lepidus in senatu excusasset praeterita, & spem clementiae in posterum fecisset: quoniam satis poenarum exactum esset: hunc è diverso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera: in cuius tamen pertinacia poenitentiam, postea T. Vinium Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum ce classe olim diceretur, equestri dignitate decoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravat invidia. Nam & Pinarium equitem R. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites

fali ἀρχῆς, Lacedaemonii ἀρχαίης appellarunt, φοβέμενοι βασιλεῖς ἢ τυραννὸς καλεῖν, ait Dionysius Halicarnass. etsi revera tyrannica aut regia potestate erant praediti. Casaub.

Ne qua fieret proscripio.] Hæc est illa nefaria proscripio, qua in primis Cicero proscripius fuit una cum filio, fratre, fratrisque filio, omnibus denique clientibus & amicis: cum tamen diu recusasset Augustus proscribi Cicero-nem, tandem expugnatus concessit Antonio hac conditione, ut Antonius sibi L. Cæsarem avunculum, & Lepidus Paulum fratrem proscribendos necandosque concederent. Beroald.

Magnopere contendit ne cui parceretur.] Si prudentia ab honestate & probitate separari potest, dicam consilium prudentissimum fuisse, etsi impium & sa-

vissimum. Geminum huic illud fuit, quod olim sapientissimus senex Herennius Pontius pater filio dedit, consultus ab eo cum ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos exercitus Romanos teneret. Ad i ad Livium lib. ix. At de Octavio longe alia narrat Dio: nempe servatos ab eo quotquot servari potuerint. Casaub.

Paganorum apud milites.] Male qui paganos hic pro agrestibus, aut rusticis accipiunt. Nam jurisconsultorum more paganos militibus opponit. Exempla passim obviam ubi de castrensi peculio, vel militari testamento agitur, & Iuvenal. Sat. xv. Contra paganos. Hinc maiores nostri ad Christianorum differentiam paganos vocabant, qui Christi militiz nondum nomen dederant. Adde locum Suetonii Galb. cap. xix. Torr.

Vna

Subscribere quadam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit. Et Tedium Afrum COS. designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis perterruit minis, ut is se precipitaverit. Et Q. Gallium prætorem, in officio salutationis, tabulas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium oculere: nec quidquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paullo post per centuriones & milites raptum è tribunali, servilem in modum torsit: ac fatentem nihil, jussit occidi, prius oculis ejus sua manu effossis: quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque à se in custodiam, deinde urbe interdicta dimissum, naufragio vel latro-num insidiis periisse. Tribunitiam potestatem perpa-

tuam

Curiosum.] Olim curiosi & frumentarii iidem. Sed frumentariis à Diocletiano remotis & penitus sublatis, curiosi ex corpore agentium in rebus per singulas provincias mittebantur, ad curas agendas, & idem munus obeundum, quod olim frumentarii: quos ad explorandum annunciandumque, si qui sorte motus existerent, institutos esse scribit Victor. *Salmastius.*

Ac speculatorem ratus.] Σπικυλάτωρες quoque nominantur in Evangelio. Hi jam ex antiquo in legionibus militarunt, & diversi fuere ab exploratoribus. Porro licet eadem attribuantur officia frumentariis & speculatoribus, diversum tamen sunt genus, nec confundi debent. Dio quidem de speculatoribus loquens, *διόπλους* & *ἱεροφύλακας* eos nominat: & similiter frumentarios *ὑπεκρυφύλακας* & *διόπλους* vocat: sed honestiore tamen gradu militarunt frumentarii, quam speculatores. nam ex istis promotebantur illi, ut à minore ordine in

majorem. Speculatores inter alia carnificis officium peragebant, in reis capite damnatis decollandis, unde eos *θηρῆς*, id est, carnifices vocat Dio. Frumentarii vero perquirendis quidem reis & navagandis deducendisque operam præbant, non etiam supplicio afficiendis. *Idem.*

In officio salutationis.] Moris fuit apud Romanos, ut prima & secunda hora matutina, salutatum irent potentiores principes. *Martialis:*

Prima saluantes, atque altera continet hora.

Salutatores priusquam admitterentur, consistebant ante fores ædium in vestibulis. Vnde Gellius in IV. sic ait: *In vestibulo ædium Palatinarum omnis fere ordinum multitudo operientes salutationem Cæsaris consisterant.* Beroald.

Tabellas duplices.] Ita nominatas à numero (ut opinor) foliorum: sicut Triplikes & Quintuplices. *Idem.*

Oculus ejus sua manu effossis.] O feritatem! Sed fecit non primus. Sylla, ait Valerius, M. Marium non prius visa

tuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit & morum legumque regimen aequum perpetuum, quo jure, quanquam sine censura honore, censum tamen populi ter egit: 28 primum ac tertium cum collega, medium solus. De reddenda Rep. bis cogitavit: primo post oppressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret ne redderetur: ac rursus tædio diuturnæ valitudinis: cum etiam magistratibus ac senatus domum accitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans & se privatum non sine periculo fore, & illam plurimum arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit: dubium eventu meliore an voluntate. Quam

VO-

privavit quam oculos infelicis erueret. Casaubon.

Tribunitiam potestatem perpetuam recepit.] Hujus dignitatis ea fuit vis, ut sacrosanctus Augustus efficeretur instar tribunorum: utque appellantis ipsum & intra pomerium, (quod jus tribuni habuerunt,) & intra proximum miliare (quod nulli unquam tribuno jus fuit) opem ferre posset. Casaub. Id summi fastigii vocabulum AVgustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret. Tacitus.

Lustra.] Lustrum nominatum tempus quinquennale, à luendo, hoc est, solvendo: quod quinto quoque anno vestigalia, & ultra tributa per censores persolvebantur. Varro.

De reddenda Rep. bis cogitavit.] Divus AVgustus, cui dii plura quam ulli præstiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem à Repub. petere. Omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi pararet otium. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem

pollicitus esset, hæc verba inveni. sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit, ut cum rerum lætitia moretur adhuc, perciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. Seneca.

Primo post oppressum statim Antonium.] Meccenatis consilium, retinendum principatum suadentis, prætulit ei, quod Agrippa suggererat de deponendo. Non tamen omnia, quæ is suavisset, agere instituit: Sed alia confestim mutavit, alia postea temporis: nonnulla etiam sequentibus imperatoribus perficienda reliquit. Dio Cassius.

Rationarium.] Quo opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa, aut vestigalia, necessitates item ac largitiones: quæ cuncta sua manu perscripserat. Id enim intelligere licet ex Taciti Annal. 1.

Eventu meliore an voluntate.] Scribit Sextus Aurelius, vulgo jactatum esse de Augusto: utinam non nasceretur, aut non moreretur. Nam & in adipiscendo magistratu oppressor libertatis est habitus,

voluntatem cum præ se idemtidem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est: Ita mihi salvam ac sospitem remp. sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reip. quæ jecero. Fecitque ipse se compotem voti, nisius omni modo, ne quem novi status pæniteret. VRBEM²⁹ neque pro majestate imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua, Fo-

rum.

bitus, & in gerendo princeps optimus. *Beronid.*

Ita mihi salvam ac sospitem Remp.] Animabat Iulianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negotiorum magnitudinem dejeraret assidue. Sic sub jugum mitteret Persas: Ita quassatum recrearet orbem Romanum. ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta consuevisse firmare: Sic in provinciæ speciem redactam videam Daciã: Sic pontibus Istrum, Euphratem superem: & similia plurima. Ammian.

Inundationibus incendiisque obnoxiam.] Tacitus de incendio Neroneo, Ignis anteis remedia velocitate mali, & obnoxia urbe arcis itineribus huc & illuc flexis, atque enormibus vicis qualis Roma fuit. Sed vide Strabonem lib. v. De inundationibus subiri mirari, cum ea res causas naturales & manifestas haberet, semper tamen Tiberim exundantem pro magno prodigio habitum & in Acta relatum. Casaubon.

Iure sit gloriatus marmoream se relinquere quam lateritiam accepisset.] Alio-

vorsum trahit Dio Augusti dictum: quem morientem dixisse refert, ὅτι τὴν Πάριον γέφυραν παρελάσων, λέγειν ἔμελλεν ὑμῖν καὶ λέγειν. & addit suum interpretamentum, τῆς μὲν ἔν τῳ αἰὲς τῷ τῷ οἰκισθῆναι αὐτοῖς ἀκέραιες, ἀλλὰ αἰὲς τῷ τῷ δόξης ἐχυρὸν ἐνεδείξασθαι. Alludit autem Augustus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus Varro Ταφῆ Μενίπῳς. Antiqui nostri domibus lateritiis paulullum modo lapideus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant. De iis Plinius libro xxxv. cap. xiv. Idem.

Forum exstruxit.] Fora duorum generum Romæ, & in universum xviii. numerant descriptores Urbis. Erant Civilia, erant Venalia. Illa, in quibus res & lites agebantur: hæc, in quibus merces aut species certæ venales: ut Forum Suarium, Piscatorium, Boarium, Olitorium, & talia. Civilia primum tria fuerunt, Romanum, Iulium, Augustum, in cuius medio Mars Plator, sicut in Iulii, Iulius aut Venus. Accessere postea fora

rum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio. Fori exstruendi causa fuit, hominum & judiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis aede, publicatum est cautumque ut separatim in eo publica judicia & sortitiones judicum fierent. Aedem Marti, bello Philippensi pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo ut de bellis triumphisque heic consuleretur senatus: provincias cum Imperio petitori, hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari à Deo haruspices pronuntiarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina

Gra-

Nervæ & Trajani. Lipsius.

Cum aede Martis Ultoris.] Ejus templi effigies in veteribus nummis cernitur, uti & Iovis Tonantis. Verum de Marte Ultore, notandum etiam alterum in Capitolio signis à Parthis receptis ab Augusto instar Iovis Feretrii templum ei exstructum fuisse. Quæ causa est quod non eadem in nummis omnibus ejus templi forma cernitur. Torrent.

Martis Ultoris.] Ita Pantheon Iovi Ultori ab Agrippa factum. auctor Plin. lib. xxxvii.

Sanxit.] Décrevit, constituit. Inde leges sanctæ dicuntur, quia sanctione quadam subnixæ sunt, ut scribit Vlpianus. Sancire etiam est confirmare. Sunt enim herbæ puræ, & verbenæ, quibus utebantur legati ad foedus faciendum, bellumque indicendum. Beroald.

Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus.] Ad ejus templi dedicationem referendum illud Horatii lib. i. Od. xxxi.

Quid dedicatum poscit Apollinem Vates, &c.

Nam de bibliotheca ibidem ab Augusto instituta notissimus ejusdem poëtæ versus,

— tangere vitet

Scripta Palatinus quacumque recepit Apollo.

Torrentius.

Excitavit.] Vet. Cod. pro verbo, excitavit habet, exertavit. Quod verbum, quia obscurius erat, à librariis mutatum est in, excitavit. Paulo post legendum ex Vet. Cod. à L. Munatio Plancio, &c. De qua re extat veteris inscriptionis fragmentum ad clivum Tarpeii montis repertum, ex quo Saturni templum, & ærarium ibi fuisse intelligere possumus. L. PLANCVS. L. P. COS. IMP. ITER. DE. MANIB. F. Vrsinus.

A Deo.] A quo, non dicit, sed ab Apolline crediderim, cui est templum erectum. Sed quo pacto ab Apolline, dixerit aliquis, si à Iove sunt fulmina? Cui occurras licet, non solum à Iove, sed

Græcæque. quo loco jam senior sæpe etiam senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti Iovi ædem consecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter læticam ejus fulgur perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset. Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicamque Lucii & Caii: item porticus Liviae & Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed & ceteros principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis, & excultis, urbem adornarent. Multaque à multis exstructa sunt: sicut à Marcio Philippo, ædes Hercules Musarum: à

L. Cor-

sed à Saturno quoque, ut Plinius ait, & Marte provenire: verum Martem, & Apollinem eundem esse Macrobius subtilissima dissertatione demonstrat. Sabellius.

Læticam ejus fulgur perstrinxisset.] Fulgur pro fulmine, ut in Domitiano, Tot fulgura facta audistaque sunt, ita & semper in libris olim aruspicum: sæpe etiam Plinius. & optimus quisque Latinitatis auctor. Ita accipe vocem fulgor in Constantini constitutione, Codic. Theodos. De paganis sacrificiis & templis, Si quid de palatio nostro aut cæteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantia, quid portendat ab haruspiciibus requiratur. Casaub.

Basilicam.] Regiam domum, sive ædificium: cujus vestigia adhuc Romæ in Exquilis visuntur. Sabell.

Porticus Liviae.] Cõjugis scilicet, fuitque ea porticus juxta sacram viam, ubi domus C. Cæsaris, quam sumptuose à Julia filia ornatam Augustus diruit, ibique Livia porticus erecta. Ovidius:

Disce tamen veniens ætas, ubi Livia nunc est

Porticus, immensa tecta fuisse domus, Idem.

Sed & ceteros viros principes sæpe hortatus est.] Erat etiam tum in more publica munificentia: nec AVGVSTUS acuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostileis exuvias, aut exundanteis opeis, ornatum ad Urbis & posterum gloriam conferre. Tacitus.

À Marcio Philippo, ædes Hercules Musarum.] Eumenius Rhetor orat. De scholis instituendis. Aedem Hercules Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse litteris, & summa Ennii amicitia duceretur, sed quod in Græcia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitem ducemque Musarum. Idemque primus signa novem, hoc est, omnium Camænarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi Numinis consecravit, quia multis operis & præmiis jurari ornarique deberent, Musarum quies defensione Hercules, virtus Hercules voce Musarum. Intelligimus igitur, ædem illam non factam à Marcio Philippo, Augusti vitrico, sed refectam. Torrent.

L. Cornificio, ædes Dianæ: ab Asinio Pollione, atrium Libertatis: à Munatio Planco, ædes Saturni: à Cornelio Balbo, theatrum: à Statilio Tauro, amphitheatrum: à M. vero Agrippa, complura, & egregia. Spatium urbis in regiones vicosque divisit: instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri è plebe cujusque viciniae electi. Adversus in-

cen-

Ædes Dianæ.] Romæ multæ ædes erant Dianæ: inter quas illam, quæ in angiportu patritio erat, viros ingredi nefas existimabatur: & cum in cæteris Dianæ templis cervorum cornua figerentur, in Aventinæ Dianæ templo boum tantummodo suspendere consueverunt. Cujus rei causam prodidit Plutarchus in Problematis. *Beroald.*

Atrium.] Eo docti tanquam ad *ἀγῶν* conveniebant. Ovidius:

Nec me qua doctis patuerunt primalibellis

Atria, Libertas tangere passa sua est. Ibidem fuit tabularium, in quo servata acta publica. Livius lib. *xxiii*. Erat autem similis atrii ædium privatarum, quæ habebant tablina & pinacothecas adjunctas; in medio erat area sub dio, columnis cinctæ: ideo is locus etiam *peristylum* appellatus. Idem quoque *impluvium* dicebatur. Atque hoc proprie atrium est, non atrii pars: nam *atrium* ab *αἶθρον*, significat locum in ædibus sub dio. Græci *ὑπαῖθρον* frequentius vocant. *Casaub.*

Atrium Libertatis.] Ante Asin. Pollion. refectum & ampliatum legimus à Sex. Ælio Pæto, & C. Cor. Cethego Censoribus, apud Liv. l. *xxxv*. Idem l. *xxvi*. scribit, obsides Tarentinos in atrio Libertatis custoditos fuisse. *Marc. Donat.*

A M. Agrippa complura & egregia.] Agrippa in Ædilitate sua, adjecta Virgine aqua, cæteris corrivatis atque emendatis, lacus septingentos fecit: præterea salientes centum quinque:

castella centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio. Adjicit ipse in Ædilitatis suæ commemoratione, & ludos undesexaginta diebus factos, & gratuita præbita balinea centum septuaginta. *Plinius.*

Spatium Urbis in regiones vicosque divisit.] Regiones quidem *xiv*. vicos vero *ccccxxiv*. si satis certa hæc in fragmento Rufi lætio. Regiones autem Dio *μέρη* vocat simpliciter. Socrates in Ecclesiast. histor. *κλίματα*. Alii Græci *ῥεγίονες*, unde in Suida *ῥεγίονάρχης* dicitur, & apud Hesych. *ῥεγίοναρχος*, curator regionis. *Casaub.*

Annui magistratus.] Non novos ad id de quo loquitur Magistratus instituit Augustus, sed ordinariis, ut puta Prætoribus, Tribunis atque Ædilibus, hanc quoque curam extra ordinem demandavit, facta sortitione quam quisque regionem tueretur. Sicut neque Urbem in regiones, vicosque primus divisit, sed cum ante sic divisa esset, quisquamque regionem, aut vicum curaret constituit. *Torrent.*

Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est.] Quos alii milites per contemptum vocabant *sparteos*. ut opinor, à funibus quorum multus usus in restringendis incendiis vel à sparteis tunicis quibus erant amicti; vel etiam à genere calciamentorum. nam hujusmodi hominum solet è sparteis

teis

tendia excubias nocturnas, vigilesque, commentus est. Ad coercendas inundationes, alveum Tiberis laxavit, ac repurgavit completum olim ruderibus, & edificiorum prolapsionibus coarctatum. Quo autem facilius undique urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arminio tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras, vetustate collipsas, aut incendio absumptas, refecit: easque & ceteras opulentissimis donis adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Iovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingentias HS. una donatione contulerit. POSTQVAM 31
vero pontificatum maximum, quem nunquam viva

Le-

reis funibus contexebantur interdum.
Casaubon.

Aedificiorum prolapsionibus coarctatum.] Codex Salinas. prolapsionibus.

Sedecim millia pondo auri.] Budæus lib. v. de Asse & partibus ejus: *Libra auri non minus centum aureis solatis aestimari potest: quare ducenta quinquaginta pondo, ab Hierone urbi Romana muneri missa, minimum viginti quinque millibus valuerunt.* Igitur singula millia pondo auri, pro singulis centenis millibus aur. sol. accipiemus.

Gemmasque ac margaritas.] Auctores fere his vocabulis sic utuntur, ut *gemma* omnis lapillus pretiosus sit, *margarita* concharum partus. I. Cti. vero gemmas esse volunt quæ pellucidæ sint materiz, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti; lapillos vero, contrariæ superioribus naturæ, ut obsidiani, Vejentani. *Margaritas* autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. L. xv. De auro, & argento legato. Torrent.

Quingentias HS.] Pretium illud, ex ejusdem Budæi calculo, fuerit duodecies centenorum & quinquaginta millium coronatorum.

Una donatione contulerit.] Non solum lapidum segmentis pavimenta templorum pingi solita, sed ex margaritis quoque tessellatio quædam & pictura concinnari, ut & hodie fit: cujusmodi in ædibus sacris, quas Augustus dedicavit, fuisse, cognoscimus ex Suetonio. Nam ad tessellandum gemmis lacunar, sive tholum ædis Tonantis gemmas illas contulisse non dubium est. Arnobius *interfitionem gemmarum* vocat. Ioseph. Scaliger.

Pontificatum maximum suscepit.] Hoc deerat ad implendum omni ex parte jus *αὐτοκρατορίας*: duobus enim continetur Respub. omnis, religionum cærimoniiis, & legibus humanis: quorum utriusque cura & potestas olim penes reges fuit. estque is mos antiquissimus, ut ex Aristotelis lib. III. Polit. notare olim meminimus ad XIV. Strabonis. Vide eundem philosophum lib. VI. cap. ult. & Synesium epist. CXXI. AVGVSTUS ergo ne quid illi ad summam potestatem deesset, Pontif. Maxim. anno DCCXLI. Prid. Non. Martii creatus est. Dio lib. LIV. & Ovid. in Martio. Permansit mos ab eo traditus ad Gratianum

Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quidquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum à D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem mensẽ suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc sibi & primus consulatus & insignes victoriæ obtigissent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, sed & commoda, auxit: præcipue Vestalium virginum. cumque in de-

num usque: qui primus ex Impp. Christianis descivit ab hoc majorum instituto, Constantini, Constantii & cæterorum exemplo neglecto. Auctor Zosimus lib. 1111. Casaub.

Quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat.] Lepidi pontificatum maximum, non nisi mortuo illo, transferri in se passus est Augustus: maluit enim illum honorem vocari, quam spoliũ. Seneca. Patriciatus ut datus fuerit, in vitæ tempus reliquum homini fit coævus, ornatus individuus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere quam de mundo homines contingat exire; credo ad similitudinem pontificatus unde venerat, rem fuisse formatam: quia sacerdotium non deponunt, nisi quum vitæ munera derelinquunt. Cassiodorus.

Fatidicorum librorum.] Sæpe hoc patrum, avorumque ætate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent, vaticinos libros conquirerent, comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, abolerent. Livius.

Sub basi.] Fulcimento statuar. Re-

fert Plinius, honores in basibus inscribi solitos. Beroald.

Sextilem mensẽ suo cognomine nuncupavit.] Augustus est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretur ex senatusconsulto, cuius verba subjeci: Cum Imperator Caesar Augustus mense Sextili & primum consulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit, & ex Ianiculo legiones deducta, secutaque sint ejus auspicia, ac fidem: & Aegyptus hoc mense in potestatem redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit: atque ob has causas hic mensis huic Imperio felicissimus sit, ac fuerit, placere Senatui ut hic mensis Augustus appelletur. Item plebiscitum factum ob eandem rem, sexto Pacubio tribuno plebem rogante. Macrobius.

Vestalium virginum.] Sex Vestæ sacerdotes constitutæ sunt, ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum: quia civitas Romana olim in sex fuit distributa partes. Beroald.

In demortuæ locum aliam capi.] Formula, qua Pontifex in Virgine Vestali capien-

*mortua locum aliam capi oporteret, ambirentque mul-
ti ne filias in sortem darent: adjuravit, si cujusquam
neptium suarum competeret atas, oblaturum se fuisse
eam. Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis paul-
tim abolita restituit: ut Salutis augurium, Diale Fla-
minium, sacrum Lupercale, ludos Seculares & Com-
pita-*

*capienda utebatur, hujusmodi erat: Sa-
cerdotem Vestalem quæ sacra facias, quæ
jus fiet sacerdotem Vestalem facere pro po-
pulo Rom. Quiritibus, ut quod optima lege
fiat, ita te amata capio. Nam quæ lege-
bantur Vestales, Capi proprie diceban-
tur, sicuti Dictatorem dictum, Flami-
nium proditum Fortunatianus notat.
Quamquam & Vestalem legere, Livius
lib. 1. semel atque iterum dixit. Sed
& capi Flamen à Pont. Max. dicebatur:
& ita Liv. lib. xxvii. & Val. Max.
lib. vi. cap. ix. loquuntur. Briffonius.*

Ne filias in sortem darent.] Lege Pa-
pia cavetur, ut Pontificis Maximi arbi-
tratu virgines viginti è populo legan-
tur, sortitioque in concione ex eo nu-
mero fiat; & cujus virginis ducta erit,
ut eam Pont. Max. capiat, eaque Vestæ
fiat. Sed ea sortitio ex lege Papia non
necessaria nunc videri solet. nam, si
quis honesto loco natus adeat Pont.
Max. atque offerat ad sacerdotium fi-
liam suam, cujus duntaxat, salvis reli-
gionum observationibus, ratio haberi
possit, gratia Papiæ legis per senatum
fit. *A. Gellius.*

Competeret atas.] Minorem quam
annos vii. majorem quam annos x. na-
tam, negant capi fas esse. *Idem.*

Salutis augurium.] Erat modus au-
gurii quispiam, ut, si deus permitteret,
salutem populo poscerent, quasi ne sa-
lutem quidem a diis petere fas esset,
ni prius hoc ipsum dii concessissent.
Observabatur autem dies una quotan-
nis, in qua nullus ad bellum proficisce-
retur exercitus, nemo se contra para-
ret, nemo pugnaret. Quocirca in assi-

duis periculis, maximeque civilibus,
neutiquam fiebat. Plura de hoc ritu
Dio. *Politianus.*

Ludos seculares.] De temporum in-
tervallis, quibus isti ludi referrentur,
fides in ambiguo est. Siquidem in car-
mine seculari Horatii quidem *undenas
decies* annos legunt, quod & commen-
tarii Quindecimvirosum, & divi Au-
gusti edicta, & ipsius denique Sibyllæ,
quod adhuc exstat, oraculum confir-
maverint. Contra vero centesimum re-
dire post annum, tam Valerius Antias,
quam T. Livius, & item M. Varro testari
perhibentur. Itaque seculares dictos au-
tumo, quod plerumque semel hominis
ætate fierent, ut multa alia, quæ rara
sunt, post seculum evenire loquentium
consuetudo usurpat. Instituti autem
post exactos reges à P. Valerio Publi-
cola, qui primus consul fuit, existiman-
tur. *Politianus.*

Compitalicios.] Servius Tullius per
omnia compita jussit à vicinia laribus
propitiis sacella exstrui, & lege statuit,
ut quotannis sacrificia illis fierent, sin-
gulis familiis liba conferentibus. Quem
diem festum Romani ad mea usque
tempora constanter celebrabant, pau-
cis post Saturnalia diebus, cum primis
venerandum & magnificentum, à compi-
tis Compitalia eum vocantes. Illi enim
στρωπεὶς compita appellant, & servant
priscum ritum in sacris, quia sacrificia
& rem divinam laribus per servos fa-
ciunt, omni servitutis indicio illis per
eos dies adempto, ut hac humanitate
magna & honorifica deliniti, dominos
suos chariores habeant, & fortunæ in-
clemen-

pitalicios : Lupercalibus vetuit currere imberbes & item, Secularibus ludis juvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo majore natu propinquorum. Compitales Lares ornare bis anno instituit, vernis floribus, & æstivis. Proximum à Dîs immortalibus honorem memorie ducum præstitit, qui imperium populi R. ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cujusque, manentibus titulis, restituit : & statuas omnium triumphali effigie in utraque Fori sui porticus dedicavit. Professus est edicto, commentum id se, ut illorum velut ad exemplar & ipse dum viveret, & insequentium ætatum principes exigerentur à civibus. Pompeii quoque statuam contra theatri ejus regiam, marmoreo Iano supposuit, translata à curia,

in

clementiam levius ferant. *Dionys. Halicarn.*

Vllum spectaculum nocturnum.] Ludi seculares continuis tribus noctibus celebrabantur : quia totidem filii Valesii, qui primus fuit ludorum institutor, periculo liberati fuerant. Unde ab Ausonio eleganter dictum est :

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo. Seculares autem, Tarentinos ludos appellari docuimus in libro Annotationum, enarrantes illud Epigrammatici poetæ :

Bis mea Romano spectata est vita Tarento. Beroald.

Compitales Lares ornare bis anno instituit.] In Vet. Cod. est : *Compitalicis Lares ornari bis anno, &c.* F. Ursinus.

Ornare.] Donaticæ coronæ dictæ, quod his victores in ludis donabantur, quæ postea magnificentiæ causâ institutæ sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum lares ornantur. *Festus.*

Triumphali effigie.] Quales trium-

phantibus dicabantur. *Plin. in xxxiiii.* refert, statuas in curribus dicatas fuisse his, qui triumphassent : de quo genere statuarum loqui videtur & Juvenalis, scribens :

— *Hujus enim stat currus abenens, altè Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci*

Bellatore sedens curvatum hastile minatur. Beroald.

Pompeii theatri.] Cum Nero quinquennale ludicrum Romæ institueret, erant qui Cn. Pompeium incusatum à senioribus ferrent, quod māsuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitaneis gradibus, & scena in tempus structa, ludos edi solitos : vel si vetustiora ropetas, stantem populum spectavisse : ne, si consideret theatro, dies totos ignavia continuaret. *Tacitus.*

Regiam.] Ait regiam Theatri Pompejani, quia ut Plutarchus ait, quasi appendix theatri fuit ea domus & *ἰσόλιον*, ut ipse nominat. *Casaub.*

Iano

in qua C. Cæsar fuerat occisus. PLEBAQVE pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa: & rapti per agros viatores sine discrimine, liberi, servi que, ergastulis possessorum supprimebantur: & plurimæ factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit: ergastula recognovit: collegia, præter

an-

Iano marmoreo.] Non tam Ianus accipitur pro statua Iani, quam pro arcu marmoreo, & fornicata transitione, quasi janua sit pervia transeuntibus: nam & Ianus ab eundo dictus est Eanus: & fores januæ nominantur. Ianos in hoc significato accipere potes apud Marc. Tullium in Philippicis, apud Horatium in Epistolis, apud Ovidium scribentem in Fastis:

Cum tot sint Iani, cur stas sacratus in uno?

Beroald.

Grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro.] Nam Grassari proprie est sine ferro aggredi, prædæ plerumque, aut etiam lasciviæ causa. Eleganter itaque Horat. lib. 11. Sat. 1x. Obsequio grassare, & Livius lib. xlv. qui assensando multitudini grassantur. Vnde grassari pro adulari apud Festum. Et hoc est quod rixas à grassaturis distinguit Saturnin. l. xvi. De pœnis. Torrent.

Ergastulis possessorum.] Vox ergastuli non tantum origine, sed etiam formatione Græca, eamque ut alias plebasque, à Siculis Romani sumpsere. ut enim ab ῥασῆς, ῥάστου, κερύπτης, κερύπτου, ἔρας ἔρω, ἔρωτου, & τὸ ἔρωτον pro amatorio, sic ἔργασῆς, ἔργάστου diminutiva for-

mâ qui terram colit, & in terræ cultu laborat, qua arando, qua fodiendo. Salmasius.

Dispositis per opportuna loca stationibus.] Id est, stationariis militibus, & qui eis præessent latrunculatoribus. nam & latruncultores, quos Græci vocant λησδοῦκτες, ex illo instituto Augusti profectos opinor. Dispositæ sunt etiam in provinciis. Tertullianus in Apol. Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur. Idem Augustus, inhibendis latronibus, vel τῆ κατὰ λῦσιν τῶ λησῶν, ut Strabo scribit lib. 1v. constituendarum publicarum viarum curam suscepit, ne arctæ essent, nec præruptæ, nec fallaces, & ponendis grassatorum subseffis accommodæ. Illa quoque ratio inhibendorum grassatorum valde placet, quam Aristoteles notavit in Admirandis suis, ut qui loco, in quo latrocinium factum est, sunt proximiores oppidani, aut municipes, aut vicani, latrones exhibere, aut damnum sarcire compellantur: nam & simile quiddam apud Iosephum legi de B. Iud. lib. 11. cap. xx. Cujacius.

Collegia, præter antiqua & legitima, dissolvit.] Collegia sunt cœtus & collectiones sodalium, quæ in l. 1. D. de colleg. dicuntur collegia sodalitia, & simili

antiqua & legitima, dissolvit: tabulas veterum avari debitorum, vel precipuam calumniandi materiam exussit. Loca in urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum pœna subiret. Ne quod autem maleficcium negotiumve impu-

nta-

mili forma à Dione ἐπιμελεῖς. Ex iis quædam licita & legitima sunt, alia illicita. Et religionis quidem causa tam externa, quam patriæ, plerumque collegia senatus & principes populi Romani permiserunt. Ipse Augustus apud Philonem in suis exprimit edictis, collegia & coitiones Iudzorum (synedria quædam lex Codicis vocat, qua voce & Iudzorum doctores in suis libris utuntur) ideo se permittere, quod non editionum nutriculæ, sed scholæ temperantiæ & justitiæ sint. *Idem.*

Precipuam calumniandi materiam.] Τῆ ἐπιπράξῃ, non Ἐσυνοφασίῃ. declarat eximie lex Impp. Theod. & Valent. AA. in Cod. Theodos. titulo De indulgentiis reliquorum. Nobis placet *exussit.* quam scripturam præter Hadriani, Aureliani, Gratiani exempla, stabilit lex Impp. Arcad. & Honor. AA. Cod. Theodos. De indulgentiis debitorum: ea lege jubentur chartæ istiusmodi cremari. *Casaub.*

Loca in urbe publica juris ambigui.] Id est, quæ publica esse dicebantur magis quam probabantur: alioquin vel ablata possessoribus, vel non nisi imposito solarario essent concessa. Simile iudicium Domitiani ut narrat Suetonius in eius vita cap. 1x. Ad hoc controversiarum genus instituti sunt postea quos *Curatores locorum publicorum judicandorum* nominabant. *Idem.*

Diuturnorum reorum.] Variis olim

legibus ac S. C. accusantium temeritas & improbitas coercita fuit, ut lege Remmia & S. C. Turpilliano: de quibus habes apud I. C. in Pandect. Tandem vero prodiit saluberrima constitutio, quæ anno terminari iussit quaestiones criminales. Extat ea lex hodieque, in Cod. Theodos. libro 1x. tit. xxxvi. Justinianus tempus ampliavit, & biennium præfinit, leg. 111. Cod. Ut intra certum tempus criminalis quaestio terminetur. *Idem.*

Sordibus.] Quoniam reorum mos erat, ut vestem sordidam induerent, capillum, barbamque summitterent, essentque in squallore. *Beroald.*

Si quem quis repetere vellet.] Post accusationis abolitionem, vel ex S. C. vel ex indulgentia principis, vel ob ferias lztitiamve aliquam, aut quæcumque aliam ob causam, repeti rei possunt intra dies xxx. de quibus vide I. C. Dig. ad S. C. Turpillianum lege x. & seqq. *Casaub.*

Par periculum pœna subiret.] Vide in Domitiano, cap. 1x. Calumniatorum pœna legitima talio, hoc est, similitudo supplicii. lege ult. Cod. De calumniatoribus. Cicero pro Roscio Amerino, & Plinius in Panegyrico. Olim lege Remmia calumnia damnatorum fronti inurebatur litera K. unde apud Papinianum, *calumnia damnatus & homo integra frontis opponuntur.* lege x111. Dig. De testibus, *Idem.*

Triginta-

uitate vel mora elaberetur, XXX. amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. Ad tres iudicum decurias, quartam addixit ex inferiore censu: qua ducentariorum vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. Iudices à tricesimo ætatis anno adlegit: id est, quinquennio maturius quam

[Triginta amplius dies actui rerum accommodavit.] Simile est quod in vita optimi principis Marci Antonini philosophi refert Capitolinus: Iudiciariæ rei singularem diligentiam cum adhibuisse: fastis dies iudicarios addidisse, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibusque disceptandis constitueret: quod non temere ab eo historico notatum. vix enim ullo alio tempore, si antiquissima excipias, tot dies negotiosi in anno Romano fuerunt. Potest iniri ratio ex Kalendario veteri, quod hodieque extat, & historiis. Quid? noster hodie annus quam procul ab eo numero abest? cum quidem jam inde à temporibus Iustiniani, dies feriati in anno essent circiter c. l. x. clara res ex illius Codice, titulo De feriis. Quantum post illa numerus auxerit, videmus. Idem.

[Qui honorariis ludis occupabantur.] Triplex olim ludorum & agonum exhibendorum causa: deorum religio, mortuorum ieiunia, & edentium honores. qui ex duabus prioribus causis exhibebantur, sacri fere erant & inviolabiles, eorumque origo prior est & antiquior: fero enim transierunt ludi ab honoribus deorum & mortuorum ad honores viventium: quæsturas dico, magistratus, & flaminia ac sacerdotia, inquit Tertullianus. Merito igitur Augustus hos potius ludos coercuit, qui ex ambitione prava originem habebant, quam illos priores. Idem.

[Ad tres iudicum decurias, quartam addixit.] Quæ ratio AVGVSTUM impulit ut tempora iudiciorum amplificaret, eadem ut iudicum numerum augetet.

Decuria in hoc loquendi genere non est *δύναμις*. nam singulæ decuriæ singula minimum millia continebant, sed idem fere ac *ἀδύναμις*, album. Idem.

[Quartam addixit.] Additi iudices arbitrique, dicebantur cum vel à Præto dabantur, vel à litigantibus sumebantur. Sueton. tamen Calig. cap. xvi. *Ut levior (inquit) iudicantibus labor fieret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.* Neque eo loco dissentiunt codices. Item Galba, cap. xiv. *Iudicibus sextam decuriam adjici præcantibus.* Et sane aliud est iudicem addicere, aliud decuriam novam iudicum instituere. Non repugnabo igitur ei qui *addidit* pro *addixit* legendum esse contendat. Torrent.

[Quæ ducentariorum vocaretur.] Tres erant decuriæ equitum, quæ iudicabant: trib. ætatiariorum, altera selectorum iudicum, tertia Nongentorum. Quartam fecit Augustus eorum, qui ducenta in professionem censualem deferebant sestertia, non ut Equites, quadringena. Alii sunt *ducentarii* in Constantini Imperatoris rescripto, qui scilicet, ut opinor, ducentessimam auctionum exigebant: ut & *centenarii* in eodem rescripto sunt, qui centessimam hereditatum exigebant. Turnebus.

[Iudices à tricesimo ætatis anno adlegit.] Lego, à vicesimo. nusquam enim reperio ante AVGVSTUM non adlectos in decurias iudicum minores annis xxxv. contra, annum xxv. legitimum ei muneris obeundo, ut plerisque aliis fuisse finitum, persuadet mihi lex viii. Dig. De munerib. & honorib. Casaub.

quam solebant. At plerisque iudicandi munus detrectantibus, vix concessit ut singulis decuriis per vires annua vacatio esset: & ut solita agi Novembri ac
 33 Decembri mense res omitterentur. Ipse Ius dixit assidue, & in noctem nonnumquam: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modo summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac pœna, ita fertur interrogasse: Certe patrem

Ut solita agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur.] Rerum actus & res agi dicunt Romani de eo tempore *ὄρε αἰ δίκαι εἰσι*. Quinam autem dies illis duobus mensibus essent utiles, qui feriat, ex Kalendario veteri & Cicero- ne, Asconio, cæterisque scriptoribus potest intelligi. December præcipue voluptatibus deputatus fuit. Senecam lege initio epist. xviii. Videtur autem Octavius hoc instituto auctor fuisse ejus quod in Claudio notat Suetonius: ut rerum actus in menses æstivos & hibernos esset divisus: nam Octobrem fere cessisse feriis vindemialibus, vetus Kalendarium rusticum & paullo post Tranquillus suadent. Quin & Septembrem pene totum ludis fuisse occupatum, ex altero Kalendario & Cicero- ne constat. *Idem.*

Ut res omitterentur.] Quomodo id concedere potuit, si plures dies ludis dicatos actui rerum accommodavit? Dicendum, quum quatuor essent iudicum decuriæ, hoc tantum illis concessisse Augustum, ut singulæ quarto quoque anno mensibus Decembri & Novembri à iudicandi munere vacarent. *Marc. Donatus.*

Solita res.] Causæ & lites. Antiqui enim, auctore Cicero- ne, rem litem dici voluerunt. *Beroald.*

Et in noctem nonnumquam.] Contra

consuetudinem veterum: nam & in curia & in foro servata lex xii. tabularum SOL OCCASVS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Similem assiduitatem requirit à iudicibus Imperator Iustinianus. Novella lxxxii. *Casaub.*

Ne culeo insueretur.] Culeus, mensuræ genus, modios nostros duos & semis capiebat: id est, sexaginta Romanos. Magnum vas fuisse ex eo apparet: quod in culeo scorteo damnati lege Pompeja cum cane & gallo & vipera insuebantur, ut apud Tranquillum & Modestinum I. C. legimus. *Budæus.*

Ita fertur interrogasse.] Solebant rei de criminibus objectis interrogari ut, præter hunc locum, testantur Clemens lib. ii. Const. Apost. & Xiphilinus in Severo. Ita Marcian. in l. divus ff. de cust. reor. Irenarchis mandatum fuisse docet, ut interrogationes litteras inclusas, atque obsignatas ad cognitionem magistratus mitterent. Hujusmodi interrogationum exempla exstant in Euangel. Matthæi cap. xxvii. Ioannis cap. xviii. & Act. xxii. & xxiii. Apud Livium insignis est illa, qua Q. Fabium Magistrum equitum, cum à præ- tore citatus, ex inferiore loco ad tribunal accessisset, Papirius Cursor Dictator interrogat. *Briffonius.*

Signatores.] Id est, testes subscriben- tes: unde hujusmodi testamentum *signatum*

trem tuum non occidisti? *Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur: non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam, simul cognoscentibus dedit: sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis quos fraude ad signandum, vel errore inductos, constitisset. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum prætori delegavit urbano: at provincialium consularibus viris, quos singulos cujusque provincia negotiis præposuisset. Leges retractavit, & quasdam ex integro 34*
sanxit, ut sumtuarium, & de adulteriis, & de pudicitia,

gnatum dicitur. Exstat quoque alia testamenti species, *Holographum* dicta ab Isidoro, & est, quod manu testatoris conscribitur & subscribitur, unde nomen accepit. Verum frequentior usus Romanis testandi fuit, quod per testes obsignabatur, de quo hoc loco Suetonius. *Marc. Donatus. Codex Salmas. Senatores.*

Lege Cornelia tenerentur.] De falso. Hanc tulit L. Cornelius Sylla Dictator de omni falsitatum genere, quæ in numis, testamentis, partibus, judiciis, tabulis publicis aliisque rebus commissa, publici iudicii poenam mererentur: de quibus I. C. copiose sub tit. Ad leg. Cor. De fals. Crimina enim fere sunt innumera, quibus quod poena esset constituta nulla, hujus legis poena partim senatusconsultis, partim principum rescriptis, partim etiam Iurisperitorum responsis attributa est. *Hottoman.*

Damnatoriam & absolutoriam.] Iudices in cistam tabellas conjicere solebant, quæ insculptas literas habebant absolutionis, sive condemnationis: absolutoriae autem tabellæ nota erat, A. condemnatoria. C. Tertiam quoque tabellam intermediam inter absolutoriam & damnatoriam, quæ dici posset ignotiora ab ignoscendo. Pene talis

apud antiquos fuit ampliacionis tabella cujus signum erat, N. & L. quod significabat non liquere. Unde ampliatio nascebatur: & inde rei ampliati dicti. *Beroald.*

Fraude vel errore.] De lege Cornelia de falsis, quæ & testamentaria dicebatur, Pauli I. Cti. verba sunt hæc: *Qui testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, lege Cornelia damnatur.* Si ergo dolus requiritur, quorsum tertia illa Augusti tabula? Sed Augusti tempore lex non tam aperte id ita caverat. *Torrent.*

At provincialium.] Nomine provincialium proprie intelligimus omnes, præter Italicos. Inde à Plinio lib. viii. Epistolarum scriptum est: *Italicus es, an provincialis?* *Beroald.*

Retractavit.] Id est, abolitas aut neglectas iterum tractavit.

Quasdam ex integro sanxit.] Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentia securus, quæ Triumviratu jusserat, abolevit, deditque jura quæ pace & principe uteremur. *Tacitus.*

Sumtuarium.] Ad moderandos sumptus latam: qua lege ducentis coenarum sumptus profestis diebus taxabatur: Calendis, Idibus, Nonis, aliisque festis diebus

citia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto quam ceteras severius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit: nisi adempta demum lenitate parte pœnarum: & vacatione triennii data, auctisque premiis. Sic quoque abolitionem ejus, publico spectaculo pertinaciter postulante equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium ostentavit: manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum. Cumque etiam immaturitate sponsarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coarctavit: divortiiis

MO-

diebus trecentis: nuptiis autem, & repositis mille festertis. Dubitat Gellius Augustine, an Tyberii edicto à trecentis festertis ad duo millia usque sit cœnarum sumptus ampliatus. *Sabell.*

*Et de adulteriis & de pudicitia.] Deleo prius &, ut in vetusto codice, quo apertius lector intelligat unam eandemque esse legem quæ de adulteriis & de pudicitia inscribitur, additum enim & de pudicitia, quod lege Julia puniebantur etiam ii qui cum masculis nefariam exercebant libidinem. Pudicitia certe quæstionem vocat Valerius lib. vi. cap. i. quæ de pueri stupro habebatur, & peculiariter impudicitia etimen ipsum dicitur, ut impudici qui eo vitio laborant. Augusti autem hanc legem fuisse; quanquã Julia inscribitur, & Vlpian. attestatur, & Sex. Aurelius probat, Augustum reprehendens, quod cum esset luxuriæ serviens, ejus tamen vitii acerrimus ultor erat. *Torrent.**

De maritandis ordinibus.] Ab anno DCCXXXIV. quo Præfecturam morum suscepit, ad annum usque DCCCLXI. in quem M. Papii Mutili, & Q. Poppæi Secundi Consulatus incidit, nunquam res perfici potuit. Tunc vero lex Papia Poppæa finem imposuit, eadem qui-

dem, si materiam spectes, quæ lex Julia de maritandis ordinibus, sed tempore diversa. Quod ita esse ex Tacito convincitur. Is enim lib. III. *Annal. Relatum (inquit) deinde de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Julias rogationes incitandis calibus pœnis, & augendo ærario sanxerat. Idem.*

*Vacatione triennii data.] Ex Vlpiano suspicari aliquis possit foeminis tantum hanc vacationem datam. sic enim scribit titulo XIV. *Foeminis lex Julia à morte viri, anni tribuit vacationem: à divortio sex mensium. Lex autem Papia à morte viri triennii, à repudio, anni & sex mensium. Casaub.**

*Tempus sponsas habendi coarctavit.] Biennii spatio tempus illud Augustum definiisse narrat Dio. Proinde in exceptione, quam l. pen. D. de spons. addit ad legem Juliam & Papiam, videntur hæc verba abundare annum vel, quoniam huic rei nusquam legimus annum fuisse præscriptum, ut consequens sit ita scripsisse Cajum: *Sæpe justæ ac necessaria causa non solum biennium, sed etiam triennium, quadriennium & ulterius trahunt sponsalia. & hanc biennii præscriptionem confirmat LII. C. de sponsal. & l. IIII. C. Th. Cujacius.**

Diver-

modum imposuit. Senatorum affluentem numerum 35
deformi & incondita turba (erant enim super mille, &
quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gra-
tiam & premium adlecti, quos Orcinos vulgus voca-
bat) ad modum pristinum & splendorem redegit, dua-
bus lectionibus: prima, ipsorum arbitrato, quo vir vi-
rum legit: secunda, suo & Agrippæ: quo tempore
existimatur lorica sub veste munitus, ferroque cinctus
presedisse, decem valentissimis senatorii ordinis ami-
cis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius
scribit, ne admissum quidem tunc quemquam sena-
torum, nisi solum, & prætentato sinu. Quosdam
ad

Divortii modum imposuit.] Caput
de divortii in lege Papia Poppæa san-
ciebat, ut dotem amitteret, cujus culpa
divortium factum esset. Eoque de dote
multa in Comment. I. C. ad Papiam
legem. Lipsius.

Quos Orcinos.] Plutarchus *χαρωνίους*
vulgo dictos fuisse tradit, *Orcinos* for-
tassis Latine vocari existimans, quem
Græci Charontem vocant. Nam &
χαρωνίους illi dicunt quæ nos *Orci* sive
Ditis, ut Virgilii utar verbis, *estia*. Et
abortivos quidem (ut vulgata habet le-
ctio) magis Romanum est, quasi imper-
fecto partu editos dicas, sed Plutarchi
auctoritas me movet ut *Orcivos* præfe-
ram, vel *Orcinos*, nam quare *Orcivos* po-
tius quam *Orcinos* recipiamus nescio.
Torrens. Hæ sunt appellationes liberti
verbis civilibus in testamento manu-
missi, vel etiam ejus qui pro eo habetur,
ac si directo in testamento manumissus
esset, *Orcinus*, *Charonianus* sive *Charoni-
ta*, *nullius libertus*, *familia libertus*.
Cujacius.

Ad pristinum modum.] Statuerat qui-
dem trecentos tantum, secundum anti-
quam consuetudinem, constituere: sed
omnibus hoc ægre ferentibus, sexcen-

tos senatores delegit. Postea, cum de-
nuo examine instituto, multi ordine
senatorio moti essent, eorumque non-
nulli causas afferrent, cur inique secum
actum esset; his tum Augustus inter
senatores, eodemque habitu, convivium
& spectacula frequentandi, ac deinceps
magistratus petendi copiam fecit. Ho-
rum plerique postmodo in senatum re-
cepti sunt, pauci in medio inter sena-
tum ac populum loco reputati manserunt.
Dio Cassius.

Duabus lectionibus.] In Ancyrano la-
pide ait Augustus ter à se lectum sena-
tum. Dio Nicæus plurimas illius *ἐξ-
ετασ* commemorat. Suetonius absque
numeri adjectione lectum ab eo sena-
tum refert: non enim indicare voluit,
quoties senatum Augustus recensuerit,
sed quomodo: rationem, inquam, le-
gendi ordinis amplissimi expressit. Ca-
saubonus.

Quo vir virum legit.] Quem maxime
scilicet eo loco dignum judicaret, à Ro-
manæ militiæ consuetudine. Eleganter
igitur apud Tacitum Galba in militum
concione adoptari à se Pisonem dicit,
more Divi Augusti, & exemplo mili-
tari, quo vir virum legeret. Torrens.

L

Epulans

ad excusandi se verecundiam compulit: servavitque etiam excusantibus insigne vestis, & spectandi in orchestra epulandique publice jus. Quo autem lecti probatique & religiosius & minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit ut prius quam consideret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram ejus dei, in cujus templo coiretur, & ne plus quam bis

173

Epulandi publice jus.] Virgata cum Iovis epulo (quam coenam Dialem vocat alicubi Seneca) Senatus in Capitolio coenabat, aut triumphali, & Pontificali, vel Augurali coena. Exempla apud Valerium lib. 11. cap. 1. & l. 1111. cap. 11. Gellium lib. XII. cap. VIII. Livium lib. XXXVIII. Quod vero de insigni vestis dicit, ad latum clavum, & calceos lunatos referre licebit. Qua de re ad Horat. lib. 1. Sat. VI. *Torrent.*

Ut prius quam consideret quisque, thure ac mero supplicaret.] Olim magistratus soliti rem divinam facere, atque exta consulere priusquam ingrederentur curiam. Diversus ab hoc ritus est, cujus auctor isto loco dicitur Augustus: ut senatores priusquam considerent thure & mero supplicarent. Simile jam olim factitatum ab exterarum gentium legatis curiam introeuntibus reperio apud Polyb. lib. XV. *Casaub.* Reperias etiam apud auctores *juratum Senatum*: qui erat, cum Senatus testem advocabat, se censurum quod è fide sua reque publica videretur. Exempla sunt Liv. lib. XLII. & XXX. item Taciti Ann. 1V. Græci id vocabant *ἱερὰν συμβουλὴν*: & formula ejus eleganter expressa apud Xenoph. *Ἐὶ ἀναβ.* lib. V. *Lipsius.*

Apud aram ejus dei in cujus templo coiretur.] Quid si autem in Curia, non in templo coiretur? sed puto & in singulis curiis fuisse aram alicujus numinis, ut in Julia Victoriæ. de qua multa Dio lib. 21. & noster hoc ipso libro extremo. *Casaub.* Nisi in loco Augusto Senatus haberi non poterat: unde tem-

plum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant Virgines. *Servius.*

Ne plus quam bis in mense.] Senatus legitimus est, cujus agendi statim dies ac solennes, olim plures, sed bini singulis mensibus, ex instituto Augusti, ut Senatores minore molestia senatoria munera fungerentur. Quam ego rationem, à Suetonio adductam, speciosam magis, quam veram, puto. Vera forte fuerit, quod minus expediret principi sæpius, ut in veteri Repub. convenire Senatum. Eadem de causa, *collegia omnia, præter antiqua & legitima, dissolvit Augustus.* Id enim paullo ante dixit Suetonius. Speciosa ratio, quod non antiqua ea & legitima, id est, antiquioribus legibus approbata. Vera autem, quod plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris, præsertim in Principem, societatem coitura tandem metuerentur. quod non obscure etiam indicat noster. Sic idem Augustus, prætextu oneris, laboris, ac discriminis maximi in se derivati, pacatas Provincias Senatui & populo dedit, sibi autem eas servavit, in quibus usus esset ac vis legionum. Revera autem, quia in his præcipuum erat principis munimentum. *Boxborn.*

Legitimus senatus ageretur.] Senatus legitimi multa mentio est in veteri Kalendario Romano, in quod, paucis visum, cum incidissem nuper, operæ pretium putavi ex eo ad hunc locum enotare fixos dies, quibus, ea, qua id scriptum est, tempestate, Senatus legitimus

in mense legitimus senatus ageretur, Kalendis & Idibus: neve Septembri Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent: sibi que instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret. Sententias de majore negotio, non more, atque ordine, sed prout libuisset, prerogabat: ut perinde quisque ani-

miens

gitimus ageretur, in gratiam Antiquitatis studiosorum. Menses igitur singulos videamus:

IANVARIVS.

Kal. Ianuar. SENATVS LEGITIMVS.
v. Id. SENATVS LEGITIMVS.
x. Kal. Febr. SENATVS LEGITIMVS.

FEBRVARIVS.

III. Non. SENATVS LEGITIMVS.
Idib. SENATVS LEGITIMVS.

Decrant in *ms.* quatuor menses, Martius, Aprilis, Majus, Iunius. Reliquorum legitimi Senatus dies isti sunt;

IVLIVS.

Kal. Iul. SENATVS LEGITIMVS.
xvi. Kal. Aug. LVDI. SENAT. LEGIT.

AVGVSTVS.

III. Non. SENATVS LEGITIMVS.
xviii. Kal. Sept. SENATVS LEGIT.

SEPTEMBER.

Kal. Sept. SENATVS LEGITIMVS.
Idib. LVDI. SENATVS LEGIT.

OCTOBER.

v. Non. SEN. LEGIT. DIES ÆGYP.

NOVEMBER.

Prid. Id. SENATVS LEGITIMVS.

DECEMBER.

III. Non. SENATVS LEGITIMVS.
Idib. SENATVS LEGITIMVS.

Id Kalendarium, sub Constantio, Constantini Magni filio, editum videtur, circa annum Christi vulgarem *cccliv.* Ex eo apparet, plerisque men-

sibus, ut instituerat Augustus, bis, quibusdam semel, ter etiam, legitimum Senatum actum fuisse. Huic opponitur ille, qui extra ordinem ab iis, quibus ejus rei potestas, quoties necesse erat, indicebatur. Vnde *indictus* dicitur, alius à legitimo. *Idem.*

Neve Septembri Octobrive mense.] Omnino propter vindemias hoc institutum, quarum gratia etiam feriæ mensuræ in Codice conceduntur, ut observat Casaubonus. In Kalendario veteri Romano, quod sub Constantio, Constantini M. filio, editum videtur, non Septembri, sed Octobri & Novembri, semel tantum agitur legitimus Senatus, eandem ob causam, & quia cum in Italia vindemiarum fieri solitæ sint mense Octob. in frigidioribus locis eadem fiant mense Novembri, sub autumnii finem, ut Byzantii. *Idem.*

Cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret.] In Tacito est, *prætractare*, in re prope simili, libello de majorum nostrorum moribus. *Prætractare* est *αεχθελόσια*. Cæterum hoc quoque reponendum est inter callida illa consilia Augusti, quibus *munia Senatus intrasit*, ut loquitur Tacitus Annal. i. Quæ enim reliquis vis frequenti legitimo aut indicto Senatui, ubi præcipuam ejus partem suarum partium jam ante fecerat Augustus? *Idem.*

Sententias prerogabat.] Codex Salmat. prerogabat.

num intenderet, ac si censendum magis quam assentiendum esset. Auctor & aliarum rerum fuit: inqueis ne acta senatus publicarentur: ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur: ut proconsulibus ad mulos, & tabernacula, que publice locari solebant, certa pecunia constitueretur: ut cura ararii à questoribus urbanis ad pratorios pratoresve transfret: ut centumviralem hastam, quam questura 37 functi consueverant cogere, decemviri cogere. Quo- que

Ac si censendum magis quam assentiendum esset.] Assentiendi in senatu triplex modus, voce, manu, pede. Porro ad assentiendum alteri & mediocris attentio desideratur, & industria quoque mediocris: quum ad censendum oporteat venire mediatum, aut solerti ingenio esse præditum, idoneo consilium in arena capere. Augustus vero, instituto more sententias prærogandi & quidem nullo certo ordine, singulos cogebat attendere & ad dicendam sententiam se parare. Casaubon.

Ne statim in provincias mitterentur.] Ut eo nempe intervallo remitterent animos, quos continuata imperia extollere solent. Sic & Pompejus Consulatu quem solus gessit, si Dioni credimus, instituit, ut qui Magistratu abissent intra quinquennium proximum exteris provincias ne sortirentur. Sublata enim provinciarum spe, minus ambibant magistratus. Torrent.

Certa pecunia constitueretur.] Sub posterioribus imperatoribus non tantum salarium, sed & vestes, muli, ministeria, & reliqua necessaria præsidibus provinciarum data sunt. Id testatur inter alios Lampridius, qui sic præsidibus instructos ab Alexandro Imp. ait, ut redderent deposita administratione mulas, mulos, equos, muliones & coquos, cetera sibi habituri, si bene rem gessissent, in quadruplum reddituri, si male.

Cicero id, quod publice eo nomine dabatur magistratibus, *vasarii* nomine appellavit. *Budæus.*

A questoribus urbanis ad pratorios pratoresve transfret.] Questores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit à L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas diligendi, donec cum quoque honorem populus mandaret, creatique primum duo, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus. *Tacitus.*

Centumviralem hastam.] Idcirco sic dictam, quod Centumviri hasta in foro suo posita iudicabant. Cæterum cum essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumviri appellati sunt: & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, Centumviri sunt dicti. *Budæus.*

Decemviri cogere.] Verba Pomponii de orig. juris hæc sunt: *Non sufficiente pratore urbano, quod multa turba peregrinorum in civitatem veniret, creatus est & alius prator, qui peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos jus dicebat. deinde cum esset necessarius magistratus, qui hasta præisset, centumviri litibus iudicandi constituti sunt.*

que plures partem administranda Reip. caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, præfecturam urbis, Triumviratum legendi

se-

In aliis libris legitur *decemviri*. Sed & centumviri & decemviri privatas causas cognoverunt, de jure judicaverunt, & hæc præfuerunt, unde Poëta: (rum,

Sen trepidos ad jura decem civat hasta viro-

Et firmare jubet centeno iudice causas.

Quibus autem de rebus centumviri judicarent, ex his Ciceronis in 1. de Orat. verbis colligitur: *lactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, lucrinum, stillidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, caterarumque rerum innumera-bilia jura versentur.* Decemviros porro iis judiciis, quæ ad centumviros sorte deferrebantur, præfuisse, Dio scriptum reliquit lib. LIV, De libertate autem ab iis potissimum judicatum animadverto apud Cicero. pro Cæcina. Sigon.

Curam operum publicorum.] Percunte censura simul cum libertate, in plures *Ἀρχοντίας ἐπιμελείας* divisus est is magistratus, factique sunt curatores plures pro una censura. non infrequens in antiquis monumentis lapideis titulus, CURATOR OPERVM PUBLICORVM & nonnunquam CUR. SARTORVM TECTORVM OPERVM PUBLICORVM. Hi sicut cæteri omnes, qui curam aliquam publice curabant, non magistratus erant sed quasi magistratus, sicut vocantur à Frontino. Casaub.

Viarum.] Curatores viarum ante Augustum fateor: sed nec perpetuum id nec certum munus. Fecit utrumque Augustus. Erat autem Curatorum munus discretum à IV. viris, & mox VI. viris. nam hi vias urbis curabant: illi eas, quæ extra urbem. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Ita Cæsar Curator

viz Appiæ Plutarcho dicitur: Thermus Flaminia Ciceroni. Et hos quidem Curatores fuisse censam, quorum negligentia culpatur Tacit. Ann. III. Lipsius.

Alvei Tiberis.] Repurgandi, & laxioris faciendi. Prisci locare solebant flumina *retanda*, (hoc enim verbum legitur in edicto Prætorum) quod significat purganda. *Retas* enim arbores vocaverunt, quæ aut ex ripis fluminis corruerent, aut in alveis eorum extarent. A retibus autem dicuntur, quod prætereuntes naves impedirent, & instar retium retinerent. Beroald.

Frumenti populo dividendi.] Videtur qui hanc curam sustinebat, alio nomine dictus Minutiæ curator. sic interpretor in lapide veteri, ubi sculptum, CURATOR. AQUARVM. ET. MINVTIÆ. CUR. ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARVM. VRBIS. De Minutiæ frumentaria alii monuerunt. Casaubon. *Dividendi* tantum? an emundi etiam? extant enim veteres denarii, in quorum parte altera Cereris effigies cum his verbis, PISO. CAEPIO. Q. in altera vero duo viri inter spicas. Ascriptum, AD FRV. EMV. EX. S. C. Addam & hanc inscriptionem, L. CASVRIO. I. F. CLV. SPECVLATORI. AED. IIII-VIR. I. D. Q. ARG. PVBL. ET. PEC. ALIMENTAR. DEFENSORI. REIPVBL. CUR. ANN. POPVLO. PRÆBITÆ. COSCONIVS. SECVNDIVS. Torrent.

Præfecturam urbis.] Hanc non tam instituit Augustus, quam auxit atque ornavit, cujus postea in immensum crevit auctoritas. De qua, uti & Prætorum numero, vide Pomponium De origine juris. Addam interim Eusebii locum Olymp. CLXXXVIII. *Messala Corvinus primus Præfectus Urbis factus,*

L 3

sexta

senatus, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescumque opus esset. Censores creari desitos longo intervallo creavit, numerum pratorum auxit. Exegit etiam, ut quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero gereret. Nec par-
 38 *cior in bellica virtute honoranda, super xxx. ducibus justos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis senatorum, quo celerius Reip. assuescerent, protinus virilem togam,*

sexto die Magistratu se abdicavit, incivilem potestatem esse contestans. Idem.

Censores creari desitos.] Nam ipse & Julius Cæsar jus potius censorum, quam vocabulum aut honorem usurpaverant. vide supra cap. xxvii.

Numerum pratorum auxit.] Unus ab initio prætor in urbe fuit, ac primus omnium Sp. Furius Camillus M. filius eam Romæ dignitatem adeptus est, dictusque à præeundo, ut Varro scribit, quod exercitui præiret. Veteres, ut Pedianus scribit, omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem appellarunt. Livius quoque consulem, & prætorem indifferenter appellatum affirmat. Hinc prætorium, cohortes prætorie, & alia ejusmodi appellationis monumenta. Sabell.

Satis majestatem ejus imminui.] De fastigio suo descendere quodammodo existimabatur imperator, & in æquum venire cum privatis, dum consulatum non solus, sed cum altero gereret. Hinc factum, ut omnes post Diocletianum principes hunc honorem privatis communicare desierint, usque ad Julianum, qui veterem morem restituit. Refert Ammianus. Salmasius.

Nec parior in bellica virtute honoranda.] L. Tadius Rufus infima natalium

humilitate, Consulatum militari industria meruit: antiquæ alias parsimonix, circiter millies n s. liberalitate Divi Augusti congestum, usque ad detractionem heredis exhaustit, agros in Piceno coëmendo, colendoque in gloriam. Plinius.

Super triginta ducibus justos triumphos.] Cum omnes veteres memorias excusseris, vix reperias ad dimidium numeri hujus qui triumphum eo spatio egerint. Et tamen ait non triginta, sed super triginta ducibus, nec simpliciter triumphos, sed justos: quæ tam diligens asseveratio ægre permiserit nobis, ut de minutis quibusdam triumphis hunc locum exponamus, quos sæpe & facile ab Augusto solitos concedi, variis locis scribit Dio. Lib. lrv. Ex eodem optimo scriptore discimus, quod olim in Julio Cæsare risum fuerat, cum Hispaniensis triumphi honorem ambitiose legatis suis, qui propriis auspiciis nihil egissent, communicavit: id Augustum interdum esse imitatum, ut de Catinæ narratur l. lrv. qua fortasse ratione defendi hujus loci scriptura ac sententia possit. Casaub.

Protinus virilem togam, latum clavum induere, & curiæ interesse permisit.] Non tam pristinum morem revocasse, quam imita-

gam, latum clavum induere, & curiæ interesse permisit: militiamque auspiciantibus, non tribunatum modo legionum, sed & præfecturas alarum dedit: ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios præposuit singulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem re-

du-

imitatione majorum novum jus invenisse in civitatem videtur: neque enim curiæ aditum tantum liberis senatorum aperuit: sed etiam senatorum insignibus decoravit, ac quodammodo in senatorium ordinem allegit. Veteri jure tantum equites erant. Isidorus l. ix. *Quamvis senatoria quis origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat: deinde accipiebat honorem senatoriæ dignitatis.* Sed quod modo instituit Octavius, an ante eum Romæ jus non fuit? haut temere quærat hoc aliquis: nam de veste quidem palam est, quod ipse aliis tribuit, id ei contigisse: manifesto declarant hæc Suetonii infra, *summenti virilem togam tunica laticlavi vestita ex utraque parte ad pedes decidit.* Fieri potest ut hic mos per confusionem bellorum civilium institutus, ad ea tempora duraverit, quibus cessit omne imperium Augusto: qui quod licentia temporum fiebat, ut jure fieri liceret, instituerit: non male etiam sic rei auctor dici queat. Illud certum, quocumque tempore id ceperit, sub initia principatus Augusti ita fieri solitum in splendidiorum equitum liberis, arguit Ovidius de se minurriens Tristium lib. xv. Sape item accidit, ut quos vota parentum curiæ destinassent, eos vel fortuna adversa cogeret, vel propria voluntas impelleret retrocedere, & inferiore gradu subsidere: iis ponendus latus clavus erat elapsa ætate senatoria. testis locuples idem Ovidius:

Curia restabas: clavi mensura coacta est:

Majus erat nostris viribus illud onus. Postea coventum, ut etiam eorum qui equites tantum erant, quidam latum

clavum retinerent, & veste senatoria decorarentur: Ab hoc more manavit illa senatorum distinctio in juvenes & honoribus perfunctos. Iulium Calvistrum Suetonius in Domitiano vocat tribunum laticlavium: Dio quasi explicans, *ἡσανικὸν κεχλιωρηκὸς πρὸς εἰς βυλείας ἐλπιδὰ.* Isti sunt quos juvenes secundi ordinis appellabant: primo gradu iis concessio, qui domum Augustam, vel sanguine, vel affinitate, aut aliqua necessitudine contingerent. *Idem.*

Protinus.] Id est, uno eodemque tempore, Gallice *tout d'une tire.* *Idem.*

Tribunatum legionum.] Nam Tribuni, qui seni in quaque legione, toti legioni præfuerunt. Eorum munia jus dicere, & de capite cognoscere: signum excubiis dare, vigiliis curare, munitiones, exercitia alia. *Lipsius.*

Sed & præfecturas alarum.] Ipsum loquendi genus indicat præfecturas alarum honore tunc anteisse tribunatum militum: contra Claudii tempore: Suetonius lib. v. *Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret.* Casaub. Socii dicebantur *Ala* seu *Cornua*, quia plurimum ut *alæ* in avibus, corpus illud legionum tegebant socii: hinc *Ala dextra*, & *sinistra*: *Cornu dextrum* & *sinistrum.* Habebat autem *Ala* equites & pedites: & sicuti Cives Tribuni, ita Socios ordinabant *Præfecti.* *Lipsius.*

Recognovit.] Censionem vocat recognitionem. Festus: *Censio hastaria dicebatur, cum militi multa nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret. Censionem facere dicebatur censor, cum multam equiti inrogabat.*

ducto more transvectionis. Sed neque detrabi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est: quod fieri solebat: & senio vel aliqua corporis labe insignibus permisit, præmisso in ordine equo, ad respondendum quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis qui majores annorum quinque & triginta retinere eum nolent. Impetratisque à senatu decem adiutoribus, unumquemque equitum rationem vitæ reddere cœgit: atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notavit: plures ad-

Reducto more transvectionis.] Equestris ordinis juvenus omnibus annis bis urbem spectaculo sui, sub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium & equitum probatione. Trabeatos enim equites Idibus Iulii Q. Fabius transvehi instituit. *Val. Max.* In illa pompa, qui equum publicum habent, tributim & centuriatim distincti, ordine omnes equis vehuntur, quasi è pugna redeant, coronati fronde oleagina, & togis purpureis, & puniceo coloris materiam prætextam habentibus induti, quas vocant trabeas, initium facientes à templo quodam Martis, ædemque Castoris & Pollucis prætereuntes: interdum numero quinquies mille homines, qui ferunt quæcunque fortitudinis suæ præmia in præliis à ducibus acceperunt, egregium certe & dignum illius imperii amplitudine spectaculum. *Dio-nyf. Halicarn.*

Senio vel aliqua corporis labe insignibus.] Puta quibus nares præcisæ, vel aures, aut aliud quod vulnus impositum αεικέλιον ut poëtæ vocant. Appianus in Mithridat. αἰχμήθρας ὠτρίλας. ita affectos norat Augustus urbanis hominibus disteriorum esse materiam. clarum exemplum in Horatio Coclite. Vnde est illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxæ vitium objiceretur, *Per singulos, inquit, gradus admoneor trin-*

phi mei. Casaubonus.

Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui majores annorum quinque & triginta retinere eum nolent.] Beroaldus intelligit factam potestatem equitibus senioribus reddendi equum quem ex publico accepissent, si vellent: & ita ab equestris militiæ munere solverentur. scribendum, ut ea sententia efficiatur, *retinendi equi gratiam fecit.* Etsi alendo equo stipendium acceperunt hi equites, eratque res non parvi honoris: nihilominus tamen durum onus multis hoc fuisse, ex eo colligimus, quod populus in beneficii parte solitus est dare vacationem hujus muneris. Exemplum in Livii lib. xxxix. ubi P. Ebutio indici Bacchanaliorum inter alia præmia decretum narratur, *ne censor ei equum publicum assignaret.* Idem.

Ex improbatis.] Cod. Salmaf. *in improbatis.*

Alios pœna, alios ignominia.] Ignominia, ut inquit Nonius, nominis tantum nota est, quod honestatis nomen habere desinat qui ignominia notatur, sic enim non malus auctor Isidorus l. v. cap. xxvii. Pulchre apud Nonium Cicero lib. iii. De republ. *Censoris iudicium nihil fere damnato adfert præter ruborem. Itaque, ut omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Adde si lubet, I. Cto.

admonitione, sed varia. Lenissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarum, quos taciti, & ibidem statim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent. Comitibus tribunitiis si deessent candidati senatores, ex equitibus Romanis creavit: ita ut potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. Cum autem plerique equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos è quatuordecim non auderent, metu pœne theatralis: pronuntiavit, non teneri ea quibus ipsis parentibusve equester census umquam fuisset. Populi recensum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acci-

pe-

I. Cto. l. cxxx. & cxxlv. De verborum signif. Torrent.

Comitiis tribunitiis si deessent candidati senatores, ex equitibus Romanis creavit.] Nihil absurdius quam ad tribunos militares hæc referre contra Dionis auctoritatem, & rem ipsam. Tribuni plebis quanta invidia apud optimates essent, satis notum est: unde factum videtur per sæpe, ut eum magistratum plerique refugerent. Ideo lata vetus lex, quæ populo libertatem concessit, si comitiis tribunitiis deessent candidati, ex omni populo & quocunque ordine, quos vellet tribunos creandi. Appianus libro 1. Εμφυλ. Casaub.

Spektare ludos è quatuordecim non auderent.] L. Roscius Otho Trib. pleb. A. DCXXXII. legem tulit, ut in theatro equitibus Romanis, qui ns. quadringenta possiderent, x. v. gradus spectandi gratia adsignarentur: exce-

ptis iis, qui suo fortunæ vitio decoxissent. Vide Tacitum lib. xv. qui legem interpretatur hanc habuisse vim, ut Equites non ante plebem, ac separatim, sed confuse tantum quatuordecim ordines haberent. Hottomannus.

Frumentationum.] Gracchus legem de frumento populo distribuendo tulerat. Sed P. Clodius ut gratuitum daretur frumentum, recentiore tulit legem, quam antea senis æris trientibus in modios veniret. Sabell.

Sui cuiusque mensis.] Memini Suidam in Νώνιη tradidisse dictas esse annonas quasi αἰνὰ τῶν νώνων ἐδοδομένας. Quod quanquam ridiculum est, (annona enim ab anno, quasi annalis alimonia, dicitur) ex eo tamen ostenditur, Nonis cuiusque mensis frumentum populo dividi solere. Quare suspicor pro sui cuiusque mensis legi debere Nonis cuiusque mensis. Torrent.

peret. Comitiorum quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum à se dividebat. Magni præterea existimans, sincerum, atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum: & civitatem Romanam parcissime dedit, & manumittendi modum terminavit. Tiberio pro cliente Græco petenti rescripsit, Non aliter se daturum, quam si præsens sibi

Comitiorum quoque pristinum jus reduxit.] Ius illud intelligit quod libro superiore cap. xli. à patre Augusti Iulio Cæsare docuit fuisse institutum. id jus per bella civilia & III. viro- rum tyrannidem omis- sum, reducit nunc AV- gustus. *Casab.* Populus & multitudo ite- rum ad comitia conveniebant: neque tamen fiebat quicquam, nisi quod ipsi placebat. Igitur magistratus quosdam ipse electos à se creabat: quorundam delectum populo & plebi permittens, id curabat; ne vel parum digni renun- tiarentur, vel per factionem vel ambi- tum. *Dis Cassius.*

Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis.] Tribus Fabia & Scaptia rusticæ fuere. Scaptienses autem & Fabianos tribules habuit: credo quod alteram ab Octavia gente tribum accepisset. Ete- nim qui adoptatus erat, ut nomen, sic etiam tribum ejus, qui se adoptaverat, assequabatur. *Sigonius.*

Sincerum atque ab omni colluvione.] Romulus ab initio, ut urbem amplifi- caret, devictos populos in civitatem recepit. Deinceps eo ventum est, ut ex omni genere omnique natione terra- rum cives adsciscerentur. Ita Iulius Cæsar Hispanos & Græcos in civita- tem Romanam adscivit, teste Livio lib. xxxiv. Claudius omnes Græcos, Gallos, Hispanos, Britannos, Sauro-

matas civitate donavit. Antoninus Pius omnes, qui in urbe Romana essent, ci- ves Romanos esse iussit, si Vlpiano cre- dimus. *Marc. Donatus.*

Peregrini ac servilis sanguinis.] Lu- canus Romam repletam mundi face luculenter scripsit. Præterea à Senatu aliquando indicta sententia est, ut ser- vos à liberis cultus distingueret. Dein- de apparuit quantum periculum imini- neret, ut inquit eleganter Seneca, *Si servi nostri numerare nos cepissent.* *Be- roaldus.*

Ac servilis sanguinis.] Quoniam pes- simis sæpe modis ad libertatem perve- niunt servi, huic rei censores potissi- mum aut consules prospicere debere existimarem, ut eos, qui quotannis manumittuntur, examinentur quinam sint, & quare, & quomodo libertate fuerint donati, quemadmodum in e- quitum & senatorum vitam inquirunt. Deinde quos comperiunt civitate di- gnos, eorum nomina in tabulas refe- rant, ipsosque in tribus distribuant, & ipsis in urbe habitare permittant. Sce- lestam vero & impuram multitudinem ex urbe, specioso rei nomini imposito, aliquo in coloniam ablegent. *Dionys. Halicarn.*

Civitatem Romanam.] Cod. Salmas. *civitates Romanas.*

Ali-

sibi persuasisset quam justas petendi causas haberet. *Et Livia pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit: affirmans, Se facilius passurum fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanæ vulgari honorem. Servos non contentus multis difficultatibus à libertate, & multo pluribus à libertate justa removisse: cum & de numero & de conditione ac differentia eorum qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne vincētus umquam tortusve quis, ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans: En, ait,*

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Ne-

A libertate justa.] Libertas duplex. Iusta, non iusta. Iusta, quæ vindicta, censu, testamento data. Non iusta, quæ inter amicos, in convivio, per epistolam. Iusta illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinculo adhuc quodam, ut Tacitus ait, attinebantur servitutis. Imo retrahi poterant in servitutem. Fragmentum quoddam I.C. veteris. Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant servi: & manumissores audebant in servitutem denuo eos per vim ducere. Interveniebat Prator, & non permittebat manumissum servire, & addit post: Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani. Scite ergo ob has iteratæ servitutis metum Messenio servus apud Plautum:

Sed meliore est opus auspicio, liber perpesno ut siem:

Relinqueretur poenitentiae, aut novo beneficio locus.

Poenitentia, ut retraheres in servitutem: beneficio, ut vindicta liberares. Lipsius.

Ac visa quondam pro concione pullatorum turba.] Reprehendit in aliis colorem vestis: in aliis colorem & genus vestis. Pullati dicuntur, & qui togam sordidam & coloris obsoleti gerunt: & qui penulas, quæ pullo colore erant. Propria civium Romanorum vestis forensis toga fuit, eaque alba. contra hanc observationem majorum, varie peccatum per illa tempora, & magis deinceps. tenuiores, posita toga in tunicis prodire non sunt veriti: inde apud Horatium, Tacitum, alios, tunicatus populus, plebs infima idiotarum. alii penulam pro toga gestabant, vel togæ superinjectam. multi togam retinebant, sed sordidam & obsoletam. & hi & illi pullati vocantur à scriptoribus. Casaubon.

Nega-

41 *Negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro Circove, nisi positis lacernis, togatum consistere. LIBERALITATEM omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & in vecta urbi Alexandrino triumpho regia gazæ, tantam copiam nummaria rei effecit, ut fœnore deminuto, plurimum agrorum pretiis accesserit. Et postea quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratuitum iis qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indul-*

Negotium Aedilibus dedit.] Cicero 111. *de Legibus: Suntuque Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumque solemnium: illisque ad honoris amplioris gradum is primus adscensus esto. Hi jurisdictionem quidem habebant, imperium vero non habebant. ex minoribus enim magistratibus erant, ut ex Livio & Gellio intelligimus. itaque Verrina 11. Cicet. Erit tum consul Hortensius cum summo imperio & potestate, ego autem Aedilis, hoc est paullo amplius quam privatus. Hottomannus.*

In Foro Circove.] Cod. Salmas. circave.

Nisi positis lacernis togatum consistere.] Pudendum Romano si alia quam Romani civis gestans insignia, palliatus puta, aut cum soccis, & Gallicis maxime, in publico conspiceretur. Permittebatur tamen ut pluvix, ac frigoris causa, præsertim in theatro, ludorumque spectaculis, ob repentinam sæpe coeli injuriam, togæ lacernam, quæ non multum à pænula distabat, superinducerent, quo & togam conservarent, & se quoque tuerentur. Declarant id complura Martial. epigrammata, ut 11. lib. 1111. & 1111. lib. v. & elegans Juvenal. locus Sat. 1x. cum lacernas munimenta togæ vocat. Augustus igitur lacernarum quidem usum non sustulit, sed eas necessitati tantum servire voluit, vetuitque in foro, & in Circo alios quam togatos consistere, ad ea enim

Urbis loca fere conveniebant Romani. Torrent.

Regia gazæ in vecta.] Scribit Hieronymus, Augustum Cæsarem cum post victoriam Alexandrinam domum repedasset, exportasse secum antiquorum Ptolomæorum gazas: ut nec antea, nec postea tanta copia auri, argenti, gemmarumque Romam adducta fuisset noscatur. Pomponius Mela, Gazam, inquit, Persæ ararium vocant: & inde nomen est Gazæ civitati, eo quod Cambyses illuc belli & opes, & pecuniam intulerat. Beroald.

Fœnore deminuto plurimum agrorum pretiis accesserit.] Vocem plurimum, qua certi nihil definitur (& revera nihil potest definiti.) circumscribit Paulus Orosius: cujus sunt verba: Roma in tantum opibus Alexandria aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum duplicia quam usque ad id fuerant possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur. Casaub.

Usum ejus gratuitum.] Similem in Tiberio munificentiam notat Tacitus: Tulit, inquit, opem, disposito per menses millies sestertio, factaque mutnandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis cavisset. Annal. vi.

Iis qui cavere in duplum possent.] Ne usuræ communes exigantur supra duplum, non Romanorum tantum, sed & Ægyptiorum vetus lex est, quam Diodorus Siculus scribit lib. 11. his verbis:

dulsit. Senatorum censum ampliavit: ac pro octingentorum millium summa duodecies Hs. taxavit, supplevitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diversæ fere summa: modo quadragenos, modo tricenos, nonnumquam ducenos quinquagenosque nummos. ac ne minores quidem pueros præterit, quamvis nonnisi ab undecimo ætatis anno accipere consuesset. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus sæpe levissimo, interdum nullo pretio, viri-

tim

bis: τὸς μὲν συλλεγοφῆς δανείσωντας ἐκώλυε ἀλλ' ἔτι τὸ κεφάλαιον πλεῖον ποιεῖν ἢ διπλασίον. Et ad id duplum respexisse opinor Suetonium. Cujacius.

Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies Hs. taxavit, supplevitque non habentibus.]
 Dio: Ἐκ τῶν τυτῶν, inquit, ἐξέτασις αὐτῶν τῶν βαλόντων ἐγγύς. ἰππὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ τρίμηρον αὐτοῖς ἄριστον ἀλλ' τὸ συχνὸς τῶν περὶ αὐτῶν ὑπὸ τῶν πολέμων ἐστὴν ἄριστον ἀλλ' ἔτι ἀνθρώπων ἀριστίας κίωμα ἰσ πέντε ἔς εἴκοσι ἀθήνη, ἐκείναι δὲ εἰς ἑξακοντα βολύτων ἀρίστη. En clare adfirmat de Myriadibus viginti quinque (ita computatio Græca est) atqui ex sane Latinis legitimum illud decies efficiunt non duodecies, quod in Tranquilli libris. Plutarchum audi in M. Antonio, pro te summas has æquante τὰς inquit πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας οἱ Ῥωμαῖοι Δέκιες καλεῖσσι. viginti quinque Myriadas Romani decies appellant & efferunt. Igitur aut Dio in hac tota re turpiter falsus, aut Scriptura in Suetonio: quod magis censeram scribamque decies. Nam quod idem Dio dissentit etiam de quadringentis (in Suetonio enim duplo nume-

ro legis, octingenta antea fuisse:) non moveor: aspexit enim mutationem post bella civica ab eodem Augusto factam, sed leviter nec in longum. Itaque subterhabuit eam Suetonius, quasi nec fuisset. Haud aliter concilio. Lipsius.

Octingentorum millium.] Intellige sestertium nummorum, id est, viginti millium coronatum.

Duodecies Hs.] Id est, triginta millium coronatorum.

Congiaria.] Quintilianus in sexto: *Congiarium, commune nomen est liberalitatis, atque mensuræ.* Fabius Maximus inculpans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminariam esse dixit, alludens ad mensuram. congiarium datur populo, donativum vero militibus. Et ita usurpant hi, qui significanter, & proprie loquuntur. Tacitus: *Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebi.* Berroald.

Quadragenos.] Cod. Salmas. quadringenos.

Ac ne minores quidem pueros præterit.] Nihil in ea re concessit Augusto Trajanus, de quo Plinius in Paneg. *Antequam te viderent audirentve, recipi iudici iussisti, ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur: crescerent de tuo, qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent.*

Teste-

tim admensus est, tesserasque nummarias duplicavit.
 42 Sed ut salubrem magis quam ambitiosum principem
 scires, querentem de inopia & caritate vini populum,
 severissima coërcuit voce: Satis provisum à genero
 suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines
 sitirent. Eidem populo promissum quidem congiarium
 reposcenti, Bonæ fidei se esse respondit: non promis-
 sum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam
 edicto exprobravit: affirmavitque, non daturum se,
 quamvis dare destinaret. Nec minore gravitate atque
 constantia, cum proposito congiario multos manumis-
 sos, insertosque civium numero, comperisset, negavit
 accepturos quibus promissum non esset: cæterisque mi-
 nus quam promiserat, dedit, ut destinata summa suffi-
 ceret. Magna vero quondam sterilitate, ac difficili re-
 medio, cum venalicias & lanistarum familias, pere-
 gri-

Tesserasque nummarias.] Tesseræ fru-
 mentarias, olearias, & cœnarias quoque
 legisse memini, quas reddentibus fru-
 mentum, oleum, aut cœna præberetur.
 Sic igitur & nummarias interpreto, r,
 quibus allatis, promissi pro congiario
 nummi præstarentur. *Torrent.*

Ne homines sitirent.] Consimile exē-
 plum illud Pescennini Nigri Romani
 Imperatoris: qui cum apud Ægyptum
 ab eo milites vinum peterent, respon-
 dit: Nilum habetis, & vinum queritis?
 Carthaginenses in militia vinum non
 bibebant, ut docet Aristoteles in Oeco-
 nomicis. *Beroald.*

*Multos manumissos insertosque civium
 numero.*] Non statim ut aliquis manu-
 missus erat, ad congiarium aliasve li-
 beralitates admittebatur; sed in tri-
 bus describi oportuit. Benigniores
 patroni quos manu miserant, iis tri-
 bum statim emebant, aut si testamento
 libertas daretur, emi mandabant, ut

scriptum est in lege xxxv. Dig. de le-
 gat. 111. emptionem tribus significat
 illis verbis Suetonius *insertos civium
 numero.* Referrî etiam potest ad eos
 qui suis sibi pecuniis libertatem redi-
 mebant, aut ad gratos alias suis heris:
 nam & hi & illi videntur de industria
 appetente congiarii die fuisse liberati.
Casaub.

*Magna vero quondam sterilitate ac dis-
 ficili remedio.*] Ad hæc tempora perti-
 nent verba Eusebii in Chronico ad nu-
 merum MXXXII. *Fames Romæ ita in-
 gens facta, ut quinque modii venderentur
 denariis xxv 11. semis.* Ios. Scaliger.

Venalicias.] *Vanalium* nomine, ut
 Quintilian. tradidit libro VIII. cap.
 11. peculiariter servi dicuntur, maxi-
 me novitii. Quos & veteratoribus op-
 ponunt l. xxvii. & l. ult. De Ædili-
 tio edicto. Hinc *vanalitiis*, pro ipso
 mangone. Suetonius l. De claris Rhetor.
Vanalitiis cum Brundisii gregem ve-
nalitiis

grinosque omnes, exceptis Medicis & præceptoribus, partemque servitiorum, urbe expulisset: ut tandem annona convaluit, impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui. Atque ita post hanc rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret.

nalium navi educerent. Egregie autem Cicero *vanalitiis* mercatores adjungit, nam, ut l. ccvii. De verborum signif. Africanus tradidit, mercis appellatione homines non continentur. Eamque ob rem mangones non mercatores, sed *vanalitarii* appellantur Iurisconsultis. *Torrent.*

Ut non minorem aratorum ac negotiantium quam populi rationem deduceret. Populum appellat, ut sæpe alibi, plebem quæ Romæ frumento publico alebatur. hæc fere otiosorum hominum fuit, & magna ex parte functorum militia: cives enim Romani artes *βανωσις* plerique à se spernebant, & solis servis dignas judicabant, ipsi bellis vacabant: unde peractis stipendiis egeni plerumque quod supererat vitæ degebant. Quod ut caveret AVgustus, commoda missionum & militiæ tempora definiit: *ne aut ætate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent.* ut est infra scriptum. Hæc vel præcipua olim caussa excogitandarum legum agrariarum: ita enim exhauriebatur famelica illa multitudo, vere sentina urbis. Alterum mali remedium fuit, publica frumenti largitio. sed præclarum hoc institutum secuta sunt non levia incommoda. Plerique enim de plebe in re facienda omissiores *κατὰ τὴν φύσιν* facti sunt, neglectum negotiandi studium, spreta agrorum cura & servis

vinculisque commissa. *Negotiantes* sunt quicumque aliquam negotiationem exercerent, cujusmodi erant centonaria, sagaria, lignaria, carbonaria, cænacularia, & similes his aliæ in veterum libris & antiquis lapidibus nominatæ. Hi sunt qui Imperatoribus in Codice dicuntur *negotium gerere, vel in negotiis pecuniam tractare, aut mercimonia agitare.* Casaub.

Aratorum. Lectorem obiter monēbimus, consuevisse Romanos vectigalia sua publicanis, qui fere ex Equestri erant ordine, per Censores elocare. Qui si frumenti decumam cōduxissent, *Decumani*, si portoria, *portitores*, si pascua, *pecuarii* dicebantur. Et ea omnia aut per familias suas exercebant, aut aliis civibus concedebant. Qui & *aratores, & coloni, & agricolæ, & pastores* sæpe à Cicerone, atque aliis appellantur, non quod ipsi vel ararent, vel pascerent, sed quod obstricti publicanis, circa eadem negotia versabantur, eo utiliores reipubl. quo in opere quisque suo diligentius negotiabantur. *Torrent.*

Deduceret. Miror cur magnus interpretres hoc observet novę dictum. Nam & ante sic Manilius lib. iii. *Sic erit ad summam ratio deducta priorem.* imperator in §. xxiii. de Action. *In qua actione earum etiam rerum quas fugiendo servus abstulerit, aestimatio deducitur.* Id est, sit vel ducitur. Nempe com-

43 *ret. SPECTACVLORVM & assiduitate & varietate, atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter & vicies. Fecitque nonnumquam etiam vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones: non in foro modo, nec Amphitheatro, sed in Circo & in Septis, & aliquando nihil præter venationem edidit. Athletas quoque exstructis in campo Martio sedilibus ligneis: item navale prælium circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Caesarum nemus est. Quibus diebus custodes in urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas cursoresque & confectores ferarum, & nonnumquam ex nobilissima juventute, produxit. Sed & Troje ludum edidit frequentissime, majorum minorumve puerorum delectu: prisca decorique moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicro C. Nonium*

compositum pro simplici ducere accipiunt. Quod verbum Arithmetices & ratiocinii proprium. Prosper de promiss. & prædict. *ter enim quadragies ducta centum viginti faciunt.* Hinc illa tralatio in phrasi sane frequenti, *ratiocinem ducere.* At alias deducere quid sit in ratiociniis, notum ex formula, *sine deductione.* Ex his credo patet, quomodo phrasibus illis, quibus domicilium proprium in ratiociniis, migrationes in alienum multæ contingant. *Gronovius.*

Suo nomine quater.] Repetendum ex sequenti periodo verbum *vicies*, quæ *βραχυλογία* Græcis Latinisque usitata est: verum ita fere, ut major numerus in priore commate positus, etiam sequenti serviat, contra quam hîc fit. Sive igitur quater suo nomine ludos Augustus edidit, sive quod potius puto sa-

pius, nihil hîc mutandum censemus. *Casaub.*

In Septis.] Septa loca erant in campo Martio, inclusa tabulatis: in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueverat. *Servius.*

Circa Tiberim cavato solo in quo nunc Caesarum nemus est.] Eadem verba in breviario Ancyrano, unde sumsit Suetonius. quod moneo, ne quis *τὸ νῦν* restringat ad tempora auctoris. *Casaub.* Claudio imp. inter lacum Fucinum amnemque Lyrin perrupto monte, quo magnificentia ejus à pluribus viseretur, lacu in ipso navale prælium adornatur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis & minore copia ediderat. *Tacitus.*

Caesarum nemus.] Quod fuit in parte Martii Campi. Strabo de Mausoleo Augusti:

nium Asprenatem lapsu debilitatum, aureo torque donavit: passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pol-
lione oratore graviter invidiosoque in curia questo Æfernini nepotis sui casum, qui & ipse crux effrege-
rat. Ad scenicas quoque & gladiatorias operas, et-
iam equitibus Romanis aliquando usus est: verum
prius quam senatusconsulto interdiceretur. Postea ni-
hil sane, præterquam adolescentulum Lucium honeste
natum, exhibuit: tantum ut ostenderet, quod erat bi-
pedali minor librarum septemdecim ac vocis immensa.
Quodam autem muneris die, Parthorum obsides tunc
primum missos per arenam mediam ad spectaculum in-
duxit: superque se subsellio secundo collocavit. Sole-
bat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inu-
sitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra
ordinem quolibet loco publicare: ut rhinocerotem, apud

Se-

gusti: *A tergo, ait, locus est mira conti-
neus ambulacra.* Sabell.

[Præquam senatusconsulto interdiceretur.] Quomodo abjicitur scenicus, per quem colitur deus? Et theatricæ illius turpitudinis qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac contro-
versia Græci Romanique concertant. Græci putant recte se honorare homi-
nines scenicos, cum colant scenico-
rum ludorum flagitatores deos. Ro-
mani vero, hominibus scenicis nec ple-
bejam tribum, quanto minus senato-
riam curiam dehonestari sinunt. *An-
gustinus.*

[Bipedali minor librarum septemdecim.] Mira levitas, nec pro illa ipsa magni-
tudine ejus corpusculi. Visitata statura, ut
alibi notamus, erat pedum fere sex;
pondus librarum Romanarum centum
plus minus. Plaut. Asin. *Nudus vinculus
centum pondus est,* locum vide. Hac pro-

portione homo bipedalis alterum fere
tantum pendere debuit: non igitur na-
nus solum hic fuit, sed & monströse
gracilis, ac levis: tertii miraculi loco
vox Stentorea in tantulo homuncione.
De gracilitate ne nimis miremur, fa-
ciunt quæ Athenæus lib. xi. & Ælia-
nus lib. x. Παικίλης de Archæstrato
narrant. *Casaubon.*

[Superque se subsellio secundo locavit.]
Scenæ & podio proximum subsellium,
principum fuit & magistratum: se-
cundum & reliqua quibus constitit or-
chestra, senatorum. in primo sedit AV-
gustus: in secundo legatos collocavit
super se ait Suetonius: quia ratio sub-
selliorum ea fuit, ut imo sive primo
secundum esset alius, secundo tertium,
& ita deinceps. *Idem.*

[Invisitatum.] Cod. *Salmaf. invisita-
tum.*

[Quolibet loco publicare.] Ex eo more

Septa: tigrim, in scena: anguem quinquaginta cubitorum, pro Comitio. Accidit votivis circensibus, ut correptus valitudine, lectica cubans, thensas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit ut laxatis sella curulis compagibus caderet supinus. Nepotum quoque suorum munere, cum consternatum ruina metu populum retinere, & confirmare nullo modo posset, transiit è loco suo, atque in ea parte consedit quæ suspecta maxime erat. Spectandi confusissimum ac solatissimum motum corripuit ordinavitque: motus injuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut

quo-

est quod notat Solinus de muliere tricies enixa, à Pompeio publicata cum xx. liberis: quodque Tacitus libro XII. Annal. de Mithridate Armeniæ rege captivo, *Rostra juxta custodibus circumdatus visui populo præbetur.* quod idem postea de Caractaco narrat. *Casamb. Miror, Tranquillum omisisse quadringentis viginti pantheras Romæ ab eodem fuisse monstratas. Beroald.*

Votivis.] Quis ipse, ut supra ostendit, voverat Iovi Opt. Max. si Reipublicæ status post cladem in Germania acceptam melior factus esset. *Sabell.*

Thensas deduceret.] Id est, vehiculum, in quo sacra Circensi pompa deferrebantur, religiose sequeretur. *Idem.*

Commissione ludorum.] Sic Virgilius: *Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*

Et Macrobitus: *Sed & Laberius sequenti statim commissione mimo novo interjecit hos versus.* Beroaldus. *Commissiones gladiatorum dicebantur, cum patria comparabantur. Sic committere animos apud Poëtam, est animos in commissionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare. Turnebus.* Ita paullo

post: *Quos etiam committere cum Grecis solebat.*

Laxatis sella curulis compagibus.] Sella curulis quatuor lignis pluribusve constabat incurvis in modum fere literæ, productæ & minus curvata ab utraque parte. Hæc funibus ita compacta erat, ut aperiri claudique posset. Lignorum formam egregie explicant Greci cum *διφρον ἀστυλόποδα* nominant, ut Plutarchus in Mario. Hujusmodi sellarum fabrica hodieque in usu est. Similis autem artificii fuisse videntur illæ quibus olim tanquam laqueis usi qui alienæ vitæ insidiabantur. Pausanias in Atticis vocat *Ἰππῶν ἀστυλοποδῶν ἑστῶν ἐχοντα.* Res hodie non incognita. *Casamb.*

Ut quoties quid spectandum usquam publice ederetur.] Spectacula olim edebantur, in Vrbe, in Italia & in provinciis: & in Vrbe quidem, alia in theatro, alia in circo, alia in amphitheatro, quædam in foro aliisque locis publicis. Quod ergo ait, *usquam*, quomodo accipimus? puto de Vrbe, Italia & provinciis intelligendum: id enim arguere manifesto videtur quod modo dictum est de occasione facti decreti hujus,

quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus: Romæ legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considerare: cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assignavit: pratextatis cuneum suum, & proximum pedagogis: sanxitque ne quis pullatorum media cavea sederet. Fæminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. So-

lis
 jus, quæ Puteolis data fuit: & quod dicit, quoties quid spectandum publice ederetur, de theatro & scenicis gymnificisque ludis aut rebus admirandis quæ spectanda proponebantur, maxime interpretor: nam ea ætate extra Romam raræ venationes, rari Circenses. *Casaubon.*

Cuneum.] Inde theatrum eleganti epitheto cuneatum dicitur à Virgilio illo versu:

— *Cuneati hinc lata theatri*

Seditio —

In alio significato cuneus est ordo militaris: de quo idem:

Disiecti cunei desolatique manipuli.

ab Apuleio non inscite excuneati dicti, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis. *Beroald.* Theatri partes veteres cavea, & sedilia. Mox additis aliis sedilibus altioribus, scalarum quoque usus quæsitus, & additus. Sedilium ordines cunei à figura. Cum enim excurrerent ab angusto spatio ad ambitum extimum: strictiores erant necessario quo propius accederent ad caveam. *Cas. Scaliger.*

Ne quis pullatorum media cavea sederet.] Circumfusa turba cum iudicibus, mox alia item affluente, commode spectare non poterant: quod aliis alii obiectu corporum conspectum adimebant. Idcirco aggestis cespitibus editio-

rem locum sibi pulvillis auctis faciebant. Eam ob causam medius locus depressior fuit, ac propterea Cavea dictus. Igitur per initia stantes spectabant. Postea subsellia sibi quisque quum ferret, his etiam pro telo, dum pugnant de loco rem agebant. At P. Scipione Nasica Censore sublatus est apparatus, & mox S. C. cautum ne cui in urbe propiusve mille passuum subsellia posuisset, sedentive ludos spectare licitum esset. *Cas. Scaliger.*

Fæminis ne gladiatores quidem.] Nendum ludos scenicos: quibus tamen & ipsis interfuisse jam olim fæminas constat, sed non sine eorum permisso in quorum potestate erant. Valerius Max. *Pub. Sempronius Sophus conjugem repudiis nota affectis, nihil aliud quam se ignorante ludas ausam spectare.* Per leges AVGVSTI ad omnia spectacula Romani moris admittæ mulieres, sed non promiscue. Quod subjicit de athletis, non mirum: id enim ludicri genus Græcum fuit, non Romanum. *Casaub.*

Nisi ex superiore loco.] Ea extrema cavea & sedes pullatorum erat. Calpurn. *Venimus ad sedes ubi pulla sordida veste Inter fæmineas spectabat turba cathedras.*

Ex his versibus apparet spectasse promiscue plebem & fæminas. an ita instituit AVGVSTUS? Videtur ex hoc loco

lis Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, & contra pratoris tribunal, dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum omnem adeo submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, Mulieres ante horam quintam venirent in thea-
45 trum, non placere. Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque cœnaculis spectabat, interdum è pulvi-
nari,

posse colligi. Sed hoc quam alienum à gravitate & prudentia AVgusti? illene qui militibus, maritis è plebe, præter-
tatisque suos cuneos assignavit, foem-
nis permiserit cum sordida plebe pro-
miscue spectare? nunquam putem. Le-
go igitur in Suetonio *Spectare concessit
solis. Virginibus Vest.* ita duplici ratio-
ne pudori mulierum consulitur: nam
& in extremam caveam summotæ, præ-
ne theatro ejectæ videri poterant; &
ibi quoque solæ seorsim à viris colloca-
tæ. *Idem.*

Contra pratoris tribunal.] Proxime
scenam & podium. atque ut Pruden-
tius ait, *pedis meliore in parte sedebant.*
Casaub. Imperante Tiberio, ut glisce-
ret dignatio sacerdotum, atque ipsis
promptior animus foret ad capessendas
ceremonias, decretum Corneliæ Virgi-
ni, quæ in locum Scantiæ capiebatur,
LIS. XX. & quoties Augusta theatrum
introisset, ut sedes inter Vestalium con-
sideret. *Tacitus.*

Athletarum spectaculo.] Ideo noluit
foeminas interesse spectaculo athleta-
rum, quoniam nudi exercebant corpo-
ra. Dionysius in septimo tradit, athle-
tas velari solitos circa pudibunda, cum
cetera nudarent: quæ consuetudo Ro-
mæ diu servata est, cum apud Græcos
esset dissoluta: quippe apud illos nu-
dari tota corpora coeperunt. *Beroaldus.*
De Nerone, in ejus vita, cap. xii. *Ad
athletarum spectaculum invitavit & vir-
gines Vestales: quia Olympiæ Cereris Sa-*

cerdotibus spectare conceditur.

Muliebrem sexum omnem.] Libri ve-
teres magno consensu habent *muliebrem
sexum omne*; in neutro genere, antiquis,
ut Plauto, quorum interdum sectator
est, ut antiquarius, Tranquillus, usitato.
Turnebus.

Pontificalibus ludis.] Quos, ut Pon-
tifex Maximus, dedit. Ita Pontifica-
les & Sacerdotales ludi passim obser-
vantur.

Pugilum par.] Pugnis nudis primum
certarunt: itaque πύξ Græci, & πύ-
γης pugil: nostra pugna inde, atque
etiam pugnus: quoniam manus quæ
erat antea passa, & μανὴ, unde vox
nostra, contracta clausis digitis effecta
est πυκνὴ, densa. Pugnis addita lora
ad munimentum: propterea quod nu-
di quum ferirent, sæpe plus damni ac-
ciperent quam facerent. Ea lora Græ-
co vocabulo Cestus dicti, κέστυ enim
cingulum. brevia initio: mox ne ex-
cussa exuerentur in ictibus, tum cu-
bito tum humero alligabantur. Postre-
mo ferrum plumbumque assatum est,
sævissimo spectaculo. Cerebrum enim
ac guttur facillime elidebant. Idcirco
aurium munimenta inducebant, ἀμ-
φώπιδας. Differunt autem lucta & pu-
gilatus: quod lucta sit motus quasi
continuus: cohærescunt enim: pugila-
tus autem discretus: sunt enim inter
ictus ipsos intervalla. *Cæs. Scaliger.*

Interdum è pulvinari.] Ut majestatis
suz

vari, & quidem cum conjugē ac liberis sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat: petita venia, commendatisque qui suam vicem presidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil præterea agebat: seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum, epistolis libellisque legendis, ac rescribendis vacaret: seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit umquam, & sæpe ingenue professus est. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat: nullique Græco certamini interfuit, quo non

pro

sua rationem haberet, è pulvinari spectavit, hoc est, ex eo Circi loco, ubi simulacra deorum, magna pompa in ferri & circum metas gestari solita, collocabantur. quæ pars Circi ea esset, mirum non explicasse Dionysium Hal. in eo sermone: sed dubium non est, quin ut in theatro honestissimus locus erat ad podium, sic in Circo ad Evripum, qui medium stadium cingebat. AVgustus in ep. ad Liviam super Claudio, primam frontem spectaculorum eum locum vocat. Inde spectavit sedens, ait Suetonius: non ut Nero postea accubans, ceu deus aliquis vivus inter simulacra mortua. Et, cum uxore & liberis, non intra imagines ipsas deorum. An v. ista coenacula, de quibus sentit Suetonius, in ipso Circo erant? Siquidem super illa porticu quæ ab exteriori Circi Romani parte adstructa illi fuit, & officinæ & coenacula erant: quæ ut arbitror CÆS. soliti locare coenaculariam facientibus: à quibus postea inquilini & qui sine laribus erant. Casaub.

Aderat.] Leg. aberat. Idem.

Nihil præterea agebat.] Hoc est quod vocat Tacitus comiter interesse. Ann. 1.

Seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se neque.] Indulserat ei ludicro

AVgustus, dum Mæcenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli: neque ipse abhorrebat talibus studiis, & civile rebatur misceri voluptatibus vulgi. Tacit.

Corollaria.] Vocabulum corollarii est à corollis, quod ex, cum placuerant actores in scena, dari solitæ sint: unde & corollaria dicuntur ipsæ coronæ. Plinius lib. XXI. sic scribit: *Paulatim & Romæ subrepsit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.* Sensus est Tranquilli, Augustum etiam in alienis spectaculis dedisse grandia & crebra corollaria scenicis & histrionibus. id est, ea munera, quæ ultra legitima præmia illis dono dari solebant: de quibus Cicero in Frumentaria: *Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicæ corollariis decum. em emerunt.* Hæc autem, cum pretii haud magni forent, factum est ut corollarium pro re leviori, & ut ita dicam, supernumeraria accipiatur. Be-roaldus.

Græco certamini.] Quod vel in Græcia celebraretur, aut Græcis Italiæ urbibus, ut Neapoli, vel Romæ, Græco more & per Græcos scenicos. Vtro

pro merito certantium quemque honoraverit. Spectavit autem studiosissime pugiles & maxime Latinos non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat: sed & catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis & conservavit privilegia, & ampliavit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Coercitionem in histriones, magistratibus in omni tempore & loco, lege veteri, permissam, ademit: præterquam ludos & sce-

modo accipiat aliquis, non interest pili. *Casaubon.* Pollux athletarum nomine gymnicos omnes intelligi voluit. Hi autem sunt *πυλαιστῶν, ἄρμεῖς, ὠκτιῶν, διοκοβόλοι & ἀλιχγοί.* Vide Plautum Bacchid. Act. III. Sc. III. de antiqua puerorum Græcorum institutione loquentem. *Budæus.* Aristoteles in primo Rhetoricorum ita disponit. Quæ corporis virtus attributa est certaminibus, constat magnitudine, robore, celeritate. Qui jacere certo modo crura, porroque movere potest, cursor est, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is est luctator, qui percutiendo pellere, pugil, qui horum utroque modo, pancratio idoneus: qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.

Catervarios.] Id est, Catervatim, quod meo quoque tempore in plerisque Italia locis servatur, certantes. *Sabellius.*

Athletis.] Sub athletis pugiles generaliori significatione comprehenduntur, ac pugiles, quemadmodum athletas, robori & pinguedini comparanda operam dedisse, legimus apud Terent. Eun. Act. II. Sc. III. Ita & Tespiro Plautinus in Epid. herilem filium valere dixit pugilice atque atletice, hoc est, robustum & pinguem esse: id enim agebant, ut validius percutere valerent,

& plagas sibi illatas minus sentirent. Gladiatores vero, cum armis incidentibus & pungentibus usque ad mortem, præmio conducti, dimicaverint, quantum ab athletis & pugilibus distent, satis apertum est. Itaque Suetonius xyfticorum, qui athletæ erant, certationes, gladiatorum vero pugnas dixit. *Marc. Donatus.*

Sine missione.] Noluit ut gladiatores exhiberentur ad gladiaturam exercendam, nisi victoribus missio pro præmio proposita foret: qua impetrata, virga donabantur, quæ dicitur *rudis.* De hac missione gladiatorum ait Martialis:

Nuper cum Myrino peteretur missio laeso. Beroald.

Coercitionem in histriones.] Dicebantur sententiæ, ut prætoribus jus virgarum in histriones esset: intercessit Haterius Agrippa Tribuns plebei: increpitusque est Asinii Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatui præbebat. Valuit tamen intercessio, quia divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat. *Tacitus.*

Præterquam ludos & scenam.] Emen- do ludis & scena. Mos vetus puniri histriones ab Aedilibus, Prætoribus, Consulibus, quovis tempore & quovis loco per-

scenam. Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas severissime semper exegit. Nam histrionum licentiam adeo compefcuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per

tri-

co permittebat: arctavit Augustus, & non nisi per tempus ludorum permitfit, & in loco ipso ubi peccarant, id est, in scena. Ademit etiam jus virgarum: (quod redditum esse magistratibus, videtur lege Julia de vi publica non quidem nominatim, sed prudentum interpretatione) At carcerem tamen & exilium reliquit. *Lipfius.*

*Xysticorum.] Galb. cap. vi. Si quid scenici, aut xystici donatum olim vendidissent. vetus item inscriptio. ATHENODORVS XYSTICVS PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT. Torrentius. Porticus quædam palestræ ἔυστος apud Græcos vocitatur, quod Athletæ per hyberna in tectis stadiis exercebantur. Facienda autem Xysta sic videntur, ut sint inter duas porticus sylvarum, aut platanones, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere lignino stationes. Proxime autem xystum & duplicem porticum, designentur hypætræ ambulationes, quas Græci ἑσπερίδας, nostri Xysta appellant, in quas per hyemem ex Xysto sereno celo athletæ produntur exercentur. *Vitruvius.**

*Stephanionem togatarium.] Ut actorem secundarum Tullius in Bruto secundariam dixit, tertiarum actorem Valerius Max. tertiarium: (sic enim veteres codd. habent lib. ix. cap. xiv.) ita nos actorem togatarium togatarium. Nomina enim ἑσπερίδας hoc typo Latini effecerunt. Vel Plautum adi in Aulul. *Casaub.* Togatæ dicebantur fabulæ vel Comædiæ factæ de togatis, hoc est, vilibus personis. Sic enim Scholiastes vetus ad Iuvenalis Satyræ 1. *Tria sunt genera Comædiarum. Togata, ex factis**

*vilium personarum. Prætextata ex factis nobilium personarum. Palliata ex factis quidem nobilium personarum, sed Græcorum. Palliata ad Græcos pertinet. Alia duo genera ad Latinos pertinent. Romani enim togis & prætextis utuntur. *Bartolæus.**

*Cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat.] Videntur duo fuisse genera & modi circumtondendi capilli, unum barbaricum, alterum antiquis Græcis usurpatum, & inter delicias cultus habitum. Hinc circumtonsi mangonum pueri. Hinc oratio circumtonsa pro elegante ac venusta, ac concinna, beneque depexa. Hæc tonsura formam alveoli referebat inversi, hoc est, ὀκαφίς. Unde & ὀκαφίονος, qui sic tonsi. Crines in eo genere undique æqualiter descendentes in orbem ibant. Ea usi sunt inter Græcos veteres qui elegantie studebant, ephēbi, viri, & apud Romanos etiam ministri lautiores. Testis est præsens Suetonii locus. Meretrices etiam eo habitu crinium sæpe ornabantur, ut ex Hesychio constat, in voce ὀκαφίον. Hæc est circumtonsiō, quam, exceptis regii generis hominibus qui intonsi erant, Francos nostros olim usurpasse vulgo testatur Agathias. Alia fuit βαρβαρικὴ, quam Phœnices, Arabes, Thraces & plures barbaræ nationes frequentarunt: de qua diximus in Epistola de Coma. *Salmasius.**

*Pergrina theatra virgis casum.] Hoc proprie θεατρὶς dicunt Græci, & παρὰ θεατρὶς. *Casaub.* Pompeii, Balbi, & Marcelli, ut puto. cænim Augusti tempore fuerunt, præter amphithe-*

trina theatra virgis casum relegaverit: Hylam pantomimum, querente pratore, in atrio domus sue, nemine excluso, flagellis verberaverit: & Pyladem urbe atque Italia submoverit, quod spectatorem, à quo exhibebatur, demonstrasset digito, conspicuumque

46 *fecisset. Ad hunc modum urbe urbanisque rebus administratis; ITALIAM duodeviginti coloniarum numero deductarum ab se frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adequavit: excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis decuriones colonici, in*

theatrum Statilii Tauri. Strabo l. v. & Ovid. lib. 111. De arte amandi, *Visite conspicuis terna theatra locis.* Torrent.

Hylam pantomimum.] Mimi imitatores sunt. Pantomimi, omnium personarum imitatores effectoresque. Plinius in Paneg. *Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque adversatur, & damnat effeminatas artes, & indecora seculo studia.* Budæus.

Exhibebatur.] Histrionis si paullo se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior, exhibebatur, exploditur. Cicero.

Ad hunc modum.] Dixit hætenus de iis quæ circa jura civitatis nova instituit, aut abolita restituit AVGUSTUS: subjicit nunc de iis quæ circa jura Italicorum populorum sanxit idem: mox de institutis illius circa provinciarum jura pauca dicturus. Casaub.

Frequentavit.] Quippe quam triplex civile bellum exhauserat.

Vectigalibus publicis.] Absque his nullum commune poterat constitui. In lapidibus non rara eorum mentio, qui publica vectigalia municipiorum constituerunt, auferunt, Non solum au-

tem in suis agris Italici populi vectigalia sua habuerunt: sed etiam in remotissimis interdum. Vide Cicer. de Arpinatibus municipibus in epistolis ad D. Brutum Gallie Cisalpinæ prætorem. Casaub.

Excogitato genere suffragiorum.] Sed & ante Augustum coloniarum civium Romanorum, præter sacra, omnia jura habebant, quæ cives Romani obtinebant, quemadmodum & municipes cum suffragii jure. Alia conditio Latinarum fuit, quæ tantum Latii jure fruebantur. Hæ, si quando admittæ ad comitia sunt, non jus hoc fuit, sed beneficium, id tribuentium societati antiquæ & consanguinitati Latinorum. Onuphr. Panvinus.

Decuriones colonici.] Decuriones senatus, plebs populi Rom. imaginem referebant, & ex decurionibus singulis annis duo vel quatuor viri creabantur juxta coloniarum magnitudinem, qui ii. viri vel 111. I. D. id est, juri dicundo vocabantur. Hi consulum Romanorum speciem representabant. Onuphr. Panvin. Unicuique civitati secundum mores suos, sui magistratus sunt, qui Decuriones dicuntur, consilii publici gratia primum introducti. Emanavit

sua quisque colonia ferrent, & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentis etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat: at iis qui è plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis dividebat. PRO-47 VINCIIAS validiores, & quas annuis magistratum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit, ceteras proconsulibus sortito permisit: & tamen non-

manavit autem origo nominis à coloniis P. R. in quibus, qui eas deducebant, Triumviri decimum quemque consilii causa adscribebant. *Alciatus.*

Obsignata Romam mitterent.] Univerſa Italia ante AVgustum civitatis jus habuit: ergo & ſuffragiorum: ſed quia propter rei difficultatem, & moleſtiam veniendi Romam ſingulis comitiis, pæne inane id jus fuit, nullique uſui populis Italicis; propterea AVgustus ſolertè genus hoc ſuffragiorum coloniarum excogitavit. *Casaub.*

Provincias validiores, &c. ipſe ſcepit.] Sub hoc prætextu ſenatum inermem imbellemque efficiebat, & ad ſe ſolum arma militesque transferebat. Hac de cauſa ſenatui populoque Africa, Numidia, Aſia, & cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Libya Cyrenaica, Bithynia cum Ponto finitima, Sardinia atque Hiſpania Bætica, ſcriptæ ſunt: Cæſari autem Hiſpaniæ quod reliquum erat, ut Tarraconenſis Luſitaniæque: tum omnis Gallia, & Narbonenſis, & Lugdunenſis, Aquitaniæque, & Celtici, cum iis populis, qui eorum coloni eſſent. Cæteræ provinciæ, quæ poſt id tempus ſub Romanam ditionem pervenerunt, ſemper imperatori acceſſerunt. *Dio Caſſius.*

Ceteras proconſulibus ſortito permisit.] Conſulares, qui populi provinciæ ad-

miniſtrabant, dicebantur proconſules; & ſortito in eas proficiſcebantur, antiquo ſcilicet more, qui ſtante republica obtinebat. qui vero provincias Cæſaris, legati conſulares vel conſulares ſimpliciter, nec illos proconſules dici moris erat, ne confunderentur cum populi proconſulibus: alias nihil prohibebat & eos appellari legatos Cæſaris proconſule, ut legati pro prætorè dicebantur prætorii viri, quos provinciis ſuis nomine ac jure prætorio gubernandis præficiēbat Cæſar. Hinc quoties leges in veteribus monumentis conſularem provinciæ, ſemper de legato Cæſaris conſulari intelligas licebit. Strabo *ἱστῶρις ἱερογίας* eos vocat, & *ἱερογίας δὲ ἀρχαιοδότης*, lib. 1111. Atque hi originem habent, non ab Hadriano vel Constantino, ut volunt, ſed ab AVgusto ipſo. *Salmaſius.*

Ac tamen nonnullas commutavit interdum.] Pro arbitrio ſuo imperatores provinciæ jura & adminiſtrationem ſæpe mutarunt, & quæ populi erant, ſuas eſſe voluerunt, ſuas autem populo tranſcripſerunt. & ſic de conſularibus proconſulares, & contra: de præſidalibus prætorias, & de prætoriiis præſidales fecerunt. quarum mutationum exempla tam multa reperiuntur in antiquis præſertim in-

nullas commutavit interdum: atque ex utroque genere plerasque sapius adiit. Urbium quasdam fœderatas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit: alias, aut ære alieno laborantes levavit, aut terra motu subversas denuo condidit: aut merita erga pop. Rom. allegantes, Latinitate, vel civitate, donavit. Non est, ut opinor, provincia, excepta dumtaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio, trajicere ex Sicilia apparentem, continue & immodicæ tempestates inhibuerunt, nec mox occasio aut caussa trajiciendi fuit. REGNA, quibus belli jure potitus est, præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis junxit: promptissimus affinitatis cuiusque atque amicitia conciliator & fautor: nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curæ habuit. Rectorem quoque solitus est apponere atate parvis, ac mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent: ac plurimorum liberos & educavit simul cum suis & instituit. EX MILITARIBVS COPIIS legiones & auxilia provinciatis distribuit: classem

Mi-

scriptionibus, ut ea huc afferre nihil sit necesse. *Salmasius.*

Terra motu subversas.] Principatu Augusti Tralles, & in Cypro plurimæ civitatum partes terra motu conciderunt: author Eusebius. *Beroald.*

Regna, quibus belli jure, &c.] Codex Salmas. *Regnorum, quibus belli jure potitus, præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis cor tribuit.*

Educavit simul cum suis & instituit.] In his Agrippam Aristobulo Herodis filio natum Iosephus l. XVIII. c. VIII. Sed & cives quidam cum Augusti libe-

ris & nepotibus educati: etsi eum honorem non temere cuius ille detulit. Suetonius libro de Illustribus Grammaticis: *Verrius Flaccus ab Augusto nepotibus suis præceptor electus, transit in palatium cum tota schola: verum ut ne quem amplius posthac reciperet. Casaub.*

Classem Miseni, & aliorum Ravennæ.] Apud Misenum & Ravennam singulæ legiones cum classibus stabant, ne longius à tutela urbis abscederent: & cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes pervenirent. Nam Misenatum classis Galliam, Hispanias,

Miseni, & alteram Ravenna, ad tutelam superi & inferi maris, collocavit. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam, adlegit: dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium: item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen umquam plures quam tres cohortes in urbe esse passus est: easque sine castris. reliquas in hiberna & aestiva, circa finitima oppida dimittere assuerat. Quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum premiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cuiusque, & temporibus militiæ, & commodis missiorum: ne aut ætate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus

120-

spanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo. Classis autem Ravennatium, Epirum, Mæcedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum, petere re-
ta navigatione consueverat. *Vegetius.*

Calagurritanorum.] Calagurritum, civitas est Hispaniæ in Vasconibus collocata. Calagurritani Sertorium foverunt: cujus interfecti cineribus ut fidem præstarent, obfessi à Cn. Pompeio, uxores suas, natoque ad usum nefariæ dapis verterunt, humanis carnibus vescentes, cum nullum iam aliud animal in urbe eorum superesset. Quintilianum Calagurritanum fuisse, innuere videtur divus Hieronymus. *Berwald.*

Item Germanorum, &c.] Confer Galbæ cap. xii.

Definitis pro gradu cuiusque & temporibus militiæ, & commodis missiorum.]

Decretum est, ut Prætorianis quinque millia drachmarum, postquam sedecim annos, reliquis tria millia darentur, postquam viginti militassent. *Dis Cassius.*

Ærarium militare.] Id factum anno DCCLIX. Zonaras Agrippæ posthumi damnati bona in ærarium militare relata ait. Propriæque huic ærario præfecti. Lapis in Samnio. L. NERATIO C. F. VOL. PROCVLO PRÆF. ÆRARI MILITARIS. *Lipsius.* Antea quoque non unum Romæ ærarium, sed tria fuisse comperio: unum, in quo civium tributa, ac sociorum vectigalia, & præda imperatorum asservabatur, quo sumtus bellorum ordinarii sustinebantur. alterum, sanctius ærarium appellatum, in quo aurum vicissimatum custodiebatur. cujus meminit Liv. bello Punico ii. tertium, in quo pecunia Gallici belli causa servabatur. refert Appianus lib. ii. *Sigonius.*

CXX

novis instituit. Et quo celerius, ac sub manum annuntiarum cognoscique posset quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit: commodius id visum est, ut qui à loco eidem perferrent litteras, in-
50 terrogari quoque, si quid res exigent, possent. In
di-

Cum vectigalibus novis.] Bina vectigalia, quæ in hunc usum constituta sunt, observamus: quorum primum est vicesima hereditatis & legatorum, quam tamen idem, qui constituerat, Augustus sustulit, cum eam ægre admodum pateretur populus. Alterum clicimus ex his Taciti verbis: *Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecanti populo edixit Tiberius: militare ærarium eo subsidio niti, simul imparem oneri rempublicam.* Hanc etiam Tiberius, Cappadociæ regno in provinciam redacta, in ducentesimam mutavit. *Marc. Donatus.*

Juvenes primo modicis intervallis.] Res antiquissimæ originis, nedum ab Augusto primo excogitata. Nam hi sunt Persarum *angari & astanda*, & Græcorum *hemerodromi*. *Casaub.*

Per militares vias.] Cum viæ aut publicæ sint, aut privatæ, publicæ nunc *militares*, nunc *Consulares*, nunc *Prætorie* vocantur, Græce βασιλικαί. *Siculus Flaccus* De condit. Agrorum *regales* vertit. Et dictæ publicæ, vel quod in solo publico sunt, vel quod publice muniantur, & curatores accipiunt L. 111. De loc. & itiner. publ. l. 11. Nequid in loco publ. vel itin. *Torrent.*

Dehinc vehicula disposuit.] Videtur eo tantum vehicularium illum cursum instituisse, ut quid in provinciis gereretur, cognoscere celerius posset: non ut etiam magistratibus aliisque passim hominibus exhiberetur: quod postea factum est, ex instituto Adriani, quemadmodum ostendit in ejus vita *Spartianus*, qui ejusmodi cursum publicum *cursum fiscalem* appellavit. *Salmassius.*

Ut qui à loco eidem perferrent litteras.] A loco hic interpretor, celerrime, statim, sub manum; diciturque id ea forma, quæ est vestigio, extemplo, quæ idem significant. Neque aliter apud *Plautum Amphit.* è loco aliquem convenire, id est, statim. Sed & inde natum est, *illico*, μὲν ἄρξ. Cum autem libb. alii habeant *iidem*, id vulgato *eidem*, libenter prætulerim. Sic igitur lege; *Commodius id visum, ut qui à loco (vel, è loco) iidem perferrent litteras, & interrogari quoque, si quid res exigent, possent.* Invenibus & vehiculis, modicis intervallis, per militares vias dispositis, duo hæc obtinere & voluit & potuit Augustus; ut, nempe, quæ in provinciis gesta, & celeriter annuntiarum, & propius cognosci possent. Annuntiandi celeritatem juvere juvenes & vehicula disposita; cognoscendi facilitatem, quod quæ litteris non satis expressa, aut in iis, ut sæpe fit, omissa, ex iisdem & litterarum getulis & rerum provinciæ gnaris, haurire promptius certiusque liceret. *Boxhornius.*

In diplomatibus libellisque & epistolis signandis.] *Plinius:* *Vsq̄ue in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commodavi.* Indicatque in eadem epistola, se uxori suæ usum diplomatum nomine Imperatoris commodasse, volenti ad amitam excurrere. Ex quo colligimus, diplomata convenire cum significato Jurisconsultorum, esseque indultum, cujus gratia in celeritate consistat. Nescio an id sit, quod vulgo *patentes*, & *litteras passus* appellant: ut qui diplomata impetraverit, possit iter facere sine interpellatoribus. *Beroaldus.*

Sunt

diplomatibus, libellisque & epistolis signandis, initio Sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Discoridis manu sculpta, qua signare infecuti quoque principes perseveraverunt. Ad epi-⁵¹ stolas omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed & noctis, quibus data significarentur, addebat. Clementiæ civilitatisque ejus multa & magna documenta sunt. Ne enumerem quot & quos diversarum partium venia & incolumitate donatos, principem

Sunt autem à forma diplomata appellata: nam formabantur in modum tabellarum duplicium. quare etiam διπλάσις Græci vocant. Casaub.

Initio Sphinge usus est.] Divus Augustus inter initia Sphinge signavit. Duas autem in matris anulis jam indiscretæ similitudinis invenerat. Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas & edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre eam sphingem. Postea ad evitanda convicia sphingis, Alexandri M. imagine signavit. Plinius.

Imagine Alexandri.] Julius Capitolinus: dicuntur jurari in omni actu suo, qui Alexandrum expressionem vel auro gestabant, vel argento. Beroald.

Clementiæ civilitatisque.] Hactenus expositum Suetonio, quid in administranda Republ. pace belloque AVGVSTVS gesserit: nunc quasdam ejus, ut sic dicam, publicas virtutes enarrat, alias in privata illius vita expositurus. Ex de quibus hîc tractat, sunt clementia & civilitas: de priore agit ad initium capituli III. de posteriore ad finem cap. I. VI. More enim suo, quod interpretes non observant, conjungit in propositione quæ deinde separatim exsequitur. Cas.

Clementiæ.] Seneca in l. de Clem. moderationem Augusti non tam clementiam, quàm lassam crudelitatem fuisse do-

cet. Fuerit moderatus, inquit, & clementi nempe post mare Adriacum Romano cruce infectum, nempe post fractas in Sicilia classes, & suas, & alienas: nempe post Perusinas aras, & proscriptiones. Ego vero clementiam non voco lassam crudelitatem. Et poterat quidem illa, quæ recenset Annæus, vel rerum necessitas, vel ætas immaturior excusare: at, quæ postea quoque perpetrasse eum memorat Tacitus, haud minus gravia videntur: nempe, crimina quædam in majus extollendo, clementiam majorum, suasque ipsum leges egressum ANN. III. Non est tamen dubium, quin & Livii & Meccenatis hortamenta sæpe ad mitiora consilia principem traduxerint. Schildius.

Civilitatisque.] Dio civilitatem hanc ἰσομοιρίαν ἢ ἰσονομίαν appellat, & alibi τὸ δημοκρατικόν, egregia voce: simili ratione Theophrastus in fragmento Characterum nondum edito δημοκρατικόν vocat hominem non civilem: de quo apte dixeris, quod de Julio Cæsare Lucanus:

Concessa pudet ire via civemque videri. Latini interdum æqualitatem indignant, vel æqualitatem civilis juris. ut Seneca. Juvenalis sensum communem, Sat. VIII. Casaub. Ira Claudius quamquam fecte, unum se civium & consensui impari respondit ANNAL. XII.

Male

*pem etiam in civitate locum tenere passus sit: Iunium Novatum, & Cassium Patavinum, è plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exsilio punire satis habuit: cum ille Agrippæ juvenis nomine, asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset: hic convivio pleno proclamasset, Neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum. Quadam vero cognitione, cum Emilio Eliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Casare soleret: conversus ad accusatorem, commotoque similis: Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam sciat Ælianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar. Nec quidquam ultra, aut statim aut postea inquisivit. Tiberio quoque de eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam esse qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. *Templa quam-**

vis

Male opinari.] *Opinari* Latinis, τὸ φημίζω nec enim est aliquid intra se sentire tantum, sed etiam exprimere quod sentias, & loqui. Val. Max. de Daphida: *ineptæ & mordacis opinatio- nis*. malæ linguæ hominem ita vocavit. inde *opinio*, ἡ φήμη, quod omnes passim loquantur & jaçant. *Salmas.*

Sedulo violentius.] V. C. habet, ut videtur, rectius Tiberio quoque eadem de re, sed violentius, &c. F. Vrsinus.

Ætati tuæ mi Tiberi.] Quasi scivitia quæ cum in Tiberio se præbebat, vitium esset ætatis, non naturæ, ut in Claudio noster ait. Ac videtur Augustus faciens de se conjecturam, ita opinatus de Tiberio: fore ut quandoque maturesceret simul & mitesceret ejus

ingenium. sed quam falleretur ille in hoc suo judicio, eventus demum docuit. *Casaub.*

Templa quamvis sciverit.] Hinc orditur de civilitate Augusti memorare: cujus hoc primum documentum ponit, quod honores à civibus supra humanum fastigium non admiserit: dico à civibus: nam quod in provinciis aras & templa sibi poni siverit, non putavit Suetonius id esse incivile. adeo Quirites isti ceteros mortales ne hominum quidem loco habuerunt. Melius Tacitus qui generaliter illud in Augusto culpatum norat, quod templis coliverit. Idem.

Proconsulibus doceri solere.] Iam olim invaluerat hæc δὲ πρόξενον, ut vocat Po-

vis sciret etiam proconsulibus decerni solere: in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit: nam in urbe quidem pertinacissime abstulit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes: exque iis aureas cortinas

Apol-

Polyb. lib. v. apud Asiaticos, Græcos, Syros & alios, honorandi τὸς Διπλίτας Ἰουδαίους ἢ βασιλεῖς. Cicero ad Atticum. Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino: statuas, *σανα, τὴν ἰστέραν* prohibeo quod vere nec sine causa & Cicero gloriatur, & in Augusto. hic à Suetonio laudatur: nam legibus Romanorum cautum erat diserte, ut proconsulibus jus esset permittendi quo templa sibi & monumenta ponerentur. Vide M. Tullium ad Q. fratrem. *Casaub.*

Nisi communi suo Romæque nomine.] Ex Iosepho intelligitur moris fuisse, ut qui simulacrum Imperatori consecrare vellent, in exemplar sumerent nobile aliquod alicujus dei signum. Nihil autem per ea tempora illustrius apud Græcos Olympiaco Iovis colosso & Iunonis Argivæ statua. Quare Cæsarem ad illius, Romam ad hujus similitudinem formarunt. *Idem.* Hinc numisma tum inscriptis, ROM. ET AVG. marmorum quoque, SACERDOS NOM. ET AVG. Sed & apud Sæc. Rufum templum Romæ & Augusti regione templi Pacis. Augusti vero solius apud eundem regione fori Rom. cuius & Plin. meminit lib. xxxv. c. iv. in fine. *Idem* lib. xii. cap. xix. In palatio (inquit) templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta. Extat & Antonini Imp. apud me nummus cum templo, atque inscriptione, *TEMPLUM DIV. AVG. REST.* id est, Augusto restituit. Omitto quæ in provinciis, & peculiariter in Asia Pergami, in Bithynia Nicomedia, viventi, & consentienti etiam, ut tradit Dio lib. l. i. exstructa fuere, quorum memoriam nummi servant. Merito igitur Horat.

*Calo tonantem credidimus Iovem,
Regnare, presens divus habebitur
Augustus.* Torrent.

Chalcidenses Tito Flaminio & deis quibusdam templa consecrârunt: ut Tito & Herculi, Tito & Apollini. *Plutarch.*

Nam in urbe quidem pertinacissime hoc honore abstulit.] De urbe ait: Dio etiam de Italia. Tacitus autor est, effigie numinum coli eum voluisse, id valet in eam mentem, ut signa adposita Augusti statuis sint; quæ solent deorum, puta radius, hasta, fulmen. Itaque nummi etiam hodie, in quibus Augusti caput radiatum. *Lipsius.*

Argentens statuas olim sibi positas conflavit omnes.] Secutus Mæcenatis consilium, quod narrat Dio libro l. i. De his statuis loquitur ipse in breviario rerum suarum, quod est Ancyra. *Casaub.* Argenti usum in statuas primum ad honorem Divi Augusti in adulationem temporum transisse, falso existimatur: jam enim triumpho Magni Pompeii reperimus translata Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam statuas: item Mithridatis Eupatoris, & currus aureos argenteosque. *Plinius.*

Exque iis aureas cortinas Apollini Palatio dedicavit.] Cortinarum frequentissimus olim usus in ornandis deorum templis, Apollinis præsertim, ut Plinius scribit lib. xxxiv. & Bacchi. in plerisque enim certaminibus (Barcho potissimum sacris, ut notat lib. i. Athenæus,) premium fuit τῆρας, quem victor non auferabat domum, sed ei deo consecrabat, in cuius honorem celebrabatur id iudicium. Hi sunt τῆρας τῶν θεῶν quorum mentione, Græca omnis historia, maxime autem

Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. Domini appellationem, ut maledictum & obprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in mimo, O dominum æquum & bonum! & universi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent: & statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non

te-

autem Attica refertissima est. Casaub. Quare tripodem Apollini imprimis dicant, quæ est Latinis cortina? An quia tripus etiam est bacchicus crater, quo vinum miscere olim solebant? Et Apollinis vera esse responsa præ cæteris creditum fuit: unde & proverbium natum, ut vera loquentes dicantur ἐκ τριπόδος λέγειν. vinum autem & ipsum est ἀληθὲς λέγειν, id est, in causa ut veritas proferatur. Camerarius.

Dejecta ab humeris toga, nudo pectore.] Hebræorum, Græcorum & Romanorum mos τῆς γυμνότητος περιένειν ἰαυτῶν, ut loquitur Plutarchus. Quare in omni graviore commotione vestes lacera- bant, ut passim in omnibus scriptori- bus. Augustus vero etiam deiecit ve- stem, & nudat pectus, ut significet mal- le se occidi, quam eum titulum recipere. Casaub.

Domini appellationem.] Insecutos principes, etiam bonos, & domini, & verum domini & heri appellationem ad- misisse palam est. Sero Iulianus AV- gusti & Tiberii consuetudinem revoca- re conatus est, & dominum se appellari vetuit: quæ ejus εἰρωνεία à plerisque est irrita, ut ipse testatur. Idem.

Gravissimo corripuit edicto.] Edicta non unius generis argumentive fuerunt. Non enim omnia ad Jurisdictionem pertinebant: sed quædam ex his moni- toria erant, quædam objurgatoria, qua- le hic habes: quædam consolatoria. Imo sunt aliæ innumera eorum spe- cies, quæ certo alicui generi accepto ferri non possunt. Variæ namque, prout inciderat, principes, magistratusve edi- cebant. Brissonius.

Atque hujusmodi blanditiæ.] Inter fratres sunt blanditiæ, adversum pote- states metæ sunt adulationes. Sic recte modo vocavit Suetonius, proprietatis sermonum diligentissimus. Casaubon. Etiam amicas suas ii qui amant domi- nas vocant. Adde Sueton. Claud. cap. XXI. Hortando rogandoque ad hilarita- tem homines provocans, dominas identi- dem appellabat. Atque hinc natam ar- bitror, ut si occurrerent quorum quis nomina vel ignorabat, vel non memi- nerat, dominos eos vocaret. Auctor Seneca lib. I. Epistol. Quo referendum Martialis epigramma,

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam.

Alterum vero illud, Cum voco te domi- num noli tibi Cinna placere.

Sape

temere urbe oppidove ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespere aut noctu: ne quem officii causa inquietaret. In consulatu, pedibus fere, extra consulatum, saepe adoperta sella per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem: tanta comitate aduentium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Die senatus nunquam patres nisi in curia salutavit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: & discedens eo modo sedentibus singulis valedicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cu-

jus-

Sape etiam servum sic resaluto meum, irrifio est.

Torrent.

Urbe oppidove.] Oppidum alii locum muro, fossave, aliave qua munitione conclusum dicunt. Alii locum adificiis constitutum, ubi fanum, comitium, forum & murus sit. *Servius.* Oppidum eam Romæ partem vocat Livius, quæ intra moenia erat, ut ab urbe differat. *Turnebus.*

Pedibus fere.] Plinius de Trajano: Hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum letumque? nam priores invehi & importari solebant: non dico quadrijugo curru, & albensibus equis, sed humeris hominum, quod arrogantius erat. Et paulo post: Manet imperatori, quæ prior, humanitas. Incedebas pedibus, incedis: Letabaris labore, letaris: eademque omnia illa circa te, nihil ipso te, fortuna mutavit.

Adoperta sella.] Clausa, cooperta. Quid si legas, adoperta: ut sit sensus, Augustum in hoc civilitatis documentum præstitisse, ut per publicum incederet lectica patefacta, ita ut omnibus adeundi, alloquendique potestas fieret. *Beroald.*

Quasi elephanto stipem.] Mos agyrtarum,

& eorum omnium qui ejusmodi beluas ostentant. *Ælianus de animalibus lib. vi. cap. x.* Appellat stipem, quæ Galenus *σπειροπέλα νομίσματα* initio *Ε' πινδύ*, sive postremi libri De usu partium. *Casaub.* Vide Plinium lib. viii. cap. v.

Nisi in curia.] Civilitas Augusti maxima, qui Senatores die Senatus salutare noluit domi, sed in curia: tanquam & ipse unus foret ex Senatoribus. *Beroald.*

Submonente nullo.] Cum esset memoria præditus singulari, non indigebat nomenclatore, qui in ejus aurem nomina Senatorum infarciret, quos salutabat. *Idem.*

Valedicebat.] *Cod. Salmas.* valere dicebat. adscriptum erat: forte, vale redicebat.

Officia cum multis mutuo exercuit.] Tertulliani appositus locus huic Suetonii explicando in lib. De idololatria, *Circa officia privatarum & communium solemnitatum, ut toga pura, ut sponsalium, ut nominalium, nullum putem periculum.* Paulo post eidem officii titulus dicitur pro causa. sunt autem celeberrimæ illæ officiorum causæ, quæ verbis superioribus Tertulliani continentur:

N

erant

jusque solemnēs frequentare desit, quam grandior jam natu, & in turba, quondam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, & ob id inedia mori destinantem, presens consolando revocavit ad vitam. In senatu verba facienti dictum est, Non intellexi: & ab alio, Contradicerem tibi si locum haberem. Interdum ob immodicas altercationes disceptantium è curia per iram se proripienti, quidam ingesserunt, Licere oportere senatoribus de Rep. loqui. Antistius Labeo senatus lectione, cum vir virum legeret, M. Le-

erant tamen & alia multæ, ut deductio magistratum, candidatorum, & funeris, salutationes, recitationes, & alia, quarum libro eodem cap. x. Tertull. meminit. Horum officiorum pleraque noctu vel prima luce solita celebrari observavimus: Plinius vocat officia antelucana epist. xii. lib. iiii. Propter ista erant Romæ antipodes, qui noctu vigilarent, sternerent interdiu: de quibus Seneca epist. cxxii. *Casub.*

Ob id inedia mori destinantem.] More qui per illa tempora vigebar, ut debilitatem vel morbum immedicabilem ἀπογορτερῆσαι effugerent: sic Atticus obiit, de quo Cornelius Nepos: sic Corellius Rufus, de quo Plinius epist. lib. i. & alii multi. Hic fructus Stoicæ doctrinæ tum maxime florentis. quanquam & alia sæcæ nonnulla, & quidem voluptuariæ, impellebant homines ad mortem. exemplo sit Hegesias sæcæ Cyrenaicus ἐκ τῆς Πείσις δεινῆς & dictus, quod vulgo hominibus mortem suaderet, cujus olim liber de eo argumento extabat ἀπογορτερῆσαι inscriptus: de quo M. Tullius in primo Tusculanarum. *Idem.*

Contradicerem tibi si locum haberem.] Objicit occupatam Remp. sive, quod

idem est, omnia in Rep. loca. *Locus* apud scriptores Romanos ita interdum accipitur. sic in Vespasiano, *pratura sextus locus.* Qui acumen hujus dicti exponeret, hætenus neminem vidi. *Idem.*

Altercationes disceptantium.] Contentiones Senatorum sibi invicem contradicentium. Sed Cicero in Partitionibus: *Ex rationis & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu, quaestio exoritur quadam, quam disceptationem voco, in qua quid deveniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet.*

De Republica loqui.] Etiam in genere sententiam dicere, erat de rep. vel de summa rep. dicere. Cic. ad Att. i. *Rogatus ego sententiam, multa dixi de summa republica.* Idem i. in Anton. *Antequam de rep. P. C. dicam ea qua dicenda hoc tempore arbitror.* Sed & in extremo i v. Catilin. hortatur Patres fortiter ac diligenter, ut instituerant, de summa salute publica, deque universa repub. discernere. Atque adeo interdum ipsi Senatores postulabant, ut sibi de rep. liceret dicere, id est, si quid è rep. crederent, pro sententia dicere. Exempla passim obvia: & imprimis Liv. lib. iiii. V. bicumque autem legitur de summa rep. vitiose legitur pro de summa rep. *Beis-sonius.*

Nec

M. Lepidum, hostem olim ejus, & tunc exsulantem, legit: interrogatusque ab eo, an essent alii digniores, Suum quemque judicium habere respondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit. Etiam sparsos de se in curia famosos libellos, nec expavit, & magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant. Iocis quoque quorumdam invidiosus aut petulantibus laceffitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne senatus quidquam constitueret, intercessit. Quoties magistratum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis

Nec ideo libertas aut contumacia.] Contumaciam vocat indomabilem illam jactationem libertatis, quæ inanis est principe obluante, sub pessimo etiam exitiosa. Eam abruptam vocat Tacitus, eique opponit obsequium deforme. Inter illa media est modestia, qua multi magni sapientisque viri sub principibus, opprimentibus libertatem, iter ingressi sunt, periculis vacuum. Boxhorn.

Nec expavit, & magna cura.] Liber Ferrar. neque expavit, nec magna cura redarguit, ne requisitis quidem auctoribus. Id modo, &c. quam lectionem sequor. Torrent.

Cognoscendum posthac, &c.] Crimen famosi libelli publici judicii est: quam rem C. Tacitus sic exsequitur: Legem majestatis Tiberius reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in judicium veniebant, &c. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis ejus tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros sacrasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. Quæ verba referte placuit, ut intelligeretur, quomodo crimen illud publicum sit, quod tamen in tractatu publicorum judiciorum non

connumeretur: apparet enim sub lege Majestatis contineri, cum ad ejus exemplum judicetur. Alciatus.

Sub alieno nomine edant.] Quid si suo nomine edant? an minus tenebuntur? Lego igitur, suo, alienove nomine, quam nullo adjecto codice, sed sola ratione: five enim suo, five alieno, vel etiam sine nomine, (dummodo de auctore constet) famosum quis carmen ediderit, instabilis ex lege esse jubetur. Sic Ulpian. l. v. De injuriis & famosis libellis. Idque etiam x i r. tabulis vetitum fuit, ne quod condere carmen liceret ad alterius injuriam. Torrentius.

De inhibenda testamentorum licentia.] Quæ adeo recepta, ut plerique ingeniorum petulantiam non alio velo exercebant. Ita Fulcinius Trio supremis tabulis multa & atrocia in Macronem composuit: ait Tacitus Ann. v i. Ab hac mente Suetonius: nec virum doctum C. Sigonium quisquam audiat corrigentem, de inhibenda scommatorum licentia. Enimvero exempla hujus libertatis in extrema tabula regulaque, habes in Tacito plura. Lipsius.

suis circumibat: supplicabatque more solemnī. Ferebat & ipse suffragium in tribu, ut unus è populo. Testem se in iudiciis & interrogari & refelli æquissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Numquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, Si merebuntur. Eisdem prætextatis adhuc, assurrectum ab universis in theatro, & à stantibus plausum, gravissime questus est. Amicos ita magnos & potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent quo ceteri, legibusque judiciariis æque tenerentur. Cum Asprenas Nonius arētius ei junctus, causam veneficii accusante Cassio Severo, diceret: consuluit senatum quid officii sui putaret: Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet

le-

Cum candidatis suis.] Erant candidati, hoc est, petitores magistratum, qui Cæsaris dicebantur. Hinc est ille jocus apud Quintilianum amphibologicus: nam Galba homini pilam negligenter petenti, sic, inquit, petis tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petis, ambiguum est. Beroald. Confer, si lubet, Cæs. cap. xlii.

Tribus circumibat.] Sicut insequentium imperatorum nemo similior Augusto, quam Trajanus, ita, cum ipse consulatum peteret, Augusti modestiam adæquavit. Plinius: Comitii tuis interfuisti candidatus, non consulatus tantum, sed immortalitatis & gloria & exempli, quod sequerentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suæ sede: perpeffus es longum illud carmen comitiorum, nec jam irridendam moram: consulque sic factus es, ut unus ex nobis, quos facis consules.

Eisdem prætextatis adhuc assurrectum.] Causam discite ex verbis Taciti Annal. lib. iv. Tiberius in senatu oratione monuit in posterum ne quis mobiles adolescentium animos præmaturis honoribus ad

superbiam extolleret. sed de theatro quod ait Suetonius & querela Augusti, quia populus ejus liberis plausum dederat, referendum ad historiam de Cajo filio ejus, quæ narratur Dioni lib. lvi. Suspecta autem fuisse Caij & Lucii ingenia patri Augusto docet idem lib. lv. Casaubon.

Causam veneficii.] Veneno, Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, interisse cxxx. convivas. Plinius.

Accusante Cassio Severo.] Cum multi accusante Cassio Severo, absolverentur, & architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita jocatus est Augustus: vellem Cassius & meum forum accusasset. Macrobius. Autor Dial. de Orat. plus virium eum, quam sanguinis, habuisse ait: nec pugnare visum, sed rixari, & ob id inter recentiores putat oratores reponendum.

Ne si superesset.] Id est, advocatus esset, reumque defenderet: hoc enim significat Superesset. Hinc animadvertite hoc verbum superesse, contra Gellii sententiam, à Tranquillo positum pro defendere, atque advocatum esse. Beroald.

Ac

legibus reum: sin deesset, destituere ac prædamna-
re amicum existimaretur. *Et consentientibus uni-
versis, sedit in subselliis per aliquot horas: verum ta-
citus, ac ne laudatione quidem judiciali data. Adfuit &
clientibus: sicut Scutario cuidam, evocato quondam
suo, qui postulabatur injuriarum. Vnum omnino è reo-
rum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit,
exorato coram iudicibus accusatore, Castricium, per
quem de conjuratione Murene cognoverat.* PRO 57
QVIBVS meritis quantopere dilectus sit, facile est
æstimare. Omitto senatusconsulta, que possunt vi-
deri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equi-
tes Romani natalem ejus sponte atque consensu, biduo
semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Cur-
tii

*Ac ne laudatione quidem judiciali da-
ta.*] Pompejus, cum lege lata laudari reos
vetuisset, ipse in iudicium Planci lau-
dandi caussa venit. Cum quidem Cato,
unus iudicum, manibus aures obru-
rans, non licere sibi laudationem legi-
bus prohibitam audire, dixit. *Plutar-
chus.*

Sicut (Scutario cuidam.) Videtur esse
proprium nomen. In Glossario *scuta-
rius* exponitur ἀξιωματὸν στρατιωτικὸν
φέρων, qui dignitate militari est præditus.
quomodo hodie Galliz regno, *Escuier*,
gradus est nobilitatis, originem habens
à re militari. *Casaub.*

Evocato quondam suo.] Evocati erant
veterani, gnari prudentesque militiæ,
qui expletis stipendiis sæpe in Consul-
um & Ducum gratiam militiam ducebant.
Græcis ἀνάκλητοι, quasi revo-
cati. Plerique è beneficiariis esse so-
lebant, qui nimirum beneficio impe-
ratoris ad gradus aut commoda pro-
moti, item agris & immunitate donati,
ideoque magis obstricti. Et quia cen-
turiionibus comparati, interdum etiam

miscabantur, & cum iis confundeban-
tur: quin & cum legatis, quasi hone-
stissimi, iungebantur. *Lipsius.*

*Natalem ejus sponte atque consensu bi-
duo semper celebrarunt.*] Augusti nata-
lem & Circensibus & venatione fuisse
celebratum quotannis per unum ali-
quem è prætoribus, narrat Dio lib. 11 v.
extremo. Idem libri sequentis initio
decretos in eam rem annuos Circenses
ἀιδίως auctor est. meminit & alibi, non
solum autem equester ordo, sed etiam
collegia pleraque eum diem festivum
habere solita. eratq; arca ipsis commu-
nis ad festivitatis ejus impensas. Decla-
rat vetus inscriptio Romæ. *Cas.* Quam
inscriptionem vide ad calcem operis.

Sponte atque consensu.] Codex Salmaſ.
concessu.

In lacum.] Is veteris superstitionis
ritus fuit. Sic enim solebant loca ho-
minum opinione sacra, ut lacus, fon-
tes, puteos, venerari. Pausanias Atti-
cis de fonte quodam apud Oropios,
Νότος ἢ ἀκροθείσης ἀνδρῶν μαλιδά-
μαλ' ἢ ἰσοθείσης, καὶ ἵερον ἀργυρον
ἀφεί-

tii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant: item Kalendis Ianuariis Strenam in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, & Iovem Tragædum, aliaque. In restitutionem Palatinae domus incendio absumta, veterani, decurie, tribus, atque etiam sigillatim è cætero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt: delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente.

Re-

ἀφῆναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν. Similia narrat & alibi. item Plinius VI II. epist. de Clitumno fonte. Notat hunc gentium morem Sozomenus lib. II. Eadem fuit & gentium Gothicarum consuetudo. Arguit Ladislai regis Vngariæ decretum de synodi sententia ante annos quingentos factum. Quicumque ritu gentilium juxta puteos sacrificaverunt, vel ad arbores & fontes & lapides oblationes obtulerint, reatum suum bene luant. Casaub.

Curtii.] In foro lacum Curtii à Curtio dictum constat. de eo triiceps historia. nam & Procilius non idem prodidit quod Piso, nec quod is, C. Ælius Stilo secutus. A Procilio relatum, in eo loco dehisce terram, & ex senatusconsulto ad haruspices relatum, esse responsum, deum Manium (id est, Summanum) postulionem (id est, postulationem) postulare, civem fortissimum eodem mitti. tum quendam Curtium, virum fortem, armatum ascendisse in equum, & à Concordiæ versum, cum equo in eum præcipitatum. eo factò, locum coisse, atque ejus corpus divinitus humasse, & reliquisse genti suæ monumentum. Varro. Forfan igitur stipem in lacum istum jecerunt, ut eo loci, quo hiatus ad inferos paruerat, Manes propitii redderentur.

Ex voto pro salute ejus stipem.] Testan-

tur duo lapides, quorum inscriptiones habes sub finem operis.

Strenam in Capitolio.] Strenarum origo, quæis felicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit. Symmachus lib. I. Ep. IV. Ab exortu pene urbis Martia Strenarum usus adolevit auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicitis arboris ex luco Strenia anni novi auspices primus accepit, DD. Imperatores: nomen indicio, viris strenuis hæc convenire ob virtutem. Turnebus.

Strenam.] Codex Salmasius Strenam.

Vt Apollinem Sandaliarium.] Apollo Sandaliarius potest videri dictus, quod sandaliis indutus esset. Sic Iovem Tragædum apud Plautum in Amphitruone, quod histrionicam fecerit. Apollo Sandaliarius in regione IV. ponitur à P. Victore. & item Vicus Sandaliarius in veteri inscriptione: GERMANICO. CAESARE. C. FONTEIO. CAPITONE. COSS. KAL. IAN. STATAE. FORTVNAE. AVG. SACR. SEX. POMPEIUS. L. TROPHIMVS CN. POMPEIUS. CN. L. NICETOR. MAG. VICI SANDALIARI. REG. IIII. ANNI. XVIII. D. D. Fr. Vrsinus.

Sigillatim.] Cod. Salmas. singillatim.

Sed

Revertentem ex provincia, non solum faustis omnibus, sed & modulatis carminibus prosequerentur. Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur. Patris patriæ cognomen 58
universi. repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima plebs, legatione Antium missa: dein quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens, & laureata: mox in curia senatus: neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messallam id mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi, domuique tuæ, Cæsar Auguste: (sic enim

NOS

Sed & modulatis carminibus.] Quæstia ante deorum effigies canebantur. Sueton. Calig. cap. XVI. *nobilibus pueris, ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus.* De absentis Augusti desiderio elegantissima Horatii Oda v. lib. IIII. *Torrent.*

Supplicium de quoquam sumeretur.] Diem reditus Augusti in urbem *ισπδν* in perpetuum factum decreto senatus narrat Dio: festis autem diebus supplicio abstinerunt veteres Græci & Romani. *Casaub.* Ita in Græcia, cum legati aut Delon, aut Epheson, aut in alias urbes, religionum nomine celebres, advenissent, mos erat, nulla supplicia de fontibus sumi: nec quenquam fas tum fuit etiam capitis condemnare. Cessabant tum judicia publica, eorumque executiones: ac, cum hic mos violaretur, *ἡ θεοῦ λυσία* dicebatur: de quo plura ad Tatium. *Salmassius.*

Universi repentino maximoque consensu detulerunt ei.] Ovid. in II. Fastorum tradit, cognomen patris patriæ datum esse Augusto Nonis Februarii ab omnibus ordinibus. Sic enim inquit:

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen

Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen æques. Beroald.

Legatione Antium missa.] Antium urbs principum ocio & vacationi civilium occupationum dicata est: itaque magnifica ibi sunt ædificia permulta, excipiendis, cum eo commigrant, oblata occasione principibus. *Strabo.*

Neque acclamatione.] Sæpe honores maximi ita tributi, imperu magis quam consilio. expressit Livius hanc consuetudinem in consecratione Romuli. Et exempla plura in historia Augustorum. *Casaub.* Legitima & solemnis acclamandi formula in senatu, OMNES. ea dicta discedebant, nec sententiæ amplius rogabantur. Id imprimis sub insequentibus imperatoribus obtinuit. Ita Trebellius Pollio in Valerianis: *Quæ cum essent sæpius dicta, addiderunt OMNES. Atque ita discessum est.* Vopiscus quoque in Tacito, Metii Falconii oratione totum Senatorium ordinem concussit, statimque acclamatum scribit, OMNES, OMNES. Similiter in Probo, post dictam à Manlio Statio sententiam, acclamatum refert.

Sic enim nos perpetuam felicitatem.] Plinius in Panegyrico, *ut in unius salutem collata omnium vota & cum sibi se ac liberis suis intelligerent precari, quæ pro te precarentur.* Ibidem: *Debemus obsecrare ut omnia quæ facis quæque facias prospere cedans*

nos perpetuam felicitatem Reip. & læta huic precari existimamus) Senatus te consentiens cum pop. R. consalutat PATRIÆ PATREM. Cui lacrymans respondit AVGustus, his verbis (ipsa enim, sicut Messalla, posui) Compos factus votorum meorum, patres C. quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut huic consensum vestrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat? Medico Antonio Muse, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuam, ere collato, juxta signum Esculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum, testamento caverunt ut ab heredibus suis pralato victime titulo, in Capitolium ducerentur, votumque pro se solveretur, QVOD SVPERSTITEM AVGVSTVM RELIQVISENT. Quadam Italiae civitates diem,

quo

cedant tibi, Republica, nobis: vel, si brevius sit optandum, ut uni tibi, in quo & Resp. & nos sumus.

Felicitatem Reip. & læta huic.] Trajectio Suetoniana ut ante monebamus, pro felicitatem & læta Reip. huic: sic statim, ut pralato victime titulo in Capitolium ducerentur, pro pralato titulo victimæ in C. d. Nihil ergo mutemus. Casaub.

Senatus te consentiens cum pop. R. consalutat PATRIÆ PATREM.] Hoc cognomen cum imperatoribus in cives potestatem dabat, quam patres in liberos habent. Quod tamen initio non hac de causa Augusto decretum est, verum ut admonerentur, ut eos quibus præessent tanquam filios amarent. & ut ipsi à civibus patris loco colerentur. Post Augustum sequentes imperatores, vetustis titulis novas quasdam addiderunt appellationes: omnibus enim post Antonium Pium imperatoribus Romanis, præter Marcum & L. Verum, Pii cognomen inditum est, sicuti post

Commodum Felicis. Perpetui vero, invicti Triumphatoris, Victoris, Maximi, Sempiterni & alia ejusmodi cognomina adulatione crescente circa Diocletiani tempora inventa sunt. O-nuphr. Pavin.

Cui lacrymans respondit AVGustus.] Repente exortum gaudium ingens, lacrymæ sæpe consequuntur. Multa passim exempla, ut dicebamus ad Athenæum libro quinto cap. xix. Sic Trajanus ad voces dilaudantis populi & fausta comprecantis lacrymis etiam & multo pudore suffundebatur, inquit Plinius. Lege si lubet quæ de hujusmodi lacrymis ex lætitia fluentibus disputat Philo Iudæus in libro Περὶ δρωκίας. Casaubon.

Statuam ere collato.] Formula non infrequens in lapidibus antiquis: quæ declaratur populi affectio & consensus: Græci ἀνδραγαγία καὶ σωτηρίας verunt. Idem.

Diem quo primum ad se venisset, ini-

tinuum

quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleraque super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt. Reges amici atque socii, & singuli in suo quisque re-60 gno, Cæsareas urbes condiderunt: & cuncti simul, *edem*

tium anni fecerunt.] Multæ civitates sub imperio Romano, proprios anteriorum characteres habuerunt, & neque coss. Romanos indices cujusque anni scripserunt, neque Iuliani rationem sunt secuta. Sic Nicopolitani annos numerarunt ab AVgustali suo: quod & Alexandria factum: fuisse enim illis quoque AVgustalem suum anni indicem, & Ἐνιαυτὸν ἀρχαῖα, ut loquitur Theodoretus, Cujacio ex non editis ejus urbis Chronicis notatum est. Habeo etiam in antiquissimis membranis ψῆφον παρχαλίαν, id est, canonem paschalem, scriptum Græce, ubi anni caput est non Ianuarius, sed September: quod in Alexandrina Ecclesia aliisque scimus obtinuisse. Extat tamen Justiniani Novella, qua jubentur omnes omnium partium imperii Rom. συμβολαιογράφοι in scribendis instrumentis annum imperatoris & coss. annotare: qua constitutione videntur ætæ civitatum propriæ ab usu omni summotæ. *Casaub.*

Super templa & aras.] Aræ ante alias nobiles fuere quæ Lugduni positæ, quæque Narbone, cujus extat hodieque consecratio. *Casaub.* Augustus simul cœlum & terram regere putabatur, utpote consecratus vivus videntisque, & altari- bus, sacerdotibus, titulisque divinis numine novo in cœlum sublatus. Viderique volebant adulescentes illum deum esse, & personam hominis induisse ad orbem pacandum. Horat. lib. I. Od. II.

*Sive mutata juvenem figura
Ales in terris imitavis alma
Filius Maje, patiens vocari
Cæsaris alter.*

Et Manilius lib. socium illi Tonantem facit. *Barthius.*

Ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt.] Tanquam heroi, ut de Julio Cæsare notat Dio lib. XLIV. AVgusto autem constituerunt ἀγωνίας πενταετηρικὰς & in Italia quidam, ut Neapolitani. Suetonius infra, capite xcviii. & in provinciis multi: ut Pergameni, Dio lib. LII. aliique multi. quos imitatus Herodes Magnus, Hierosolymis tale ludicrum instituit. Iosephus libro xv. Originum cap. xi. item Cæsareæ, lib. xvi. ejusdem operis c. x. Ego vero etiam in Vrbe quinquennales ludos decretos in AVgusti honorem post victoriam Actiacam, apud Dionem lego lib. LI. καὶ πενήνηρον οἱ πενταετηρίδα ἀγῶνας ἴγνωσαν. Propter hanc quinquennialium ludorum frequentiam, qui ad olympici agonis imitationem inventi, etiam ὀλυμπιάδες dicebantur, factum tandem ut ὀλυμπιάς pro qualicumque victoria, aut adorea & gloria quocumque modo parva poneretur. Nicephorus Gregoras libro LV. καὶ πρὸς ὅσων ἀλλῶν εἰκὸς ἐστὶν ἀεὶ ἐργαζομένων στρατηγῶν ἀνδρῶν, καὶ πολλῶν ὀλυμπιάδων τοιούτων μισθῶν. *Casaub.*

In suo quisque regno Cæsareas urbes condiderunt.] Notemus vocem *quisque*: nam apud Geographos tot Cæsareas vel Sebastas, eo tempore conditas non invenias. EVtropius duo tantum exempla ponit: sicut, inquit, in Mauritania à regibus, & in Palestina quæ nunc urbs est clarissima. Idem.

aedem Iovis Olympici, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumptu destinaverunt, Genioque ejus dedicare: ac sepe regnis relictis, non Roma modo, sed provincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium prastiterunt.

61 *QVONIAM qualis in imperiis ac magistratibus regendaque per terrarum orbem pace belloque Rep. fuerit, exposui: referam nunc interiorem ac familiarum ejus vitam: quibusque moribus atque fortuna domi & inter suos egerit, à juventa usque ad supremum vite diem. Matrem amisit in primo consula-*

tu:

Aedem Iovis Olympici.] Iupiter Olympius, seu Olympicus major, (vel ab Olympio, à quo eruditus atque institutus fuit, ut Diodor. Siculus lib. 15. Biblioth. tradit, vel ab Olympo monte, in quo versabatur, ut vult Lactantius, sic dictus) plura tota Græcia, præsertim Lacedæmone, & in Elide, templa arasque habuit, sed Athenis præcipuum. De quo Thucyd. lib. 11. & Plin. lib. xxxvi. cap. vi. inchoatum olim dicens, uti & Sueton. Reges non perfecisse, sed destinasse, perficere hoc loco scribit. Perfectum vero, dedicatumque ab Hadriano apud nos Spartian. tradidit, apud Græcos Pausanias in Atticis, addens à singulis Græciæ urbibus, positas in eo Hadriano statuas. Quas omnes postea Athenienses superarunt mirandi operis colosso. *Torrent.* Athenis ara duodecim deorum extabat, quibus se tertium decimum addi volebat Alexander. Hos omnes duodecim deos Olympios proprie vocabant, Ælianus: τῶν Ἀλεξάνδρον ἐπέγραφε τοῖς Ὀλυμπίοις. id enim moris habuerunt Græci, ut quos in deorum numerum referrent, τῶν Ὀλυμπίων περιόδους vocarent. *Salmastius.*

Genioque ejus dedicare.] Quæsitum a-

puud eruditos, quis deus esset Genius, inventumque non simpliciter id dici. Nam Genius naturæ est deus patens illius, & Genii sunt cœlorum multi, quorum meminit Capella in Nuptiis. & corporalium rerum Genii sunt elementa quatuor, ignis, aër, aqua & terra. Quæ Græci cum *συχία* vocent, *ἡμιθλίος* quoque *ἦρς* dicunt, cui non absimile est, quod Macrobius adducit de penatibus naturæ. Duodecim cœli signa cum sole & luna sunt qui Genios ajant, & hi quidem Genii universaliores. Nam suus est cuique loco Genius, quem faciunt ei præsidere. Quin & unicuique hominum suus sic dictus, ut Censorinus inquit, sive quod in ejus tutela, ut quisque natus est, vivit: sive quod, ut generemur, curat: sive quod una gignatur nobiscum: sive etiam quod nos genitos suscipiat ac tueatur. Eundem esse Genium & Larem multi veterum prodiderunt. *Vives.*

Referam nunc interiorem ac familiarum ejus vitam.] Plinius ad Trajanum: *Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur: principum vero non modo domos, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda fama proponit*
atque

tu: sororem Octaviam, quinquagesimum & quartum agens ætatis annum. Vtrique cum præcipua officia viva præstitisset, etiam defunctæ honores maximos tribuit. Sponsam habuerat adolescens P. Servilii Isauri-⁶² ci filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, & postulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. Ac simultate cum Fulvia socrus exorta, dimisit intactam adhuc, & virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus consularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divortium fecit, pertæsus, ut scribit, morum perversitatem ejus: ac statim Liviam Drusillam ma-
tri.

atque explicat. Sed tibi, Cæsar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inspicere.

Postulantibus.] Cod. Salmas. ex postulantibus.

Privignam ejus Claudiam.] Fulviæ & Pub. Clodii filiam, Antonii privignam. Nam Fulvia tres habuit maritos, P. Clodium illum Ciceronis inimicum, ex quo erat hæc Claudia: secundum Curionem: tertium Marcum Antonium. Unde ait Cicero in secunda Antoniana: Etenim ista tua minime avara conjunx, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. Beroald.

Simultate cum Fulvia.] Extat epigramma Augusti Cæsaris, quo causa simultatis inter ipsum, & Fulviam exortæ obscœna refertur. Sic enim ait:

Quod futuit glaphyram Antonius, hæc mihi penam

Fulvia constituit, se quoque uti futuam: Aut futue, aut pugnemus, ait: quid, quod mihi vica

Charior est ipsa mentula, signa canant.

Beroald. Fulvia ingenio ferox & inquieta, sperabat, se motu Italico Antonium à Cleopatra avulsuram. Plutarchus.

Divortium fecit.] Repudium dicitur cum futuri matrimonii sponsalia dirimuntur. Divortium vero non nisi inter conjuges est: quamvis pinguiore Minerva putem etiam de sponsis dici posse. Qua ratione & Virgilius *divortia aquarum* dixit, nec etymologia omnino repugnaret. Nondiffiteor tamen ἐμφοικωτέρας in conjugibus dici. Est & apud Ulpianum *Fribusculum* dictio à me nusquam alibi lecta, cum propter iram subitariam conjuges recedunt, non tamen divertunt, sed cessante fribusculo, & quiescente ira, revertuntur. *Alciatus*. Legendum omnino *frigusculum*. Vide Casauboni notas ad cap. LXVI.

Pertæsus, ut scribit, morum perversitatem ejus.] At Liviam amare cœperat: ideo Scriboniam, quum filiulam sibi peperisset, eadem die repudiavit. Dio Casius.

Et

trimonio Tiberii Neronis, & quidem pregnantem, abduxit, dilexitque & probavit unice ac perseveranter. 63 Ex Scribonia Iuliam, ex Livia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio, tantum quod pueritiam egresso: deinde ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit: exorata sorore ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc

quo-

Et quidem pregnantem abduxit.] Idque ex responso Apollinis. Prudentius,

Idque deum sortis & Apollinis antra dederunt

Consilium: nunquam melius nam cedere tadas

Responsum est, quam cum pregnantis nova nupta jugatur.

Tacitus & Dio, non Apollinem, sed pontifices consultos scribunt. *Casaub.*

*Abduxit.] Abducere proprie est per vim, sicut etiam perducere interdum significat: inde perductores à Cicerone in Verrinis dicti: qui, ut inquit Asconius, in hoc differunt, à lenonibus, quod lenones sunt scortorum, perductores etiam invitarum personarum, & in quibus supra exercitata legibus vindicantur. *Beroald.**

*Ex Livia nihil liberorum.] Est quaedam privatim dissociatio corporum, & inter se steriles, ubi cum aliis junxere gignunt, sicut Augustus & Livia. *Plinius.**

Is obiit.] Propertius contra receptam opinionem, atque adeo contra verum scribit lib. III. Marcellum in aquis Bajanis submersum interiisse, quum confect ab Antonio Musa medico aquarum frigidarum lotionibus enectum fuisse. Nam Musae & ejus fratris Euphorbi inventum fuit, à balneis frigida multa corpora adstringi, inquit Plinius lib. XXV. cap. VII. Quare credibile,

isdem frigidis Marcellum quum curare vellet, occidisse. Nempe gratificari Poëta voluit ei, quae de ejus morte suspecta fuit, Liviae Augustae. quae quum videret Marcellum ita omnibus carum esse, ut describitur à Virgilio v. 1. *Æn.* muliebriter atque impotenter *ἤλω-τυπήσει* Ca, curavit eum clandestino mortis genere de medio tollendum. *Jos. Scaliger.*

*Nam tum Agrippa alteram Marcellarum habuit, & ex ea liberos.] M. Agrippae tres uxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumviro: ex ea genuit Vipsaniam Drusi matrem: Altera, Marcella Octaviae filia ex ea quoque liberi, si Suetonio fides. Tertia uxor Julia: ex ea nati Cajus & Lucius Caesares, Postumus Agrippa, Agrippina & Julia. In his plerisque verum, quod Tacitus notat Ann. III. *Vna omnium Agrippae liberorum Vipsania mihi obitu.* Cajus enim & Lucius veneno crediti periisse, Agrippina fame, Postumus ferro. Iuliam excipio, cujus mortem lib. IV. ita narrat ipse Tacitus, ut ex natura videatur, ferti aut veneni nulla mentione. *Lipsius.**

Alteram Marcellarum.] Filiae igitur paternis quoque cognominibus vocabantur, ut Faustae, Faustinae, Agrippinae. Interdum à nomine, ac cognomine simul, ut Vipsania Agrippina, Tib. cap.

VII. Li-

quoque defuncto, multis, ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum elegit: coëgitque pregnantem uxorem, & ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, Primum cum Antonio filio suo despondisse Iuliam: dein Cotisoni Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petiisse. Nepotes ex Agrippa & Iulia tres habuit, 64 Caium, Lucium, & Agrippam, neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Iuliam L. Paulo Censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suæ nepoti collocavit.

Cajum

vii. Livia Drusilla, hic, Munatia, Plancina apud Dionem. Interdum duarum gentium nomine, ut Iunia Claudia, Ennia Nævia, Caji Cæsaris conjuges, Calig. cap. xii. Torrent.

[Etiam ex equestri ordine.] Confer Sejanii codicillos ad Tiberium, & ad eos responsum hujus, apud Tacitum Annal. xv. At enim Augustus (reponit Tiberius) filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum hercule si sum in omnes curas distraberetur, immensumque atcolli provideret, quem conjunctione tali super alios extulisset, C. Proculum & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vita, nullis Reip. negotiis permixtos. Sed si dubitatione Augusti movemur, quanto validius est, quod M. Agrippa, quod mihi collocavit?

[Pregnantem uxorem.] Vid. infra Tiberii cap. vii.

[Cotisoni Getarum regi.] Si Plinio fides, sic scribenti lib. xv. cap. xii. Getæ, Daci Romanis dicti, pertinebit huc illud Horatianum ex lib. iiii. Od. viii. ad Mecænatem:

Mitte civiles super urbe curas,

Occidit Daci Cotisonis agmen.

Forsitan enim ex hoste amicus Cotisoni factus Octavius, filiam ei collocare destinavit. Strabo tamen in vii. accu-

rate Dacos à Getis determinat: & hos quidem versus Pontum & orientem inclinat: illos in diversum ad Germaniam & Istri fontes vergere docet.

[Quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petiisse.] Cod. Salmat. petisset. Hæc enim verba de Augusto potius, quam de Antonio sunt interpretanda, cum to invicem ad Cotisonem commodissime referatur, ut, cui filiam desponderat Cæsar, ejus eodem tempore filiam ambiisse intelligatur. Obduci potest, Augustum nullam unquam regis filiam in uxorem petiisse: semel enim ductam Liviam unice ac perseveranter amasse. At non id queritur, quam vera sint, quæ inimicus Octavio impegit Antonius. Schildius.

[Germanico sororis suæ nepoti.] Vide Calig. cap. i.

[Adoptavit domi.] Tertium nepotem, Agrippam & privignum Tiberium in foro, idque lege Curiata. Cujus diversitatis ratio est, quod illi, cum adhuc in patris essent potestate, solo ejus consensu per mancipationem rite factam Augusto tradi poterant, quæ proprie adoptio est; hi vero, morte parentum suorum jam patresfamilias effecti, non nisi in foro, consensu populi, coram Pontificibus, lege Curiata, in alterius

transire

Cajum & Lucium adoptavit domi per assem & libram emtos à patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam Reip. admovit: & consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam & neptes ita instituit; ut etiam lanificio assuesceret: vetaretque loqui, aut agere quidquam, nisi propalam: & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem cœtu adeo prohibuit, ut L. Tucinio, claro, decoroque juveni, scripserit quondam, Parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset.

transire potestatem permittebantur: homo liber enim caput mutare nequit, nisi populo consentiente, cives quippe ipsius reip. sunt. *Torrent.*

Per assem & libram.] Æs in hac formula vere assem notabat, ut Varro declarat lib. VIII. & Festus, in *rodus*. Atque hic est qui dicebatur in veteribus mancipiis *assis Cajanus*. *Stadius,*

Emptum plus minus asse Cajano.

Cajus I. C. pro eo dixit, *nummum aut duos nummos*. *Casaub.* Fuit pop. Rom. majorum consuetudinis & formularum retinentissimus: sic ut etiam re sublata, ritus tamen vetustatis usurpandæ causa servavit. quod idem in vocabulis fecisse apparet. Hinc in omni solutione pecuniæ, quæ quidem ritu *Quiritum* fieret, libripens adhibebatur, ac vetus formula retinebatur quamvis re mutata: quamvis, inquam, non amplius appenderetur, sed jam numeraretur pecuniæ: quam consuetudinem *Boëthius* ex *Caii* instituit. his verbis exposuit: *Is qui mancipio accipiebat, as tenens ita dicebat: Hunc ego hominem ex Iure Quiritium meum esse ajo: isque mihi emtus est hoc ære aneque libra.* *Horatius:*

Si proprium est, quod quis libra mercatur & ære.

Livius lib. VI. Inde rem creditori palam populo solvit, libraque & ære liberatum emittit: hoc est, pecuniam *Manlii* nexi

nomine fœneratori exsolvit, adhibito libripende, qui æra penderet. *Hottomannus.*

Et consules designatos.] Genitos Agrippa Cajum ac Lucium, in familiam *Cæsarium* induxerat, nec dum posita puerili prætexta principes Iuventutis appellari, destinare consules specie recusantis flagrantissime cupiverat. *Tacitus.*

Filiam & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuesceret.] Hanc *Augusti* disciplinam domesticam *Carolus Magnus* princeps æterna memoria dignus, imitatus est: nisi *Suctonium Eginhardus* nimis imitatus. Sic ille, *Filias lanificio assuescere, colloque ac suso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri iussit.* *Casaubonus.*

Et quod in diurnos commentarios referretur.] Diurni isti commentarii sunt privatæ domus *Augustæ* ephemerides, quas servus vel libertus aliquis curabat, qui à memoria vel à commentariis dicebatur. At diurni illi actus quos ipse quotidie in lecticula sua lucubratoria solitus est conficere, alterius generis erant: continebant enim quæ ad imperii rationarium pertinebant. Mos iste à *Græcis* ortus: quorum tamen solutio semper quam *Romanorum* disciplina fuit. *Idem.*

Nepotes

set. *Nepotes, & litteras & natare aliaque rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil æque laboravit quam ut imitarentur chirographum suum. Neque cœnavit una, nisi ut in imo lecto adsiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent aut circa adequitarent. Sed letum eum atque fidentem & sobole & disciplina domus, Fortuna destituit. Iulias, filiam & nepotem, omnibus probris contaminatas, relegavit. Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos: Cajo in Lycia: Lucio, Masilia, defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum*

Ti-

Nepotes & litteras, & natare, aliaque rudimenta per se plerumque docuit.] Scio & Romanos & Athenienses inter gymnasia natationem habuisse: scio proverbium, Neque nare, neque litteras. Cuique sua lectio & electio: ego scribam & notare, De scriptura enim & puerilibus rudimentis sermo est, itaque & litteras eos docuit inquit & notas. Probat quod sequitur, de Chirographo: quod nihil ad natationem. Notandi autem verbum capere potes de scriptione per notas crebra Romanis. Lipsius.

Quam ut imitarentur chirographum suum.] Credo quia eorum opera in scribendis secretioribus epistolis uti destinabat: non enim legimus Augustum eorum ministerio usum, qui è re appellabantur à cura epistolarum, vel ab epistolis: et si habuit à manu, ut Thallum. Casaub.

In imo lecto adsiderent.] Valer. Max. lib. vi. cap. vi. Famina cubantibus viris sedentes cœnitabant. Hoc ergo est quod adsidendi verbo utitur Sueton. Nam quod imo lecto adiecit, de eo sic idem Claud. cap. xxxii. cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad sulcra lectarum sedentes vescerentur. Torrent. Tacitus Annal. XIII, 21, Mos habebatur,

principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum, propria & parcior mensa.

Fortuna destituit.] Pene simile est illud, quod de Herode prodidit Iosephus, illum quidem in aliis rebus omnibus fuisse fortunatissimum, in rebus vero domesticis infelicissimum. Bevoald.

Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos.] Cajum cum Augustus mitteret in Armeniam, rogavit deos, ut illum comitaretur benevolentia Pompeii, audentia Alexandri, ipsius vero fortuna. Idem. Cajus in colloquio (cui se tenere crediderat) circa Arrageram graviter à quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo, ut corpus minus habile, ira animum minus utilem reipublicæ habere cœpit. Diu reluctatus, invitique revertens in Italiam, in urbe Lyciæ (Limyram nominant) morbo obiit: cum ante Cæsar, frater ejus, Hispanias petens, Masiliæ decessisset. Vellejus. Dio lib. lv. scribit, corpora eorum à tribunis militum, ac cujusque civitatis decurionibus, Romam delata. Inscriptio Romæ retro Minervam, OSSA C. CAESARIS AVGVSTI P. PRINCIPIS IVVENTV

Tiberium adoptavit in foro, lege Curiata. Ex quibus Agrippam brevi, ob ingenium sordidum ac ferox, abdicavit, seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem quam dedecora suorum tulit. Nam Caii Luciique casu non adeo fractus, de filia, absens, ac libello per quaestorem recitato, notum senatui fecit: abstinuitque congressu hominum diu, prae pudore: etiam de necanda deliberavit. Certe cum sub idem tempus una ex consciis liberta, Phæbe nomine, suspendio vitam finisset: Maluisse se, ait, Phœbes patrem fuisse. Relegata, usum vini, omnemque delictiorem cultum, ademit: neque adiri à quopiam libero, servove, nisi se

COPI-

719. Extat inscriptionum Gruterianarum pag. CCXXXV.

Lege Curiata.] Quæ comitiis curiatis iata sunt leges, *curiata* dicuntur, sicuti, quæ centuriatis, *centuriata*. Erant autem comitia curiata, cum populus interrogabatur per curias, quas primum Romulus instituit, ut essent partes trium; singulas enim tribus (erant autem tres) in decem curias dispertivit, unde triginta fuerunt. Quæ de re plura Dionys. Halicarn.

Ob ingenium sordidum ac ferox.] Codex Salmas. *scordalum & ferox*, atque ita legendum iudicabat Salmasius. Gloss. Isidori *Scordalus ferox*. Seneca epistol. 271. *Adjice nunc scordalum & furem deprehensum. Petronius: Nactus occasionem vindictæ, Eumolpum, excludo redditaque scordalo vice.* Non potest autem deduci è *σκῶρ* est. enim *σκῶρδαλ*, à Græco *σκῶρδον* vel *σκῶροδον*. Gallis gallinaceis, ut magis audaces & pugnaces redderentur, rostra allii succo ungebantur, qui & vocabantur ex eo Scordali. Inde pro audace hæc vox vulgo trita est.

Per quaestorem.] Quaestores ærarii id præstabant, ut publicas literas recita-

rent: ut est in eo libello, qui Fenestellæ nomine de Romanis inscribitur magistratibus. *Sabell.* Velleius etiam Paterculus lib. 11. se, fratremque suum eo functos officio scribit. Sed & *candidati principis* vocabantur Vlpian. l. 1. De officio Quæst. *Torrent.*

Notum senatui fecit.] Divus Augustus filiam ultra impudicitæ maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit: admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus civitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filia in supra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursus: cum ex adultera in quaestuariam versa jus omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. Hæc tam vindicanda principi quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudine etiam ad vindicantem redit) parum potens ira publicaverat. Deinde cum interposito tempore, in locum iræ subiisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tam diu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamavit: *Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænis vixisset.* Seneca.

Etiam

consulto, permisit: & ita ut certior fieret: qua is ætate, qua statura, quò colore esset; etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem, lenioribusque paullo conditionibus, transtulit eam: nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti sæpe populo Rom. & pertinacius instanti, tales filias talesque conjuges pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia, post damnationem, editum infantem agnosci aliquæ vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentio-rem, in insulam transportavit, sepsitque insuper custodia militum. Cavet etiam senatusconsulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem & ejus & Iuliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἰδ' ὄφελον ἀγαμός τ' ἔμψαι, ἀγρός τ' ἀπελέσθαι:
*nec aliter illos appellare, quam treis vomicas aut tria carcinomata sua. AMICITIAS neque facile ad-*⁶⁶
misit, & constantissime retinuit: non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpeffus. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia ejus afflicti reperiuntur, præter Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque, & Cornelium Gallum, quem ad præfecturam Ægypti, ex infima utrumque fortuna, prove-
xe-

Etiams quibus corporis notis.] Quorsum? an ut inde forte adulterinos postea partus cognosceret? Atqui Agrippæ omnes dū vixit similes fuere, quamvis illa tum quoque vulgo corporis sui potestatem faceret, quod, ut de ea re mirantibus respondebat, non nisi navi plena tolleret victorem. Macrobi. l. i. c. v. Torrent.

Αἰδ' ὄφελον.] Versus est ex Iliad.

Sed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpeffus.] Censeo legendum, nec vitia quoque dumtaxat, sed & delicta modica perpeffus. Casaub.

Alterum res novas molientem, damnandum senatui tradidit.] Antonius Salvidienum

xerat. Quorum alterum res novas molientem, dam-
nandum senatui tradidit: alteri ob ingratum & male-
volum animum, domo & provinciis suis interdixit.
Sed Gallo quoque & accusatorum denuntiationibus &
senatusconsultis ad necem compulso, laudavit quidem
pietatem tantopere pro se indignantium: ceterum &
illacrymavit, & vicem suam conquestus est, quod sibi
soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci. Re-
liqui potentia atque opibus ad finem vite sui quisque
ordinis principes floruerunt: quamquam & offensis
intervenientibus. Desideravit enim nonnumquam,
ne de pluribus referam, & M. Agrippæ patientiam,
& Mæcenatis taciturnitatem: cum ille ex levi rigoris

dientum Narbonensis exercitus ducem
apud Cæsarem detulit, voluisse ad se
deficere, & super ea re misisse nun-
cium obsidenti Brudisium: hoc secre-
tum ille protulit, non omnibus proban-
tibus, ingenuus alioquin & facilis ad
amicitiam. Cæsar continuo Salvidie-
num ad se properare jussit, quasi opus
haberet ejus præsentia, remissurus mox
ad exercitum: quem, ubi venit, coar-
gutum occidit: exercitum ejus ut su-
spectum dedit Antonio. *Appianus.*

Ob ingratum & malevolum animum.]
Non ergo satis ad fidem historiarum Am-
mianus Marcell. lib. xvii. eum lege.
Ovidius propter linguæ petulantiam
perisse vult videri, cum per ebrieta-
tem de Augusto temere quædam esu-
tisset,

*Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida
Gallo:*

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

*Casaub. De C. Gallo Dio. lib. lxxi. &
Euseb. Chronic. & Virgilius. Eccl. x.
Torrent.*

Domo & provinciis suis interdixit.]
Dignus mos generositate Romana, pa-
lam indicere inimicitias & domo in-

terdicere. Livius, Cicero, Seneca, alii,
testes. Eo more Augustus adversus Gal-
lum usus, non ut Imperator, sed ut pri-
vatus: nisi quod ad provinciarum in-
terdictionem: nam istud quidem jam
non amplius civile. *Casaub.*

Provinciis suis.] Namque, ut cap.
xlvii. vidimus, aliæ erant Senatus
provinciarum, aliæ Cæsaris.

Laudavit quidem pietatem.] Maledi-
cere principi crimen impietatis, con-
trarium affectum pietatem nominant
historici. Vide Tacitum in simili Ti-
berii mimo, Annal. lib. lxxi. *Casaub.*

Ex levi rigoris suspitione.] Rigorem
vocat quod in Julio, vultu minus fami-
liari respicere: cui opponitur salutatio
cum quibusdam familiaritatis notis,
Quod Galenus dicit, φιλικῶς εὐδεῖν
ὄμμασιν, initio libri ad Pisonem de
theriaca. Iam rigoris suspitionem in-
terpretor conceptam ab Agrippa opi-
nionem, quasi se Augustus minus fa-
miliari vultu respexisset. Est autem ef-
fectus pro causa: non enim suspicio
oritur de rigore qui in oculos incurrit:
sed animi mutatione cujus effectus est
rigor, & vultus adductus. Alioquin
placeat

Suspensione, & quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulisset: hic, secretum de comperta Murenae conjuratione uxori Terentiae prodidisset. Exegit & ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam, tam à defunctis quam à vivis. Nam quamvis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quidquam sustinuerit: amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit: neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum: neque gaudio, si gratè pieque quis se prosecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, à quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari etate essent, die virilis toga, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverat. Patronus dominusque 67 non minus severus quam facilis & clemens, multos libertorum in honore & usu maximo habuit: ut Licinium Enceladum, aliosque. Cosmum servum gra-

vis-

placeat Lipsii conjectura, ex levi frigoris suspensione. Nam frigora live friguscula amicorum vel amantium offensiones dici, eruditè pridem notum. Chrysostomus homilia xiv. ad populum Antiochenum ἡ ἀφισιωπᾶν vocat: ὁ φίλοι πρὸς φίλους ποιῶσιν ἐπιδοῦν ὑβριστεῖν, τῆτο πρὸς τὸ δῦλον ὁ διασώτης ἐποίησι, παρσιώπησι μόνον ἀλλὰ τὴ σιγῆς φρεζόμενοι, καὶ πᾶσαν ἐδουκνύμενοι αὐτῶ τινὲ ὀργίω. Observabamus & in voce ψύσμα eandem elegantiam in sermone Græco, apud Joseph. Αλώσιως, lib. 1. cap. xvi. loquentem de alienato Herodis animo à filiis. Casaub.

Hic secretum.] Mœcenas enim quondam præcipuus fuit, cui secreta Imperato-

ris inniterentur. Tacitus lib. III. Qui contra quam Suetonius scribit, frigore tandem percussum Mœcenatem tradidit, & etate provec̄ta speciem magis in amicitia principis quam vim obtinuisse. Dio idem narrat, sed aliter: causam enim imminutæ amicitia fuisse certamen de forma inter Liviam & Terentiam. lib. LIV. Idem.

Uxori Terentia.] Vituperatur Mœcenas, quod nimis fuerit uxorius: qui cum uxore quotidie dissidium faciebat, & mox reconciliabatur. Ob hoc dixit Seneca in epist. Hunc esse, qui millies uxorem duxerit, quum unam habuerit. Beroald.

Quamvis minime appeteret hereditates.] Notum illud in Agricola Taciti, à bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

vissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coërcuit. Diomedem dispensatorem, à quo, simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum objectus est, maluit timiditatis arguere quam noxa: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. Idem Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas: Thallo à manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit. Pædagogum ministrosque Caii filii, per occasionem valitudinis mortisque ejus, superbe avareque in provincia grassantes, oneratis gra-

Dispensatorem.] Dispensator servus est, qui impendia domus curat, & victui præest: huic obsonatores, piscarii, coqui, idque genus servi parebant. Sumsit nomen ab expendendo pecuniam vel quod rationes dispendat, id est, procuret & consideret, calculumque ducat: hi ut plurimum in urbe degent. *Alciatus.* Meminit Tacitus i. Histor. Plinius in xxxiii. cap. xi. Rotundum quendam *dispensatorem Hispaniæ citerioris* vocat: ut intelligas, etiam publicum hoc nomen fuisse.

Incurrenti repente fero apro.] Ego fero abesse malim. Quamquam & feros absolute pro apro interdum ponitur, ut apud Ovidium *Metamorph. v.*

Fixa sub aure feri summum perstrinxit arundo

Corpus. —

sicut & pro cervo Virgilium *Æn. vii.*

Pectebatque ferum. —

Pro equo etiam, & quidem durateo illo,

— inque feri curvam compagibus alviam

Contorsit. —

Sed hæc Poëtis licent. *Torrent.*

Mori coëgit, compertum adulterare matronas.] Simile exemplum in Iulio Cæsare cap. xlviii.

Thallo à manu.] *A*, ad vel ab præpositiones in officiis seu dignitatibus

significandis frequentissimæ Latinis. Ita legitur in antiquis marmoribus à studiis: à commentariis aquarum: à veste regia: à cyatho: à supellectili: ad census: à marmoribus, &c. Cæterum à libellis seu ab epistolis, & alios hujusmodi servos vel libertos fuisse constat, vel saltem non nobiles. Spartianus in Hadriano: *Ab epistolis & à libellis primus Equites Rom. habuit.* Marc. Donatus. Sed differunt omnino à manu & ab epistolis. Vide Casaubonum ad c. lxiv.

Crura effregit.] Crurifragium olim servorum & ancillarum poena erat. Meminit iterum Suetonius lib. iiii. cap. xlii. Fuit & publicum maleficorum hominum supplicium: ut delatorum sub Commodio. Eusebius lib. v. ὁ δὲ λαὸς παρὰ ἡμῶν τὴν δίκην εἰσελθὼν, αὐτίκα κατέκτανε τὰ σκέλη. Vide etiam Agathiam l. iv. Sed exempla in Martyrologiis & apud alios etiam scriptores passim. *Casamb.*

Grassantes oneratis gravi pondere cervicibus præcipitavit in flumen.] *Grassantes* quam *grassatos* maluimus cum melioribus libb. ex ipso enim genere supplicii conjicio istos in provincia Syria vel Lycia (nam inter auctores non convenit) ubi Cæsar obiit, poenas rapinarum dedisse: permittente hoc illis. *Augusto,*

gravi pondere cervicibus, præcipitavit in flumen.
 PRIMA juventa variorum dedecorum infamiam 68
subiit. Sex. Pompeius ut effæminatum insectatus est.
M. Antonius adoptionem avunculi stupro meritum.
Item Lucius Marci frater, quasi pudicitiam delibatam
à Cesare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC. millibus
nummum substraverit: solitusque sit crura suburere
nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed & po-
pulus quondam universus ludorum die, & accepit in
contumeliam ejus, & assensu maximo comprobavit
versum in scena pronuntiatum de Gallo matris Deum
tympanizante,

Vi-

gusto, pro cætera sua lenitate, ut suis legibus atque moribus in eos animadverterent. Fuit autem hoc supplicii genus Romanis parum in usu, etsi ejus iterum mentio habetur lib. IIII. cap. XVIII. Græcis fuisse non incognitum, testes Polybius, Diodorus, Plutarchus. De Syris ex Evangelio & Hieronymo cuius liquet: Matthæi capite XVIII. *καταπονέμεν* (ita Græci hoc supplicium vocant) modus is describitur quo pædagogus iste periit: Græci aliter, qui fontes in saccum, vel plumbeum dolium, ceu in culleum conjiciebant, ut ex Athenæi x. & XIV. palam est. Similia in Martyrologiis multa. Nec dissimilis modus apud Ægyptios. Alibi gravia pondera non cervicibus, sed pedibus appendebantur. *Casaub.*

Adoptionem avunculi.] Intellige majoris. Atiam enim, Cæsaris ex sorore neptem, matrem habuit. Vide cap. IV.

Crura suburere nuce ardenti.] Tertulianus de Pall. *ustriculas* vocat mulieres, quarum opera in hanc rem uti moris erat. *Achilles patiens jam ustriculas, jam virum absens clanculo sumctus.* Ustriculae sunt *ὄστρεα*, quarum munus erat, pilos & fruticantem lanuginem

molliorum & delicatorem resina calente aut dropace, suburere & lavigare. Vide Iuvenalem Sat. IX. *Salmastus.*

De Gallo.] Qui volebant aspici furere gallantes & vaticinari, quia id pertinebat ad confirmandas religiones, radicem Halicaccabi solebant bibere, ut *ἑκστασι* inde conciperent, & numine repleti viderentur. *Gallantes* de Gallis matris Idææ vel Dææ Syriæ sacerdotibus, ut *Bacchantes* de Bacchis. Varro apud Nonium: *Deam Gallantes vario detinebant studio.* Nonius: *Gallari, ut bacchari.* Cæterum de e mentito furore Gallorum, & ficta vaticinatione, & Gallandi modo, videnda octava Apuleji Milesia. *Idem.*

Matris Deum tympanizante.] Varro quasi de ipsa turba verecundatus unam deam vult esse Tellurem. Eandem, inquit, dicunt Matrem magnam, quod tympanum habeat, significari esse orbem terræ: quod turres in capite, oppida: quod sedes fingantur circa eam, cum omnia moveantur, ipsam non moveri. Quod Gallos huic deæ ut servirent fecerunt, significat eos qui semine indigeant, terram sequi oportere, in ea quippe omnia reperiri. *Augustinus.*

69 Videsne ut cinædus orbem digito temperet?

Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem negant: excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa: quo facilius consilia adversariorum per cuiusque mulieres exquireret. M. Antonius super festinatas Livie nuptias objecit, & fœminam consularem è triclinio viri coram in cubiculum abductam, rursus in convivium rubentibus auriculis, incontiore capillo reductam: & dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis: & conditiones quas per amicos, qui matresfamilias & adultas etate virgines denudarent, atque perspicerent, tamquam Thoranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc

Videsne ut cinædus.] Hic est versus galliambus, pronuntiatus in scena de Gallo tympanum pulsante: cuius talis est sensus: Vides ut Gallus digito pulsans moderatur tympanum. Nam cinædus significatur Gallus, tanquam mollis, & effœminatus. Præterea cinædi apud veteres dicti sunt saltatores, & pantomimi: unde & cantio cinædica à Plauto dici videtur in Stichio. Orbem vero accipimus pro tympano orbiculato, ad orbem terræ significandum: sed cum hic versus de Gallo Cybelæo scriptus esset, conversus est per amphibologicam similitudinem in Augusti contumeliam. Beroald.

Rubentibus auriculis.] Quod in fœmina patratæ libidinis est signum. Iuvenalis:

Vexatasque comas, vultumque auremque calentem.

Sabell.

Conditiones quas per amicos.] Lege, quæ ad cap. xxvi. Iul. Cæs.

Denudarent atque perspicerent.] Venales olim, cum emebantur de mangone, denudare mos fuit. Seneca pater Controversiarum libro primo, de sa-

cerdote prostituta. Nuda in littore stetit: ad fastidium emtoris omnes partes corporis & inspecta & contrectata sunt. Lucianus Βλῶν παῖσιν, consuetudinem hanc solens more suo expressit: inducit enim mercatorem qui Pythagoram emprurus erat sic loquentem, αἰὲν ἀπόδουδι' ἡγήσμενδον γὰρ σὲ ἰδεῖν βέλομαι. Casaub.

Tanquam Thoranio mangone vendente.] Duplicem sensum hunc locum habere posse existimo: alterum, quod sicut alii amici Augusti, ita & Thoranius ex iis unus, tanquam mango denudatas perspiceret. C. enim Thoranium Augusti tutorem, & patris ejus in Ædilitate collegam fuisse, legimus c. xxvi. Alterum vero, quod amici Augusti mulieres perspicerent ita diligenter, ac si à Thoranio mangone illas essent emturi, siquidem Thoranius mango fuit Augusti temporibus insignis, cuius meminere Solinus, Plinius, Macrobius. Marc. Donatus.

Mangone.] Mangones dicebatur etiam venalitiis simpliciter, qui venales scilicet vendebant. Cicero in Cornelianæ: neque divitiæ me movent, quibus omnes Africa-

hoc familiariter adhuc, nec dum plane inimicus, aut hostis. Quid te mutavit? quod reginam in eo? uxor mea est. Nunc cœpi, an abhinc annos novem? tu deinde solam Drusillam inis? ita valeas uti tu hanc epistolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam Titisceniam, aut omnes. Anne refert ubi & in quam arrigas? COENA quoque ejus secretior in fabulis⁷⁰ fuit, quæ vulgo δωδεκάθετος vocabatur: in qua deorum dearumque habitu discubuisse convivæ, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonii modo epistola singulorum nomina amarissime enumerantis, exprobrant, sed & sine auctore notissimi versus:

Cum primum istorū conduxit mensa choragum,
Sex-

nos & Lelios multi venalitiū mercatoresque superârunt. Plinius junctim venalitiōs mangones appellat. Seneca: mercator urbibus prodest, medicus agris, mango venalibus. Glossæ: venalitiarius, σωμαγορέμπαρ, immo venalitiū. Salmasius.

Inimicus, aut hostis.] Scienter hæc duo tanquam diversa disparavit. Inimicus enim, privatus est: hostis, publicus. Beroald.

Tertullam aut Terentillam aut Rufillam.] Amantium τερταγορέμπαρ: nam vera nomina fuere, Tertia, Terentia, Rufa. Tertulla τερταγορέμπαρ à Tertia, sicut à Mario fit Marullus, à Lucio Lucullus, à Catio Catullus. Casaub.

Salviam Titisceniam.] Dio l. xlix. τισικένιον quendam Gallum memorat qui cum aliarum esset partium, ad Augustum transfugerit. Hujus fortassis filiam corruperit Augustus. Torrent.

Quæ vulgo δωδεκάθετος.] Nempe à duodecim illis diis majoribus, quos in versus duos Ennius coartavit:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Laudat Apulejus de Deo Socratis. Boxhornius.

Ipsam pro Apolline ornatum.] Quidam hoc loco, Casta save Lucina, tuus jam regnat Apollo, Octaviam sororem Augusti significari adfirmant, ipsumque Augustum Apollinem. Nam & simulacrum illi factum est, cum Apollinis conjunctis insignibus. Servius.

Cum primum istorum conduxit mensa choragum.] Id est, ubi primum pacti sunt isti cum chorago, de ornamentis præbendis ad coenam δωδεκάθετον. In historiis Græcorum χορηγός honestissimum nomen est, quod de eo dicitur qui sumptus de suo præbet ad ludos sacros. Plauto aliisque latinis choragus is dicitur, qui scenicis histrionibus locat ornamenta fabulæ docendæ necessaria. Inde apud Ciceronem choragium falsa gloriæ, suppellex & reliquum instrumentum ad pompam solitum comparari;

Sexque deos vidit Mallia, sexque deas:
 Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,
 Dum nova divorum cœnat adulteria,
 Omnia se à terris tunc Numina declinarunt:
 Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Auxit cœnæ rumore summâ tunc in civitate penuria ac fames. Acclamatumque est postridie, frumentum omne deos comedisse: & Cæsarem esse plane Apollinem: sed Tortorem. quo cognomine is Deus quadam in parte urbis colebatur. Notatus est ut pretiosa suppellectilis Corinthiorumque præcupidus, & aleæ indulgens. Nam & proscriptionis tempore ad statuam ejus adscriptum est,

Pater argentarius, ego Corintharius:
cum existimaretur, quosdam propter vasa Corinthia

in-

parari. Ita igitur hîc quoque accipiendum: ac fortasse etiam *choragium* scribi melius, ut sit in postremo pede *οὐκ ἴσθης*. Casaub.

Mallia.] Pro loco accipiunt quidam, in quo sit discubitum: sed libentius pro proprio mulieris acceperim, per quam omnia sint in vulgus edita. *Sabellicus.*

Cœnat adulteria.] Cœnando exprimit & repræsentat, atque adeo imitatur. vox prægnans ut loquuntur *ἡγεμὴν πῦδος*. Non dissimile est, epulari iniquitatem apud AUGUSTINUM in libris Confessionum. & magna vivere apud Minutium Felicem. *Nos non eloquimur magna, sed vivimus.* Ita etiam dicuntur Servio, Heliades flevisse succina. Casaub.

Thronos.] Cum in cœna Augusti essent convivæ sub habitu deorum, merito *thronos* dixit pro sellis, in quibus deæ sederunt cœnitantes. *Beroald.* Vide, quæ notantur ad cap. 2xv.

Esse Apollinem, sed tortorem.] *Apollo Tortor*, ut *Apollo Sandaliarius*, & *Iuppiter Tragedus*, sup. cap. LVII. cognomine à vicis indito. *Martial.* libro II. Epigr. XVII.

Tonstrix Suburra faucibus sedet primis, Cruenta pendent qua flagella tortorum. Eo autem dictum illud acerbius, quod divinitatem sibi Cæsar arrogabat. De quo inf. cap. XCIII. *Torrent.*

Pater argentarius.] Inspice cap. III.

Ego Corintharius.] Hîc nomen est artificii, postea fuit ministerii in familia principum. *Vetus lapis.* CALLITYCHE. ZOILI. CORINT. AGRIPP. Casaub.

Propter vasa Corinthia.] Super ære Corinthio, quænam illius origo fuerit, varia tradita sunt ab antiquis. *Plinius* casu mistum esse ait, Corintho, cum caperetur, incensa. L. quoque *Florus* eandem sententiam sequitur. Alii, quod propius ad veri similitudinem accedere videtur, narrant ærarium quendam fabrum Corinthi fuisse, qui cum incidisset in thecam auri plenam, eamque sibi ab-

inter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est,

Postquam bis classe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

Ex quibus sive criminibus sive maledictis, infamiam 71 impudicitie facillime refutavit, & presentis & posteræ vite castitate. Item lautitiarum invidiam, cum & Alexandria capta, nihil sibi præter unum murrhinum calicem, ex instrumento regio, retinuerit, & mox vasa aurea assiduisissimi usus conflaverit omnia. Circa libidines hæsit: postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quæ sibi undique etiam ab uxore conquirerentur. Alea rumorem nullo modo expavit: lusitque simpliciter & palam oblectamenti causa, etiam senex: ac, præterquam Decembri mense, aliis quoque

abstulisset, ne id resciretur, metuens, dissectum in minutas particulas aurum paulatim ari admiscuerit, admirabilemque illam temperaturam effecerit, qua magnas sibi opes postea comparavit. *Muretus.*

*Inter proscriptos curasse referendos.] Traditur etiam, non alia de causa Verrem, quem Cicero damnaverat, proscriptum esse ab Antonio, quam quod Corinthiis se ei cessurum negavisset. *Plinius.**

Bis classe victus.] Duplici naufragio classem amiserat.

Murrhinum calicem.] Pompeius ex victoria Mithridatica primus in urbem murrhina invexit. Epigrammaticus poëta in Apophoretis:

Si calidum potas, ardenti murrha Falerno

Convenit, & melior fit sapor inde mero.

Beroald. Nihil vero propius, quam antiqua murrhina, esse porcellaneæ nostræ, quocunque modo hodie fiant. quod

enim ex luto quodam albo & in fornacibus cocto apud Chinas porcellaneæ vasa fieri contendunt, hoc nihil prohibet quin veterum murrhina fuerint. quod enim veteres quidam lapidem esse *murrham* scripserunt, alii humorem sub terra densatum, certe ex eo patet ignorasse illos quid essent aut quomodo fierent murrhina. non recte porro inde colligitur, diversa esse porcellaneæ & murrhina. *Salmasius.*

*Ex instrumento regio.] Instrumento dixit pro apparatu: sicut apud Iuriconsultos titulus est De fundo instructo, & instrumento legato. *Beroald.**

*Circa libidines.] Circa mulierum congressus: nam quod impudicitie infamiam declinatam dixit, illud ad Augusti corpus refertur: impudicus enim est, qui & pathicus. *Salell.* Vide quæ notantur sup. ad cap. xxxiv.*

*Præterquam Decembri mense.] Quo, ut quadam ad Lucilium epistola scribit Seneca, jus luxuriæ publice datum est; ingenti apparatu sonant omnia. *Macrobius.**

festis profestisque diebus. Nec id dubium est: autographa quadam epistola, Coenavi, ait, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt convivæ Vinicius & Silvius pater. Inter coenam lusimus γρονθικῶς & heri & hodie. Talis enim jaçtatis, ut quisque canem, aut

Saturnal. i. cap. v. *Vultisne diem, quem omnes plerique abaco & latrunculis contulerunt, &c. Saturnalia enim XIII. Cal. Ian. Romani summa animi remissione celebrabant, ut & aliæ nationes, de quibus Athenæus. l. XIII. Torren-*

Convivæ Vinicius & Silvius.] Salvius scribendum puto, quandoquidem M. Salvius Otho, Othonis Principis avus, cujus uti IIII viri monetalis extant nummi ærei, sub Augusto Livie familiaritate floruit. Et alioqui frequens mendum est ut Othones fere Silvii in vulgatis exemplarib. vocentur. Est & alius Augusti. IIII viri R. P. C. nummus in quo à parte altera legitur, SALVIVS IMP. COS. DE. Torrent.

*Inter cœnam lusimus γρονθικῶς.] Liberaliores potationes, talorum infirmitis lusionibus diffindebant. Plautus, Propertius, alii. Ideo inter alia apophoreta dati etiam tali: Martialis & Athenæus. Ait autem lusisse γρονθικῶς: hoc est, ut faciunt senes otio redditi. Casaubonus. Quod talorum tessera- rumque lusio senilis sit, indicat Cato apud Ciceronem: *Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquunt, & tesseras.* Beroald.*

Talis jaçtatis.] Pluribus videntur veteres lusisse talis, quam tesseras. tribus enim tesseras, quatuor talis lusitabant, cum Martialis scribat:

Non sim talorum numero par tessera.

In tessera sex latera, quatuor in talo erant. itaque in talo neque binio, neque quinio erat, sed tantum ternio & quaternio & senio, & canis, id est, unitas. Ternionem & quaternionem etiam *suprum* & *planum* vocatos esse le-

gimus. Turnebus.

Ve quisque canem aut senionem miserat.] Lusus quem describit Augustus, is est quæ Græci πλεισθολίνθα nomina- runt. Ludebatur & talis & tesseras. Talis ita ludebant: quatuor talos vel ex auro factos, aut argento, aut ebone, vel revera talos alicujus animalis, in fritillum conjiciebant, eoque concusso super tabulam fundebant. Talorum πλώσθς, hoc est, varietates quas jaçtu casuque exhiberent, erant numero triginta quinque: id enim observatum est à veteribus alex magistris, non posse ultra eum numerum diversas species exhiberi jaçtu quocumque quatuor talorum. Dico talorum: nam in tesseras plures conspectus diversi reperiri possunt. Ratio diversitatis est, quia plures sunt πλώσθς tesserae quam talis: hic quatuor tantum habet partes quibus insistat & incumbat: cum ab utraque longitudinis suæ extremitate rotundetur: illa sex. hoc optime doceat αὐτοψία. Quin etsi talus habere quatuor πλώσθς dici potest, fere tamen cum jacias, non aliter cadere videas quam duobus modis: vel in eam faciem è duabus quas habet latiores, quæ cava est: vel in oppositam, quæ eminent & protuberat. Has talorum πλώσθς Græci ajunt ἐξ ἐσδομίδος κατ' ἀντιθέτον συσκευίας fuisse: hoc est, puncta vel numeros habuisse sic dispositos, ut qui in oppositis duobus lateribus essent, juncti semper efficerent septem hoc modo, 3: ——— 6: ἀντιπέδητο ᾧ, ajunt, μονάς καὶ ἐξάς, εἴτε τριάς καὶ τετραάς. In tesseras amplius fuerunt

δυσάς

aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos qui Venerem jecerat. *Et rursus aliis literis*, Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus. Lufimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis præter spem paullatim retractus est. Ego perdididi viginti millia nummum, meo nomine: sed cum effuse in lusu liberalis fuifsem, ut soleo plerumque. Nam si quas manus remisi cuique, exegifsem, aut

re-

δυνας καὶ πινθίς. Qui πλειστοβολίῳδε ludabant, singulis jactibus infelicibus certam pecuniam, prout convenerat, in medium conferebant: aliquando in singulos talos singulos nummos, ut hic Augustus ait: aliquando in singulas unitates quas jactus ostendebat, sive in punctum, ut loquitur Suetonius in Nerone, singulos nummos. hoc innuit Pollux in descriptione istius lusus. *Casaubon.*

Venerem jecerat.] Venus in talis summum numerum habet, & est felicissimus jactus: de quo sensisse Horatium autumat Porphyrio illo versu:

Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?
Vide & Aristotelem secundo De animalibus. *Beroald.* Venus erat jactus, cum tali quatuor diverso erant omnes numero, id est, cum jacti erant omnes talorum numeri. *Martialis:*

Cum steterit nullus vultus tibi talus eodem,

Munera me dices magna dedisse tibi.
Turnebus.

Quinquatrus.] Forma vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum, enuntiata est, quod post diem quintum iduum est is dies festus, ut apud Tusculanos Triatrus, & Sexatrus,

& Septenatrus, & Faliscos Decimatrus. Minervæ autem dicatum eum diem existimant, quod eo die ædis ejus in Aventino consecrata est. *Festus.*

Forumque aleatorium calfecimus.] In plerisque urbibus inter loca ædilem mentuentia fuit is, quo convenire soliti aleatores: quem Cicero *ludum talarium*, Quintilianus *ludum talarem*, AVGVSTUS *forum aleatorium* vocat. Forum enim dicitur locus omnis concursu negotiantium celebris: ubicunque autem conveniatur alex causa, ibi erit forum aleatorium, non in foro tantum: etsi ibi quoque alex solita exerceri: sed non nisi ab hominibus perditis & profligatis, qui omnem existimationis suæ curam posuissent. Cicero Philipp. 11. *Hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alex ludere, lege quæ est de alex condemnatione, qui in integrum restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur?* Ex his apparet quam grave flagitium censeretur Romæ, alex in foro ludere. *Casaub.*

Frater tuus.] Drusus Nero.

Quas manus remisi cuique, &c.] Mire hic sese torquent docti Interpretes, & quid ibi *manus* sit divinant varie. ego putem restituendum, si quos manes. nam

retinuiffem quod cuique donavi, viciffem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cœleſtem gloriam efferet. *Scribit ad filiam*, Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis convivis dederam, ſi vellent inter ſe
72 inter cœnam vel talis, vel par impar ludere. *In cæteris partibus vitæ continentiffimum fuiſſe conſtat, ac ſine ſuſpicionem ullius vitii. Habitavit primo juxta Romanum forum ſupra Scalas anularias, in domo quæ Calvi oratoris fuerat: poſtea in Palatio: ſed nihilo-*
mi-

nam de jactu infelici illic agi, nulli dubium. Græcis vero μάτης inter jactus recenſeri, patet ex Heſyſch. μάτης κυβύλικῃ βόλῃ ὄνομα ἐſt, & quidem inter infelices inſuper ex Polluce, libro VII. cap. XXXIII. βόλων ἢ ὀνομαζία τῶν μὴ φάουλων τε καὶ δυσβόλων, ἐφ' οἷς τὸ δυσκυβείν' μίθας, μάτης, πάτηλα. Neque recte, ut Auguſti verba explicent, huc Ovidii iſtud trahunt, de Arte amandi libro I.

Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor,

Et revocat cupidus alea ſæpe manus.

quorum verborum ea eſt mens: ne perdidiffe videatur, ſemper ad aleam recurrit luſor; quam idcirco, poëtica ſane phraſi, dicit revocare ſæpe cupidus manus. Meurſius.

Benignitas enim mea me ad cœleſtem gloriam efferet.] Homines progreſſi longius per amorem, memoriam defunctorum colere cœperunt, & ut gratiam referre bene meritis viderentur, & ſucceſſores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem, quod Cicero de natura deorum docet, dicens: *Suſcepit autem vita hominum conſuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum, fama, ac voluntate tollerent. Laetantius.*

Vel talis, vel par impar ludere.] Non

quin & talis par impar luderetur: nam δρῶμαζμῆ per talos exemplum habes in Platonis Lyſide, & notat Pollux lib. IX. Sed & teſſeris, & iſtis nummis & nucibus etiam, ut apud Ovidium, & Ariſtophanis Scholiaſten legere memini. Similis luſio erat quando quærebant *caput aut navia*. auctor libri De origine urbis Romæ, & Macrob. I. Saturnal. cap. VII. ſic apud Græcos ζυγὰ ἢ ἀζυγὰ. Scholia Ariſtophanis ad Plutum. *Cafamb.* In hoc luſu quidam ex Pythagoræ ſententia parem imperfectum, & mali cauſam exiſtimant, quod & Homeri ſententia confirmant, qui ſuperis imparia ſemper tradit, inferis vero paria. Ita facit Neſtorem immolantem Neptuno ἐννεάκις ἐννέα πτώγες. Et Virg. Eclog. VIII.

— numero deus impare gaudet.

Marc. Donatus.

Juxta Scalas anularias.] Locus forte ſic dictus, quod inibi eſſent ſitæ officinæ anulariorum, id eſt, artificum anulorum. Quum enim Equites Romani omnes anulos aureos geſtarent, ferreos minus nobiles, multos fuiſſe eorum artifices non ambigendum. Marc. Donatus.

In Palatio.] In monte Palatino fuit ſedes imperii Romani, domuſque Auguſtana. Ab Auguſto enim deinceps Romani

minus in ædibus modicis Hortensianis, & neque laxitate neque cultu conspicuis: ut in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum, & sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme & æstate mansit: quamvis parum salubrem valitudini sue urbem hieme experiretur, assidueque in urbe hiemaret. Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem Sy-

ra-

Romani Imperatores in Palatio habitârunt. Et quia imperii sedes in eo constituta fuit, cujusvis principis aulam, aut splendidi hominis domum Palatium nominamus. Erat autem laurus ante fores Palatinæ domus, & supra eam pendeat corona querna civica, quam S. P. Q. R. Augusto donavit ob cives servatos. De qua Val. Max. l. 11. cap. 111. Item Ovidius & Dio. Porro Palatium in suo splendore & majestate, usque ad tertii Valentiniani tempora permansisse, ex Sidonio Apollinare colligitur, post quæ à regibus Gothorum imperatoribus exactis, quum habitari desiisset, atque hinc inde ruinam minari inciperet, immo à Rom. Pontificibus suis ornamentis spoliatum fuisset, ad exædificationem basilicarum martyrum, eo redactum est, ut hodie suffossionibus & subterraneis specubus totum sit quasi pensile, & aut ruinis deforme, aut hortis occupatum. *Onuph. Panvin.*

Ut in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum.] Lapidicinæ quædam molles, uti sunt circa urbem rubræ Pallienses, Fidenates, Albanæ. Sed hæc omnia quæ mollia sunt, si sint in locis tectis, sustinent laborem, sin autem in apertis & patentibus, gelicidiis & pruinis congesta, friantur & dissolvuntur: item secundum oras maritimas ab salugine exesa disfluunt, neque perferunt ætus. *Vitrvin.*

Eodem cubiculo hieme & æstate mansit.] Contra consuetudinem hominum ejus temporis, qui in ædibus suis alia habebant hiberna, alia æstiva cubicula & triclinia. Varro de lingua Latina lib. 17. & lib. 511. & Plinius in epistolis lib. 11. & Columella in descriptione villæ. De triclinio hiberno Juvenalis loquitur Satyra 511.

— argentem rapiat cœnatio solem.

Mos antiquissimus, cujus inventores delicati & principes in Asia viri: nam ut de regibus Persarum nihil dicam, etiam in sacris literis ejus consuetudinis fit mentio, lib. Iudicum cap. 111. commate 20. & Propheta Amos has populi Israëlitiæ delicias graviter objurgat cap. 111. comm. xv. Tandem fuisse hominibus luxuriosis, præsertim Romanis, non triclinia solum pro tempore diversa: sed suppellectilem totam, & ea maxime quæ auro argenteoque constabant, etiam anulos alios hibernos, testis Juvenalis Satyra 1. & de Græcis Alexis in Hippisico apud Athenarum lib. 511. *Casamb.*

Assidueque in urbe hiemaret.] Hiemare, id est, hiemis incommodo affligi. Si aliter interpretere, luxam orationis structuram efficies. *Erasmus.*

Quem Syracusas & τεχνόφουον vocabat.] Hoc illud est quod Varro notat in sui temporis hominibus: quos ait suis villis delicata nomina usque inde à Græcia petita imponere. Sic Pausily-

pum,

racusas & *τεχνόφουον* vocabat: huc transibat, aut in alicujus libertorum suburbanum: ager autem in domo Mæcenatis cubabat. Ex secessibus præcipue frequentavit *maritima*, insulasque *Campania*, aut proxima urbi oppida, *Lanuvium*, *Præneste*, *Tibur*: ubi etiam in porticibus *Herculis* templi per sæpe jus dixit. *Ampla* & *operosa* prætoria gravabatur. Et neptis quidem *suae* *Juliae*, profuse ab ea extructa, etiam diruit ad *solum*: *sua* vero quamvis modica, non tam statuarum

ta-

pum, *Academia*, aliaque villarum celebris nomina. *Casaub.* *Syracusas*, quod locus ille ipsi cum solus esset non minus arrideret quam delicato cuiquam *Syracusæ*, urbs *Siciliæ* amænissima; *τεχνόφουον* vero, quod ad artes excogitandas, excolendasque conduceret. Locum autem hunc *singularem* vocat, quod solus & undique ab aliis separatus esset. *Torrent.* Quidam à verbo Græco *Syracusas* istas deducunt, tanquam significet trahere ad quietem: à Græcis enim *σύγω* dicitur traho, & *ἀκλή*, quiete, tacite. *Beroald.*

Ager autem in domo Mæcenatis cubabat.] Mira consuetudo. *Plinius* epistolarum lib. vii. ep. xvi. *Ego in villas ejus sæpe secessi, ille in domo mea sæpe convaluit.* *Casaub.* *Turrem* (opinor) *Mæcenatis*, hortosque in *Esquiliis* intelligit. Vnde *Horat.* quavis occasione *Augusto* blandiens,

Nunc licet Esquiliis habitare salubribus. *Torrent.*

Ex secessibus præcipue frequentavit maritima.] *Glossarium amœnia* αἰ ἀκτύ. *Scribe amœna*: & ἀκτύ accipe non pro quovis littore, sed quo modo à Latinis usurpatur, ut *Cicerone* in *Verinis*. *Veteres Glossæ Turnebo* descriptæ, *Actæ, littora amœna*. Propter hanc littoralem amœnitatem conqueritur *Horatius* submoveri maria: quod & *Themistius* oratione quadam novæ Ro-

mæ civibus objicit, qui amore deliciarum hoc genus veteribus Romanis nihil cesserunt. Pro *Campaniæ* ora fuit iis *Propontis* vicina, & *Princeps*, *Prota* aliæque adjacentes insulæ. In ora illa æstivabant Imperatores in magnificentissimis prætoriis: quorum amorem & desiderium rebus magnis sæpe impedimento fuisse queritur *Nicetas*. Observat autem *Hesychius*, ab hoc principio obtinuisse, ut omnes loci in quibus genio indulgetur, *actæ* vulgo dicantur, licet à mari procul. *Casaub.*

In porticibus Herculis templi.] *Tibur* sub *Herculis* tutela, illique sacrum erat, teste *Suet. Calig.* cap. viii. Vnde *Herculeum* vocant *Strabo* & *Martialis*. *Templi pulchritudinem* ostendit *Juvenalis*: *Vincens Fortuna atque Herculis ades.* *Marc. Donatus.*

Prætoria.] *Villas elegantiores cultioresve prætoria* appellaverunt. *Palladius* in primo de *Re rustica* scribens quomodo ædificium institui in agro oporteat, sic ait: *Ipsius prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore, propter injuriam fundamentorum, & ut lato fruatur aspectu.* *Beroald.* *Prætoria dicta sunt hæc ruri* magnifice extructa ædificia, quasi talia essent, quæ à principibus viris incoherentur. Sic *prætorium* vocata principis domus, quam alias *palatinum* dixere, unde & cohortes prætorie appellata. *Marc. Donatus.*

Quam

tabularumque pictarum ornatu, quam xystis & nemoribus excoluit, rebusque vetustate ac raritate notabilibus: qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra pręgrandia, quę dicuntur Gigantum ossa, & arma Heroum. Instrumenti ejus & suppellectilis parcimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privata elegantia sint. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili & modice instrato. Veste non temere alia quam domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibusque

Quam xystis & nemoribus.] Quę ad usum & seria magis commodarent, quam ad voluptatem & elegantiam. in xystis per hibernum solem de rebus gravibus, vel inter ambulandum, vel sedentes tractabant: in nemoribus per æstatem umbram & opacitatem captabant. adeo autem nemoribus capiebantur vulgo elegantiores Romani & Φιλόχοι, ut etiam in urbanis ædibus, si alio loco nequirent, saltem in tectis haberent. Seneca testis est variis locis. Casaub. Horat. epist. ad Fuscum,

Nempe inter varias nutritur silva columnas.

Tibul. quoque lib. 111. Eleg. 11.

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,

Aurataque fores, marmoreumque solium. Torrent.

Qualia sunt Capreis immanium belluarum. In Vet. Cod. est: Qualia sunt capita immanium belluarum, &c. F. Vrsin.

Quę dicuntur Gigantum ossa.] Multa de Phlegreis campis in Campania, ac re ibi cum gigantibus gesta, fabulantur: quę non aliunde videntur orta, quam quod eam regionem ob soli virtutem multi sibi certatim vendicarent. Strabo.

Ne toro quidem cubuisse ajunt nisi humili.] Veteres lecti alii erant non alti, in quos scansione simplici & scamno

ascendebant: alii altiores, in quos subfelliis conscendere oportebat: in alios duplicata scansione, hoc est gradibus, veniebatur. In lectis erant tori, quos alte suffultos habere & sublimes elegantia erat: prorsus ut hodie in quibusdam locis fieri cernimus: ubi culcitæ plumæ tantum palæ supponitur ut in altitudinem magnam assurgat torus. Tales AVgustus gravabatur, humilibus probabat. Casaub.

Veste non temere alia quam domestica usus est.] Vetus, atque heroicum fuit, ut vestibus muliebri, domesticoque opere factis summi viri uterentur. Valerius Flaccus de Castore & Polluce:

Illi Tanario pariter tremis ignea fuco
Purpura: quod gemina mater spectabile
tela

Duxit opus. —

Virgilius:

— Tyrioque ardebat murice lana
Demissa ex humeris, dives qua munera
Dido

Fecerat, & tenui telas discreverat auro.

Et Andromache apud eundem, Phrygiam chlamydem, quam dono dedit Ascanio, monumenta suarum manuum esse voluit. Sabell. Sic Alexander apud Curtium: Hanc vestem, quam indutus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus vides: nostris decipere me mores.

Tegis

que confecta: togis, neque restrictis neque fufis: clavo, nec lato nec angusto: calceamentis altiusculis, ut procerior quam erat, videretur. Et forensia autem, & calceos numquam non intra cubiculum habuit, ad
 74 subitos repentinosque casus parata. Convivabatur & assidue, nec umquam nisi recta: non sine magno ordinum hominumque delectu. Valerius Messalla tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo cæne, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeii classem. Ipse scribit invittasse se quendam, in cuius villa maneret, qui specu-

la-

Togis neque restrictis neque fufis.] Illæ erant præparatorum & μικρολόγων, hæ discinctorum & nepotum. Casaub.

Clavo nec lato nec angusto.] Caute accipe. annon enim lato clavo usus Augustus? Sane. sed ita ut purpuram ex qua clavus fiebat, supra modum non dilataret quorundam more, qui τὰ πλάττ' ἢ πορφύρας, ut Lucianus ait, sese apud vulgus venditabant. Horum respectu angusticlavius Augustus appellari potuit, qui tamen ratione inferioris ordinis laticlavius erat. In vita Alexandri Severi legere memini, mitissimum illum principem tunicis asemis vel macrocheris ex purpura non magna usum. Idem.

Et forensia autem & calceos numquam non intra cubiculum habuit.] Intra ædes, inque omni remissione raro togati calceative erant Romani. Antoninus Philosophus de se testatur libro 1. non solum se ἐν πολλῇ καὶ οἴκῳ περιπατεῖν, quod de toga accipio. Calceorum loco sumebantur soleæ viris, sceminis sandalia. Propterea σαρδάλια olim in nuptiis adhibita σύμβολον οἰκείας, ut docet Plutarchus in Quæst. Rom. Idem.

Nec umquam nisi recta.] Absolute Re-

cta pro recta cæna dixit. Ex sequentibus autem apparet, cur recta cæna dicta sit, nempe quod iusto ordine discumbentium exhiberetur tanquam rectum iustumque convivium: non ut sportula, quæ clientulis obiciebatur tanquam abjectis, & in nullo honore à divitibus habitis. Budæus.

Excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem.] Antelustinianum & editam ab eo Novellam LXXVIII. assertis in libertatem ac manumissis, alio actu legitimo opus fuit, quo iura ingenuitatis consequerentur, & natalibus restitueretur. Lege tit. Cod. De jure aureorum anulorum, & de natalibus restituendis. At dicta Novella conceditur omnibus libertinis ingenuitas, & jus aureorum anulorum & restitutio natalium. Menam ab Augusto in ingenuitatem fuisse assertum refert Appianus lib. Εμφυλ. v. sed obscuriuscule. Μλωόδωρον ἐλθόντα ἐλδύτηρον δίδυς ἀπέφηεν ἐξ ἀπελδύτηρος. Dio lib. XLVIII. jure aureorum anulorum fuisse donatum scribit, quod minus erat quam restitui natalibus, ut continetur in disciplina juris. Casaub.

Speculator.] Vide Salmasium ad cap. XXVII. Sunt qui Spiculatores legant, quos pro principum satellitibus accipiunt,

lator suus olim fuisset. Convivia nonnumquam & serius inibat, & maturius relinquebat: cum conviva & cœnare inciperent prius quam ille discumberet, & permanerent digresso eo. Cœnam trinis ferculis, aut, cum abundantissime, senis, præbebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate. Nam & ad communionem sermonis tacentes vel submissim fabulantes provocabat, & aut acroamata, & histriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat, ac frequentissime aretalogos. Festos & solennes dies profusissime, nonnumquam joculariter tantum, celebrabat. Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem & aurum, & argentum: modo nummos omnis note, etiam veteres regios ac

pere-

piunt, & à spiculis, quæ gestant, appellatos volunt. Tacitus: *Dilapsis spiculatoribus, cætera colars non adspersata concionantem.*

Senis.] Quasi id quoque in tanta seculi luxuria parce fieret: sed Satyricus damnat quod septem ferculis recentiores cœnitarent. *Sabell.*

Ad communionem sermonis tacentes provocabat.] De Trajano Plinius: *Non tibi semper in medio cibus, semperque mensa communis? non ex convivio nostro mutua voluptas? non provocas reddisque sermones?*

Acroamata.] Latini scriptores hanc dictionem civitate Romana donaverunt, appellaveruntque acroamata festivas recitationes, ludicrasque narrationes. quod significat Cicero: *Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivio suspectantibus emblemata evellenda curavit.* Idem in oratione pro Sestio: *Ille ipse maxime ludus, non solum spectator, sed actor, & acroama.* *Beroald. Cod. Salinas. eromata. Acroma dicitur pro acroama,*

ut ἀκροατήριον pro ἀκροατήριον. Sed & apud Plutarchum Sympos. libro 1. κρημνῶν dici invenies ἀντὶ τῶ ἀντιμνημάτων.

Triviales ex circo ludios.] Vilissimi homines & ἀνέστοι, ut ludii, astrologi, conjectores, fanatici, πορὰ & similes, in circo morabantur. Inde est apud Cicero. *de circo pro vilis & abjectus.* *Casaub.*

Aretalogos.] Quod multa falsa de virtutibus suis prædicarēt ad risum tollendum, sic scurrarum quoddam genus appellatum. Tales & ὀμνηεῖται in veteribus Glossis: nam ὀμνηεῖται ἀντὶ τῶ ψαδιδῶν ponebant veteres, ut & ἡσιοδῶν. νεανιχὸς λόγος iidem quod ἀρεῖα λόγος. quid νεανιχὸν Græci appellant, notum est Græce peritis. *Paradoxos* etiam & *paradoxologos* ejusmodi mortales vocat scholiastes Juvenalis. *Salmasius.*

Profusissime.] Luxuriosius, & ultra præscriptum legis sumptuariæ. Potes etiam referre ad munera, quod profusus esset in dandis muneribus, sicut sequentia demonstrant. *Beroald.*

P

Veteris

*peregrinos : interdum nihil præter cilicia & spon-
gias, & rutabula, & forfices, atque alia id genus,
titulis obscuris & ambiguis. Solebat & inequalissi-
marum rerum sortes, & aversas tabularum pictu-
ras in convivio venditare : incertoque casu spem mer-*

CAN-

Veteres regios, ac peregrinos.] Qui Romanorum regum fuerint intelligo, sola vetustate, non pretio æstimandos. siquidem, ut Plin. tradidit lib. xxxiii. cap. iii. Servius rex primus æs signavit, cum rudi antea uterentur. Argentum vero signatum A. V. C. dlxxxv. aurum post argentum annis lxxii. Quin & ligneos scorteosque nummos à Numma Pompilio divisos fuisse populo Romano pro congiario legimus. peregrini autem, quales Darii, Philippi, Sicli, Tetradragma, Victoriatus, ex Illyrico advectus, necdum lege Clodia percussus, de quo Plin. jam dicto cap. iii. lib. xxxiii. Hujusmodi autem nummi loco mercis interdum vendebantur, ut nunc quoque vetusta numismata, qua de re Ulpian. lib. ix. Ad leg. Corneliam de falsis, & titulus De veteris numismatis potestate Cod. Justin. lib. ii. Torrent.

Cilicia.] Cicero in iii. Verr. coria, cilicia, saccos. Cilicia sunt texta de pilis in castrorum usum atque nautarum. Asconius.

Spongiæ.] Peniculi spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ. Penes enim vocabantur caudæ. Festus. Cod. Salmaf. Spongiæ. Sic & Græci σφόγγη usurpant pro ἀρόση.

Rutabula.] Rutabulum est, quo rustici in proluendo igne panis coquendi gratia utuntur. Nævius obscœnam viri partem describens: vel que sperat se nupturam adolescentulo, ea licet senile tractet retritum rutabulum. Festus.

Titulis obscuris & ambiguis.] Puta super forfice scriptum erat. Edentulo datur: quia forfex est ὀδοντιζα, ei-

que utilis cui vitiosi dentes sunt. super spongia Lippo datur: quia spongiæ olim usus in effingenda oculorum lippitudine. vel sic, Pessime omnium affecto: quia medici πῶς τὰς κατὰ οὐχὸς aliaque spongia utebantur. cujus moris testes præter medicos Theodoretus Θεραπειὰν, lib. iiii. & Arrianus Diff. lib. i. cap. xi. alludere etiam potuit ad usum illum spongiæ longe foetidissimum & obscœnissimum, de quo Seneca epistola lxx. Super cilicio, Omnium frigidissimo: vel aliosissimo: aut hirsutissimo. super rutabulo, Optime vasato. Similibus titulis inscripta munuscula sorte dividebantur: inde cachinnorum materia in singulos, quasi talis esset quisque quale erat muneris elogium, quod sortito obtigerat. Casaub. Tituli hoc loco pro lemmatis accipiendi. Nam Xenia in Saturnalibus cum lemmatis & præscriptionibus suis mitti solita fuisse, docet Martialis. F. Vrsinus.

Solebat & inequalissimarum rerum sorteis.] Latini sorteis vocant res omnes quæ sorte dividuntur: hic ita appellantur etiam quæ joculariter vaneunt in auctione. Falluntur interpretes qui has sortes cum apophoretis confundunt, quæ gratis donabantur non venditabantur, ut fit ab istis in Augusto. Magis affines sunt illæ sortes convivales, de quibus Scribit Lampridius in tam ridiculo illo quam tetro monstro Heliogabalo. Casaub.

Vel frustrari.] Decipere: quando scilicet mercabantur magno id, quod pretiosum esse existimabant, & deinde apparebat contemptibile, & nugatorium. Beroald.

Ita

antium vel frustrari vel explere: ita ut per singulos lectos licitatio fieret, & seu jactura seu lucrum communicaretur. Cibi (nam ne hoc quidem omiserim) 76 minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum, & ficos virides biferas maxime appetebat: vescebaturque & ante cœnam, quocumque tempore & loco stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt, Nos in esedo panem & palmulas gustavimus.

Ita ut per singulos lectos licitatio fieret.] tur, vel buxeis formis exprimitur.

Alii, per singulos lotros, non lectos, itemque paulo post, comistaretur, pro communicaretur. Et mirum ni id rectum sit: Lotri, inquam, semigræca voce, pro lotionibus: cujus generis voces plures in usu vulgi, nec Suetonio alibi sprete, aut si emendatio adhibenda, legam, per singulos lotus. Hac mente, ut quoties mutarentur fercula & manus lavarent (usitatum id docui 11. Saturnalium) licitatio ista ex intervallo fieret, & quemque bona sua aut mala fors cum fide comitaretur. Lipsius.

Cibi minimi atque vulgaris.] Pulchre ad Theodosium Latinus Pacatus: An quis ferret moleste, ad principis semet modum coerceri? aut subtractum sibi de privata luxuria, quum videret imperatorem rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viventem, medico & castrensi cibo jejunia longa solantem?

Caseus bubulum manu pressum.] Erat caseus manupressus non multum diversus, ut videtur, ab eo quem minima forma faciunt apud Gallos Allobrogas, & tomas vocant veteri voce pro τῶμος. Casaub. Columella libro VII. cap. VIII. Illa vero notissima est ratio faciendi casei, quem dicimus manu pressum. Namque is paulum gelatus in mulstra dum est tepesactus, rescinditur, & fervente aqua persusus, vel manu figura-

Ficos virides biferas.] Biferæ dicuntur arbores, quæ quotannis fructum bis ferunt. Scribit Plinius in decimosexto biferas ficos esse, & caprificos triferas. Fici vires juvenum augent, senibus meliorem valerudinem faciunt, minusque rugarum: corpus, & vires adjuvant. Ob id anteaathletæ hoc cibo pascebantur. Beroald. Veritam Liviam, ne Agrippæ imperium traderet Augustus, ficus quasdam in arboribus adhuc pendentes, quas Augustus sua manu decerptas comedere consuevisset, veneno inunxisset, eique medicatas carpendas obtulisset, ipsam non unctas comedisse ferunt. Dio Cassius.

Quocumque tempore & loco stomachus desiderasset.] De Persis eleganter Marcellinus, micnique venter est velut solarium, eoque monente quod incidere, editur, nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit cibos.

Palmulas gustavimus.] Palmulæ sunt palmæ fructus, qui Græcis βάλανοι dicuntur. Isidorus nomen generale statuit Dactylos, quorum tres differentias nominibus distinctas exponit, palmulas myrobalanis similes, Thebaicos, & Nucales, sive κερυαλίς. Palmulas vocat, quas Plinius palmas. Dioscorides Φόβινα, id est, palmulam in Ægypto nasci tradit, & esse περιμεφίροντα τῆν μυροβαλάνω. Salmasius.

mus. *Et iterum*, Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinae comedi. *Et rursus*, Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi, qui in balineo demum post horam primam noctis duas buccas manduca-

ca-

Ex regia domum.] Regiam Numæ intelligit Beroald. Sabellicus Regis sacrorum, seu Sacrificuli domum. Ego, cum eadem sit, utrique assentior. Sed & de Regia Numæ loquitur Horat. libro primo Od. 11. cum ait,

*Ire dejectum monumenta regis,
Templaque Vesta.*

Torrent. In VIII. regione fuit regia Numæ, alias curia Pompiliana, in qua sacrarium erat Opecontivæ. *Onuphr. Panvin.*

Acinis.] *Vva & βότρυς* totius fructus nomina sunt; qui partibus constat scapo, pediculo, acino sive grano, ut vocatur ab Ovidio, Columella, Scribonio. Acini partes sunt folliculus, succus, caro (qui & callus Plinio in uvis duracinis) fibræ sive *ives* & quædam veluti filamenta, (veteres, opinor floces vocabant) nucleus. Folliculum Græci *σέμφιλον* nominant; Plinius modo corium, modo corticem, interdum cutem. *Casaub.*

Vva duracina.] Poma quædam acinis constant, ut uvæ quæ pomorum generi contribuuntur: ex saltem quæ ad esum parantur. quæ *πεωξίμυς* Græci vocant. tales *duracinae* à duriore acino sic dictæ, ut Persica *duracina* à duriore carne. Notandum est, non solum de omnibus arboreis fructibus, qui modo edules essent, pomi nomen veteres usurpasse, sed etiam quidquid vice pomi manderetur, hac appellatione donasse. Ita boletos & tubera vocat *poma* Martialis. Vatro de R. R. lib. 1. cap. de pomis condendis, quomodo servanda sint rapa præcipit, quasi & rapa

poma sint. *Salmasius.*

Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat.] Sabbatis jejunasse Iudæos verum est, si sabbatum pro hebdomade accipiamus. Publicanus apud Lucam, *ἡστέρῃ δὲ τῆ σαββάτῃ*. Sin, ut solet, de septimo die hebdomadis, (qui dies etiam *ἡβδομῆς* dicitur Philoni & Iosepho) intelligamus, falsum omnino est. At Romani qui norant crebra ab iis usurpari jejunia, eum præcipua castimonia sabbatum ab iisdem celebrari viderent, ignari morum ejus gentis, istud sibi temere persuaserunt: Justinus l. xxxvi. *septimum diem more gentis Sabbatum appellatum, in omne ævum jejunio sacravit:* Tacitus paullo consideratius: *longam famem crebris adhuc jejniis satentur.* Meminerunt & poëtæ, & imprimis Petronius. *Casaub.* Non dissimile illud, quod, licet non Sabbatis ipsis, sed diebus tantum quibus jejunabant nudis pedibus incedebant, Juvenalis tamen Sat. vi. perinde ac si Sabbatis id facerent, ita scribit,

Observant ubi sexta mero pede Sabbata reges,

Et vetus indulget semibus clementia porcis.

Torrent.

Duas buccas.] Panes in quadras. quadras in buccas secabant. Inde *bucellatus* panis, qui ante *nauticus* vocabatur: vulgo *biscoctus*: Græci interpretantur *ξηρὸν ἄρτον*. Et videntur eo usi Christiani in suis xerophagiis, ut Tertullianus nominat: etsi scio non inde tantum dictas esse *τὰς ξηροφαγίας*.

A buc-

cavi prius quam ungui inciperem. *Ex hac inobservantia nonnumquam vel ante initum vel post dimissum convivium solus cœnitabat, cum pleno convivio nihil tangeret. Vini quoque natura parcissimus erat.* 77
Non amplius ter bibere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, rejiciebat. Et maxime delectatus est Rhetico, neque temere interdium bibit. Pro portione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactucule thyrsum, aut recens

aci-

A buccæ Græci vocem duxerunt *βυξ-
 xiζα*, quam de jentaculo usurparunt.
Casaub.

Prinſquam ungui inciperem.] Unguentis aliquando totum corpus perfundebant veteres: aliquando pedes: Curtius lib. vii. de Indorum rege: *demitis soleis odoribus illinuntur pedes.* quod de Atheniensium virginibus scribit Athenæus, & Plinius sub Othone principe Romanam pervenisse commemorat. *Os & caput uncta* indicat Cicero in Verrem. Vino mista & bibita Ælianus Var. lib. xii. sic capiendus Iuvenalis Sat. vi.

Cum persusa mero spirant unguenta Falerno.

Alii eo abusu eadem habebant, ut lavarentur toti in unguentis, ut Calligula, de quo in ejus vita cap. xxxvii. Multa ad hæc pertinentia habet Seneca, cujus unius verbis maximam Romani luxuriam partem, si ita usus posceret, exiguo labore describere posses. *Barthius.*

Ex hac inobservantia.] Interpretamur *inobservantiam*, indifferentem circa rationem victus animum; quæ contraria est morositati certis legibus adstrictæ. *Casaub.*

Senos sextantes.] Cum, quod lib. v. De asse Budæus docet, sextarius cujus dimidium hemina, xii. cyathos con-

tineat, sextans vero duos, seni sextantes, quos vel largissime sese invitans Augustus non excedebat, sextarium tantum faciebant. Similis Vopisci de Tacito Imperatore locus, *Fuit vita parcissimus, ita ut sextarium vini tota die nunquam potaverit.* Porro sextantes dixit Sueton. *ut trientes, quadrantes, quincentes, septantes, beses quoque & deunces de portatione Martial. & alii quasi tot cyathos dicas. Torrent.*

Rejiciebat.] Rejeçtabat: quo verbo usus est Spartianus, sic scribens in Antonino Pio: *Cum caseum Alpinum in cœna edidisset avidius, nocte rejeçtavit. Be-roald.*

Vel lactucule thyrsim.] Lactucæ Græci tria fecere genera: unum lati caulis: alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore & tempore satus genera discrevere. Omnibus est natura refrigeratrix, & ideo æstate gratæ stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici. *Plinius.* *Ουρεθ* hic est illud, quod in herbis virgulæ in modum confurgit.

Recens acidumve pomum.] Sane inter pomorum saporibus etiam acidum enumerat

78 *acidumve pomum succi vinosioris. Post cibum meridianum, ita ut vestitus calceatusque erat, relectis pedibus paullisper conquiescebat, opposita ad oculos manu. A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi donec residua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima*

merat Plin. mihi tamen *aridum* magis placet, ut recenti opponatur. Saporem enim satis exprimit, cum *succi vinosioris* dicit, qui acido & jucundior, & salubrior est. *Torrent.* Satyricus poeta:

— *Nec odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, ficcatum frigore postquam*

Autumnium, & crudi posuere pericula succi. Beroald.

Acidumve.] Cod. Salmaf. *Aridumve.*

Post cibum meridianum.] Atqui Festus in *Prandium, Meridianum* (inquit) *cibum cœnam* vocabant, cum Sueton. mox etiam cœnam ponat. Credendum igitur prandium, quo sobrie admodum ac parce utebantur Romani, Augustum tardius sumere consuevisse. *Torr.*

Ita ut vestitus calceatusque erat, relectis pedibus paullisper conquiescebat.] Antiquorum alii *diem inter otium & curas dividebant*, ut Seneca testatur, *De tranquillitate vitæ* lib. 1. Hi sex, septem horas negotiis tribuebant, reliquas otio & curæ corporis. Alii, inquit idem Seneca, *medio die interjungebant.* Isti peractis negotiis majoris momenti, circa meridiem cibum sumebant, sed leviter: deinde meridiabantur, ac paullisper conquiescebant: quod Græcis quoque *μεσημεριάζειν* dicitur: postmodum ad negotia redibant, sed quæ *levioris fere operæ erant*, ut idem Seneca loquitur. Alii diem totum curis impendebant: ut Philosophi, & qui occupationem vitam vivebant. Addit, *relectis pedibus*, quod nos interpretamur bene relectis & diligenter. sic solent meridiaturi pedes ut sint bene relecti curare. Nam in multis *τὸ re modo est ἐπιλα-*

πῆρὸν μέριον, modo σερηνόν. Casaubon.

A cœna se in lecticulam lucubratoriam recipiebat.] Mos observandus antiquorum, qui meditationi aut scriptioni operam daturi, in lectulis suis se componebant: cui rei parata erat hæc, quam vocat Suetonius *lecticulam lucubratoriam.* Seneca *Epist.* lxxii. *Quædam quæ possis & in cisis scribere, quædam lectum & otium & secretum desiderant.* Ovidius *Trist.* lib. 1.

Non hæc in nostris, ut quidam, scribimus hortis:

Nec consueve meum lectule corpus habes.

Eundem morem Græcis hominibus fuisse in scribendo & commentando, aliquot Aristophanis loca testantur. Quod autem scriptioni operam daturi in hujusmodi lecticulas se reciperent, causam aperit Galenus libro 111. *De usu partium*, non uno loco: significans scriptitasse illos non super mensis vel pluteis ut nos hodie: sed super femore collocata charta. Nec solum scripturi ad lecticulas se recipiebant; sed etiam audituri recitantem & scholam habentem magistrum. itaque in Platonis Protagora pars illius confessus *ἀνὴρ λαμβάνει τὸ βῆμα, pars τὸ κλιῖον.* Idem.

Lucubratoriam.] Sunt & lucubrationes rusticanæ, de quibus Columella in xii. *Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemque per antelucaniam lucubrationem.* Beroald.

Diurni actus.] Vide quæ notantur ad cap. lxiiv.

parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, cum plurimum, quam septem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset: lectoribus, aut fabulatoribus arcessitis, resumebat, producebatque ultra primam saepe lucem. Nec in tenebris vigilavit umquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii, vel sacri causa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscumque domesticorum cœnaculo manebat. Sic quoque saepe indigens somni, & dum per vicos deportaretur, & deposita lectica inter aliquas moras condormiebat. FORMA fuit eximia, & per omnes ætatis 79 gradus venustissima: quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid aut etiam scriberet. Vultu erat,

Si vel officii vel sacri causa maturius evigilandum esset.] Plaut. Pœnulo.

AN. Nimia nos socordia hodie tenuit.

AD. qua de obsecro.

AN. Quia non jam dudum ante lucem ad adem Veneris venimus,

Primæ ut inferremus ignem in aram.

Sic accipe sequentia post paullo verba de Atia matre AVGVSTI: qui locus cum isto collatus & dabit & accipiet mutuam lucem. Casaub.

Inter aliquas moras condormiebat.] Iuvenalis Sat. 111. de lecticæ usu,

Atque aliquid leget, aut scribet, vel dormiet intus.

Namque facit somnum clausa lectica fenestra. Torrent.

Per omnes gradus ætatis venustissima.]

Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem. Cicero.

Vultu tranquillo.] Vultus differt à facie, cum voluntatis significet affectum. Vultum sibi fingere multi possunt, formam nemo. Apuleius vultuosam faciem perquam eleganter appellavit, intelligi volens tristem, & amarulentam. Animadvertendum id, quod tradit Cicero in primo de Legibus, Græcos, quorum lingua uberrima est, nomen vultus non habere. Beroald.

erat, vel in sermone vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quominus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloqui proprius admissus, in precipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris: gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum submitteret: sed in senectâ sinistro minus vidit. Dentes raros & exiguos, & scabros: capillum leniter inflexum & sufflavum, supercilia conjuncta, mediocres aures: nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque: staturam brevem: (quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius

quin-

Oculos habuit claros ac nitidos.] Philoſopho oculi $\epsilon\lambda\pi\upsilon\upsilon\iota$ sunt indicium $\lambda\alpha\sigma\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ ἀναφίρε), inquit, ἐπὶ τῷ ἀλεκτερόνας καὶ κρόκατος. Plinius Augusto tribuit oculos glaucos & supra hominem albicantis magnitudinis: quos timiditatis esse indices Arist. ait. Casaub.

Dentes raros.] Aristoteles inter signa brevis vitæ ponit raros dentes. Plinius talia præscita vitæ vana esse existimat: miraturque, Aristotelem hoc genus prognostica prodidisse. Beroald.

Sufflavum.] In cultu & delitiis capillitium flavum fuit. Ideo molles & luxuriosi, quod natura negarat, ab arte petierunt. Iulius Capitolinus in Vero: Dicitur sane tantam habuisse curam flaventium capillorum, ut capiti auri ramenta respergeret, quo magis coma illuminata flavesceret. Similia Æ. Lampri-dius: Fuit capillo semper sucato & auri ramenti illuminato.

Supercilia conjuncta.] Qui carent inter-cilio, Græcis $\sigma\upsilon\omega\phi\rho\upsilon\varsigma$ dicuntur.

Latini eam partem etiam glabellam vocant. Martianus Capella lib. 11. Quarum una deosculata Philologia frontem illic ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas. Aristoteles ista forma homines pronuntiat $\delta\upsilon\sigma\omega\upsilon\iota\varsigma$. Casaub.

Et ab imo deductiorem.] Tenuem, $\lambda\epsilon\pi\theta\upsilon$. male interpretes depressum. Aristoteles, οὐ πῶν ῥίνα ἀπὸ καὶ λεπτῶν ἔχοντες ὀφθαλμοὺς. Idem.

Colorem inter aquilum candidumque.] Color quem intelligit Suetonius, est, nisi fallor, qualis in iis apparet quos solis æstus torruit, lingua vernacula vocat *basaneæ*. Marcellino, color oblividus. Aquilus color est fuscus & subniger. Ab aqua est nominatus. nam cum antiqui duos omnino naturales nossent, id est, album & nigrum: intervenerit autem is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua cum denominârunt, cujus incertus est color. Festus.

In memoriam eius.] Casaub. in m -
meria

quinque pedum & dodrantis fuisse tradit:) sed quæ commoditate & aequitate membrorum occuleretur: ut non nisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset. Corpore traditur maculoso, dispersis 80 per pectus atque alvum genitivis notis, in modum & ordinem ac numerum stellarum cælestis Vrsæ: sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque & vehementi strigilis usu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice, & femore, & crure sinistro, non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret: sed remedio harenarum atque harundinum

6077-

moria legendum esse conjicit. Sic alibi: *Augustus in memoria vitæ suæ.*

Dodrantis.] Novem unciarum. Inde porio est apud Ausonium nomine *dodra*, quoniam ex dodrante constat, hoc est, novem rebus. Fuerit igitur Augusti statura senum pedum, quarta unius pedis parte adempta.

Cælestis Vrsæ.] Vtrius, majoris an minoris, non exprimit.

Strigilis usu.] Strigiles, instrumenta sunt balnearia, à stringendo, quod radere significat, denominata. His enim sudorem in balneis, & sordes ex corpore distringebant. Hoc instrumentum in præsentia exolevit ab hominibus, translatum ad equos distringendos. Plinius in xxxviii. inter medicinas pendentes ab homine, & remedia, quæ ab ipso sibi præstari possunt, esse refert strigilum vehementiam. *Bevoald.*

Remedio harenarum.] Remedium harenarum varie accipi potest. vel enim de fomentis calidis affectæ parti admotis. sunt autem, ait Celsus lib. i. *fomenta calida, milium, sal, harena, quodlibet eorum calefactum, & in linteam coniectam.* Vel de ambulatione in alta harena. Hanc interpretationem amplectuntur eruditissimi viri, etiam me-

dici. Possumus tamen & de volutatione in harena calida, vel etiam littorali aut fluviali accipere. Hujus remedii plurima in libris veterum medicorum mentio: in multis enim morbis eutebantur. Symmachus contra podagram eo se usum scribit: ita enim accipi debent illius verba lib. viii. ep. xlv. apud Græcos medicos Ætium, Æginetam, alios, legas multa *ἄξι ψαμμοῦ (μὴ ἔγι ψαμμοχώρας.* Obseravimus, veteres in exercendo corpore etiam extra morbi necessitatem, volutasse se super candente harena, ut corpus ferendo calori assuefacerent: contra ut ad tolerandum frigus præpararent, vel in nive se versabant, vel statuas nive obductas nudi amplexabantur. *Casaub.*

Atque harundinum.] De remedio harundinum fortasse verum est quod avertinat Casaubonus, intelligendum esse id de quo Plinius ex Catone sub finem libri xvi. quæ adhibebantur luxatis membris. Coxendice, femore & crure sinistro non perinde valebat Augustus, & proinde claudicabat. Malum illud imbecilli femoris & cruris è coxendice, quem veluti laxatum habebat. Vetus interpres Juvenalis Exercitium sagittarum, quæ dicuntur harundines

confirmabatur. Dextra quoque manus digitum salutarem, tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturae admooveret. Questus est & de vesica, cujus dolore, calculis demum per urinam eiectis, levabatur. Graves & periculosas valitudines per omnem vitam aliquot expertus est: precipue Cantabria domita, cum etiam distillationibus jocipore vitiatto, ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus: auctore Antonio Musa. Quasdam & anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languebat: & initio veris precordiorum inflatione tentabatur: austrinis autem

tem-

Latinis, conjungit cum arenis, ut hic Suetonius. Sic enim Veteres Libri legunt: *propera stomachum laxare sagittis, ut exercitatione sagittarum digestioni, inquit, & harenis quibus vectari, stilum debere dicit, ob cibum futurum. Harundines passim sagittæ: Cur harundine fixit acuta, Martialis. Hæret lateri letalis harundo, Virgilius. Ipse etiam pedestris sermo sic utitur. Puto tamen illud remedium debere intelligi, de quo Plinius. Salmasius.*

Digitum salutarem.] Indicem alio nomine *salutarem* veteres vocitarunt. Martianus lib. de nuptiis Philologiae: *Quidam redimitus puer ad os compresso digito salutaris silentium commonebat. Existimo salutarem ideo dictum in primis hunc digitum, quoniam illo ori admo- to silentium suadebant. Sermoni autem parci, ut inquit eleganter & vere Plinius, multis de causis salutare est. Be- roald.*

Supplemento cornei circuli.] Tanquam digitale corneum conficeret pro ad-

miniculatore digiti imbecilli. Dicuntur enim digitalia, digitorum tegumenta. Idem.

Frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa.] Qui & *ψυχρολασίας* magnopere commendabat: de quibus ex Scaligero ad cap. LXIII.

Sub natalem.] Scribunt Plinius, & Valerius, quod Antipater Sidonius Poëta omnibus annis uno die natali tantum correptus febre, & eo consumptus sit satis longa senectæ. Natalis Augusti erat vigesimustertius dies Septembris: quod tempus autumnale est, morbis obnoxium, & pestiferum. Be- roald.

Precordiorum inflatione.] Præcordia vocamus uno nomine exta in homine, quia cordi prætendantur: ut interpretatur Plinius in XI. Cornelius Celsus videtur præcordia appellare, quæ Græci vocant *πυροχόνδρα*. Idem.

Austrinis tempestatibus.] Austrinæ tempestates πῆ Νόνα. Sic Boreales, πῆ

tempestatibus, gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora neque æstus facile tolerabat. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur: æstate

te

τὴ Βόρρα, ex nempe temporis constitutiones, quæ illo & illo vento flante fiunt. At nusquam τὴ ἰσπύρια aut τὴ ἰῶα commemorantur. Nam in antiquis Philosophorum & Medicorum scriptis & præcipue apud Aristotelem, ac Theophrastum, ad designandas tempestatum & aëris constitutiones quas venti faciunt, τὴ Βόρρα solum & τὴ νότια nominantur. ἐν τοῖς βορείοις, ἐν τοῖς νοτίοις, id est, flantibus Aquilonibus & Austris. Et diserte Aristoteles in Meteorologicis scripsit, occidentes flatus, quia frigidiores sunt, accedere Septentrionalibus, & Orientales. è contra ventorum spiritus, quia solent esse calidiores, in censum ac nomen Meridianorum cadere. *Salmasius.*

Cum pingui tunica.] Pingue pro crasso dixit: quomodo Cicero de Divinat. *Pingue & concretum est cælum.* Martialis:

Et pingues tunicas ferra secare potest.

Et Iuvenalis pingues lacernas munimenta togæ dixit. Huiusmodi autem pinguiorem togam fuisse eam, quam Lænam Romani appellavere, credibile est. Varro: *Lana quod de lana multa, duarum enim togarum instar.* Marc. Donatus.

Et subucula thorace laneo.] *Subucula*, viris fœminisque communis, sic dicta est, quod subrus gestetur. Varro. *Thoracem autem subucula intelligo quatenus ea pectus tegitur.* Male igitur qui *subucula & thorace* legunt. *Torrentius.*

Et feminalibus, & tibialibus muniebatur.] Illis vocibus non intelligunt veteres Latini id quod hodie appellamus femoralia & tibialia, sed fascias quibus antiqui, pedes, tibias, crura & femora

sive femina involvebant. Nostras enim braccas non fuisse Græcis Latinisque in usu, eo probamus, quod in cultu Græcorum & Romanorum, brevior veste amicti, eas partes ostenderent, quæ honeste nominari non possunt. Item quod in mentione τὴ ἀπὸ κρημνολυσιῶν ὄντων, vestis semper κρημνέλας καὶ ἀνέλας dicitur: Hebræi honestissime tegere pedes. Herodianus in Macrino, εἰς εὐδὴν τὴ μνηρῶν καὶ ἑλκῶν. Usus primus harum fasciarum fuit in ægrotis & imbecillibus, à quibus sumserunt postea homines delicati & molles. Pedules fascias Græci πεπιζίδας appellarunt, crurales περοκελίδας. quas tamen etiam à puellis fuisse gestatas ex Menandro annotat Iulius Pollux, & ex Horatio nobis constat. Alibi docuimus sero veteres calceamentis assuevisse: cum per longa sæcula nudis pedibus, nisi cogeret necessitas, egissent. At posteaquam in frequenti usu calcei cœperunt esse: paulatim etiam pedules atque crurales fasciæ sunt assumptæ. Temporibus Dionis Chrysostomi qui Trajano imperante vixit, fascias adhuc mediocris fortunæ homines ignorabant. Sed braccarum usum ita averſati sunt Græci Romanique, ut non sine indignatione referat Ovidius, Ponti accolæ quosdam braccas gestasse cum essent Græcis oriundi: existimabant enim inclementissimi cœli id esse argumentum. Non tamen dubitamus, paullo post Augusti tempora, braccis cepisse assuescere Romanos, qui bella cum Germanis aliisque septentrionalibus populis gerebant, aut limites Imperii in illis oris tuebantur. *Casaub.*

In

te apertis cubiculi foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur. Itinera lectica, & noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. Ac si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lavandi raritate. Ungebatur enim saepius, & sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua vel sole multo calefacta. At quoties nervorum causa, ma-

ri-

In peristylio.] In atrii parte quam è re peristylum dicebant. Adi sis annotata ad cap. xxix. & Vitruvium l. vi. cap. iv.

Saliente aqua.] Simili artificio & theatra refrigerarunt: ejusque rei primus auctor Pompeius Magnus. Valerius Maximus lib. ii. Eo etiam spectat Circi irrigatio. Casaub.

Atque etiam ventilante aliquo cubabat.] Erant flabella elegantiorum, sive muscaria, pavonina, ut Martialis indicat. Ut plurimum flabella erant è pennis inter se colligatis in unum fasciculum. quare Euripides appellat *ἑὺπαιγῆ κύκλον πλέμων*, & notat morem esse Barbaricum è Phrygia ad Græcos allatum. Porro qui molliores erant, præsertim autem virgines delicatæ, iis non cubantibus tantum ventilatores aderant, sed etiam incedentibus per urbem servi cum flabellis simul & umbellis latuè cingebant. Dionysius Hal. lib. vii. Idem.

Petasatus.] Petasus, à *πέσσυραι*, pileus est viatorius solem defendens: Apulejus *pilei umbraculum* vocat.

Sub divo.] Subdiales ambulationes, & pavimenta subdialia à Plinio nuncupantur quæ Græci *ἰπάγγρας* vocant.

Celsus in primo: *Melior est ambulatio sub dio, quam in porticu: melior, si caput patitur in sole, quam in umbra.* Beroald.

Ut Praeneste vel Tibur biduo procederet.] Hac ratione stadia centum indies conficiebat: nam Praeneste stadiis cc. Roma distat, nec multo minus Tibur. Casaub.

In primis lavandi raritate.] Celsus, aliique veteres Medici, ita faciendum præcipiunt iis qui nervorum dolore laborant, ut Augustus. Nunquam autem fere difficilius obsequentes ægrotos habuere olim Medici, quam ubi imperata erat balneorum abstinentia, ut ipsorum libri testantur: quæ causa est, cur hoc Suetonius notet. Idem.

Sudabat.] In balneo. Ut autor est Vitruvius in v. Laconia, & sudationes conjungendæ sunt tepidario. Erant enim loca ad sudorem è corpore ducendum accommodata, quæ alio nomine sudatoria nuncupantur. Beroald.

Perfundebatur egelida aqua.] Cellæ tepidariæ folio insidebat, & tepida perfundebatur. *Perfundi aqua,* Hippocrati dicitur, *περικλύδην λεῖαν.* Nihil pertinet ad eam capitis perfusionem aqua frigida, quam tot locis tam diligenter commendat Celsus. Casaub.

Mari-

rinis, Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat, manus ad pedes alternis jaçtaret. Exercitationes campestris equorum & armorum statim post civilia bella omisit: & ad pilam primo folliculumque transiit: mox nihil aliud quam vectabatur & deambulabat: ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, sestertio vel lodicula involutus. *Ani-*

Marinis.] Celsus: Si tumor nullus est, calidis somentis opus est: a quam marinam vel muriam duram fervefacere oportet: deinde in petrem conijcere, & cum jam homo pati potest, pedes demittere.

Albulisque calidis.] Albulæ aquæ sulfureæ, ergo & calidæ. Nullæ enim sulfureæ nisi calentes. Quod experientia ubique terrarum ostendit, & res ipsa docet. Martialis:

Canaque sulfureis Albulæ fumat aquis. Crudas tamen alio loco idem appellat: Crudarum nebula quod Albularum. Quæ appellatio videtur calori non suffragari. Plinius lib. xxxi. cap. 11. Albulæ aquæ vulneribus medentur. Egelidæ hæc, sed Cutilia in Sabinis gelidissima. Vox Egelidum & pro tepido ponitur, & pro frigido. Utroque sensu usurpavit Ovidius hoc versu:

Egelidum Boream, Egelidumque Notum. Notus tepidus, frigidus Boreas, uterque egelidus, si egelidus utrumque significat. Clare Strabo gelidas facit Albulas. Plures ibi fontes esse ait hoc nomine. Fortassean alii ex his frigidi, alii tepidi. Non possum aliter conciliare. Salmastius.

Ad pilam folliculumque.] Non quod follis pila non sit sic loquitur, sed cum pila absolute dicimus, pusilla illa intelligitur, de cujus ludo Galen. scripsit. Campestris vero exercitationes appellat quæ in campo Martio fiebant, ut Ner. cap. x. Torrent. Folliculus est pila spiritum intentæ, Martialis:

— mitis mihi convenit atas, Folle decet pueros ludere, folle senes. Sabellicus.

Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret.] Hoc est, cum levi saltatione curreret: nam veterum Asclepiadarum divina solertia, quæ ambulatio cuique morbo conveniret subtilissime vestigaverat. Itaque alium jubebant per plana, alium per clivosa, alium brevioribus spatiis, alium longioribus ambulare: quosdam contento cursu, quosdam leni, nonnullos subfiliendo: sic ut duo vel tria exercitationis genera miscerent, ambulationem, cursum, saltum. Hujus porro, (saltum dico) species multæ: in longum: in altum familiaris sive fullonius, ut Seneca appellat epistola xv. Erant & aliæ præcæ innúmeræ ambulationum species, quarum Hippocrates secundo & tertio De diætâ, Oribasius libro vi. aliique medici passim meminerunt. Casaub.

Sestertio vel lodicula involutus.] Qui in campo se vel gymnasio exercebant, cætera nudi, τῶν αἰδῶν campestri tegebant: aut si corpore infirmiore erant, gausapam vel pallam, vel lodiculam, vel sabana sumebant. Itaque plurimus horum usus fuit in gymnasiis & balneis. In libris Medicorum multa hujus moris mentio: qui etiam docent, in eum usum adhiberi solitas vestes potissimum ἀγυράριος, quæ fullonis arte non essent pollitæ. Ac fuere in hunc usum linteamina quædam dicta posteriori-

nimi laxandi causa, modo piscabatur hamo: modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, precipue Mauros & Syros. Nam pumilos, atque distortos, & omneis generis ejusdem, ut ludibria

rioribus Hebræis, Græcis ac Latinis *sabana*. Casaub. Legendum hoc loco *segestrio*. Cujacius. Varro de vita P. R. Hoc, quod injicitur, *toral* dicitur: lecticam qui involvebant, *Segestria* appellabant. De *segestri* Lucillius:

Penula, si quaris, canterim, servu, segestre,

Utilius mihi quam sapiens.

Erat enim *teges*, quæ à *segetibus* (ut vult Varro) quod ex eis fieret, dicta fuit. Postea factam esse ex pellibus testatur Plautus apud Porphyrionem. Certe *σίζασπον* pelles significat. Et nostrum *dormio* ἀπό τῆς δερμῶτων nam *dermio* veteres dicebant. *Ios. Scal.*

Ludere ocellatis.] Subaudendum *calculis*. Immo *ocellati* pro *ocelli*, ut *matulata* pro *matula*. Sunt autem *ocellati* calculi in formam ocelli facti, vel oculi modo lucentes. Ita littorales lapillos oculi specie nitentes dixerunt. Græcis *Nympharum* oculi. Vocabantur *capillati* & *umbilici* iidem, quod *umbilici* figuram præferrent, ac velut oculi pupula lucentes. *Salmasius.*

Cum pueris minutis quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, precipue Mauros & Syros.] Istos Latini *delitias* vocant, non quos nequissimi Græci *παυδίον* non enim semper idem sunt, puer delicatus & *delitia*. Apud Ieremiam Prophetam capite xxxi. *עַיִן עַיִן* Hieronymus vertit, *puer delicatus*. Græci *παυδίον* ἐν τρυφῶν. videturque Prophetam ad *delitias* hoc genus alludere. De his loquitur Seneca lib. ii. de tranquillitate vitæ. *Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acunt & sub magistro*

habent. *Matronæ nobiles his solitæ otium suum oblectare.* Dio lib. lxxiii. de nuptiis Augusti & Livie loquens, *παυδίον ἢ τῶν ψιθύρων οἷα αἱ γυναικῆς γυμνά, αἷς πλήθῃ, αἰθύρασι περιφροσι.* Quod ait Dio nudos solitos haberi, intellige nudos à veste, nam alias multo auro gemmisque exornabantur. *Casaubon.*

Nam pumilos.] Inter ministeria magnatum, nani & nanæ semper fuerunt. Fuerunt autem *pumili* non solum natura, sed & cura atque institutione. *Mangones* enim ut efficerent nanos, conclusos alebant in arca pueros & faciis revinctos. Vide Longinum *ἐν ὑψῶς. Idem.*

Distortos & omnes generis ejusdem.] Postea luxus invexit consuetudinem querendi *distortos* & quocunque modo prodigiosis corporibus insignes. Hi maxime placebant & in pretio erant. Quintil. declamat. cxcviii. item institut. lib. ii. cap. v. Appellatione *distortorum* continentur & *spadones*. Et affines istis naturæ ludibriis, *ἀνθρώποις ὅτε ἀνθρώποις*, ut appellantur ab Athæneo, sunt fatui quos jam olim proceres domi alere soliti, sapientibus eo nomine reprehensi. Seneca epistola l. *Idem.*

Ut ludibria natura malique ominis abhorrebat.] Exhibuit tamen adolescentulum Lucium bipedali minorem, librarum septendecim ac vocis immensæ. supra cap. xliiii. At quæ male ominari credebantur, ea eripere potius oculis hominum studebant. Quod de *androgyne* ex Livio constat. *Schilidius.*

Nisi

nature malique ominis, abhorrebat. ELOQVENS-84
 TIAM studiaque liberalia ab ætate prima & cupide
 & laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta
 mole rerum, & legisse & scripsisse & declamasse quo-
 tidie traditur. Nam deinceps neque in senatu, neque
 apud populum, neque apud milites locutus est um-
 quam, nisi meditata & composita oratione: quamvis
 non deficeret ad subita, extemporali facultate. Ac
 ne periculum memoria adiret, aut in ediscendo tem-
 pus absumeret: instituit recitare omnia. Sermones
 quoque cum singulis, etiam cum Livia sua graviores,
 non nisi in scriptis, & è libello habebat: ne plus mi-
 nusve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci &
 proprio quodam oris sono: dabatque assidue phonasco
 operam: sed nonnumquam infirmatis faucibus, præ-
 conis voce ad populum concionatus est. Multa va- 85
 rii generis prosa oratione composuit, ex quibus non-
 nulla in cœtu familiarium, velut in auditorio recita-
 vit: sicut Rescripta Bruto de Catone. *Quæ volumi-
 na*

Nisi meditata & composita oratione.]
 Imo etiam è libello nonnumquam ha-
 bebat: ut elegantissimam illam apud
 Dionem lib. 111. quam, de deponen-
 do imperio, in Senatu dixit.

Deficeret.] Cod. Salmas. deficeretur.

*Ac ne periculum memoria adiret, aut
 in ediscendo tempus absumeret, instituit
 recitare omnia.]* Recitare igitur est de
 scripto pronunciare. Plinius Ep. xvii.
 lib. vii. *At horum recitatio usu jam
 recepta est: num ergo culpandus est ille
 qui cœpit? quamquam orationes quoque &
 nostri quidam & Græci lectitaverunt.
 Idem Plinio lectitare quod recitare.
 Infra cap. lxxxix. Recitantes benigne
 & patienter audivit: nec tantum carmina
 & historias, sed & dialogos. Nempe*

minus usu recepta ac minus probata
 erat orationum & dialogorum recita-
 tio, quam carminum & historiarum.
 Id quod Plinii quoque tempore obti-
 nuisse, eadem epistola fidem facit.
Schildius.

Dabatque assidue phonasco operam.]
 Phonasci qui fuerint, discere licet ex
 Varrone, cujus hi versiculi apud No-
 nium exstant:

*Phonascus sum, vocisque suscitabunum,
 Cantantiumque gallus gallinaceus.*

Ita enim lego, cum hætenus scriptum
 fuerit Phonicia, vel Fœnicia. Pro vocis
 etiam rescribo vocisque, ut sit versus
 Iambicus. *Boxhornius.*

Rescripta.] Nomen est operis con-
 diti ab Augusto: in quo rescribebat
 Bruto

na cum jam senior ex magna parte legisset, fatigatus, Tiberio tradidit perlegenda. Item Hortationes ad philosophiam: & aliqua De vita sua, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra exposuit. Poëticam summam attigit. Unus liber exstat scriptus ab eo hexametris versibus, cuius & argumentum & titulus est, Sicilia. Exstat alter aequè modicus Epigrammatum, quæ fere tempore balinei meditabatur. Nam tragœdiam magno impetu exorsus, non succedente stylo, abolevit: quærentibusque amicis quidnam Ajax ageret? respondit, Ajacem suum in spongiam incubuisse. Genus eloquendi secutus est elegans & tempe-

ra-

Bruto ad ea quæ ille scripserat de Catone Utricensi. Fuit autem Cato Bruti avunculus idemque focer. *Beroald.*

De vita sua.] Sic & Tiberius commentarium de vita sua scripsit. Inf. Tib. cap. 211. & Domit. cap. 22. Scripsit & Claudius de vita sua octo volumina. Inf. Claud. cap. 211. Idem Hadrianus, M. Aurelius. & Septimius Severus factitarunt, si Spartiano, & Lampridio credimus. Nam de Augusto testatur etiam Vlpian. l. 1. De cadaveribus punitorum his verbis, *Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis eorum neganda non sunt, & id se observasse Divus Augustus lib. x. de vita sua scribit.* Sed & Macer I. C. leg. duodecima De re militari, verba ex Disciplina Augusti citat. Ut præter opera hic commemorata De disciplina quoque militari scripsisse videatur. *Torrent.* Etiam libros Epistolarum Augusti existisse, Gellius, Quintilianus & Macrobius indicant.

Poëticam summam attigit.] Sic, panis summam fermentatus, apud Marcellum Empiricum. Glossarium, ἀρτοποιός, summam, carptim. Casaubonus. Capite LXXXIX. plane poematum

quoque non imperitus.

Sicilia.] Scripsit forte id opusculum in memoriam rerum ab ipso gestarum in Sicilia adversus Sextum Pompeium, quo Siciliae descriptio continebatur. *Beroald.*

Quæ fere tempore balinei meditabatur.] Ita soliti nonnumquam veteres. Plinius Junior Ep. XIV. lib. 17. *Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros: quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cœnam oblectamus otium temporis.* At de avunculo idem Ep. 7. lib. 111. *In secessu solam balinei tempus studiis eximebatur, quum dico balinei, de interioribus loquor: nam dum dicitur dicitur tergiturque, audiebat aliquid aut dicebat.*

In spongiam.] Augustus significare volens se spongia deletili delevisse Ajacem, suam tragœdiam, dixit festiviter, *Ajacem in spongiam incubuisse:* alludens ad Ajacis obitum, qui gladio incubuit, furore in mortem præcipitatus, cum superatus fuisset ab Ulyssæ in armorum judicio. *Beroald.*

Elegans & temperatum.] In D. Augusti Epistolis elegantia orationis, neque morosa, neque anxiosa, sed facilis, hercle & simplex. Gellius, Augusti prom-

vatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, ut ipse dicit, foetoribus. Præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere. quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque præpositiones verbis addere, neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos & antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit. Exagitabat nonnumquam in primis Mæcenatem suum, cuius $\mu\upsilon\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$, ut ait, cinnos usquequaque persequitur, & imitando per jo-

CUM

Augusti prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tacit.

Cacozelos.] Κακὸζήλον, id est, mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arcessita, & exultantia, sub idem nomen cadunt. Denique κακὸζήλον vocatur, quidquid est ultra virtutem, quoties ingenium iudicio caret, & specie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum pessimum. Nam cætera cum vitentur, hoc petitur. Quintilianus.

Antiquarios.] Molestius culpatusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam vulgata & sordentia. Nova autem videri dico etiam ea, quæ sunt inusitata & desita, tametsi sunt vetusta. Est adeo id vitium plerumque seræ eruditionis, quam Græci $\beta\iota\upsilon\gamma\alpha\sigma\iota\alpha\upsilon$ appellant: ut quod nunquam didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando cœperis, magnificas quo in loco cumque & quacunque in re dicere. Gellius.

Exagitabat nonnumquam Mæcenatem suum.] Magni ingenii vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si non etiam in oratione dif-

flueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam, & errantem, & licentiæ plenam. Mæcenas in cultu suo: *Anne silvisque ripa comantibus, vides ut alveum linteribus arent, versoque rado remi iciant hortos? Quid si quis fœmina cirro crispata labris columbat? incipitque suspirans, & cervice lapsa sanatur. Seneca.*

Cuius $\mu\upsilon\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$, ut ait, cinnos usquequaque persequitur.] Falluntur interpretes, qui verba Suetonii ita accipiunt, quasi in oratione Mæcenatis vocem Græcam $\mu\upsilon\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$ reprehenderit: nam contra ea voce ipse Augustus more suo usus est, ad exprimendum genus dicendi Mæcenatis. Solens, inquam, fecit more suo Augustus, quod Græco verbo uteretur. Casaub. $\mu\upsilon\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$, id est, unguentis delibutos.

Et imitando per jocum irridet.] Augustus quia Mæcenatem suum noverat esse stylo remisso, molli & dissoluto, talem se in epistolis quas ad eum scribebat, sæpius exhibebat: & contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistola ad Mæcenatem familiari, plura in jocos effusus subtexnit: Vale mel genumenum Medullis,

Q

dullis,

cum irridet. Sed nec Tiberio parcit & exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium, ut insanum, increpat: quasi ea scribentem quæ mirentur potius homines quam intelligant. Deinde ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addidit hæc, Tuque dubitas Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis quæ C. Sallustius excerpfit ex originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam ne moleste scribas aut loquaris. *Quotidiano sermone quadam*

dullia, ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilnorum smaragde, jaspis sigulorum, berylle Porfenna, carbunculum Italia, καὶ ἴνα σιωπῆμα πάντα, μεγαλαψυγα mæcharum. Macrobius.

Sed nec Tiberio parcit.] Hunc nempe ut antiquarium, Mæcenatem ut κακοζήλον reprehendens. Torrent.

Tuque dubitas Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi.] Cimber hic ille est rhetor antiquarius in quem lusit Virgilius epigrammate eo quod hodieque extat in Catalectis. Veranium quendam laudant sæpe Festus, Macrobius, alii, in explanatione verborum antiquorum. illi non male conveniat quod hic de eo Augustus innuit. Lepidissime vero Augustus irridet Antonium, deliberare eum dicens, utrum debeat ad imitandum sibi proponere Cimbrum Annumve, an Asiaticos oratores: cum & horum & illorum diverso genere vitiosa sit ἡ ἰδέα τῆς λόγῳ. quare neutrum horum in deliberationem venire

debut. Casaub.

Excerpfit ex Or. Cat.] Sallustius priscorum, Catonisque verborum fuit affectator, ideoque hoc epigrammate noto incessitur:

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe Jugurthina conditor historia.

Sed de Originibus Catonis sic inquit Marc. Tullius in Bruto: Iam vero Origines ejus, quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? Beroald.

An potius Asiaticorum oratorum.] Antonius in Græcia & corpus ad militares labores, & linguam ad dicendum exercitationibus instruxit: æmulatus est autem Asiaticum dicendi genus, maxime tum florens, vitæque ejus fastuosæ & inflatæ, ac inani elatione, inconstantique ambitione plenæ consentaneum. Plutarchus.

Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans.] Hæc est Agrippina M. Vipsanii Agrippæ & Julix filia, Augusti neptis. Hujus Agrippinæ ex Cæsare Germanico filia fuit altera Agrippina Claudii uxor, Augusti vero proneptis non neptis. Casaub.

Ad

dam frequentius & notabiliter usurpasse eum, litteræ ipsius autographæ ostentant. In quibus identidem cum aliquos numquam soluturos significare vult, Ad Kalendas Græcas soluturos ait: & cum hortatur ferenda esse præsentia, qualiacumque sint, Contenti simus hoc Catone: & ad exprimendam festinatæ rei velocitatem, Velocius quam asparagi coquantur. Ponit assidue & pro stulto, baceolum: & pro pullo, pul-

Ad Kalendas Græcas.] Per contrarium non ineleganter ita dicere possemus. Ad neomenias Latinas. Beroald.
Contenti simus hoc Catone.] Qui seculum suum vituperabant, dicere soliti, Jam nullus Cato. nam Cato non hominis nomen, sed ipsius virtutis esse, propter ejus viri præstantiam, videbatur. AVgustus vero qui tales voces non nimis libenter audiebat, quando aliquos non sapientissimos & quorum mores non probatissimi, vel in senatum legebat, vel senatui, aut tribubus commendabat, dicere solebat, Contenti simus hoc Catone. Idem dictum postea ab eo in epistolis ad alia quoque translatum, ceptumque usurpari, quoties, ut ait Suetonius, hortari voluit ferenda esse præsentia, qualiacumque sint. Eadem sententia proverbii Græci, ἀν μὴ παρῆ κρία τῷ πείχῳ στερπέον. Casaubon. Non est intermittendus sermo Augusti, quem Catonis honori dedit. Venit forte in domum, in qua Cato habitaverat, dein Strabone in adulationem Cæsaris male existimante de Catonis pervicacia, ait: Quisquis præsentem statum civitatis commutari non volet, & civis, & vir bonus est. Satis serio & Catonem laudavit, & sibi, ne quis affectaret res novas, consuluit. Macrobius.

Velocius quam asparagi coquantur.] Nempe asparagi summa, priusquam durecant, leviter coquantur, tantum ut cruditas absit. Dicitur autem aspa-

ragus, quod qui sunt in his præcipui, non feruntur, ut Athenæus dixit. Confine huic proverbio Ἀφύα ἐς πῦρ Aphya ad ignem, apud eundem Athenæum. Nam Aphya piscis genus molle ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur, Erasmus.

Et pro stulto baceolum.] Non est rejicienda lectio plurium exemplarium, baceolum. In ore infantium frequens vocula est ba vel bat aut bad. Inde multæ voces fiēt per ὀνοματοποιίαν, partim ad exprimendam infantiam, partim ad alia vitia denotanda pueritiæ affinia. Hujus generis sunt apud Græcos βάζειν, βαβάζειν & βάβαξ ὁ φλύαρος, ut exponunt veteres grammatici: item βαμβάειν, & Bambalio apud Ciceronem: & βάρτιον, unde βατιολογία & βατιαρίζειν. Inde ergo vox AVgusti baceolus vel à βάρταλον licentius, ut à principe deducta: vel nata in cælo Romano, aut ab ipso AVgusto conficta per μιμήσειν, vel ab aliquo veteri comico: nam & Nævius ab eadem origine buttubata pro nugatoriis posuit. vide Festum. Sunt & in lingua Gallica similiter ὀνοματοποιημένα voces, badin, babouin, baneur, banard, aliarque. Casaub.

Pro pullo pulleiacum.] Probo pulleiacum pro pullum, ut de colore intelligatur. Sed fortasse melius scriberetur pullaceum. Alioquin si pulleiacum

pulleiaceum: & pro cerito, vacerosum: & vapidese habere, pro male: & betiffare, pro languere: quod vulgo lachaniffare dicitur. Item simus, pro sumus: & domos genitivo casu singulari, pro domus. Nec unquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet. Notavi & in chirographo ejus illa præcipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versus abundantes litteras in alterum transfert: sed ibidem statim subjicit, circumducitque. Orthographiam, id est, formulam rationemque scriben-

tem legatur, non abhorreremus ab eorum sententia, qui pulleium legunt. Sic enim pulleiaceum pro pulleio dixere, ut betaceum dixere pro beta. *Salmasius.*

Pro cerito.] Morticinus erat convicium in tetros exsanguis facie homines. Attici vocabant ejusmodi *ἀπαίεακός*. Et *Δημήτηρ ἡ αὐτὴ τῆς Ἐρῆς*. Latini id interpretati sunt *Cereritos*, postea *Cerritos*. *Ios. Scaliger.*

Vacerosus.] Vacerram Verrius & alii complures vocari dicunt stipitem, ad quem equos solebant religare. Atejus vero philologus maledictum hoc nomine significari magnæ acerbitatis, ut sit vecors & vesanus. *Festus.*

Et betiffare pro languere, quod vulgo lachaniffare dicitur.] Legitur in veteri Glossario vacillant *λαχανίζουσι, βαμβάινουσι*. *Casaub.* Catullus:

Languidiæ tenera cui pendens sicula beta.
Λάχανον olus, atque herbam omnem quæ edundo sit significat. De quo ad Horat. l. i. Sat. v. i. *lachanique catinum*. Et sane *Languidum* pro molli atque effœminato dici sæpius observavi. *Torr.* In V. C. *Betizare* & *lachanizare*, quod non improbo, ut *colaphizare*. Et notandum quod ait *Isidorus*, ante Augusti tempora γ & ζ non fuisse in usu apud Romanos. Ergo ante Augustum dicebant Latini

Lachaniffare, à *λαχανίζουσι*, ut *Comassari* à *καμασίζουσι*, *Pitiffare* à *πιτίζουσι*. Sub Augusto receperunt litteram Græcam ζ, & dicere cœperunt, *lachanizare*, *colaphizare*, & similia. *Salmasius.*

Non dividit verba, nec ab extrema parte versus abundantes litteras in alterum transfert: sed ibidem statim subjicit, circumducitque.] Exemplo, ex Augusti epistola deprompto, res clarior fiet: *Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jugimus. Lusimus enim per omnes (eunde dies, forumque aleatorium calescimus. Frater tuus magnis clamoribus rem (mus. gessit, &c.* Hæc vera est Augusti scriptura, quæ cum verbis Suetonii, & iis, quæ ex Ancyrano monumento alibi producimur, omnino congruit. A consuetudine enim vulgo in scribendo recepta, & nobis adhuc retenta, recessit Augustus, ac contrariam plane viam ingressus est. Vulgo à fine versus ad alterius initium abundantes litteras transferre mos erat. Ea divisio immanis, & nimia, & lectoribus molesta visa Augusto, ac iccirco improbata est. Ipse vero eisdem illis litteris statim ibidem in fine versus sequentis locum fecit, atque ita eas circumduxit, ut à reliquis non divisæ aut avulsæ, sed cum iis quam proxime coherere viderentur. *Boxhorn.*

Legato

bendi à grammaticis institutam, non adeo custodit: ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur, existiment. Nam quod sæpe non litteras modo sed syllabas aut permutat aut præterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi & indocto, cujus manu ixi pro ipsi scriptum animadvertit. Quoties autem per notas scribit, b, pro a: c, pro b, ac deinceps eadem ratione sequentes litteras ponit. pro z autem duplex aa. NE Græcarum quidem disciplinarum levio-⁸⁹re studio tenebatur: in quibus & ipsis præstabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem jam grandem natu, Apolloniam quoque secum ab urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione varia repletus Sphæ-
ri,

[Legato consulari.] Aut qui sub consule erat, aut, quod magis placet, qui consulem provinciam vicario nomine administrabat. Sabell.

[Cujus manu ixi pro ipsi scriptum animadvertit.] Severe quidem Augustus: sed tamen quid isti in mentem venerat ut x pro ps scriberet? an fuit insanus novitatis amor? nam ad AVgusti fere tempora ignorata x litera fuit, si fides Isidoro: quod etsi merito suspectum: tamen inter legitimas litteras Romanas à plenisque tum non habitam certum est. Varro, Litterarum partim sunt & dicuntur ut A & B, partim dicuntur & non sunt ut H & X: partim sunt neque dicuntur ut Φ, Ψ. Ideo, ut Victorinus ait, Nigidius in suis libris ea littera non usus, antiquitatem sequens. Casaub.

[b pro a.] Sic, cum vertex scribere vellet, hæc litterarum structura sequebatur: x f s u f y. At Cæsar Iulius quartam elementorum litteram, id est,

d pro a & perinde reliquas commutavit. Ei vertex sic scribendum fuit: x h u x h a a, si modo & ipse, finito semel Alphabeto, litteras geminavit. vide in ejus vita caput LVI.

[Magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno.] Pergamus Apollodoro Rhetore clara est, qui artis præcepta conscripsit, & scæta Apollodoreæ autor fuit, si qua tamen ea est. Maxime extulit eum amicitia Augusti Cæsaris, quem dicendi arte instituit. Strabo.

[Eruditione varia repletus Sphæri.] Legendum ex vestigiis veteris codicis, eruditione varia repletus, ut Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii & Nicænoris contubernium. Nam membranz non habent, iniiit. Et Sphærus ille philosophus nihil ad Augustum. Salmasius.

[Arei philosophi.] Magna hunc existimatione in Augusta domo fuisse, patet ex illis Seneczæ verbis, in Consol. ad

ri, *Arci philosophi, filiorumque ejus Dionysii & Nicanoris contubernium inuit: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comædia veteri, & saepe eam exhibuit publicis spectaculis. In evolvendis utriusque linguae auctoribus, nihil aequè sectabatur quam præcepta & exempla publice vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos & senatui recitavit & populo notos per edictum saepe fecit: ut orationes Q. Metelli, De prole augenda, & Ru-*

Marciam: Livia se consolendam Arci philosopho viri sui praeiit, & multum eam rem profuisse sibi confessa est, plus quam pop. Rom. quem volebat tristem tristitia sua facere: plus quam Augustum, qui subducto altero adminiculo titubabat, nec luctu suorum inclinandus erat. Deinceps orationem repræsentat, quam apud Augustam habuisse eum, consentaneum putat.

Delectabatur etiam comædia veteri.] Divinitus ab Aristotele dictum est, partem turpitudinis esse, id quod est ridiculum: ὅτι τὸ γελοῖον μὲν εἶναι & αἰσχρὸν ἐστίν. Propterea in veteri comædia, dicta inusitata & obscœna, cavillationes bonorum, singulorum contumeliæ, imitatio vel factis vel verbis, sententia perversa, ideoque inexpectata, risum maxime expressit. Cujus segetem largissimam Aristophanes supeditat. Qui non modo Plautum sed quoscunque hac in parte superavit, & plenissime omnes ἑ γελοῖς figuras ex-

pressit. Novæ autem rex & princeps fuit Menander, cujus expressa effigies est Terentius. Heinsius.

*Eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos.] Hæc fuit olim consuetudo virorum magnorum, qui in rebus agendis ea exercebant, quæ prius in umbra & otio legerant, & didicerant. Hujusmodi tabellis, qualem etiam Polybius Demetrio Seleuci F. fugam ex urbe meditantem, atque in ipso rei articulo cessantem, increpitorum misit, Græci πικάνικα vocant: estque ea vox non infrequens in libris prudentum, & aliorum scriptorum Græcorum ac Latinorum. Petronius Arbiter: *Statim allata sunt amphora vitrea diligenter gypsata: quarum in cervicibus pistacia erant affixa cum hoc titulo. FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. Casaubon.**

Q. Metelli de prole augenda.] Q. Metellus censor censuit; ut ducere uxores omnes omnino cogerentur liberorum crean-

tiliū, De modo ædificiorum: quo magis persuaderet, utramque rem non à se primo animadvertam, sed antiquis jam tunc curæ fuisse: Ingenia seculi sui omnibus modis fovit. Recitantes & benigne & patienter audiuit: nec tantum carmina & historias, sed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis offendebatur: admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum

COM-

creandorum causa: extat oratio ejus, quam AVgustus Cæsar cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in senatu recitavit. Florus.

Rutilii.] P. Rutilius Rufus est ex veteribus Jurisconsultis, P. Mucii discipulus, qui consul fuit cum M. Manilio, & Aſiæ proconsul, ut est in l. 11. D. de origine jur. vel si Asconio credimus in Divin. Aſiæ proconsulis quaestor, aut legatus, ut scribit Livius l. 100. Hic etiam Rutilius rerum Romanarum historiam scripsit, auctoribus Athenæo & Vellejo. Scripsit & de vita sua libros aliquot, quorum sæpe auctoritate Charisius utitur, & oratores complures. Eujacium.

De modo ædificiorum.] Trajanus, si Sex. Aurelio credimus, ad pedes LX. reduxit. Ulpianus l. r. De operis novæ nunciatione, scribit si quid contra leges edictave Principum quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiat, novum opus nunciari posse. Adde & Plinium l. xxxv. cap. xiiii. Torrent. Augustus, ut ruinæ caverentur, edixit ne novum ullum ædificium ad viam publicam factum ultra lxx. pedes attolleretur. Strabo.

Ingenia seculi sui omnibus modis fovit.] Ad Trajanum (sæpe enim hunc cum Augusto comparamus) Plinius: Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? ut sub te spiritum & sanguinem & patriam receperunt studia, quæ priorum temporum

immanitas exiliis puniebat, quom sibi vitiorum omnium conscius princeps, inimicas vitis artes non odio magis, quam reverentia relegaret.

Recitantes.] Sicut olim Virgilium recitantem aliquot Æneidos libros benigne una cum Octavia sorore audivisse fertur. Beroald.

Sed & orationes & dialogos.] Adi, si lubet, ad cap. lxxxiv.

Nisi & serio, & à præstantissimis offendebatur.] Norat hunc animum Cæsar's Ovidius, cum caneret,

Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,

Non caret è nostris ullus honore liber.

Idem poëta alibi factum suum defendit, quasi excusatione opus esset, quod toties AVgusti laudes attingeret, Ipse pater patriæ (quid enim civilis illo)

Sustinet in nostro carmine sæpe legi.

Nec prohibere potest: quia res est publica Cæsar,

Et de communi pars queque nostra bono est.

Casaubon.

Nomen suum commissionibus obsoleſcere.] Committere est duos, pluresve incertamen conjicere. Nec solum de athletis, aut gladiatoribus, sed de mimis etiam, oratoribusque, ac poëtis dicitur. Et nove quidem, sed venuste Ulpianus lege 1. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, cum arietes vel boves commisissent, absolute,

Q 4

pro

90 *commissionibus obsolefieri. CIRCA RELIGIO-*
NES talem accepimus. Tonitrua & fulgura paullo in-
firmius expavescebat: ut semper & ubique pellem vi-
tuli marini circumferret, pro remedio: atque ad
omnem majoris tempestatis suspicionem, in abditum
& concameratum locum se reciperet: consternatus
olim per nocturnum iter transcursu fulguris, ut supra
 91 *diximus. SOMNIA neque sua, neque aliena de se*
negligeat. Philippensi acie quamvis statuisset non
egredi tabernaculo, propter valitudinem: egressus est

1a-

pro concertassent. Hinc ergo *commis-*
siones apud Plinium lib. 11. cap. VII.
 ac Suetonium hic. monitos enim ab
 Augusto Praetores scribit ne super iis
 quae ad ipsum pertinerent poetarum teme-
 re committerentur. Simile verbum
componere. Unde *compositiones gladiato-*
rum apud Ciceronem lib. 11. epist.
Torrent. Committebant autem, vel in
 loco privato, hoc est, in auditorio.
 Vel in loco publico, puta oedeo, thea-
 tro, amphitheatro, basilicarum ali-
 qua, vel Atrio libertatis, aut simi-
 libus locis. De his commissionibus
 loquitur Tranquillus, maxime de iis
 quae in theatro vel amphitheatro: nam
 haec sunt quae pertinuerunt ad curam
 Praetoris qui ludis praerant. Observan-
 dum est commissiones opponi à Suetonio
 seriis scriptis. Sic prorsus in Plinii
 Panegyrico commissionibus seria car-
 mina opponuntur. *Casaub.*

Circa religiones talem accepimus.] Re-
 ligio Latinis dicitur & ἱπνοξία, sive
 pietas, & ὀπίεια, sive meticulosa ob-
 servatio eorum quae à diis praedici vi-
 debantur. De AVgusti pietate erga deos
 indicavit supra cum de ejus pontificatu
 scriberet. nunc de ejusdem ὀπίεια, sive
 superstitione agit. *Idem.*

Circa religiones.] Cod. Salmaf. *rele-*
giones, & ita semper. Cicero religionem
 dictam volebat à relegendo, teste La-

stantio Divin. Institut. libro 1 v. capi-
 te XXVIII.

Vt semper & ubique pellem vituli ma-
rini circumferret.] Magicae hujus vani-
 tatis & persuasionis ineptae, quae o-
 lim mentes omnium tenuit, testes praeter
 Plinium & Spartianum in Severo,
 Plutarchus Symposiac. libro v. pro-
 blemat. 1 x. ubi eadem vis inesse & fi-
 cis traditur. Geoponicorum auctor li-
 bro 1. cap. de grandine, & in simillimo
 argumento Palladius lib. 1. cap. xxxv.
Casaub.

Abditum & concameratum locum.] Duo
 cod. *concavernatum*. Verbum qui-
 dem insolens, sed non indignum Sue-
 tonio, & rei de qua agit aptissimum.
 sic enim de fulmine Plin. l. 11. c. 1 v.
neque unquam quinque altius pedibus de-
scendit in terram. Ideo pavidi altiores
specus tutissimos putant. *Torrent.*

Vt supra diximus.] Cap. XXI x.

Neque aliena de se negligebat.] Sic o-
 lim solitum fieri ab hominibus super-
 stitiosis: non enim tantum ad sua so-
 mnia attendebant: sed etiam aliena de
 se. Ex ea superstitione ortus mos, ut
 qui de re publica aliquid somniassent,
 id fusque deque non haberent, sed no-
 tum omnibus facerent, vel praconis
 voce, vel proposito pittacio, quo id
 contineretur. Qua de re Artemidorus
 lib. 1. cap. 11. *Casaub.*

Amici

tamen amici somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris, lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse per omne ver, plurima, & formidolosissima, & vana, & irrita videbat: reliquo tempore varia, & minus vana. Cum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Iovi assidue frequentaret, somniavit queri Capitolinum Iovem, cultores sibi abduci, seque respondisse; Tonantem pro janitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimivit, quod ea fere januis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, ca-

vam

Amici somnio territus.] Cornu, cui Brutus præerat, impulsis hostibus castra Cæsaris cepit. nam ipse Cæsar, etiam si infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico ne in castris remaneret, manifeste denunciatione quietis territo. *Vellejus.*

Cultores abduci.] Tanquam Augustus non amplius coleret Capitolinum Iovem, sed Tonantistantummodo cultor factus esset. *Beroald.*

Tonantem pro janitore.] Ac si Iupiter Tonans, cui ædem dedicaverat, loco janitoris foret Capitolino Iovi. Janitores autem more veterum catena vincti januam servabant: quod Tranquillus docet in libello de grammaticis & rhetoribus, scribens Volcærium ostiarium fuisse in catena more veterum. Et ab Ovidio dictum:

Janitor indigne longa religate catena.

Idem.

Tintinnabulis fastigium aedis redimivit, quod ea fere januis, &c.] Tintinnabula videbantur implere janitoris Tonantis officium, qui pro januis excubabat. *Beroald.* In ædibus magnatum amplis & spatiosis usus tintinnabulorum fuit. Dio ait illis usos τῆς ἐς σιωπῆ-

κίας ὑπὸ τῶν φυλάκων, hoc est, custodes insularum & vastarum ædium, quas habuere Romani proceres. *Glossarium, Insula νῆξ, σιωπικία* sed & ad alia utebantur. *Casaub.*

Cavam manum asses porrigentibus præbens.] Gestu plane & more mendicorum: ita enim oportuit ad exorandam Nemesim. Eam deam formidabant, ut comitem perpetuam rerum lætarum καὶ ὑπερόπλων. quare ut ejus tela effugerent, ipsi sibi propriæ felicitatis quasi cumulum diruebant. Multa Plutarchus de hac veterum opinione philosophatur, & in Camillo, & in Emilio Paulo, & in Apophtegmat. & alibi. Propterea quæ supra modum læta erant, ea rerum tristissimarum mentione temperabant: sic triumphantibus à tergo astabat in eodem curru servus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis & amplitudinis sustinebat, & simul attendere triumphantem ad ultimi supplicii instrumenta cœtui appensa jubebat. Non alia ratio est cur AVGVSTUS Urbis & Orbis dominus mendici personam semel in anno assumeret. Ideo notat Suetonius de ca-

va manū. Item Dio, ὡς ἐ μὲν τῶν.

Q 5

Homi-

92 *vam manum asses porrigentibus præbens. AVSPICIA* quædam & omina pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero, induceretur, ut dirum: si terra marive ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset, ut latum, maturique & prosperi reditus. Sed & ostentis præcipue movebatur. Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluvium deorum Penatium transtulit: utque coalesceret, magno opere cu-

ra-

Hominibus liberis & honestis cavare manum etiam cum aliquid acciperent probro vertebatur. Et Ruffini præfecti prætorio Orientis sub Honorio, manus post ejus eadem per novam Romam, ita formata ludibrii causa, est circumlata. Et de avaritia Atheniensium extat proverbiale dictum Græcorum: *Ἦλὺ χεῖρ' ἰπιχὴ καὶ δ' ἀποθήσκων Ἀθηνῶν.* Atheniensis vel moriens cavat manum. Idem.

Auspicia, & omina.] Auspicia ad aves referuntur, quorum duo sunt genera: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos, scilicet volatus: ad aures, vox avium. Dicta autem sunt auspicia, quasi avium spicia: hoc est, ab avium inspectione: sicut auguria, quasi avium gurgia, ab avium garritu, & voce. Omnia vero ad voces hominum referuntur: quæ majores nostri, ut inquit Cicero, quia valere censebant, idcirco omnibus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. Beroald. Scripsit & Suetonius librum de ominosis verbis, ut Torrentius in dedicatione notarum suarum testatur.

Si mane sibi calceus.] Augustus levum prodidit sibi calceum inductum præpostere, quo die seditione militari prope afflictus est. Plinius.

Sed & ostentis movebatur.] Ostentam est, quod præter consuetudinem appa-

ret, veluti, si videatur cœlum ardere, aut spectrum aliquod se ostendat. *Portentum*, quod porro & diutius tendit, & futurum postea aliquid indicat. *Prodigium*, quodcunque ante prædicat. *Popma.*

In compluvium deorum penatium transtulit.] Penatium & Iarium sedes in privatis ædibus non una. colebantur maxime in foco: Item in cubiculo. Sæpe in aliqua parte atrii: puta in compluvio (quod videtur idem esse atque impluvium apud Vitruvium lib. vi. cap. 1111.) vel in porticu compluvio adjuncta. *Casaub.* Deorsum, quo impluebat, impluvium dictum: & sursum, qua compluebat, compluvium, utrumque à pluvia. *Varro.*

Deorum Penatium.] Romæ templum monstratur non procul à foro situm: ibi positæ sunt Trojanorum deorum imagines, cum inscriptione DENATES, quæ Penates significat. Prisci enim homines, quum P. nondum esset inventum, hujus literæ vim per D. mihi videntur expressisse. Sunt autem duo juvenes sedentes cum hastis, quas seorsum alter ab altero tenet, artificii antiqui opus. Ajunt Æneam, qui arcem Trojanam in suam potestatem redegerat, ex adytis sacra magnorum deorum (id est, penatium) & Palladium, quod adhuc supererat, abstulisse, secumque in Italiam deportasse. *Dionys. Halicarn.*

No

ravit. Apud insulam Capreas, veterrime ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo, adeo letatus est, ut eas cum republica Neapolitanorum permutaverit, Anaria data. Observabat & dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur: aut Nonis quidquam rei serie inchoaret: nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσφημία* nominis. Peregrinarum ceremoniarum, sicut veteres ac præceptas reverentissime coluit, ita ceteras contemptui habuit.

Nam-

Ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur.] Dies cujusque mensis dividebant Romani bifariam: erant Nonæ, Idus, Kalendæ. erant præterea nundinæ, ut in nostro mense hebdomades. Observatum autem est publico more, ut dies postridie Nonas, Idus, Kalendas, atri haberentur *ἀνιζόδοις ἀνεκδήμωτος*. quod docent nos præter veteres Grammaticos Ovidius, Livius, Plutarchus, alii. AVgusti vero propria superstitione fuit, ut etiam postridie nundinas diem haberet infaustum & inominatum. Quare? fortasse ab eventu, quia aliquoties erat expertus res postridie nundinas inceptas non vertisse bene: vel ad imitationem superioris observationis hoc ab eo excogitatum, ut est superstitione ingeniosa & solers. Videtur autem & nundinarum dies parum utilis rebus inchoandis habitus. Ideo quoties in Kalendas Ianuarias incidebant, intercalatione extra ordinem *συνέμεινον* illam pontifices declinabant. Causa ejus persuasionis fortasse fuit, similitudo nominum in diebus novendialibus (qui mortuis sacri erant, ideoque atri) & nundinalibus. Propter eandem rationem puto & nonas AVgustum in seriis rebus inchoandis devitasse: nam nonæ, nundinæ, & novendial indidem etsi diversa ratione dicuntur. *Casaub.*

Aut nonis quicquam rei serie inchoaret.] An quod Nonarum tutela deo careat, ut ait Ovidius, quum Idus Iovi, Kalendæ Junoni sacratæ sint? Illa autem *δυσφημία* nominis, etiam Maleventum, in Beneventum mutavit. *F. Ursin.*

Peregrinarum ceremoniarum.] Licet innumeræ gentes in urbem venerint, quibus omnino necesse est colere deos patrios ritu domestico, nulla tamen peregrina sacra hæc civitas est æmulata, ita ut publice ea sint recepta: sed etiam si qua sacra, oraculis jubentibus, in temp. introducuntur, suis ritibus cives ea colant, rejectis omnibus fabulosis superstitionibus. *Dionysius Halicarn.* Pulchre apud Livium lib. xxxix. Postumius consul oratione, qua Bacchanalium turpitudines exponit: *Quoties hoc patrum avorumque ætate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri viderent? sacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohibent? vaticinos libros conquirerent, comburentque? omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, abolerent?*

Veteres ac præceptas.] Quas jam mente atque animo vel ob aliorum præstantium virorum exempla, vel ob alias rationes præcepisset. *Torrent.* Supra cap. xxxi. *Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit.*

Nam-

Namque Athenis initiatus, cum postea Roma pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, dimisso concilio & corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra non modo in peragranda Ægypto paululum deflectere ad visendum Apin supersedit: sed & Cajum nepotem, quod Iudæam prætervehens, apud Hie-

Namque Athenis initiatus.] Satis constat, Hadrianum, M. Antoninum, aliosque principes, qui sibi hunc honorem deferri voluere, non diversis vicibus initia suscepisse, & in sacrarium intimum admissos esse, sed uno eodemque tempore utrisque participasse, τοῖς μουσικῆς καὶ τοῖς ἐποπῆικῆς. Non enim soli Demetrio hoc indulserunt Athenienses, τὸ ἄμφο μνηστῆρας καὶ ἐποπῆῶσιν. Salmasius.

De privilegio sacerdotum Atticæ Cereris.] Sacra Cereris summa majores nostri religione confici, cæremoniaque voluerunt: quæ cum essent assumpta de Græcia, & per Græcas semper curata sunt sacerdotes, & Græca omnia nominata: sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret, & faceret, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina & externa: mente domestica & civili precarentur. Cicero. Sacra pro civibus civem facere voluerunt, id est, Græcam, quæ sacrum illud faceret, jure civitatis donarunt.

Et quædam secretiora proponerentur.] Epopas ante quinquenniū instituunt, ut opinionem suspensio cognitionis ædificent, atque ita tantam majestatem exhibere videantur quantam præstulerunt cupiditatem. sequitur jam silentii officium, attente custoditur quod tarde invenitur. Cæterum tota in adytis divinitas, tot suspiria epoptarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis revelatur. Tertullianus.

Concilio.] Cod. Salm. consilio. Tib. c. xviii. nihil non de consilii sententia egit.

Sed & Cajum nepotem collaudavit.] Augustum aliter sensisse, neque ita à religione Iudæorum abhorruisse, cum alia plurima declarant; quæ de ejus in illam gentem indulgentia narrat Philo, & Iosephus: tum illud unice, quod legatione ad Caligulam refert idem ille Plato ἰσχυρίζων Διατάξασθαι ἐν τῶ ἰδίῳν θεοσέδων ἀνάγκῃ θυσίας ἐπιτελεῖς ὁλοκαύτως τῷ Ὑψίστῳ Θεῷ καὶ ἐκείνῳ ἡμίραν, καὶ καὶ μίχρη νυκτὶ ἐπιτελεῖνται. ἄρνας εἰσὶ δύο, καὶ ταύρων, τὰ ἱερῆα οἷς Καὶ σαρρ ἐφῆδρως τῷ βασιλεῖ. Casaub.

Quod Iudæam prætervehens, apud Hierosolymam non supplicasset.] Pessime de ipsa urbe Hierosolyma gentes opinabantur. Cicero pro L. Flacco: At Cn. Pompejus captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit. In primis hoc, ut multa alia sapienter, quod in tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obrectatorum non reliquit. Cæterum, de religione Iudæorum, identidem ethnicorum judicia variant. Plinius libro xiii, cap. iv. Iudæa gens, contumelia numinum insignis. At Tacitus, quasi dedita opera Romanos suos stultitiz damnaturus, sic scribit Histor. v. Iudæi mente sola, nunquam unquam intelligunt. Profanos, qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingunt. Summum illud & æternum, neque mutabile, neque interiturum. Idem hæc Tacitus profert, qui paullo post, Rex, inquit,

Hierosolymam non supplicasset, collaudavit. ET 94

QVONIAM ad hæc ventum est, non ab re fuerit subtexere quæ ei prius quam nasceretur, & ipso natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus, & perpetua felicitas sperari animadvertique posset. Velutis antiquitus tacta de cælo parte muri, responsum est, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitri, & tunc statim & postea sæpius pene ad exitium sui cum pop. Rom. belligeraverant, sero tandem documentis apparuit, ostentum illud, AVGVSTI potentiam portendisse. Auctor est Iulius Marathus, ante paucos, quam nasceretur menses, prodigium Roma factum publice, quo denuntiabatur regem pop. Rom. Naturam parturire: senatum exterritum censuisse ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gravidas uxores haberent, quo ad se quisque spem traheret, curasse ne senatusconsultum ad ærarium deferretur. In Asclepiadis Mendetis Θεολογικ-

μένων

inquit, Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare admixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est. Ita, dum publico favet errori, secum ipsa dissidet impietas. Schildius.

Tacta de cælo parte muri.] Nomina fulminum à Cæcina ponuntur ista. Ait esse postulatoria, monitoria, pestifera, fallacia, deprecanea, peremptoria, attestata, auterranea, obruta, regalia, hospitalia, auxiliaria. Regalia, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca: quorum significatio regnum civitati minatur. Seneca.

Pene ad exitium sui cum pop. Rom. belligeraverant.] In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum; & muri de-

cti, & senatus inde abductus: jusque trans Tiberim habitare: ut ejus qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset: nec priusquam ære persoluto, is qui cepisset extra vincula captum haberet. Livius. Pro Velitri, ut Livius, sic Cod. Salmat. habet Veliterni.

Regem pop. Rom. naturam parturire.] Idem è libris Sibyllinis creditum fuisse, & quidem eo nasciturum tempore quo Ægyptus in Romanorum potestatem venisset, probat certissimus auctor Cicero lib. 1. epist. ad Lentulum, & lib. 11. De divinar. Verum illum orbis terrarum Regem ac Dominum fuisse IESVM CHRISTVM, etiam adversariorum testimoniis convincitur. Torrent.

In Asclepiadis Mendetis Θεολογικ-μένων libris lego] Ægyptius is fuit ex

Ægy-

μένων libris lego, Atiam, cum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse: draconem repente irrepsisse ad eam, pauloque post egressum: illamque expergefactam quasi à concubitu mariti purificasse se: & statim in corpore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis: nec potuisse unquam eximi:

Ægyptiaco nomo sive præfectura, quæ ab urbe præcipua Mendete, Mendesia dicebatur. Erat quidem universa Ægyptiorum religio fœda, stulta & ridicula: sed enim nihil tota Ægypto monstruosius infamia Mendesium: qui hircum pro numine colentes, excellentissima forma mulieres illius libidini substernere soliti: atque ut prurigæ boni, cessantem lege naturæ bestiam, pro fidem hominum! contra naturam instigare. Nota res est ex Herodoto qui testis oculatus fuit, Pindaro, Strabone, Plutarchi Gryllo, Aristide rhetore, aliis. Hanc suorum irreligiosam religionem defendens Asclepiades in libris Θεολογικῶν, non usque adeo miram videri illam ἀθεμιτὸν μίξιν debere dicebat, cum ex tali concubitu ortos maximos viros historiæ testentur. In hoc album referebantur ab illo, cum ex fabulari historia multi, tum ex vera aut verum professæ Alexander, Scipio, & hic AVgustus. Libri ab Asclepiade scripti index ni fallor fuit Mendetis Θεολογικῶν. quasi aliquis Latine dixerit, De diis qui Mendete coluntur, & religionis eorum ritibus vel causis. Amant Græci librorum suorum titulos ita concipere, ut Artemidorus qui Γεογραφικῶν scripserat, Nicander Ἐπεροικῶν, & ante omnes Aristoteles qui Θεολογικῶν. Casaub.

Cum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset.] Factum mense Novembri anno V. C. DCXC. Sed cur media nocte in templum venit Atia? quia sa-

crorum publicorum causa interdum ita opus factum. Vide cap. LXXVIII. Censorinus: Romani à media nocte ad mediam noctem diem esse existimaverunt: indicio sunt sacra publica, & auspicia etiam magistratum: quorum si quid ante medium noctis est actum, diei qui præterit adscribitur: si quid autem post mediam noctem & ante lucem factum est, eo die gestum dicitur qui eam sequitur noctem. Fallitur qui de pervigilio quodam Apollinis hanc historiam interpretatur: ubi enim lectum Apollinem pervigilio cultum? præsertim apud Romanos qui nocturna sacra paucissima admiserunt, ἀγ-περνυχιας Græcorum, & nocturnas pervigilationes abominati, ut & Dionysius Halicarnass. fatetur in secunda historia, & Cicero scribit De legib. l. II. Sed demus fuisse aliquod pervigilium Apollinis, non tamen propterea concedam de eo hic agi. Non enim media nocte ut facit Atia, sed prima luce αὐτὴ λυχνῶν ἀφ᾽ ἑσπέρης, hora lucernari, ut vocat AVgustinus, in templum erat veniendum. Iam quid absurdius dici potest quam pervigilium fuisse, in quo matronæ aut omnes aut pleræque omnes dormiant? Casaub.

Purificasse se.] Concubitus polluit religionem: & ut ait Tibullus:

—→ Discedat ab aris

Cui tulit hesternæ gaudia nocte Venus.

Beroald.

Eximi.] Cod. Salmas. exigi.

Publicis balineis.] Publica & gratuita balnea XII. P. Victor agnoscit Romæ fuisse;

mi: adeo ut mox publicis balineis perpetuo abstinuerit: Augustum natum mense decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem Atia prius quam pareret, somniavit intestina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem terrarum & cæli ambitum. Somniavit & pater Octavius, utero Atia jubar solis exortum. Quo natus est die, cum de Catilinæ conjuratione ageretur in curia & Octavius ob uxoris puerperium serius adfuisse, nota ac vulgata res est, P. Nigidium comperita moræ causâ, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea cum per secreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara cæremonia de filio consu-

len-

fuisse; omitto alia publica, quæ meritoria licet agnominare. Sed ideo tam multa balnea Romæ, quia assidua lavatio, & quotidie de more lavabant, ituri jam ad cœnam. Hinc Artemidorus scripsit, balneum nihil aliud suo ævo fuisse, quam transitum ad cœnam: *Lipsius.*

Apollinis filium existimatum.] Imo & ipse sic credi voluit, ut sup. cap. lxx. Extant numismata argentea Augusti, in quorum parte averfa Apollo sedens. Ascriptum hinc inde, CÆSAR DIVI P. ut ambiguum sit Divine Iulii, an Apollinis, qui medius est inter verba, se filium dicat. Tam autem fuit Apollinis filius, quam Hammonis Alexander, aut Africanus Iovis. *Torrentius.*

Puerperium.] Puerperium tam à pueræ dicitur quam pueri partione. Pueras enim prisca dicebant, quas nunc puellas appellamus. Ex quo est illud Varro- nianum: *Properate vivere puera, quas finit atatula ludere, esse, amare, & Venereis tenere bigas.* *Beroald.*

P. Nigidium.] Vide, quæ ad cap. v. ex Dione Cassio produxi.

Horam partus.] Notationem horæ genitalis ἀποκοτόντι vocant, ut inquit Augustinus in v. de civit. Dei. Hinc illud Persianum Satyra vi.

*Geminos horoscope raro
Producis genio. —*

Hinc verbum horoscopare, quo utitur Manilius: & signa horoscopantia à Iulio Firmico dicta. *Beroald.*

Per secreta Thracia.] Capi potest, sicut illud Taciti: *Et hac quidem pars Suevorum in secretiora Germania porrigitur.* *Schildius.*

Liberi patris.] Liberi plures fuere. Nempe recentissimus, Cadmi ex Semele nepos: & antiquissimus, vini inventor, quem Noën esse credimus: & intermedii quidam. Sed in eo, cujus expeditionem Indicam poëtæ describunt, Moses expressus est. Nam uterque bimater, & forma præcellens: ac Nyssa sive Nisa libero inclyta, quia Sina, quæ trajectis litteris Nisa, celebris est lege illic data Mosi & Israëlitis. *Vossius.*

In Liberi patris luco.] Plinius lib. xii. *Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos, & in iis silentia ipsa*

lenti, idem affirmatum est à sacerdotibus: quod infuso super altaria mero, tantum flammæ emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad cælum usque ferretur: unigue olim omnino Magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliore, cum fulmine & sceptro, exuviisque Iovis Opt. Max. ac radiata corona super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum extat, repositus vespere in cunas à nutricula,

lo-

ipsa adoramus. Seneca ad Lucil. Ep. xli. Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum cæli densitate ramorum alios protegentium submovens: illa proceritas silvæ, & secretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam densa atque continua, fidem tibi numinis facit. Sed omnium pulcherrime de Germanis Tacitus: Lucos ac nemora consecrant, deorumque numinibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.

Infuso super altaria mero.] Proditum memoria est, Romulum nunquam vino in sacris, sed lacte libasse. Athenienses quoque Mnemosynæ, Auroræ, Soli, Lunæ & Vranæ, non vino, sed aqua melle diluta sacrificabant. Vbi vero in sacris vina libare diis necessum erat, ex Græca & imputata vite, seu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, vel immunditiæ polluta fuerat, aut juxta quam homo laqueo pependerat, quæque circumcisis vineis profluxerat, vina libare diis infautum erat. *Alex. ab Alexandro.*

Tantum flammæ emicuisset.] Simile Tiberio ostentum evenit, c. xliii. Felix nimirum flammæ effulgentis semper augurium, ut de Ser. Tullio dormiente, de L. Marcio concionante Livius

lib. i. & xxv. & Valer. Max. lib. i. cap. vi. tradiderunt, & de Q. Salvidiensio gregem pascente Dio. Torrentius.

Exuviisque Iovis Opt. Max.] Quales Romani triumphantibus dabant, togam pictam, tunicam palinatam. De quibus Livius lib. x. Juvenal. Sat. x. *In tunica Iovis, &c.* Super etiam (ne quis erret) pro ultivæ, aut præter dixit, quod alibi quoque occurrit. *Idem.*

Radiata corona.] Radiis distincta.

Super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus.] Curru per aërem invehì Iovem credebant, cum tonabat aut fulgurabat. Horat. lib. i. Od. xxxiv.

Plerumque per purum tonantes

Egit equos celeremque currum.

Ante currum autem Iovis censebant equos nivali candore junctos esse. *Turneb.* Triumphus Camilli omnem consuetum honorandi illius diei modum aliquantum excessit. maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invehens: parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum. Iovis solisque equis æquiparatum dictatorem, in religionem etiam trahentibus. *Livius.*

Nezantur

loco plano, postera luce non comparuit: & diu quaesitus, tandem in altissima turri repertus est, jacens contra Solis exortum. Cum primum fari cœpisset, in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit: atque ex eo negantur ibi rana coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ via, in nemore prandenti, ex improvise aquila panem ei è manu rapuit: & cum altissime volasset, rursus ex improvise leniter delapsa reddidit.

Q. Catulus post dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus somniavit: prima, Iovem Opt. Max. pratextatis compluribus circum aram ludentibus, unum secrevisse: atque in ejus sinum signum Reip. quod manu gestaret, reposuisse: at insequenti, animadvertisse se in gremio Capitolini Iovis eundem puerum: quem cum detrahi jussisset, prohibitum monitu Dei.

Negantur ibi rana coaxare.] Simile quid de Hercule, apud Rheginos quiescente, Solinus & Diodorus memorant.

Campana via.] A porta Cœlimontana incipit via Campana, cujus hinc Suetonius, & ista inscriptio meminit: HVIC. MONVMENTO. ITVS. ADITVS. AMBITVS. DEBETVR. EX. SENTENTIA. EROTIS. AVG. L. IVDICIS. A. VIA. CAMPANA. PVBLICA. Est autem Campana inter eas vias, quæ nomen suum à provinciis accepere: cum alia vel ab urbibus, ad quas deductæ erant, vel ab auctoribus, sint denominatæ. *Onuphr. Panvin.*

Rursus ex improvise delapsa leniter reddidit.] Tarquinio Prisco Romam cum uxore migranti, aquila suspensis demissa leniter alis pileum abstulit: superque carpentum cum magno clamore volitans, rursus velut ministerio divinitus missa, capiti apte reposuit: inde sublimis abiit: accepisse id augurium lata dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Etrusci, coelestium prodigiorum mu-

lier, excelsaque & alta sperare complexa virum jussisse. *Livius.*

In ejus sinum signum Reip. quod manu gestaret, reposuisse.] Dio sic vertit quasi legisset signum Roma. Ego signum reipublicæ interpreter, *δημοσίου σφραγίδα*, qua obsignari solita diplomata, & quæcumque alia Reip. nomine signabantur. Symbolum autem domini & potestatis est sigillum. Ideo soliti morientes anulum signatorum dare iis quibus plurimum vellent, ut de Alexandro narrant Diodorus & Curtius: vel quos hæredes instituissent, sicut est apud Valerium Max. Propterea Tiberio morienti anulus à Cajo adimitur. Interpretes aliorum hæc trahunt, quos non sequor. Quæ figura autem Reipub. id est, publicum signum fuerit, nisi si fuit ipsius Romæ imago, qualis in nummis sæpe videtur, nescio. *Cassaub.* Per signum Reip. intelligo Aquilam, quæ & legionum signum erat. *Sabellicus.*

Dei, tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. Ac die proximo obvium sibi AVgustum, cum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Iupiter compluribus prætectatis tutorem à se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset. M. Cicero C. Casarem in Capitolium profecutus, somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum, facie liberali, demissum caelo, catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Iovem flagellum tradidisse: deinde repente AVgusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Caesar ad sacrificandum acciverat, affirmavit ipsum esse cuius imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumentem virilem togam, tunica laticlavi resuta ex utraque parte, ad

pe-

Tanquam is ad tutelam Reip. educaretur.] Ea scilicet temporum facies, ea rei Romanae conditio futura erat, ut peritura respublica, nisi periret, videretur. Huc faciunt illa Taciti, initio I. Histor. Postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad unum conferri, pacis interfuit. item ista, initio I. Annal. Augustus cuncta discordiis civilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit. Schildius.

Ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset.] Consuetudo adorantium fuit, ut manu porrecta, & ad os relata, osculum labiis imprimerent. Qui adorant, inquit Hieronymus, solent deosculari manum, & capita submittere. Eum ritum obscure hic innuit Tranquillus. Casaubonus. Apulejus: Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manumque ad os relata, con-

suaviat. Non dissimile est quod libro xxviii. cap. 11. In adorando, inquit Plinius, dexteram ad osculum referimus. Aliud genus osculi quod $\chi\upsilon\tau\epsilon\alpha\sigma$, id est, ollam, vocabant Graeci, quo apprehensis auriculis, ut nunc quoque solent pueri, alter alterum osculabantur. De quo Pollux libro x. Torrent.

Eique Iovem flagellum tradidisse.] Hoc symbolo peritura libertas significatur: nam libera civitate civem Romanum virgis caedi nefas, nedum flagellis. Juvenalis ideo hac circumlocutione Iulium designat,

Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites.

Casaubonus.

Tunica laticlavi resuta ex utraque parte, ad pedes decidit.] Resutam ibi non est aliter exponere quam resibulatam, nodis scilicet solutis, quibus tenebatur

in

pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur, non aliud significare quam ut is ordo cuius insigne id esset, quandoque ei subjiceretur. Apud Mundam D. Julius castris locum capiens, cum silvam cederet, arborem palmæ repertam conservari, ut omen victoriæ, iussit: ex ea continuo enata soboles, adeo in paucis diebus adolevit, ut non equipararet modo matricem, verum etiam obtegeret, frequentareturque columbarum nidis: quamvis id avium genus duram & asperam frondem maxime vitet. Illo & precipue ostento motum Casarem ferunt, ne quem alium sibi succedere quam sororis nepotem vellet. In secessu Apollonia Theogenis Mathematici pergulam, comite Agrippa adscenderat: cum Agrippa, qui prior consulebat, magna, & pæne incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam,

in humeris ex utraq; parte, *ἡστὴ* enim fuit illa lati clavi tunica & *ῥαπτή* nam *ῥαπτή* & *συμπορητικὴ* eadem fuere; ex scilicet, quæ fibulis hoc est, *ῥαφαῖς* continebantur & stringebantur. Hinc *ῥαφίδα* *περόνη* exponunt Grammatici. Hesychius: *ῥαφίς*, *ῥαφίδης*, *περόνη*. Salmasius.

[*It non equipararet modo matricem.*] Matrix est arbor quæ fuit *ῥαπτή* Iulii Cæsaris patris, sicut ejus soboles Octavii filii. *Casaub.* Post Mundense prælium, eo loco quo pugnatum fuerat, germen palmæ enatum est. Id vero non Cæsari quidem, sed Octavio factum ostentum fuit, qui tunc cum Cæsare militabat, eratque futurum, ut ex ejus laboribus periculisque magnum splendorem consequeretur. *Dis Cass.*

[*Columbarum nidis.*] Augurium firmabat quod columbæ Veneri, à qua gens Julia per Æneam, sacra sunt, quodque columbæ nullæ in arboribus nidificant, præter palumbes, & quas

Livias vocant, & ne istæ quidem fronde dura & aspera, qualis palmæ est. *Torrentius.*

Virgil. *Æneid.* vi. de Ænea.

Vix ea satis erat, gemina quum forte columbæ

Ipsa sub ora viri caelo venere volantes,

Et viridi sedere solo: sum maximus heros

Maternas agnoscit aves.

[*Pergulam.*] Intelligi puto loca illa detecta, quæ in superiori domus parte ædificari solent. Quamvis & aliquando tegantur ab aliquibus. *Gallerius* vocant Galli. *Tertullianus*: *Cornacula in adicularum disposita formam, aliis atque aliis pergulis superstructis.* Quod vero in pergulis non solum artifices opera sua in propatulo haberent, verum etiam præceptores discipulos erudirent, constat ex *Suetonio*, ubi de *Cassicio Grammatico* scribit: *Deinde in pergula docuit.* Unde *Iul. Capitol.* & *Vopiscus* eleganti epitheto pergulas magistrales appellarunt. *Marc. Donatus.*

suam, nec velle edere, perseverabat, metu ac pudore ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix & cunctanter edita, exsiliivit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percussit. POST necem Caesaris, reverso ab Apollonia & ingrediente eo urbem, repente liquido ac puro sereno, circulus ad speciem cælestis arcus orbem Solis ambiit: ac subinde Juliae Caesaris filiae monumentum fulmine ictum est. Primo autem consulatu ei augurium

Thema.] Designat eo verbo situm stellarum, ac planetarum, ac si dixisset, cæli configurationem. Itaque cum nota Capricorni extat argenteus denarius ab ipso Augusto signatus. *F. Vrsinus.*

Nota.] Signo. Nam signum, quo nummi euduntur, notam vocamus. Plinius: *Nota argenti fuere biga: atque quadriga.* Argentum signatum est anno urbis DLXXXV. quinque annis ante primum Punicum bellum. *Beroaldus.* Nummos omnis nota, cap. LXXIII.

Capricorni.] Sol in eo signo obliquum incipit agere retrogressum, ibique fit brumale solstitium. Ob hoc existimat Macrobius Capricornum dici, quia capræ naturam videtur imitari, quæ dum pascitur, altum semper ab imo petit: ita & Sol in Capricorno incipit ab imis in alta remeare. Fabulam Capricorni cur sit inter sydera relatus, refert Hyginus. Præterea author est Iulius Firmicus in VIII. Matheseos, quod quicumque habuerit horoscopum in prima parte Capricorni, futurus sit Rex, aut Imperator. *Idem.* Vide, quæ à Scaligero disputantur ad cap. V.

Circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit.] Cum intraret urbem, Solis orbis super caput eius, curvatus æqualiter, rotundatusque in co-

lorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est. *Vellejus.* Notemus Suetonii accuratam dictionem, qui non arcum dixit, ut Dio & Zonaras *ἴεν*, sed *circulum ad speciem cælestis arcus.* neque enim arcus esse potuit, ut ex Meteorologicis Aristotelis & Olympiodoro constat. *Cassaubon.*

Augurium capienti.] Dionem sequor, qui factum hoc narrat primo die comitorum, quibus Augustus consulatum est adeptus: recte sine dubio & vere; non enim consuli Octavio, sed candidato consulatus hoc augurium apparuit. Atque hic vetus mos latet, ex prima antiquitate illustrandus. *Augurium capere* dicebantur candidati, cum nocte quæ comitia præcedebat, sub dio extra urbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco ei rei destinato expectarent, dum ipsis deus aliquis bonum signum mitteret: quod olim quidem vere solitum fieri, estque is mos à Romulo ipso traditus, divitissime in Rep. servatus: postea tantum umbra in usu remansit, re neglecta. planissime hæc omnia ita explicat Dionysius Halicarnassæus libro II. Visis auspiciis tollebant se ex templo ac surgebant. Unde sunt verba augurum *tollere se &*

rium capienti, duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt: & immolanti omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam leta per hæc & magna portendi. QVIN & bellorum omnium⁹⁶ eventus ante presensit. Contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens, duos corvos hinc & inde infestantes afflixit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, ac exitum presagiente. In Philippis, Thessalus quidam de futura victoria nuntiavit, auctore D. Cæsare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam sacrificio non litante, cum augeri hostias im-

pe-

se & ex templo, de quibus veteres. Ad ritum hunc refero verba hæc Festi lib. 111. *cubans auspicatur qui in lecto querit augurium.* Quod adjicit Dionysius de auguribus quos candidati interrogare soliti, lucem accipere ex iis debet quæ Festus notat in *silere*, & M. Tullius lib. 11. De divinat. ubi explicat quid sit in disciplina augurali *silentium*. Id enim successerat in locum eorum signorum, quæ prius fuisse divinitus data candidatis, veteres historiarum memorant. Quo magis advertit omnes augurium Octavio datum, quod non solum fuit verum, nec simulatum, ut erat tum moris, sed etiam magnificentum & plane regium. Idem.

Omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt.] *Omnium*, hoc est, duodecim. Dio, *δὲ τὰς τὴν ἑκάστην ἐν πῶτος ἰερείας διδύμας ἕως διπλῆν.* Ex eodem discimus *replicata extra & duplicia* idem esse. Ea semper habita sunt latissima, sive omnino essent replicata, sive tantum ex parte. Valerius Maximus libro 1.

Primæ hostia jecur sine capite inventum est: proxima, caput jocinoris duplex habuit. Sic & geminum fel leta portendebat. Plinius: *Geminum fel suil divo Augusto, quo die apud Actium vicit.* Casaubon. Divo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt, responsumque, duplicaturum intra annum imperium. Plinius.

Paruerunt.] Verbum augurum & Aruspicum erat. Virgilius *Æneid. x.* *Cui pecudum fibra, cæli cui sidera parent,*
Et lingue volucrum, & presagi fulminis ignes. Torrentius.

Aquila.] Per aquilam Augustum interpretati sunt, in cujus tabernaculo ales sederat: per corvos Lepidum & Antonium. Sabell.

Augeri hostias.] Moris erat, ut prima hostia non litante, altera, dein tertia, pluresve adhiberentur: & ita numerus hostiarum augeretur, donec litatum foret. Hinc legitur Paulum Æmiliam olim

R 3

sacrifi-

perasset: ac subita eruptione hostes omnem rei divinae apparatus abstulissent: constitit inter haruspices, quae periculosa & adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in illos recasura quae exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret, deambulanti in littore, piscis e mari exsiluit, & ad pedes jacuit. Apud Actium descendentem in aciem, asellus cum asinario occurrit: EVtychus, homini: bestia, Nicon, erat nomen. Vtriusque simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit. MORS quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis ostentis praecognita est. Cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit: transgressaque in vicinam adem, super nomen Agrippa, ad primam litteram

sacrificantem non litasse usque ad vigesimam hostiam: in vigesima vero prima apparuisse signa victoriam promittentia. Praeterea augeri hostiae dicuntur, quando immolantur adhibita mola. Unde & *maeta* appellantur, quasi magis auctae. *Beroald.*

Subita eruptione.] In simili casu quidam ex majoribus Octavii, *semicrudis exta rapta foco profecuit.* Cap. I.

Ad pedes jacuit.] Sunt & piscibus praescita in hac parte auguria. Siculo bello ambulante in littore Augusto, piscis e mari ad pedes ejus exiit: quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptare eum sibi, Sex. Pompejo repudiato. *Beroald.*

In quod castrorum suorum locum vertit.] Vide cap. XVIII.

Evidentissimis ostentis.] Vidimus non semel flammam ingentis pilae specie, quae tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa divi Augusti

excessum simile prodigium: vidimus cum de Sejano actum est: nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit. *Seneca.*

Lustrum conderet.] Singulis perfectis quinquenniis, per censores urbem lustrari solet, ove & tauro, aut verve, tauro & ariete, qui circumducebantur, quae Suovetaurilia vocantur, moris fuit. In quo fuit constitutum, ut mensis Februario, Februo (qui lustrationi praest) imprimis litarent: mox censor in magna ordinum frequentia deos, imperii praesides, solenni precatione advocaret, ut rem Romanam, urbes, templa, fines, aquas, perpetuo servarent incolumes, & prosperos successus darent: item, ut vota in sequens lustrum promitterent. *Alex. ab Alexandro.*

Ad primam litteram.] A, significatur, quae prima litera est in nomine Agrippa; per quam id ostentum ad Augustum

sedit: quo animadverso, vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se, quamquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscepturum quæ non esset soluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuae ejus prima nominis littera effluxit. Responsum est, centum solos dies posthac victurum, quem numerum C littera notaret: futurumque ut inter Deos referretur, quod ÆSAR, id est, reliqua pars è Caesaris nomine, Etrusca lingua Deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, & Beneventum usque profecuturus, cum interpellatores alii atque aliis causis in jure dicendo detinerent, exclamavit, (quod & ipsum mox inter omina relatum est) Non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romæ futurum. Atque itinere inchoato, Asturam perrexit: & inde,

pre-

stum referri interpretabantur, cujus quoque nomen ab a, incipit. Beroald.

Tiberium collegam suum.] Vide Tiberium cap. XXI.

Nuncupare iussit.] Vota quæ fiebant, concipi, suscipi, nuncupari dicebantur. Illud autem adnotatu dignum est, eos qui vota fecerant, reos voti, eorumque compotes factos, quoad promissa solvissent, damnatos voti appellatos. Brissonius.

Conscriptis paratisque jam tabulis.] Solebant veteres vota jam suscepta scriptis, subsignatisque tabulis confirmare, atque ipsas sæpe tabulas Deorum, quibus voverant, genibus cera affigere. Juvenalis Satyra X.

Ergo supervacua, aut perniciofa petuntur, Propter quæ fas est genua incerare Deorum.

Plinius Epistola ad Trajanum: *Sollennia vota pro incolunitate tua, qua publica salus continetur, & suscepimus, Domine,*

& solvimus, precati Deos ut velint ea semper solvi, semperque signari. Adde tot veterum numismatum inscriptiones, VOTA PUBLICA, VOTA SUSCEPTA, VOTA SOLVTA. Torrent.

Quod ÆSAR Etrusca lingua deus vocaretur.] Hesychius, Αἱ τοὶ θεοὶ ἰσθὸ Τυππλωῶν. Est vero Græcæ vox *asar*, Hetrusca terminatione formata. nam *αισρα* est fatum, id est, deus, qui fatorum auctor. & ita in libro De mundo. Casaub.

Inter omina.] Significanter loquutus: nam illud proprie augurium dici omen voluerunt, quod ore fit, velut *osmen*, sive *orem*: ut M. Varro & Festus tradiderunt. Beroald.

Asturam perrexit.] Haud longe à Terracina oppidum est Astura, & ejusdem cognominis fluvius. Servius.

Inde præter consuetudinem de nocte ad occasionem auræ erectus est.] Veterum

præter consuetudinem, de nocte ad occasionem auræ
 98 euectus est. Causam valitudinis contraxit ex proflu-
 vio alvi. Tunc Campaniæ ora, proximisque insulis
 circuitis, Caprearum quoque secessui quatrimum im-
 pendit: remississimo ad otium & ad omnem comitatem
 animo. Forte Puteolanum sinum prætervehenti, ve-
 ctiores nautæque de navi Alexandrina, quæ tantum
 quod appulerat, candidati, coronatique, & thura li-
 bantes, fausta omnia & eximias laudes congesserant:
 Per illum se vivere: per illum navigare: libertate
 atque fortunis per illum frui. *Qua re admodum ex-*
hi-

superstitio quicquid præter consuetu-
 dinem suam alicui acciderat ante mor-
 tem, à morte id vertebat in omen.
 AVgustus firmiore valetudine utens,
 solitus itinera facere & minuta & len-
 ta: idem exacta jam ætate, & vapide
 se habens, ut est perverisimile, novissi-
 mum hoc iter magna contentione &
 pene sine remissione confecit. Decla-
 rat hoc Suetonius verbo *perrexit*, & eo
 quod ait, Astura esse euectum ad occa-
 sionem auræ. *Casaubon*. Illud *præter*
consuetudinem non ad nocturnam pro-
 fectionem, sed ad itineris magnitudi-
 nem refertur; alioquin *itinera lectica ac*
noctibus fere, eaque lenta ac minuta facie-
bat. *Torrent*.

Forte Puteolanum sinum prætervehenti
vectores nautæque de navi Alexandrina.]
 AVgustus Ægypto in provinciam reda-
 cta, certum frumenti numerum quot-
 annis illi imperavit, egenæ plebi Ro-
 manæ dividendum. Hæc est classis A-
 lexandrina quæ dicitur, cuius tot locis
 fit mentio. navigabant enim in Ita-
 liam ingenti numero qua mercibus,
 qua annona onustæ naves. vocatur &
commeatus Alexandrinus Suetonio in
 Nerone: quam dictionem Græci viden-
 tur exprimere voluisse duabus suis
παραλίχως πάλῳ. Vetus inscriptio:

ΥΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑ-
 ΜΟΝΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΥΤΟ-
 ΚΡΑΤΟΡΟΥ ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΣΕ-
 ΒΑΣΤΟΥ ΟΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ ΤΟΥ
 ΠΟΡΕΥΤΙΚΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ-
 ΝΟΥ ΣΤΟΛΟΥ. Atqui Latinis ipsis
 stolus idem est ac commeatus: unde est
 in Codice *stolus Alexandrinus*. Dicta
 est hæc classis & *cataplus* Martiali.
 Idiomate Gallico *la flotte*. Solitas au-
 tem naves Alexandrinas Puteolano por-
 tu uti, testatur Tullius pro Rabirio
 Postumo, Philo contra Flaccum & Lu-
 cas in Actis cap. xxviii. Prærogativa
 illius classis hæc fuit, ut sola portum
 intraret cum supparo: cæteræ naves
 cum intraverant Capreas & Minervæ
 promontorium, velo jubebantur esse
 contentæ: supparum Alexandrinatum
 insigne erat. auctor Seneca epistola
 lxxviii. *Supparum* est veli linci genus,
 quod non ad usum, sed ad indicium
 gaudii rebus secundis attollebant nau-
 tæ. Inde manavit proverbium, de eo
 qui in adversa fortuna ea potius curat,
 quæ ad gloriam faciant, quam quæ ad
 salutem, *βυδίζομαι τῶ πλοίῳ ἐπιπέ-
 ρῃ τὰς σιφάρους*. *Casaub*.

Per illum se vivere, per illum naviga-
re.] Confer Neronem cap. xx.

Qua-

hilaratus, quadragenos aureos comitibus divisit: jusque jurandum, & cautionem exegit à singulis, non alio datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumpturos. Sed & ceteros continuos dies, inter varia munuscula, togas insuper ac pallia distribuit: lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu & sermone uterentur. Spectavit assidue & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, immo exacta jocandi licentia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis insulam Ἀπεζόπολιν appellabat, à desidia secedentium illuc è comi-

ta-

Quadragenos aureos comitibus divisit.] Centum sestertios uno aureo valuisse, sic doceo. Suetonius in Othone cap. xv. aureos excubanti cohorti viritim dividebat. Plutarchus in eodem, Χρυσῶν ἑξήκοντα Ἀργυρίων dixit; id est, aureum singulis distribuens. At Tacitus: eo, inquit, paulatim progressus est, ut per speciem convivii quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret. Aureum Tranquillus & Plutarchus dixerunt, quod Tacitus centenos nummos dixit. Budens.

Quam in emptionem Alexandrinarum mercium.] Cujusmodi erant aromata omnis generis, telæ, libræ, papyrus, chartæ, vitra multifariam formata, lina, stuppæ, sindones, polymita, vestes Babylonicæ, Ægyptiacæ, mancipia venusta atque alia πικρῶτα. addo his & vina, licet sit certum, Ægyptum non valde Baccho amicam. Casaub.

Ut Romani Græco, Græci Romano.] Inde, credo, quæsitus lusus, ut cum neque Græci Romane, neque Romani

Græce satis expedite loquerentur: verum quum utrique alieno cultu instructi essent, ut Romani Græci, illi Romani putarentur, infantissimi primo congressu omnes Augusti comites rei ignaris viderentur. Sabell.

Quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat.] Caprearum prius incola Græci erant. Tacitus Annalium iv. Græcos ea tenuisse Capreasque Thelebois habitatas, fama tradit. Argumentum Græcæ originis fuerit, vel quod hic commemoratur vetus institutum exercendi ephebos: cujus moris apud Artemidorum aliosque Græcos scriptores frequens mentio. Casaub.

Rerumque missilium.] Variarum rerum missilia legimus apud Sueton. Calig. cap. xviii. item missilia omnium rerum Ner. cap. xi. res missiles intelligo quæ de mensa à convivis sumptæ mittebantur absentibus, aut alibi accumbentibus. De qua consuetudine Macrobius Saturnal. libri secundi, capite quarto Curtii cujusdam, Equitis Romani, diæterium referens. Torrentius. Codex Salinas. rerumque missilia.

A 5

Ἀπεζό-

98 *statu suo. Sed ex dilectis unum Masgabam nomine, quasi conditorem insulae, κλίσιον vocare consueverat: hujus Masgabae, ante annum defuncti, tumulum cum ex triclinio animadvertisset magna turba, multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit,*

κλίσιον ἢ τύμβον εἰσορῶ πυρῶδηρον.

Conversusque ad Thrasillum Tiberii comitem, contra accubantem, & ignarum rei, interrogavit cuiusnam Præta putaret esse: quo hesitanti, subiecit alium:

Ὁ πᾶς Φάεος Μασγάβαν τιμῶμενον;

De hoc quoque consuluit: cum ille nihil aliud responderet, quam cuiuscumque essent, optimos esse: cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quanquam & tum infirmis intestinis mor-

bo

Ἀπρυζία πόλις.] Ut Horat. Epod. v. otiosam Neapolim. De qua Ovid. quoque lib. xv. Metam. & in etianatam Parthenopen. Torrent.

Ex dilectis unum Masgabam nomine quasi conditorem insulae.] Augustus Capreas à Neopolitanis redemptas incolis frequentavit & restauravit. Ei negotio præfectus est Masgabas è dilectis ejus unus: quem eo misisse cum aliqua manu videtur. Propterea illum vocat κλίσιον per jocum & facetias: nam verus κλίσιος & conditor ejus insulae, non Masgabas fuit, sed AUGUSTUS ipse, qui fecit eam ἰδιὸν κλίσιον, sicut ait Strabo. Vulgo tamen habitum pro conditore à suis popularibus, apparet ex eo honore, qui ipsi mortuo habetur: institutum enim fuit, ut ejus defuncti memoria quotannis die quo obierat coleretur: qui honos, ut alibi notabamus, κλίσιος exhiberi solitus. Masgabas Africanum nomen, si originem spectes, Hebraum, ut si Græce dicas, Ἰψαίον.

nam εἶναι est Ἰψαίον. Casaubonus.

κλίσιον ἢ τύμβον εἰσορῶ πυρῶδηρον.] In voce πυρῶδηρον est κρινοπέπτα, vel potius faceti senis jocus. non enim ita solet accipi, ut hic, pro luminibus frequentari, sed pro incendi & confligare. Fuit autem moris in tumulis cereos ponere: quæ consuetudo postea ad honorem martyrum à Christianis est translata, ut indicat sæpe Hieronymus. Sic in omnibus locis quibus aliquid religionis tribuebant, lumina ponebant. Casaub. Vide Senecam extremo libro De brevitate vitæ. & De tranquillitate vitæ capite undecimo. Nec dissimilis de tedis ardentibus in Tiberii funere locus Calig. cap. decimotertio. Torrent Sed & in lætitia, diebusque festis, non lucernas modo, sed etiam funalia cereosque accensos reperio. Vide quæ notavi in Electis. & adde egregium Amiani locum lib. i. cap. xix. Panegyristes laud. Theod. Quid anleis tardanter plateas, accensisque funalibus auctum diem referam? Lipsius.

Honorii

bo variante: tamen & quinquennale certamen gymnium honori suo institutum perspectavit: & cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggravata valitudine, tandem Nola succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium, diu secreto sermone detinuit, neque post ulli majori negotio animum accommodavit. Supremo die idemtidem exquirens, an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit. Et amicos admissos percunctatus, Ecquid iis videretur mimum vitæ commode transgisse, adjecit & clausulam:

Δύτι

[Honori suo institutum.] Cod. Salmast. honori sui. Repete, quæ capiti l. ix. subjiciuntur: & adi præterea Domit. c. iv. item Claud. cap. xii.

[Revocatumque ex itinere Tiberium.] Vix dum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris litteris accitur, neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam, an exanimem repererit. acribus namque custodiis domum & vias sepserat Livia, lætique interdum nuntii vulgabantur, donec provisus quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Tacitus.

[An jam de se tumultus foris esset.] Forte de comploratione accipiendum: Livius de morte Tarquinii: Tum demum palam factum ex comploratione in regia orta.

[Capillum sibi comi ac malas labentes corrigi præcepit.] An ut dissimularet vim morbi, & spem visentibus faceret longioris vitæ? an potius ex veteri Græcorum & Romanorum consuetudine, qui id diligenter caverunt, ut membris decenter & κατὰ φύσιν compositis abirent ad plures? Apud principem poëtam τῆς μὲν σπουδαίας interpretor, malas deformatas ἐν τῷ σφρα-

δα Cμς, hiantesque corrigere, & claudere. locus est O'duos. λ. Allusio ad hunc morem esse videtur in illis Satirographi, Patior ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus, expecto mortem jam non molestant. Seneca Hippolyto:

— lapsa genæ

Lucem recusant. Casaub.

[Mimum vitæ commode transgisse.] Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis & suppurata tristitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros: sed inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Sæpius hoc exemplo mihi utendum est: nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimum, qui nobis partes has, quas male agamus, assignat. Ille qui in scena elatus incedit, & hæc resupinus dicit,

En impero Argis, regna mihi liquis Pelops.

servus est, quinque modios accipit, & quinque denarios. Idem de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominum, supraque turbam delictos lætica suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Seneca.

[Adjecit & clausulam.] Hæc clausula quam usurpat Augustus, comicorum histrio-

Δότε κρότον, κ̄ πάντες ὑμεῖς μὲν χαρᾶς κ̄λυπήσατε.

Omimbus deinde dimissis, dum advenientes ab urbe de Drusi filia agra interrogabat, repente in osculis Liviae, & in hac voce defecit: Livia nostri conjugii memor vive, ac vale: sortitus exitum facilem, & qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis Ὀθωνασίαν similem (hoc enim & verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatae mentis ostendit, quod subito pavescens, à quadraginta se juvenibus abripi questus est. Id quoque magis praesagium quam mentis deminutio fuit: siquidem totidem milites Praetoriani extulerunt eum in publicum. Obiit in cubiculo eodem quo pater Octavius: duobus Sextis, Pompeio & Appuleio COSS. XIII. Kal. Septembris, hora diei nona, septu-

histrionum videtur propria fuisse. Similis illa fuit qua usi rhapsodi: Σκὺν ἢ θεοὶ μέγιστος. citharædorum: αἰὲν αἰὲν αἰὲν μέγιστος χαῖρες. quanquam alibi lego & tragædos, clausula hujusmodi usos: Νῦν ἢ θεοὶ μέγιστος τῷ ἑσθλῶν ἀφθονοὶ ἔσονται. Facit huc imprimis Senecæ locus epistola LXXVII. Quo modo fabula sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas. quocumque voles desine: tantum bonam clausulam impone. Casaub.

Δότε κρότον.] Ante Δότε κρότον hæc verba exolescentia & fugientia è veteri libro eruiimus, & tanquam fugitivarii retraximus: εἰ ἢ πᾶν ἔχῃ κελῶς, τῷ περὶ γένει δότε κρότον, κ̄ πάντες ἡμεῖς μὲν χαρᾶς πομπύζατε. Turnebus. Πομπύζειν est applaudere, demulcere, blande atrectare, πομπυ-

σμος vox fictitia à sono, quo equis nondum domitis adblandiuntur.

Drusi filia.] Ex Antonia minore, quam nunc Liviam, nunc Livillam appellant, de qua Claud. cap. 1. *Torrent.*

Sortitus exitum facilem.] Apud historicos Ὀθωνασίαν est quod ait Poëta, — pulcrumque mori succurrit in armis.

At ejus Ὀθωνασίας de qua hic loquitur Suetonius contrarium est τὸ ψυχρομαχίον; cum per graves ac longos cruciatus mors obitur. ita accipitur ea vox in Quæstionibus sub Achanasii nomine publicatis. Casaub.

Obiit in cubiculo eodem quo pater.] Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus: quod idem dies accepti quondam imperii princeps, & vitæ supremus: quod Nolæ in domo & cubiculo, in quo pater Octavius, vitam finivisset. Tacitus.

Propter

ptuagesimo & sexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus. Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bovillas usque deportarunt: noctibus propter anni tempus, cum interdum in basilica cujusque oppidi, vel in ædium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum, precedente

Vi-

Propter anni tempus.] Erat enim mensis Augustus, quo fervidior æstus existit: quo cadavera corrumpi, & in tabem resolvi facilius solent. *Beroald.*

Vel in ædium sacrarum maxima reponeretur.] Mirum non impedisse religionem. Notum enim plerasque omnes olim gentes, & se, & quicquid erat sacrum diis superis, vel solo rei funestæ contactu contaminari existimasse. Ex ea opinione multa instituta manarunt cum aliorum, tum etiam populi Romani, & Iudaici. Quare etiam rex pius Iosias, cum vellet idolorum templa contra Dei legem in Iudæa extructa profanare, omnemque locis religionem adimere, mortuorum ossa in illas ædes intulit. 11 Reg. cap. xxiiii. xiv. & xv. Romanis vero legibus ne admitti quidem in urbes solita cadavera, quæ aliquo transferuntur. Paulus Iuriconsultus Sententiarum libro primo, Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. & in hanc sententiam plura in libris Iuris. Ex quibus jam intelligimus, cur hoc notatu dignum Tranquillus existimavit. non enim translaticium, aut vulgare genus honoris, qui hoc privilegio delatus AVgusto est: sive à Tiberio id profectum, sive à senatu. quod potius videtur. Nam & Tiberio ipsi ut funus

ducere pontifex maximus posset, venia à senatu & collegio pontificum fuit impetranda: quod non prætermisit notare Dio. *Casaub.* Cod. *Salmas.* vel in ædi sacrarum maxima.

In vestibulo domus collocavit.] Ad ostium deponi cadaver solebat, pedibus & facie foras versis. Seneca Epist. xii. Quis est, inquam, iste decrepitus, & merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Ludit, & ait: Merito iste janitor est, & ostium servat: nam mox ita locandus & efferendus. Virgilius adspexit lib. viii. Æn.

— recipitque ad limina gressum,

Corpus ubi exanimi positum Pallantis.

Lipius.

Funus triumphali porta ducendum.] Portam triumphalem fuisse (ut existimo extra cæterarum numerum trans Tiberim) sub Vaticano, juxta viam & pontem sui nominis, docet Iosephus lib. vii. de B. Iud. cap. xxiv. ubi triumphum Iudaicum Vespasiani Imp. & T. Cæsaris describit. Quum milites, inquit, allocutus fuisset, solemnibusque votis susceptis solvisset, Imp. ipse cum Tito Casare ad portam recedit, quæ ab eo quod per illam semper triumphorum pompa ducitur, nomen accepit. Ibi triumphalibus vestibus amicti, diis ad portam collocatis, cæsa hostia inter spectacula transsentes, triumphum ducebant. Onuph. Panvin.

Victoria

Victoria, que est in curia, canentibus naniem principum liberis utriusque sexus. Alii exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit & qui suaderet appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, ut omne tempus à primo die natali ad exitum ejus, seculum Augustum appellaretur, & ita in fastos referretur. Verum

Victoria qua est in curia.] Curiam Iuliam intelligo, quam in honorem D. Iulii factam Augustus post triumphos suos dedicavit, in eaque imaginem Victoriæ posuit, Tarento olim Romam advectam, atque Ægypti spoliis decoravit. *Torrent.* Hujus Victoriæ aram de senatu sublaram dolenter tulere gentes Christianismo convalescente. de qua Symmachus sic queritur: *Quis est ita familiaris barbaris, ut aram Victoria non requirat?* de qua re elegantissima ei respondit epistola D. Ambrosius: in qua & hoc scribit: *Hujus aram strui in urbis Romæ curia petunt, hoc est, quo plures conveniunt Christiani.* Turnebus.

Canentibus naniem principum liberis.] Quia Augustus pater patriæ, & communis omnium parens: nam ex ritu naniem cantabant tantum qui propinqui mortuis erant, vel eorum loco præfixæ, ut innuit Nonius in *nania*. Casaubonus. Inventor primus extitit Simonides ex insula Cza Poëta Lyricus, qui *Ἰπλώης*, id est, planctus, lamentationesque optime scripsit. Inde ab Horatio dictum est:

Cæ retrahes munera naniæ. Beroald. Quare in Barbaricis institutis & legibus, Præficarum meminerat Aristoteles? Quia Phryges proprie dicuntur Barbari: eorum autem inventum Præfixæ, & Nania. Vide Papinium in Epi-

cedio patris. Vnde *Nania Phrygium* vocabulum, Latine *lessus*. Pollux, τὸ Ἰπλώϊαζον, ἐστὶ μὲν Φρύγιον, ἰππώνων δὲ αὐτῆ μνημονοῦν. Vnde *Ἰππώνων* τὸ Ἰππώνων. Ea canebatur ad tibias, quæ *Ἰππώνων* αἰολοὶ dicebantur. Id quoque Phrygium inventum, ut etiam Catullus vocavit barbaram tibiam. *Ios. Scaliger.*

Ponendos anulos aureos.] Submissio- nis indicium, quod ferreos sumere voluere, quasi qui, principe destituti, non nisi plebejos sese faterentur: nam plebs ferreis anulis usa. Vide, quæ dicuntur ad cap. lxxxi. Livius lib. ix. de pace Caudina: *Lati clavi, anuli aurei positi, pæne mæstior exercitu ipso civitas esse.*

Legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum.] Hoc erat planè contra veteres religiones: quare merito non obtinuit. Summa autem collegia fuere quatuor: Pontificum, Augurum, Septemvirorum epulonum, & Quindecimvirorum S. F. His solitum committi quicquid eximium fuit, quod ad curam sacerdotum pertineret. Postea sodalium Augustalium accessit collegium. *Casaub.*

Seculum Augustum appellaretur, & ita in fastos referretur.] Cum aliquis contra leges Rempub. invaserat, tenueratque, sublata tyrannide, tyranni nomen de fastis debebatur, totumque id tem-

rum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est: pro eade D. Iulii à Tiberio: & pro Rostris Sub veteribus, à Druso Tiberii filio, ac senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir pratorius qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse iurasset. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tu-

ni-

id tempus appellabatur *Αναρχία*, itaque in fastos referri solitum. *Idem.*

Pro Rostris Sub veteribus.] Libri duo *pro Rostris veteribus*, sed nihil muto. qui enim de urbe Roma scribunt, regione fori Rom. Rostra vetera, & Rostra nova recensent. *sub veteribus* quoque, & *sub novis* absolute legimus. Quanquam hoc ad tabernas potius referendum. *Torrentius.* Plautus: *Sub Veteribus. ibi sunt qui dant, quique accipiunt fenore.* de loco autem qui *sub novis* dicebatur, Marcus Varro: *Sub novis*, inquit, *dicta pars in foro adificiorum, quod vocabulum ejus pervetustum, ut nova via, quæ via jam dudum vetus est.* Livius quoque *ad tabernas, quibus nunc novis est nomen.* *Bapt. Egnatius.*

Nec defuit vir pratorius.] Livia Numerio cuidam Attico, senatori & pratorio, decies scstertium dono dedit; quod juraverat, vidisse se Augustum in cælum adscendentem, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidisse perhibetur. *Dio Cassius.*

Euntem in cælum.] Hinc de Flamini- bus & sacerdotibus Augusti plena omnia monumenta. Nec viri solum ad sacerdotium adscripti magni hujus divi, sed, quod rideamus, fœminæ. *Marmor: P. POSTUMIÆ. P. F. PAVLLÆ. SACERD. D. IULII. AVGVSTI.* Exemplum hujus rei à Livia, quæ, miro exemplo, sacerdos sui viri: & quidem ex decreto Senatus. Et Ovidius *17. de ponto:*

Stant pariter natusque pius, conjuxque sacerdos,

Namina jam facta non leviæra deo.

Lipsius.

Iurasset.] Rectius Salmas. *Codex juraret.*

Reliquias legerunt.] De reliquiis legendis operæ precium est adnotare, quæ ex familiari Illustris Salmasii colloquio observare nuper mihi licuit. Nempe reliquias cum legere veteres, non fuere tam anxii, ut omnes absumti cadaveris cineres conquirerent, & in urnam conderent, quod falso sibi multi persuadent, qui & linteum quoddam *ἀσβέστη* ex ingenio suo comminiscuntur, servandis, ut volunt, à mixtura cineribus adhibitum. Satis hos refutat capacitas urnarum (quarum plurimas sibi visas idem testabatur Salmasius) quæ geminæ cavæ manus magnitudinem raro excedunt. Hinc Agrippina Germanici *ferales reliquias sinu tulisse* dicitur, apud Tac. *Ann. 11.* item, *feralem urnam tenens egressa navi, Ann. 111.* & poëtæ dicitur urna,

— quod digitis quinque levatur onus.

Fuere quidem etiam urnæ majores, sed *ex Ossuaria* appellabantur, in quæ urnæ plures, atque adeo totius familiæ reliquæ locabantur. At scorsim unaquæque urnarum, tantulæ cum esset magnitudinis, quomodo totius corporis, & sæpe quidem ingentis, capere cineres potuit? Dicendum est igitur, *reliquias legere* nihil aliud priscis illis fuisse, quam residuas ossium particulas colligere. Quippe & nunquam in corpus ita flammæ sæviunt, ut totum plane consumant: & in urnis sæpissime officula inventa sibi, Salmasius affirmabat. Subinde quidem, pro affectu in defunctos, aliquantulum cineris adspersus

lus

nicati & discincti pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis, sexto suo consulatu exstruxerat: circumjectasque silvas & ambulationes in usum populi tunc jam

sere: sed illud & oppido exiguum fuit, & cum papyri ac aromatum cineribus confusum. Officula urnæ destinabantur: & ab ossibus legendis *Osilegium* est appellatum. Hæc omnium optime adstruit Virgilius in funere Miseni, *Æneid.* v. 1.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieverit,

Reliquias vino & bibulam lavere favillam:

Ossaque lecta cado texit Chorineus abeno. Et paullo ante Suetonius: *legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum.* Item Calig. cap. 1. de Germanici cadavere: *cor inter ossa incorruptum repertum est.* & versiculus ille, quem sequenti nota ex Tibullo Casaubonus citat.

Tunicati & discincti pedibusque nudis.] Falluntur, qui peculiarem Augusti habitum hunc honorem censent, ut à discinctis reliquiæ ejus legerentur. Nam in aliorum quoque funeribus idem factitatum. Tibullus,

Pars qua sola mei superabit corporis, ossa

Incincta nigra candida veste legant.

Imo vero in plerisque religionis superstitionisve ritibus obeundis calceos ponebant. Sic matronæ Vestæ ædem nudis pedibus adibant. Sic etiam bello Gallico virgines ex sacerdotio Vestæ, *nudo pede fugientia sacra comitantur*, ait Florus. Et cum aquilitia Iovi immobilabant, nudipedalia populo denuntiabant. Tertullianus, *Cum stupet coelum, & aret annus, nudipedalia denunciantur:* sic accipio verbum *nuda* in hoc versu Juvenalis Satyræ v. 1.

— *Inde superbi*

Totum regis agrum, nudis ac tremebunda cruentis

Ereptet genibus.

Atque hunc ritum didicisse gentiles à Mose scribit Iustinus in *Apologia* secunda. Quare etiam Christianos veteres in clamanda litania idem aliquando factitasse Ecclesiæ historia testatur. *Casaubon.* De tunicatis discinctisque, habes cap. xxiv. *Discinctos* etiam pro molliculis & remissis accipiebant. Senec. epistol. xcvi. de Mæcen. *Alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse discinxisset.* Hic inter summisionis signa referendum est. *Schildius.*

Inter Flaminiam viam.] Quæ à porta Flumentaria initium habuit, à C. Flaminio iterum eos, qui apud lacum Thrasimenum cum xv. Romanorum millibus bello Punico 1. ab Hannibale cæsus est, ex hostium Gallorum, de quibus triumphavit, manubiis in censura, quam cum L. Paulo A. V. dxxxiii. gessit, strata. *Onuph. Panvin.* Augustus Arimino tenuis muniendam sibi desumpsit: cap. xxx.

Circumjectasque silvas & ambulationes.] A tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles: in medio autem campo ambitus ejus busti ex albo saxo, in orbem cinctus ferrea sepe, intus alnis confitus. *Strabo.* Virgilius in epitaphio Daphnidis, seu, ut alii dicunt, Iulii Cæsaris:

— *inducite fontibus umbras:*

hoc ideo, quia heroum animæ habitant vel in fontibus, vel in nemoribus, ut lucis habitamus opacis. *Servius.*

In usum populi tunc jam publicârat.] Monumentis suæ quoque leges dici, Titulisque inscribi consueverat. Ita, ne religio totum solum occuparet, in quo monumentum ædificatum erat, defini solebat modus spatiumque loci religiose, ut sciretur quid puri loci relinquere-

jam publicarat. Testamentum, L. Planco, C. Silio, 101
 COSS. III. Nonas Aprilis ante annum & quatuor
 menses quam decederet, factum ab eo, ac duobus codi-
 cibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii & Hi-
 larionis manu scriptum, depositumque apud se Virgi-
 nes Vestales, cum tribus signatis aequae voluminibus
 protulerunt. Quae omnia in senatu aperta atque reci-
 tata sunt. Heredes instituit primos, Tiberium ex par-
 te

queretur. Ejus rei ergo scribebant :
 IN FRONTE PEDES TOT, IN AGRVM
 PEDES TOT. Qua formula nulla est
 in vetustis Inscriptionibus frequentior.
 Eam expressit Horatius Sat. v. 111. lib. 1.
 Serm. his versibus :

Pantolabo scurra, Nomentanoque nepoti,
 MILLE PEDES IN FRONTE, TRECEM-
 TOS CIPPVS IN AGRVM
Hic dabat.

Vbi vetus interpres, IN FRONTE EX-
 plicat in latitudine : IN AGRVM in lon-
 gitudinem. Briffonius.

Testamentum.] Per æs & libram fa-
 ctum est. inque eo fuit familiae pecu-
 nizque emptor Domitius Ahenobar-
 bus Neronis AVGVSTI avus. Suetonius
 lib. vi. *Casaub.* Gellius lib. xv. ex Læ-
 lio Felice, tria genera testamentorum
 fuisse tradit, unum, quod, calatis comi-
 tiis, in concione populi fieret : alterum
 in procinctu, cum viri ad prælium fa-
 ciendum in aciem vocabantur : tertium
 per familiae emancipationem, cui æs &
 libra adhiberetur. Ex his in procinctu
 testamenta suo tempore petiisse, signi-
 ficat Cicero lib. 11. de Nat. Deor. Si-
 gonius.

Ac duobus codicibus scriptum.] Testa-
 mentum facere pluribus codicibus, apud
 I. C. plurimis locis, est plura exempla-
 ria ejusdem testamenti relinquere. Sue-
 tonius paullo aliter extremo lib. ter-
 tii, *Testamentum duplex fecit, sed eo-
 dem exemplo.* Attici hoc venuste dicunt
ἑὶ δύο κώδικας ἀνὴρα φησὶ ποιῆσαι.

Sed quæro, si ita est, cur utrumque
ἀνὴρα φησὶ apud easdem Vestales est
 depositum? nam è contrario fieri soli-
 tum videas, ut diversa exemplaria di-
 versis locis majoris securitatis causa
 deponerentur. Propter hæc putavi ali-
 quando verba Suetonii aliter esse expo-
 nenda : ut *testamentum duobus codicibus*
scriptum sit, quod propter prolixitatem
 non una membrana aut tabula conti-
 neretur, sed duabus : nam id quoque
 solitum fieri ex I. C. libris probari
 facile potest. Iuvant nonnihil hanc in-
 terpretationem quæ sequuntur ver-
 ba: *partim ipsius, partim libertorum ma-
 nu scriptum*: quæ videntur de uno testa-
 mento commodius, quam de duplici
 posse accipi. neque ita locutus in Tibe-
 rio. *Casaubon.*

Depositumque apud se.] Sicut & Cæ-
 saris testamentum Virgini Vestali ma-
 ximæ demandatum fuerat. Cæf. cap.
 LXXXIII.

Atque recitata sunt.] Reliqua Dru-
 sus recitavit : testamentum Polybius
 libertus AVGVSTI. Causam Dio nar-
 rat. Vide & libri sequentis cap. XXI, *Casaub.*

Ex parte dimidia & sextante.] Ipsa
 sunt AVGVSTI verba, qui sic maluit scri-
 bere quam ex besse, quod erat brevius.
 Magis mirum quod olim notabamus
 ex Theophrasto, *δύο ἡμισυτρία* pro *ἑ-
 τάρδις*. Testamenti AVGVSTI initium fuit,
Quoniam sinistra fortuna Cajum & Lu-
 cium

te dimidia, & sextante, Liviam ex parte tertia, quos
& ferre nomen suum iussit; secundos Drusum Tiberii
filium ex triente, & ex partibus reliquis Germanicum,
liberosque ejus tres sexus virilis: tertio gradu, propin-
quos amicosque complures. Legavit populo Rom. qua-
drin-

cium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante heres esto. Recitantur hæc verba lib. sequente. Sosipater Charifius, laudat ex AV- gusti testamento hæc verba, *Gausapes, lodices purpureas & coloneas mea.* Casaubon. Hereditas, ut alia, in duode- cim uncias dispelci potest: qua de re Budæus ad cap. LXXXIII. Cæs.

Liviam ex parte tertia.] Scribit Dio petiisse impetravisseque AVgustum à senatu, ut sibi contra leges veteres tan- tum Liviam relinquere liceret. Casaubon. Q. Voconius Saxa Trib. pleb. Cæpione & Philippo COS. Anno DXXCIIII. legem tulit de mulierum hereditatibus. Ne quis census esset, virginem neve mulierem, supra quadrantem suorum bonorum, heredem institueret: plusve cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve perveniret. Ne sceminae ul- tra consanguineos ab intestato succederent. Meminere legis Voconia Cicer. Verr. III. Gell. lib. VII. cap. XIII. alii. Hottomannus.

Quos & ferre nomen suum iussit.] Ti- berius, ut videtur, cætera quidem nomina adoptione erat consecutus, AVgusti vero cognomen sibi uni pro- prium pater servaverat, ut in quo vis magna potentia ipsius esset sita. De Livia certum est, post mariti excelsu- m, non Liviam sed Iuliam fuisse vocatam: etsi scriptores Latini fere nomen vetus retinuerunt: rarerent enim in eorum libris Iuliam videas ap- pellari. At Græci etiam in eorum nar- ratione, quæ vivo AVgusto contige- runt, Liviam καὶ ἑλνψιν more poë- tarum Iuliam appellant. In nummis quoque multis extant hæc similesque

inscriptiones, IOΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, & ΘΕΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. Casaubon. Augustæ vero no- men quanquam matrimonio merita, (ut inquit Plin. libri xv. capite ultim.) tamen recusavit. Sueton. Claud. cap. XI. Quod equidem vivente Augusto factum crediderim. nam vita functo recepit, ut passim ex vetustis cum lapi- dum, tum nummorum inscriptionibus constat. Quanquam ne vivente qui- dem vitare potuit quin Augusta voca- retur. An vero etiam quia testamento eam nomen suum ferre Augustus ius- sit, aut (ut loquitur Tacit.) in fami- liam Iuliam assumpta est, Augusti fi- lia dicta sit, quod ex inscriptione, ac nummo veteri affirmat Lipsius, non tam facile dixerim, nec publica hone- stas patitur. Torrent. Imo nullus du- bitationi locus, si Tacito & Vellejo cre- dere non nolimus. Tacitus Ann. VI. Pater ei Nero, & utrinque origo gentis Claudia, quanquam mater in Liviam & mox Iuliam familiam, adoptionibus trans- ierit. Vellejus etiam multo clarius: Livia Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad deos sacerdotem ac filiam. Schildius.

Tertio gradu.] De primis, secundis & tertiis heredibus, Briffonius ad Iul. Cæs. cap. LXXXIII.

Amicosque complures.] Tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jaçantia gloriaque ad posteros. Tacitus.

Legavit populo Romano quadringentis, tribus tricis quinquies n. s.] Tacitus hanc partem testamenti AVgusti ita ex- primit, Legata non ultra civilem modum:

dringentes, tribubus tricies quinquies H.S. Prætorianis militibus singula millia nummorum: cohortibus urbanis quingenos: legionariis trecentos nummos: quam summam representari iussit: nam & confisca-
tam

nisi quod & populo & plebi CCCCXXXV. dedit. Notanda figura in ejus verbis, qualis in illis Ciceronis, *urbem & civem integram incolumesque servavi.* Legatum populi interpretemur, quod publice relictum est civibus Romanis omnibus, qui consortes esse talium liberalitatum aut velent aut solerent. plebis vero illud, quod vicomagistris relictum est, vel in communia cujusque tribus commoda impendendum: vel in tenuissimos quosque singularum tribuum erogandum. Similia Tiberii legata, qui patris exemplum in plerisque secutus, *legavit plebi Romanae viritum atque etiam separatim vicorum magistris: plebis appellatione intelligitur in Tiberii testamento, idem quod hic populi.* duo enim hæc vocabula *populus & plebs* apud optimos scriptores, Tacitum præsertim, Suetonium, Plinius, & alios item confunduntur. Sed observare licet. cum *populus Rom.* à scriptoribus modo in tres ordines distinguatur, modo in quatuor, modo in plures, appellatione tribuum per sæpe ultimum ordinem notari. Martialis libro VIII.

Dat populus, dat gratis eques, dat thura senatus,

Et libant Latia tertia dona tribus.

Inde est quod *tribalis*, pro paupere & egeno ac capite censo sumitur. *Cassianus.*

Legavit.] Vivente Augusto, A.V.C. MCCCXIII. P. Falcidius Trib. pleb. de legatis hanc legem tulit. Quicumque civis Rom. post hanc legem rogatam testamentum faceret, is quantum cuique civi R. pecuniam jure publico dare, legare voleret, jus potestasque esto, dum ita detur, legeretur, ut ne minus, quam quartam partem hereditatis ex eo testamento heredes capiant. *Sizon.*

Quadringentes.] Æstimatione Budæi, quæ, si non exactissime vera, proxima tamen veræ est, fuerint decies centena millia coronatorum.

Tricies quinquies u. s.] Fuerint octuaginta septem millia coronatorum, & insuper quingenti.

Prætorianis militibus.] In hoc genus fere adoptati & adscripti amici & voluntarii, etiam alii fortibus potius viris implebant. Eorum arma thoraces squamei, & scuta imbricata. Veteres unam solam habebant cohortem Prætoriam: postea per bella civilia auctæ. Augustus Romæ circa se habuit IX. Prætorias cohortes, firmamentam imperii, & postea pestem. Talis fuit apud Macedones Cohors Regia. *Lipsius.*

Cohortibus urbanis.] Tacit. Prætorias, & legionarias tantum civium Romanorum cohortes commemorat. *Urbanas* à Tranquillo vocati arbitror quæ Prætorianis ignobiliores, vel grassatorum, vel incendiarii arcendi causa sub Præfecto vigilum in Urbe habebantur. Sed & de Præfecto Urbi verba Vlpiani ascribam. *Et scire debet etiam dispositos vigilantes stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi quid ubi agatur.* *Torrent.* Tacitus Ann. I. v. *Quamquam insideret urbem proprios milites, tres urbana, novem prætorias cohortes Etruria ferme Umbriaque dilectæ, aut veteri Latia, & colonis antiquis Romanis.*

Legionariis.] Legionarii milites dicti, qui erant in legione, nec enim omnes milites in legione scribebantur. Nam velites, & levis armature milites, non erant in numero legionariorum. *Beroald.*

Confiscatam.] In fisci adservatam: uti Tertullianus eleganti metaphora,

tam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque quedam ad vicena sestertia: quibus solvendis annum diem finit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perventurum ad heredes suos, quam millies & quingenties professus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus in Remp. absumpsisset: Iulias, filiam neptemque, si quid his accidisset, vetuit sepulchro suo inferri. De tribus voluminibus, uno, mandata de funere suo complexus est: altero, indicem rerum à se gestarum: quem

vel

de Fuga. Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent. Lipsius.

Ad vicena sestertia.] Id est, quingentos coronatos.

Quibus solvendis annum diem finit.] Annum diem pro tribus pensionibus, & summis accipio. nam hæc erat vulgaris clausula testamentorum, l. talis. l. cum vulgari D. de do. præl. erat & ceterorum negotiorum. Alia legata, ut idem Suetonius ait, Augustus representari iussit, hoc scilicet adjecto verbo presentia, quod efficit, ut vulgari clausula non contineantur, ex Servii & Labeonis sententia d. l. talis. Cuiacius.

Millies & quingenties.] Tricies septies centena millia coronatorum, & insuper quinquaginta milia.

Quaterdecies millies.] Sint trecenties & quinquies centena millia coronatorum.

Duobus paternis patrimoniis.] Octavii, & Cæsaris dictatoris.

In Remp. absumpsisset.] At supra etiam de parentibus, ex quorum testamentis aliquid percepisset: Legata, vel partes hereditarium, à quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari aetate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum

incremento restituere consueverat. capite LXVII.

Si quid his accidisset.] Humanitas accidere, est mori, & ita docti solent loqui. Sed testatores ex vulgi sermone, qui concisior est & brevior, simplicitèr accidere, & contingere pro vita defungi accipiunt: Ultimus enim qui hominè evenire possit casus, est mors. Pomponius: Si quis ita in testamento scripserit, Si quid filio meo acciderit, Damas servus meus liber esto: mortuo filio, Damas liber erit. Alciatus.

Vetuit sepulchro suo inferri.] Sollemne plane in monumentorum Titulis erat, cavere de personis, quas eo inferri jusset. Atque adeo interdum sibi duntaxat Monumenta faciebant, quæ nulli alii patere, & vel heredibus suis claudere volebant. Ejus rei ergo districtè vetabant ne quis eo inferretur, poena quodque addita, ut ex hac inscriptione patet. IN H. S. SIVE LIBERT. SIVE LIBER IMPERATOR NEMO: SECVB QUI PECERIT MITEM ISIDEM IRATAM SENTIAT, ET SVORVM OSSA ERVTA ATQVE DISPERSA VIDENT. Briffonius.

Quem vellet incidi in æneis tabulis.] Appellat tabulas *ἑνεακώτερον* quæ

vellet incidi in aeneis tabulis, quæ ante Mausoleum staturerentur: tertio, breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecunie in ærario & fisco, & vectigaliorum residuis. Adjecit & libertorum servorumque nomina, à quibus ratio exigì posset.

quæ potius pilæ erant dicendæ: ita enim in lapide Ancyrano. Inter alias urbes quæ mature templum AVgusto extruxerunt, urbs Ancyra fuit. Nam ibi divinos honores AVgusto vivo fuisse exhibitos, testis ipse edito quod refert Iosephus Originum libro XVI. cap. X. Etsi subit mirari, cur commune Asiæ ei potius civitati illum honorem haberit, quam Epheso, quæ erat per illa tempora *ἡ πρώτη* & velut metropolis Asiæ. At Ancyra non Asiæ sed Galatiæ tantum metropolis erat. Cæterum mortuo AVgusto quæ multa ambitiose decreta in eius honorem fuerint & Ancyra & in aliis plerisque oppidis provinciarum, nemo dubitabit qui eorum temporum adulationes noverit. Tunc temporis videntur Ancyranæ & petiisse & impetrasse à Senatu facultatem transferendi in templum AVgusti, quod in

ipsorum urbe erat, hunc rerum gestarum ejus indicem, quem manu Græcorum linguæ Latinæ prorsus imperitorum fuisse vel Romæ descriptum, vel postea sculptum, res clamat ipsa: adeo multa sunt perperam & contra omnem Latinitatem expressa. *Casaub.* Monumentum illud, inter illustriores de Cæsaribus inscriptiones, repræsentabitur.

Breviarium.] Quod nunc Breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, Summarium vocabatur. *Seneca. Rationarium imperii vocat cap. XXVII.* de quo mihi dictum est. Tale aliquid liber ille, qui Notitia imperii inscribitur.

Quantum militum sub signis ubique esset.] Tacitus Ann. I. recensens, quæ Romana copia in armis sub Tiberio fuerit, præter militem classiarum, & socios, XXV. legiones commemorat.

TIBERIVS NERO CÆSAR.



VULTV FATERI VELLE, QVOD TAMEN NOLIS,
ET CASSA VERO VERBA: PRINCIPIS VERBA,
PLENVN TYRANNO PECTVS, ABDITVM, ABSTRVSVM,
VIRTVS NERONIS ISTA PRIMA MAIORIS.

I. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER III.

TIBERIVS NERO CÆSAR.

PATRICIA gens Claudia (fuit enim & alia¹ plebeia, nec potentia minor nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romanam recens conditam, cum magna clientum manu commigravit, auctore Tito Tatius consorte Romuli: vel, quod magis constat, Atta Claudio gentis principis

Hic enim & alia plebeia.] Notandum complures ejusdem nominis, ac fortassis etiam originis familias eodem tempore & patricias, & plebeias fuisse, ut de Cornelia quoque testatur Cicero 11. De legibus, & de Papiria Famil. epist. lib. 1x. de aliis alii. Quod evenire necesse erat cum non tota gens aliqua, verum certa tantum ejus gentis familia vel à plebe transibat ad patricios, vel à patriciis ad plebem. *Torrent.* Fuere duæ familiae Claudiæ: earum quæ Marcellorum appellata est, plebeia: quæ Pulchrorum, patricia. *Asconius.*

Ex Regillis.] Livius, & Dionys. Regillum tam oppidum, quam lacum vocant. Unde cognomen Regillensis, &, ut Sueton. loquitur, Regillianus. *Torrent.*

Atta.] Atta vox vetus Sabina, originis Græcicæ, ut plerumque Sabinorum: & ipsi absque dubio αἰνῆξες Doræ fuerunt è Peloponneso orti. αἰνῆξ, subsilire significat, & nusquam firme pedem figere. unde αἰνῆξ δόξαο καὶ κῆρος. Attarum vitio contrarium est τὸ ἴσι πλεροβατῶν, quorum Hippocrates meminit: istos veteres Latini

talipedare dixerunt. *Casaub.* Attæ appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quam ambulant. Attam etiam pro reverentia seni cuilibet dicimus: quasi cum avi nomine appellemus. *Festus.*

Atta Claudio gentis principis.] In uno codice *Atta Tatius Clausus*, in altero *Atta Tatius Claudio* legitur. Ut fortassis tria etiam apud Sabinos nomina habuerit, Atta Tattius Clausus. Illud vero in primis notandum est, eos qui olim Romanam commigrabant, nomina sua dare debuisse, si jus civitatis adipisci vellent, atque ea plerumque mutata fuisse, quo magis Romani viderentur. Sic Atta Clausus Ap. Claudius factus est, & Lucumo ille Demarati filius cum Tarquiniis Romanam venisset, comparato ibi domicilio, L. Tarquini nomen edidit. Recte igitur omnis antiquitatis peritissimus Virgil.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnam

Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,

Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens,

Per Latium, ——— Torrent.

cipe, post reges exactos sexto fere anno, à patribus in patricios cooptata. Agrum insuper trans Anienem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. Deinceps procedente tempore, duodeviginti consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes adeptus est. Cum prænominibus cognominibusque variis distin-

gue-

Post reges exactos.] Appius Clausus, ad transitionem concitatis quinque familiarum millibus, cum his, liberisque & uxoribus, Romam profectus est, cum Poplicola re ante communicata: ab eoque benevole & promte ei hospitium, & omnia, ut æquum erat, sunt exhibita. Nam & familias statim civitate donavit, & unicuique homini duo agri jugera dedit juxta Anienem fluvium: Clauso autem jugera viginti quinque largitus est, ipsumque inter Senatores adscripsit: quod reip. gerendæ initium ille adeptus, ita prudenter usurpavit, ut in principum post dignationem potentiamque pervenerit, gentemque Clausiam nulla inter Romanos obscuriorè à se reliquerit. *Plutarch.*

Locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit.] Speciali Populi Romani studio. Alioquin extra urbem sepelire, moris fuit. Cicero 11. de L. legis XII. tab. meminit: HOMINEM MORTVVM IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO. & 1. Tuscul. quæst. *Antu*, inquit, egressus porta Capena, quum Collatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulchra vides, miseros putas illos? Igitur intra urbem tumulari, magnum & eximium quiddam fuit. Unde & Plutarchus in Problem. ait, cineres eorum, qui triumphassent, in urbem ferre licuisse. Et Vestalibus quoque virginibus permissum, ut intra urbem sepulturæ traderentur, testis est Servius ad XI. Æn. *Marc. Donatus.*

Ad sepulturam.] Plinius libro VII. cap. LIV. *Ipsam*, inquit, cremari, apud

Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum: & tamen multa familia priscos servavere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Non fuit, inquit, veteris instituti. Atqui lex illa, XII. tabul. quam ex Cicerone Marc. Donatus protulit, diserte cremationis meminit: NEVE VRITO. & Plutarchus in Numa, *Corpus*, inquit, crematum non est, quod ipse (ut fertur) prohibuerit. Erat igitur communi usu receptum, ut flammis absumerentur cadavera. Sic Ovidius in funere Remi:

Ultima plorato subdita flamma rogo est.

Porro nomen ipsum *sepultura*, quo sæpe veteres utuntur, cremationi neutiquam officere, probat illud Plinii, eodem capite sic scribentis: *Sepultus* intelligitur quoquo modo conditus, *humatus* vero humo contactus. Ergo, quod est ex Plinio hac de re allatum, non de tota Quiritium turba, sed de patriciis fortasse verum fuerit.

Cum prænominibus cognominibusque variis distingueretur.] Ingenuorum plerumque tria nomina: Prænomen, Nomen, Cognomen. Prænomen est, quod nominibus gentilicis præponitur, discriminis causa inter fratres & gentiles inventum: atque id ante diem togæ virilis non dabatur. Nomen dicimus, quod perpetuum est in aliqua gente: & responderet patronymicis Græcorum. nam ut illi *Æacidas* ab Æaco, sic Romani *Julios* à Iulo, *Antonios* ab Antonio dixerunt. Ducebantur autem ea

no-

gueretur, Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus est. Inter cognomina autem, & Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus. Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in Remp. exstant. Sed ut præcipua commemorem, Appius Cæcus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem iniri dissuasit. Claudius Caudex, primus freto classe transjecto, Pænos Sicilia expulit. Claudius Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdrubalem, prius quam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regillianus decemvir legibus scribendis virginem ingenuam per vim, libidi-

nomina vel ab hominibus, vel ab animalibus, vel à locis, vel ab eventu. Cognomen est, quod familiarum discernendarum causâ tertio loco post nomen ponitur. Id repertum à variis causis. Hoc noto, cognomina hereditaria fuisse, sed ita ut mutari à posteris, & nova sumi fas fuerit. *Lipsius.*

Lucii prænomen consensu repudiavit.] Sic gentis Manliæ decreto cautum fuit nequis M. Manlius vocaretur. Liv. lib. vi. & Festus in *Manliæ gentis*, &c. Dio quoque lib. 21. *Edicto* (inquit) *cantum nequis ex ea familia M. prænomen ferret.* Loquitur autem de honoribus Augusto jam devicto Antonio decretis. Adde Gellium lib. 12. cap. 11. Sueton. Ner. cap. 1. *Torrent.*

Quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.] Ut *Anienem*, sic *Nerienem* dixerunt tertia syllaba producta: id autem sive *Nerio* sive *Nerienes* est, Sabinum verbum est: eoque significatur virtus & fortitudo. itaque ex *Claudiis*, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti forti-

tudine, *Nero* appellatus est. Sed id Sabinum accepisse à Græcis videntur, qui vincula & firmamenta membrorum *nerva* dicunt. unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. *Gellius.*

Appius Cæcus.] Appius censor, quum solennia sacri Herculanei servos publicos edocuisset, luminibus captus est: authores Livius & Valerius. Quærit Iuriconsultus libro 111. Digestorum nunquid cæcus magistratum gerere possit: & extat, inquit, exemplum ejus, qui gessit. *Appius Claudius cæcus consiliis publicis intererat, & in Senatu dixit severissimam sententiam de Pyrrhi captivis non recipiendis.* *Beroald.*

Claudius Caudex.] Quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit: Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurimum tabularum contextus, *caudex* apud antiquos vocabatur: unde publicæ tabulæ codices dicuntur: & naves nunc quoque quæ ex antiqua consuetudine per Tiberim comæatus subvehunt, *caudicaria* vocantur. *Seneca.*

dinis gratia, in servitutem asserere conatus, causa fuit plebi secedendi rursus à patribus. Claudius Drusus, statua sibi cum diademate ad Appii Forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcher apud Siciliam, non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nolent, praelium navale iniiit: superatusque, cum dictatorem dicere à senatu

ju-

In servitutem asserere.] Assertores dicti ancipiti vocabulo, tam hi, qui vindicant in servitutem, quam qui in libertatem. Livius scribens hanc historiam: iam à vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se iure grassari, non vi. Et mox paulo: Cum repelleretur assertor virginis à globo mulierum. Beroald.

Statua sibi cum diademate posita.] Codex Salmas. Statua sibi diademata posita.

Ad Appii forum.] Oppidum est in Latio, cujus meminit Horatius in primo Sermonum, Satyra v.

— *Inde forum Appii*

Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Plinius in III. in enumeratione Latii populorum ineminit fori Appii. Ideo autem Drusus hunc potissimum locum delegisse videtur ad res novas molendas, quoniam erat in clientela Claudie gentis: & ab Appio, qui illic forum egerat, nomen acceperat: sicut forum Cornelii, forum Livii, & id genus alia nuncupantur. Beroald.

Claudius Pulcher apud Siciliam.] P. Claudius cons. ad Drepanum fugam cepit, ac circum litus se evolvit, triginta navibus, quas habebat proximas, comitatus, cæteras ad tres & nonaginta, cum omnibus fere, qui intus erant, ceperunt Pœni. Publium deinceps maledictis Romani lacerarunt, vehementerque incusarunt, quod temerita-

te sua atque imprudentia male rem gessisset: & quantum in ipso fuerat, magnis Remp. detrimentis affecisset: unde postea habito de eo iudicio, graviter multatus est, ac pericula magna adiit. Polybius.

Non pascentibus.] Silius inter prodigia, quæ cladem Flaminio denuntiabant, hoc quoque ponit, quod

— *Ales præscia ludus*

Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.

E contrario, cum pulli pascuntur, felix est auspicium. Id vero felicissimum credebatur, quando ex ossa, quam pullus invasit, aliquid ex ore ejus cecidit: quod, quia terram paviebat, hoc est, feriebat, terripavium primo, post terripudium dictum est, idque tripudium solistimum appellatur: quod auspicium, cum à pullario nuntiabatur, egregium existimabatur. Beroald.

In auspicando pullis.] Gallinaceorum sunt tripudia solistima. Hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque ipsis suas claudunt aut referant: hi fascēs Rom. impellunt aut retinent, jubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. Plinius.

Dictatorem dicere.] Iussus dictatorem dicere, C. Glauciam dixit, sortis ultimæ hominem: qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectavit. Livius.

Ilyciam

juberetur, velut iterum illudens discrimini publico, Ilyciam viatorem suum dixit. Exstant & fœminarum exempla diversa æque: siquidem gentis ejusdem utraque Claudia fuit, & quæ navem cum sacris matris Deum Idea obharentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita demum sequeretur, si sibi pudicitia constaret: & quæ novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitu-

di-

Ilyciam.] Ex fastis Capitolinis scribendum *Gliciam*. Vrsinus. Plerumque scriptum in veteribus i pro g. ut *toga* pro *toga*: *foliora* pro *fulgora*. Sic *Ilycias* pro *Glycias*. Salmasius.

Viatorem suum.] Viatores alios à lictoribus fuisse, argumento est antiqua utrorumque origo. Lictor enim à ligando, Viator à via, unde arcessebant, est appellatus. Testis est in Catone Cicero: *E via ad Senatum arcesserantur Curius, & ceteri senes, ex quo qui eos arcesserant, viatores nominati sunt.* item Livius lib. xxiiii. *Consul viatorem misit, qui patri nunciaret, ut sine lictoribus ad consulem veniret.* ex quibus apparet, viatoribus eos usos, vocandi & nunciandi causa, non ligandi. eorum porro, ut etiam præconum, decurias fuisse, easque à consulibus lectas, testis est antiqua tabula. Sigonius. Viatores etiam Tribunorum pl. fuisse, patet ex illo Livii: *Simul se universa concio avertit, & secuta Scipionem est: adeo, ut postremo scribæ viatoresque Tribunos relinquerent.* lib. xxxviii.

Navem obharentem Tiberino vado.] Simile factum Silvani episcopi narrat Socrates scholasticus, l. vii. c. xxxvii. Casaub. Simile exemplum in Tucia Vestali narrat Valerius, quæ incesti arcessita, spem salutis ancipiti argumento petere ausa est. *Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admovei manus, effice ut hoc cribro hauriam ex Tiberi aquam & in adem tuam perferam: audacter & temere*

jectis votis sacerdotis rerum ipsa natura cessit. Sabell.

Cum sacris matris Deum.] Allatum ex Phrygia nihil quidem aliud scribitur missum rege ab Attalo, nisi lapis quidam non magnus, ferri manu hominis sine ulla impressione qui possit; coloris furvi atque atrii, angulis prominentibus inæqualis; & quem omnes hodie ipso illo videmus in signo oris loco positum, indolatum & asperum, & simulacro faciem minus expressam simulatione præbentem. Arnobius.

Idea.] Berecynthus, Phrygia gens, & in universum Phryges, ac Troum qui circa Idam accolunt, Rheam ipsi quoque colunt, eique orgia peragunt: matrem appellantes deorum, & Agestin, & Phrygiam, magnam deam. à locis autem Idam, Dindymenem, Pyleon, Pissinuntida, Cybelen. Græci ejus ad ministros communi nomine Curetas appellant. Strabo.

Novo more.] Et quod mulier, & quod ob dictum solummodo, majestatis postulata fuit. Tacitus Annal. i. *Legem majestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in judiciis veniebant, si quis prodicione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Rep. majestatem pop. Rom. minuisset: facta arguebantur, dicta impune erant.* Eandem in Claudie judicio novitatem Val. Max. notat lib. viii. cap. i. *infontem, inquit, crimine quo accusabatur, votum impium subvertit.* Schildius.

Carpen-

dine agre procedente carpento, palam optaverit: ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Præterea notissimum est, Claudios omnes, excepto dumtaxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Cicero- nem, plebeio homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit, optimates assertoresque unicos dignitatis ac potentia patriciorum semper fuisse, atque adversus plebem adeo violentos ac contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit: nonnulli in alterca- tione & jurgio tribunos plebis pulsaverint. Etiam vir-

Carpento.] Curru. Sunt autem car- penta, vehicula, quæ à Carmente Euan- dri dici opinatur Ovidius in primo Fa- storum. Scribit Livius in v. matronis concessum esse, ut plauastro ad sacra, ludosque, carpentis festo, profestoque die uterentur. Beroald.

Natu minori.] Libro primo Institu- tionum: minor natu majorem adoptare non debet. Adoptio enim naturam imitatur: & pro monstro est, ut major sit filius, quam pater. Unde Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices, accusat non minus vere, quam luculenter P. Clodium, quod jus adoptionis pollue- rit, cum se in adoptionem dederit Fon- teio, qui annos viginti vix natus erat, factusque sit ejus filius contra fas, cu- jus per ætatem pater esse potuerit. I- dem.

Assertoresque unicos dignitatis ac po- tentia patriciorum.] Apud Livium vi. Ap. Claudius Crassus nepos decemviri sic inquit: Neque novum, neque inopinatum mihi sit, Quirites, si quod unum familia nostra semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoque audiam. Clau- dia genti jam inde ab initio nil antiquius in Republica patriam majestate fuisse.

Mutare vestem aut deprecari sustinue-

rit.] Atqui apud Livium lib. vi. hæc leguntur: Quod ad eum diem nunquam usu venisset, ut in tanto discrimine non & proximi vestem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimi- cam, Claudiamque omnem gentem sordi- datam fuisse.

Tribunos plebis pulsaverint.] Livius in tertio: Quamvis tribuni essent sacro- sancti, & inviolabiles, tamen Appii Clau- dii, legibus calcatis, spretisque cerimo- niis, sæpe eos pulsaverunt in altercationsi- bus, poenam stoccipientes, qua violator tribunorum fit sacer. Is enim homo sa- cer dicitur, quem populus judicavit ob maleficium: & qui eum occidit, par- ricidii non damnatur. Nam lege tribu- nitia prima cavetur. Si quis enim, qui sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Sa- crosanctum autem dicitur, quod jure- jurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas pen- deret. Beroald.

Fratern.] Legendam: Etiam Virgo Vestalis patrem injussu populi triumphan- tem, &c. non, ut in vulgatis, fratrem. Nam Cicero pro Cæcina, & Valerius Maximus libri quinti capite quarto, patrem fuisse tradunt. Fulvius Ursi- nus.

Injussu

go Vestalis fratrem injussu populi triumphantem, adscenso simul curru, usque in Capitolium profecuta est; ne vetare, aut intercedere fas cuiquam tribunorum esset. Ex hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit, & quidem utrumque: paternum, à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro: qui ambo Appii Cæci filii fuerunt. Insertus est & Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quæ familia, quamquam plebeia, tamen & ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam ac magisterio equitum honorata: clara & insignibus viris, ac maxime Salinatore, Drusisque. Salinator universas tribus in censura notavit levitatis nomine, quod cum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, consulem iterum censoremque fecissent. Drusus hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen invenit. Traditur etiam propratore ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolii datum: nec, ut fama,

CÆ-

Injussu populi triumphantem.] Hic honores primum à senatu, post etiam repugnante senatu, à populo datus est. primum sine Senatusconsulto, collega intercedente, triumphasse P. Servillum Priscum consulem de Volscis, testis est Dionysius. Primi vero patribus invitis, jubente populo, de Sabinis M. Horatius, de Æ. quis L. Valerius. *Sigonius.*
Intercedere.] Male quædam edit. *interdicere.* nam interdicare solenne Prætorum est, intercedere Tribunorum. *Torrent.*

Ambo Appii Cæci filii.] His tertium adijunge P. Claudium, qui classem perdidit. Cic. Catone, *Quatuor* (inquit) *robustus filios, & filias quinque, tantam donum, tantas clientelas Appius regabat*

& senex, & cæcus. Idem.

Salinator.] Is ex salaria annona veſtigal statuit in censura, quam cum Claudio gessit, unde illi cognomen inditum. *Sabell.*

Universas tribus, quod se consulem iterum censoremque fecissent.] Cum inficiari non possent aut judicio semel, aut comitiis bis peccatum esse. *Beroaldus.* Vnam tantummodo tribum Metiam vacuum nota reliquit, quæ eum suffragiis suis, ut non damnatione, ita nec honore quidem dignum judicaverat. *Valer. Max.*

Nec, ut fama, extortum à Cæcilio.] Mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Sed diique & homines prohibere redemptos vivere

extortum à Camillo. Ejus abnepos, ob eximiam adver-
sus Gracchos operam patronus senatus dictus, filium
reliquit, quem in simili dissensione multa varie molien-
tem, diversa factio per fraudem interemit. Pater ve-
4 ro Tiberii, questor C. Caesaris, Alexandrino bello, classi
præpositus, plurimum ad victoriam contulit. Quare
& Pontifex in locum P. Scipionis substitutus, & ad
deducendas in Galliam colonias, in quæ Narbo &
Arelate erant, missus est. Tamen Casare occiso, cun-
ctis barbarum metu abolitionem facti decernentibus,
etiam de præmiis tyrannicidarum referendum censuit.
Prætura deinde functus, cum exitu anni discordia in-
ter Triumviros exorta esset, retentis ultra justum tem-
pus insignibus, L. Antonium consulem Triumviri
fratrem ad Perusiam secutus, deditioe à cæteris facta,
solus permansit in partibus: ac primo Præneste, inde

Nea-

vivere Romanos. nam sorte quadam, priusquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit: auferrique aurum de medio, & Gallos summoveri jubet. *Livius.*

Multa varie molientem.] Livius Drusus exitum rerum non providens, quas nec agere licebat, nec jam liberum erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietam à primordiis vitam, dicitur dixisse: *Vni sibi, nec puero quidem, nunquam serias contigisse.* *Seneca.*

Diversa factio per fraudem interemit.] Livius Drusus trib. pleb. dum raro procedens in publicum, domi quotidianos cœtus habet in obscura quadam porticu, accidit ut vespere dimissurus multitudinem exclamaret, ietum se: & dicto citius cecidit. in jacentis femore deprehensus est infixus culter sutorius. *Appianus.*

Pontifex.] Pontifex maximus intel-

ligi non potest, quum C. Caesar pontificatum maximum, nisi cum morte, non deposuerit: sed erant alii pontifices octo numero: quanquam ab initio quatuor à Numa rege instituti fuissent. *Sabell.*

Narbo & Arelate.] Plinius Narbonem Decumanorum coloniam vocat, propterea quod milites decimæ legionis in eam coloni deducti sunt. In mediterraneo Narbonensis Gallia civitas est Arelate, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni deducti sunt. Harum coloniarum deduceendarum autor fuit Cæsar, quibus patrem Tiberii præfecit, velut unum ex Triumviris qui more Romano colonos deducebant, eisque agros virgatis dividebant. *Beroald.*

Solus permansit in partibus.] In summa deus ille (Augustus) cœlumque nescio adeptus magis, an meritis, herede hostis sui filio excessit. *Plinius.*

Servis

Neapolim evasit: servisque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeii admissum, & fascium usu prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achaiam. Cum quo brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, & tunc gravidam, & ante jam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit. Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus. TIBERIVM quidam Fundis natum existimaverunt, secuti levem conjecturam, quod materna
ejus

Servis ad pileum.] Id est, ad libertatem, cujus insigne est pileus. Livius in *xxiv.* *Postero die servi ad pileum vocati, & carcere vincti emissi.* Post interfectum Iulium Cæsarem quidam pileum in hasta prætulere, tanquam libertatis signum, universosque ad civilitatem patriam vocaverunt. Moris enim fuerat apud veteres, ut servi, qui per manumissionem liberi fiebant, raderent caput, & calvi pileum caperent. Hinc est illud Plautinum: *Dii faxint ut hodie raso capite calvus capiam pileum.* Beroaldus.

Fascium usu prohibitum.] Contra morem rectorum provinciarum qui comiores erant & haberi volebant. Cicero in epistola ad Cornificium, qua ei Anitium commendat negotiorum suorum causa legatum in Africam legatione libera, *in primis quod ei charissimum est, dignitatem ejus tibi commendo: idque à te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus, non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acciperam & noveram à summis viris esse factitatum.* Casaub.

Petenti Augusto.] Plane uti Martiam uxorem, tum ex se gravidam, petenti Q. Hortensio Catonem Uticensem concessisse Plutarchus refert. Quin etiam

Octaviam, Augusti sororem, post Marcelli mortem, adhuc gravidam, ventreque pleno, Antonio desponam Dio lib. *xlvi.* scribit. Ea tunc matrimoniorum licentia regnabat.

Utroque liberorum.] Quorum Drusus in domo Augusta natus est, tertio mense, postquam Livia Augusto nupsisset. Vnde suspicio fuit, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Claudius cap. *i.* Eum tamen natum Augustus patri Tiberio reddidit, si Dionem credimus.

Neronibus.] Ambo igitur Livie filii Neronis vocati sunt, sed Tiberio pro cognomine, Druso vero pro prænomine id datum fuit. sic enim in nummo veteri: *NERONI CLAUDIO DRUSO GERMAN. COS. DES. & NERO CLAUDIUS DRUSVS GERMAN. IMP.* Sic & Horatium interpretabimur libro *iv.* Od. *iv.*

— *Augusti paternus*

In pueros animus Neronis.

Torrent. Claud. cap. *i.* Patrem Claudii Cæsaris, olim Decimum, mox Neronem prænomine.

Fundis.] Cajetanum sinum subsequitur Cæcubum: inde Fundi, urbs in via Appia. Strabo.

Si-

ejus avia Fundana fuerit, & quod mox simulacrum Felicitatis ex senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plures, certioresque tradunt, natus est Roma in Palatio, XVI. Kal. Decemb. M. Emilio Lepido iterum, L. Munatio Planco COSS. post bellum Philippense. Sic enim in fastos Actaque publica relatum est. Nec tamen desunt qui partim antecedente anno Hirtii ac Pansa, partim insequente, Servilii Isaurici Antonique consulatu, genitum eum scribant. INFANTIAM pueritiamque habuit luxuriosam & exerci-

Simul. felicitatis.] Mallem fecunditatis ut in Iuliae Severi, & Faustinae M. Aurelii nummis legitur, FECVNDITAS AVGVSTAE. nisi tamen eo trahimus, ut adulatorie significaverit Senatus, Tiberium natum felicitati ac bono Urbis, & orbis, quod in imperatoribus saepe factum. *Torrent.* Iam Romanum imperium longe lateque crescebat, & adhuc nemo Felicitatem colebat. Sero huic tantae deae post tot Romanos principes Lucullus aedem constituit. *Augustinus.* Tacitus Annal. xv. ob natam Neroni filiam, templum *Fecunditati* decretum memorat.

M. Amylio 11. & Munatio Planco COSS.] Vetus codex habet Numatio, pro Munatio. Est autem & Numatii celebris viri mentio apud Horatium lib. epistolarum 1. epistola tertia, & alterius Numatii Galli apud Martialem lib. x. *Glareanus.*

Post bellum Philippense.] Cod. Salmas. *per bellum Philippense.* id esset, tempore ejus belli. Nam & bellum Philippense, iis, quos Suetonius dicit, COSS. gestum est.

In fastos.] Scribit se ex fastis habuisse verum nativitatis diem. Nimirum Romani, qui nullum adulationis modum adversus Augustum omisere, diem, quo Tiberius natus est, in Fastorum libris descriptum reposuere, ut

singulis annis dies nativitatis illius festus ageretur. Ita cap. 1xv. de Sejano: *quamvis & natalem ejus publice celebrari, & imagines aureas passim coli videret.* *Mare. Donatus.*

Actaque publica.] Sic Calig. cap. octavo. *Ego in actis Antii editum invenio.* Mos igitur erat ut parentes natos sibi liberos apud acta profiterentur, idque à Ser. Tullii temporibus observatum. hic enim (ut lib. 1v. Dionys. Halicarn. scribit) in singula recens natorum capita Junonis Lucinae templo inferri aliquid jussit, & in censu agendo non solum facultates, sed & liberorum nomina, atque aetatem referri voluit. Quod vel maxime post leges Julias, & Papias observatum fuit, eorum qui liberos haberent commoda, & orbis poenas. Hinc Juvenal. *Satyra 1x.*

— libris actorum spargere gaudes

Argumenta viri. —

Torrent.

Luxuriosam & exercitatem.] *Luxuriosam* interpreto exuberantem, magnisque incrementis praeditam: *luxuria* enim, quod Nonius annotavit, intempestivam abundantiam significat. *Torrentius.* Codex Salmas. *laxoriosam:* unde unius litterae immutatione fit *laboriosam.* Sic apud Plinium in Paneg. *laboriosus & exercitus* junguntur: *Intelligimus,*

tatam: comes usquequaque parentum fuga: quos quidem apud Neapolim sub irruptionem hostis navigium clam petentes, vagitu suo pene bis prodidit: semel, cum à nutricis ubere, item cum à sinu matris raptim auferretur, ab iis qui pro necessitate temporis mulierculas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque & Achaiam circumductus, ac Lacedemoniis publice, quod in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitæ adiit: flamma repente è silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Livia pars vestis & capilli amburerentur. Munera, quibus à Pompeia Sext. Pom-

peii

gimus, Cesar, quantum tibi pro laboriosa ista statione & exercita debeamus.

Comes usquequaque parentum fuga.] Livia, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad deos sacerdotem ac filiam, tum fugit mox futuri sui Cæsaris arma, cujus bimum hunc Tiberium Cæsarem, vindicem Romani imperii, futurumque ejusdem Cæsaris filium, gestans sinu, per avia itinerum vitatis militum gladiis uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare, & cum viro Nerone pervecta in Siciliam est. *Vallejus.*

Quod in tutela Claudiorum erant.] Cum Athenienses clientes, ob servitutem, *ἴκτας* appellaverint: Thessali vero *πίπτας*, vocabulo fortunam illis continuo exprobrantes, Romulus decora etiam appellatione hanc rem coonestavit, patronatum nominans pauperum & humilium patrociniū: & commoda utrisque addidit officia, & eorum conjunctionem perhumanam ac civilem reddidit. Non solum autem in ipsa urbe plebs patriciorum patrociniū defendebatur: sed & coloniarum Romanarum, & civitatum, quæ socie-

tatis & amicitie causa se pop. Rom. adjunxerant: & bello subactarum unaqueque, quos Romanorum custodes & patronos voluisset, habebat. Et sæpe Senatus, harum & urbium & gentium controversiis ad ipsarum patronos relatis, ipsorum judicia rata habuit. *Dionys. Halicarn.*

Flamma repente è silvis undique exorta.] Quod non raro in montibus evenire solet. Lucretius lib. 1.

At sæpe in magnis sit montibus, inquit, ut altis

Arboribus vicina cacumina summa terantur

Inter se, validis faceye id cogentibus austris.

Donec fulserunt flammæ flore coorto.

Manilius libro 1.

Sunt autem cunctis permisti partibus ignes,

Ac silice in dura viridique in cortice sedem

Inveniunt, tum sylva sibi collisa crematur.

Casaubon. Flammæ, quod passim historia docet, plerumque læta portenderunt. Cujus rei duo alia luculenta exempla cap. xiv. in ipso Tiberio habes.

T

Chla-

peii sorore in Sicilia donatus est, chlamys & fibula, item bullæ aureæ, durant, ostendunturque adhuc Baiis. Post reditum in urbem à M. Gallio senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit: quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Novem natus annos, defunctum patrem pro Rostris laudavit. Dehinc pubescens, Aëtiaco triumpho currum Augusti comitatus est; sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octaviae filius dexteriore veheretur.

Præ-

Chlamys.] Erat in primis Græcorum, & maxime Macedonum. Inter puerilia recensetur ab Ulpiano, Pand. libro xxxiv. Chlamyde Numa primus Romanorum regum usus est, quum legationem Isaurorum excepisset, rationemque eorum habitus percepisset, auctor Suidas. Porro chlamydis effigies & terræ habitabilis eadem fuisse traditur. Strabo in ii. ἐστὶ δὴτι χλαμυδαίδης χῆμα τὸ οἰκιστῆρας. Baysius.

Bullæ aureæ.] Bullas hoc loco non tam pro notis puerorum insignibus accipio, quam pro illis veluti clavorum capitibus quæ cingulis militaribus ad ornatum apponebantur. id enim cum chlamyde, & fibula rectius convenit. Virgil. Æn. ix.

— phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula. —

& extremo xii.

— notis fulserunt cingula bullis.

Torrent.

M. Gallio.] Q. Gallii, Prætoris, quem Augustus occidi iusserit, mentio sup. cap. xxvii. Marcus igitur ob occisum fratrem, aut certe gentilem atque agnatum suum, Augusto & ipse adversabatur. Quæ causa fuit ut Tiberius quamquam testamento adoptatus, testatoris nomine abstinerit, hereditatem tamen adierit. An recte, Jurisconsulti judicent. Extat etiam nummus æreus cum inscriptione, C. GALLIVS LV-

PERCVS IIIIVIR. AAA FF. idem fortasse cum eo de quo Val. Maximus lib. vi. cap. i. Idem.

Sinisteriore funali equo.] Funalis est qui extra jugum incedit, & jugali opponitur, quem Græci σφεγῖον, & σφεφάρον appellant. nam qui jugum subit ζύγιον illis dicitur, ὁ ἔμπροσθεν ζύγιον ἵππον. Ex his porro intelligimus, funalem equum appellari qui extra jugum sit, sive ante, sive à latere jungatur, inde dictus, quod fune, sive habena, aut catena etiam exterius regatur, sic enim malo quam à funalibus, quæ in eo triumphanti præferrentur, ut quidam censuerunt. Idem.

Dexteriore veheretur.] Suetonio lumen addit quod Pro Murena scribit Cicero, filios prætextatos sedere in equis triumphantium solitos, quodque extant Augusti numismata ærea, in quibus quatuor junctis ad currum elephantis totidem pueri insident. At Domitianus ætate jam major, triumphum patris ac fratris Iudaicum equo albo comitatus est. Sueton. Domit. cap. i. Idem.

Præfedit & Aëtiacis ludis.] Nihil Dio de Tiberio in mentione ludorum Aëtiacorum: quos ait per ipsum Augustum & Agrippam, ipsius in consulatione ejus anni collegam, fuisse curatos. Casaubonus. Cod. Salmasii astycis: quod leviter immutatum est astycis.

De

Præfedit & Aëtiacis ludis, & Trojanis Circensibus, ductor turmæ puerorum majorum. VIRILI toga sumpta, adolescentiam omnem, spatiumque insequentis ætatis usque ad principatus initia, per hæc fere transegit. Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in avi Drusi dedit, diversis temporibus, ac locis: primum in foro, secundum in Amphitheatro: rudiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento

CEN-

De ludis autem aëtiacis plura dicentur ad cap. xx. Caligulæ. Alii hasticis reponunt.

Trojanis circensibus.] Trojanus ludus Circensibus misceri consuevit: sic in Cæsaris Dictatoris, sic Augusti spectaculis servatum. *Sabell.*

Ductor turmæ.] Dio: καὶ ἐν αὐτῇ πλὴν ἰσποδρομίας ἀγῶνι τῶν παιδῶν τῶν ἀξιῶν καὶ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν ἐποίησε. Sed quæro: si in hoc ludicio præfedit Tiberius, qui potuit turmæ ductorem agere? aut igitur vicarii opera usum oportuit: aut excidit à contextu Suetonii verbum *fuit*. *Casaub.*

Puerorum majorum.] Hi sunt qui Græcis dicebantur ἀξιῶν, mediæ inter puerilem & virilem ætatis. ita Græci sæpissime separant ἀθλήματα ἀνδρῶν, sive παιδῶν, ἀξιῶν & παιδῶν. Ipse Tiberius si, ut videtur, de primis ludis Aëtiacis sentit Tranquillus, annum ætatis decimum tertium nondum compleverat. Sin de secundis capiamus, annum tunc agebat decimum septimum. Porro Trojanus ludus majorum minorumque puerorum edi solitus ab Augusto, ut scribit Suetonius. *Idem.*

Munus gladiatorium in memoriam patris.] Munus dictum est ab officio: quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim, quo-

niam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos mercati, in exsequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc, & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent: mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. Ita mortem homicidiis consolabantur. Hæc muneris origo. Sed paullatim provecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem. Qui ferarum voluptati satis non fiebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. *Tertullianus.*

In Amphitheatro.] Nata Amphitheatra haud diu ante tempora reip. delidentis, & quidem temporanea primum, & è ligno. At sub Augusto venationi reperta propria & mansura domus; Amphitheatrum exstructum è lapide, Augusti suasu, Statilii Tauri opibus & sumptu, in campo Martio A. V. DCCXXV. Hoc solum primumque lapideum Amphitheatrum Romæ fuit ad tempora Vespasiani. *Lipsius.*

Rudiariis quoque quibusdam revocatis.] Rudem indulgebant gladiatoribus veteranis, quasi magisterii signum: aut etiam novis, in novo aliquo & strenuo facto, idque populo imperante. Qui donati rude, *Rudarii* dicti: ii non ultra depugnabant, nisi pretio aut sponte inducti. Effectus rudis, liberatio ab arena. Veruntamen è gladiatoribus con-

centenūm millium. Dedit & ludos, sed absens: cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici. Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Cæcilii Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistola, duxit uxorem: sublatoque ex ea filio Druso, quamquam bene convenientem, rursusque gravidam, dimittere, ac Iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, cum & Agrippina consuetudine teneretur, & Iulia mores improbaret: ut quam sensisset sui quoque sub priore marito appetentem, quod sane vulgo etiam existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post divortium doluit: & semel

omni-

ditione servi: hi donati rude, non libertatem accipiebant, sed vacationem dumtaxat à pugna. Lanistæ deinceps, prove lanistis erant, doctores tyronum, & batuebant, non pugnabant. *Idem.*

Auctoramento.] *Auctorati* quoque dicuntur milites & *exauctorati*: illi sacramento militiæ & stipendio obligati: hi tanquam ære diruti & sacramento soluti: quin & *auctoramentum* in artibus mercenariis & opificiis obligatio quædam est interposita mercede contracta: unde Tullius 1. offic. *Meres ipsa in mercenariis auctoramentum est servitutis.* Amat hoc vocabulum Paterculus. *Turnebus.*

Centenūm millium.] Id est, bis mille & quingentorum coronatorum.

Neptem Cæcilii Attici equitis Romani.] Nata est Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæsar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni Drusilla nato, privigno suo, despondit. quæ conjunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiozem. *Cornel. Nepos.*

Cæcilii Attici. Quo nomine post avunculi testamentum vocatus fuit, sed Pomponii tamen notior est. Notandum vero quod Agrippinam vocat Sueton.

quam Tacit. Vipsaniam, ut eadem patris non nomen tantum, sed & cognomen tulerit. Post Tiberium Asinio Gallo, Asinii Pollionis filio, nupsit. Vide Tacitum lib. 1. *Annal. Torrent.*

Ad quem sunt Ciceronis epistola.] Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt. nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. *Seneca.*

Sub priore marito.] Augustus Iuliam filiam primum Marcello, deinde ut is obiit, Marco Agrippæ nuptai dedit. *Beroald.*

Abegisse post divortium doluit.] Et si quodam tempore libera divortia fuerunt: tamen Dionys. Halic. lib. 11. testatur, eam libertatem primis & antiquis reip. R. temporibus non fuisse; ac propterea divortium Romæ per annos 800. nullum fuisse: quod Gellius confirmat lib. 10. cap. 5. & Plinius libro 11. cap. 18. & Tertull. in Apolog. *Hottomannus.*

Adeo contentis & tumentibus oculis profecutus est.] Expressit pluribus verbis quod uno Græcorum ditissima lingua, *κυλαϊδιᾶν* quod de eo dicunt

cui

omnino ex occurſu viſam, adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum ſit ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret. Cum Julia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileia natus infans exſtinctus eſt. Druſum fratrem in Germania amiſit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſque pervexit. CIVILIVM officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos, & Theſſalos, varia quoſque de cauſa AVguſto cognoſcente defendit. Pro Laodicensis, Thyatirenis, Chiiſ terra motu afflictiſ, opemque implorantibus, ſenatum deprecatus eſt. Fannium Capionem, qui cum Varrone Murana

8

170

cui è contento intuitu rei amata oculi tument. Theocritus:

— οἰδ' ὡς ἰπάλῳ

Δῆτε κυλοιδώντες ἐτώπια μὲν
δίζονται.

Cauſa σιωχῆς huſus timoris eſt, ſpirituum opticorum collectio & contentio: quæ naſcitur ex affectus vehementia. *Casaubonus* Contentis oculis dixit, ut contento poplite *Horat.* *lib. 1. Sat. 11.* & *Contenta cervico feram.* *Auſon.* *Ep. 11.* ſic enim amatoribus accidit, quando, ut ait *Virgil.* *oculos in virgine figunt.* *Torrent.*

Pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſque pervexit. Cum gravi fratrem & periculosa valetudine in Germania fluctuare cognoviſſet, Alpes Rhenumque tranſgreſſus, die ac nocte mutato ſubinde equo, ducentis millibus paſſuum, per modo devictam barbariam evaſit. Druſus eo ipſo, quo vita & mors diſtinguitur momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obviam procedere juſſit, & ut imperator

ſalutaretur, præcepit. *Valerius Maximus.*

Civilium officiorum rudimentis.] Cum ſint plurima cauſarum genera, quæ eloquentiam deſiderant, multique in noſtra rep. adoleſcentes & apud iudices, & apud ſenatum dicendi laudem aſſecuti ſint, maxima admiratio eſt in judiciis: quorum ratio duplex eſt: nam & accuſatione & deſenſione conſtat: quarum eſſi laudabilior eſt deſenſio, tamen etiam accuſatio probata perſepe eſt. *Cicere.* Haud vitio dabatur accuſandi munus, volebantque plane Romani, adoleſcentes iis qui deliquiſſent, ut captivi generoſi ſolent feris, inſeſtos eſſe. *Plutarchus.*

Archelaum.] Cappadocia regem. Is pro Antonio adverſus Auguſtum *Adiaci* belli temporibus militavit. Fuit & Archelaus, qui Herodi ſucceſſit, ob cujus in populos inſolentiam in templo Apollinis Palatini, ut *Joſephus* tradit, apud Auguſtum cauſam dixit. *Subell.*

Fannium Capionem.] Aug. cap. xix.

T 3

Renm

in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud iudices fecit, & condemnavit. Interque hac duplicem curam administravit, annonæ, quæ arctior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant: quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed & quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.

STIPENDIA

Reum apud iudices fecit.] Reum fieri est, apud Prætores legibus interrogari. Cum enim in jus ventum esset, dicebat accusator apud Prætores reo: Ajo te Siculos spoliâsse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut victo, si negasset, petebatur à Magistratu dies inquirendorum ejus criminum, & instituebatur accusatio. Asconius.

Condemnavit.] Ut condemnaretur effecit. Reum peragere vocant. Unde ait I. C. Perezisse reum non alias quis videtur, nisi & condemnaverit.

Curam administravit annonæ.] Quæstor undevicesimum annum agens capessere cepit remp. maximamque difficultatem annonæ, ac rei frumentariæ inopiam ita Ostiæ, atque in urbe mandato vitrici, moderatus est, ut per id quod agebat, quantus evasurus esset, eluceret. Velleius.

Repurgandorum tota Italia ergastularum.] Hadrianus illa non repurgavit, sed penitus sustulit, ut ne unquam illi fraudi occasio pateret. refert in ejus vita Spartianus. Nihilominus post Hadriani tempora ergastulorum publicorum privatorumque mentionem fieri video, etiam apud Jurisconsultos. nam qui in opus publicum aut in metallum damnantur, ut abigeatores, incendiarii, plagarii, alique, nonne in ergastulum damnantur? opus enim publicum & metallum ergastuli nomine signabatur. Dicitur potest, ergastula illa publica non sustulisse Hadrianum, sed tantum privata. Salmas. Inspice etiam cap. xxxii. Aug.

Ergastulorum.] Juvenal. Satyra xiv. Quem mire afficiunt inscripta ergastula carcer

Rusticus. —

Eunum Syrum in Sicilia refractis ergastulis numerosum exercitum fervorum collegisse, tradunt Florus & Plutarchus. Columella lib. i. cap. viii. de ergastulis villarum pertractat, ubi & ergastularios ergastulorum custodes & præfectos appellat. Marc. Donatus.

Sacramenti metus.] Ne militiæ dare nomen cogerentur. De quo Aug. cap. xxiv. quemadmodum & de ergastulis cap. xxxii. Torrent.

Stipendia prima.] Stipendio militari constituto, provinciis externis devictis, emerito & veteri milite in agros coloniasque deducto, pro bono visum patribus, definire certum stipendiorum tempus, quo exacto, commoda veteranorum haberent, & nomen. Credoque stipendia primum definita viginti quinque annis. Servius id mihi persuadet. Nec ambigo, quin id scitum valuerit ad civilia bella Triumvirorum, quibus rapta præmia, non data. Oppressa rep. ab Augusto, ipse, ut multa in militia, sic in stipendiorum numero mutavit, reduxitque in gratiam turbæ militaris ad annos xx. quibus expletis, censebantur veterani. autores Suidas, Dio, Tacitus, Quæ dixi, in pedestri militia obtinuerunt: aliud fuisse videtur in equite, qui dena stipendia tantum fecerunt, si recte Livium capio. lib. xxvii. Lipsius.

Deinde

DI A prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit: deinde ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit & signa quæ M. Crasso ademerant Parthi. Posthac comatam Galliam anno fere rexit, & barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam. Exhinc Rheticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhetico atque Vindelico, gentes Alpinas: Pannonico, Breucos & Dalmatas subegit. Germanico, quadraginta millia deditiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. quas ob res, &

OVANS,

Deinde ducto ad Orientem exercitu.] Hæc, & quæ sequuntur, ductu quidem Tiberii, & ex parte Drusi, sed auspiciis Augusti gesta fuere, illo consilium & suos Præbente Divos, ut canit Horatius. Adeundum hæc de re cap. XXI. Aug.

Regnum Armenia Tigrani restituit.] Summa ea gloria fuit. Vnde superba illæ inscriptiones veterum numismatum, REGNA ADSIGNATA, REX PARTHIS DATVS. Torrentius. Occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus à Cæsare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quanquam sociatis more externo in matrimonium regnumque. Tacitus.

Et barbarorum incursionibus & principum discordia inquietam.] Narrat Dio in actis anni DCCXXV. missum in Gallias Agrippam plane easdem ob causas, Ἐπι τῷ ἀπὸ τῶν Ἰσπανίων, καὶ τῶν κελτῶν ἐκκέντρῳ. Agrippæ successisse videtur Tiberius. Vellejus omisit hanc historiam, qui statim reversum Tiberium ex Oriente, bello Rhetico Vindelicoque præfectum fuit.

se narrat. Casaub.

Ex hinc.] Cod. Salmaf. exin.

Rheticum.] Strabo scribit in IV. Rhetorum, & Vindelicorum, reliquorumque Alpinorum incursationes fuisse repressas à Tiberio, & ejus fratre Druso ætate una: unde in laudem Neronum Tiberii, & Drusi fratrum cecinit Horatius carmen illud,

Qualem ministrum fulminis alitem,
&c.

Beroald.

Inde Germanicum gessit.] Tiberius Annal. II. sic ad Germanicum nepotem scribit: se novies à divo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quam vi perfecisse: sic Sigambros in deditiorem acceptos, sic Suetos, regemque Maroboduum pace obstrictum; posse & Cheruscos ceterasque rebellium gentes, quando Romana ultioni consultum est, internis discordiis relinqui.

Breucos.] Hanc lectionem potius, quam veterum librorum auctoritatem sequor, in quibus Brennos lego. Nam Breucos & Plinius asserit lib. III. cap. XXV. & Dio confirmat lib. IV. Horatius Brennos nominat, sed fortasse alios, lib. IV. Od. XIV. Brennosque veloces. Turnebus.

ovans, & curru urbem ingressus est: primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoavit, & pene junctim percurrit, questuram, praetoram, consulatum: interpositoque tempore, COS. iterum, etiam tribunitiam
 10 potestatem in quinquennium accepit. TOT PROSPE-
 RIS

Ovans, & curru.] Et ovavit igitur de Dalmatis, & triumphavit de Germanis. sic enim Aug. cap. XXI. *Bis ovans ingressus est Urbem, curules triumphos tres egit.* siquidem ovatio & ipsa triumphus est, sed minor. Ideo primum pedibus, deinde equo, nunquam vero curru acta. *Torrent.* Imo, procumbentibus veteris reipublicae institutis, ut alia multa, ita & hoc gloriae Tiberii concedere potuit Augustus, ut ovans curru in urbem veheretur. Cui sententiae favet, quod mox subjicitur à Tranquillo, triumphalibus eum ornamentis honoratum esse. Ergo tunc quidem non triumphavit. Enimvero jam ante Caesares, potentiores quidam patrium morem spreverant. Ita Crassus, bello fugitivorum confecto, cum ovans rediret, Senatusconsultum per gratiam faciendum curavit, ut lauro, non myrto, ovantibus destinata, coronaretur. Caeterum quid ovatio differat à justo triumpho, ex Dionys. Halicarn. notavimus ad cap. XXI. Aug. & docet egregie Plutarchus in Marcello, qui & hoc inibi tradit: Marcellum, triumpho ejus adversariis resistentibus, ita concessisse, ut perfectum & magnum triumphum in Albanum montem duceret, ovans vero urbem ingrederetur.

Primus, ut quidam putant.] Recte additum, ut quidam putant. nam non Tiberio, sed Agrippae primo triumphalia ornamenta, si Dioni scriptori diligentissimo credimus, sub Augusto decreta fuerunt. Idque & ex Suetonio manifestum est, qui cum Augustum

plusquam xxx. ducibus justos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decerni curasse scripserit, fieri nequit ut non multi ante Tiberium ea sint consecuti. *Torrent.*

Triumphalibus ornamentis.] Inter ea recenseri solent corona aurea, equi albi, toga picta, tunica palmata, sceptrum eburneum. Etiam consularia ornamenta delata quibusdam legimus. Claud. c. v. *Tiberius patrum petenti honores consularia ornamenta detulit.* Et notandum ibi, *Claudium instantius legitimos flagitasse.*

Maturius inchoavit.] Contra legem Villiam, quae finiebantur anni magistratibus capiendis. At Tacitus Annalium XI. *Apud majores, inquit, virtutis id praemium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne aetas quidem distinguebatur, quin prima juventa consulatum ac dictaturas inirent.* Plane sic loquitur, ut eum legis Annariae dememinisse putes. Sed ad eos respexisse Tacitum opinor, qui singularis exempli virtutibus meruerant, ut extra ordinem ratio ipsorum haberetur. Ita de Pompejo Tullius pro lege Manil. *In ipso Cn. Pompejo, inquit, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sunt nova, summaque Catuli voluntate constituta.* Schildius.

Et pene junctim percurrit.] Id quoque contra morem majorum, qui certa interstitia magistratum petitioni constituerant. Sed & in Mario neglectum jam ante fuerat, ob molem ex Cimbrico bello periculi imminens, autore in ejus vita Plutarcho.

Vita-

RIS confluentibus, integra ætate ac valitudine statuit repente secedere, seque è medio quam longissime amovere. Dubium, uxoris ne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset, an ut vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augetet, si quando indignisset sui Resp. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, loco & quasi possessione, usurpati à se diu secundi gradus, sponte cessisse: exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abierit: ne aut obstare, aut obtrectare præsens videretur. Quam causam & ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satietatem, ac requiem laborum prætendens, commeatum petiit. Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico, deserise etiam in senatu conquerenti, veniam dedit. Quin & pertinacius retinentibus, cibo per quatrimum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romæ uxore & filio, confestim Ostiam descendit: ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque ad-

Vitato assiduitatis fastidio.] Aliquoties hoc factum ab Augusto notat Dio, ut in anno DCCXXXVII. cum abiit in Gallias, ἐς τὴν Γαλατίαν, inquit, ὄρμησι ἀπόφασιν τὰς πολέμους τὰς κατ' ἐκεῖνο κινήσεις λαβών, ἐπέδη ἐπιπέχης πολλοῖς ἐκ τ' ἐν τῇ πόλει ἕρονίῳ Διὰ τριβῆς ἐγεγόνε. Casaub. Non tam ipsa assiduitas fastidium parit, quam quia ea fit, ut non tantum uniuscujusque virtutes, sed simul etiam vitia aperiantur. Nemo enim omnibus horis sapit. Ideo major est è longinquo reverentia. Addit, absentia auctoritatem suam tueri & augere Tiberium voluisse.

Nam qui assidue offert & præstat usum sui, accipere potius videtur beneficium, quam dare, ut qui è longinquo evocantur. Ideo post excessum Augusti, nihil prius Tiberio, quam ut vocatus ad imperium videretur. Ad Tac. Ann. 1. Assiduitas hæc, *continuatio laborum*, Velleio appellatur. *Boxbornius.*

Sponte cessisse.] Cum C. Cæsar sumpsisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem vitrico, acquiescendi à continuatione laborum petiit. Vellejus.

II *admodum in digressu osculatus. Ab Ostia oram Campania legens, imbecillitate Augusti nunciata, paululum substitit. Sed increbrescente rumore, quasi ad occasionem majoris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit, amœnitate & salubritate insula jam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Heic modicis contentus adibus, nec multo laxiore suburbano, genus vite civile admodum instituit: sine lictore aut viatore gymnasia*

In digressu osculatus.] Sic regressi quoque solebant: Tacitus de Agric. exceptus brevi osculo. Vid. & Horat. L. 1. Od. xxxvi.

Oram Campania.] Sic Plinius oram fere semper appellat regionem litoralem: apud quem veluti peculiaris est talis locutio: *In ora sunt civitates & oppida ora proxima.* Beroald.

Rhodum enavigavit, amœnitate & salubritate insulae captus.] Ea causa esse videtur, cur Rhodum fere soliti Romani proceres, qui presenti statu rerum non lætarentur, secedere. D. Brutus in epistola ad M. Brutum & C. Cassium, *Quid ergo est, inquis, tui consilii? dandus est locus fortunæ: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum.* C. Matius Ciceroni: *Mibi quidem si optata contingent, quod reliquum est vite in otio Rhodi degam: sin casus aliquis interpellarit, ita erò Romæ, ut recte fieri semper cupiam.* De secessu Tiberii in hanc insulam præter alios Manilius lib. 17.

*Virgine sub casta felix terraque marique
Es Rhodos, hospitium recturi principis orbem,* (ta es,

*Tuque domus vere Solis, cui tota sacra-
Cum caperes lumen magni sub Casare
Mundi.* Casaub.

Genus vite civile admodum instituit.] Genus vite, quanquam privatorum proprium, melioribus tamen inter principes rerum æstimatum, ut Augusto, in

ejus vita cap. 21. & Trajano, de quo Plinius: *Par omnibus & hoc tantum cæteris major, quo melior.* Tacitus quoque, probri vice, illud à populo jactatum meminit: *displicere regnantibus civilia filiorum ingenia.* Privatos quod spectat, egregie Tullius in primo de Officiis: *Oportet privatam æquo, & pari cum civibus jure vivere: talem bonum civem dicere solemus.* At Tiberius, quanquam Tribunitiam potestatem nondum deposuisset, nihilominus prope ex æquo mutua cum Græculis officia usurpavit. Schildius.

Sine lictore aut viatore.] Vim terroremque imperii Romani ostendebant lictores, secures, fasces, ideo, cum adempto illo metu, magistratus quasi ad amicos agere volebant, emovebant insignia potestatis. Tacitus Ann. 11, de Germanico: *Hinc ventum Athenas, fœderique sociæ & vetusta urbis datum, uno ut lictore uteretur.* Et similia de Antonio Appianus lib. 17. Eµφ. Lipsius.

Gymnasia interdum obambulans.] Duplicita gymnasia fuere, corporis scilicet & animi. Communis omnium gymnasiolorum deus est Mercurius, tam eorum quæ animi sunt, quam eorum quæ corporis. Minerva autem singularis & propria erat gymnasii, quod institueretur ad cultum animi tantum, & ad disputationes commemorationesque de philosophiæ studiis. Vnde

Cicero

sia interdum obambulans : mutuaque cum Græculis officia usurpans , prope ex equo. Forte quodam in disponendo die , mane prædixerat , quidquid agrorum in civitate esset , visitare se velle : id à proximis aliter exceptum est : jussique sunt omnes agri in publicam porticum deferri , ac per valitudinum genera disponi.

Per-

Cicero scribit, *Hermathena* sese in Academia villæ Tusculanæ posuisse , id est, in una basi signum communi Mercurio & Minervæ. *Turnebus.* In gymnasio, & Bacchi sacratio pleraque dona reposita sunt, quæis Romani, & reges Romanis Græcisque cupientes, Rhodios exornarunt. *Strabo.*

Cum Græculis.] Philosophis, & Sophistis. De talibus ait parasitus *Plautinus* : *Tum Græci palliati , suffarcinati cum libris , & cum sportulis.* *Beroald.* Græca natio apud plerasque nationes vanitatis & levitatis infamis erat. Hinc Græculus ineptum hominem & vanitatum assecclam notat. *Juvenal.* *Saryra* III.

Græculus esuriens in cælum , jufferis , ibit.

Spartianus Adriano : *Imbutusque impensius Græcis studiis , ingenio ejus sic ad ea declinante , ut à nonnullis Græculus diceretur.* Atque hunc contemptum immuniti nominis servârunt ad ultima usque tempora. *Barthius.*

In disponendo die.] *Notemus utilissimum morem : neque enim aliter temporis ratio constare potest : sic & apud Græcos diligentissimus quisque & prudentissimus. Vetus scriptor apud Stobæum : Ζενόχρητος Ἀλεξάνδρου ἔγραψεν μέγῃ τὴν ἡμέραν εἰς πρῶτον πρῶτα, καὶ τὴν αὐτὴν μέγῃ ἀπὸ πρῶτου.* Sic *disponere astatem* apud *Senecam* epistola LI. *Casaub.* *Disponere*, hic est, dividere diei curas. Ita *disposuisse curas imperii* *Silañum* dicit *Tacitus* sub initium fere *Ann. xvi.* *Tempora dividere,* *Agric. Vit. Baxhorn.*

Quicquid agrorum in civitate esset visitare se velle.] *Comitas* non abhorrens à moribus *Tiberii*. *Velleius* narrat simile quid de eodem : *Nemo è nobis gradumve nostrum aut præcedentibus aut sequentibus imbecillus fuit , cujus salus aut valitudo non sustentaretur Cæsaris cura : tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus.* Quare non probo lectionem quorundam librorum doctis nonnullis probatam agrorum , quam in nullo nostrorum reperimus. Taceo quod verbum *visitare*, de agris parum apte diceretur. *Casaub.* *Laudata* multorum Principum pietas, quod ægrotos viserint. sic enim de *Claudio Dio*, de *Hadriano* *Spartianus*, de *Trajano* & *Gratiano* *Ausonius Panegyrico.* *Torrent.*

Id à proximis aliter exceptum est.] *Quomodo aliter*, atque ea dixerat *Tiberius*, intellexere? *Conjecturæ* locum facit *Codex Salmasianus*, qui pro *visitare se velle* exhibet, *vitare se velle.* Fortean in disponendis diei curis prædixerat, omnem agrorum contactum atque commercium sese vitaturum : id illi proximi, affinitate vocis inducti, sic acceperunt ac si *visitare* singulos vellet, civilitate *Tiberii* tali sensui fidem faciente. *Schildius.*

Per valitudinum genera.] Verbi causa, podagrici uno loco simul collocabantur, febricitantes in alio, phthifici in alio. Mos fuit apud *Babylonios*, ut languentes in forum deportarentur : qui eos adibant, si quis & ipse eundem passus esset morbum, consulebant, hortabanturque ad ea remedia usurpanda, quæ ipsi faciendo similem morbum ef-

fugissent,

Percussus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tandem singulos circuit: excusans factum etiam tenuissimo cuique & ignoto. Vnum hoc tantummodo, neque preterea quidquam notatum est, in quo exercuisse jus tribunitia potestatis visus sit: Cum circa scholas & auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas graviore iurgio, non defuit qui eum intervenientem & quasi studiosiorem partis alterius convitio incesset. Sensim itaque regressus domum, repente cum apparitoribus prodiit: citatumque pro tribunali voce praconis convitiatorem rapi iussit in carcerem. Comperit deinde Iuliam uxorem ob libi-

di-
fugissent, aut alium novissent effugisse: & ut author est Herodotus in primo historiarum, nulli fas est languentes praeterire silentio, nisi prius exploraverit quonam morbo laborent. Beroald.

[In quo exercuisse jus Tribunitia potestatis visus est.] Nempe recens ab Augusto inventa, non prisca illius & veteribus usurpata. Cautum enim fuerat, Livio & Halicarnassaeo testibus, ne extra Urbem Tribunorum potestas quicquam valeret. Schildius.

[Antisophistas.] Id est, pugnantes ac concertantes sophistas.

[Cum apparitoribus.] Apparitores magistratum dicebantur, qui magistratum impexio praesto erant, ut scribae, accensi, interpretes, pracones, viatores, lictores, catinifera. Haec autem munera libertis fere suis magistratus quisque more majorum mandavit. Quod cum ex aliis multis locis colligitur, tum maxime ex oratione Senatoris cuiusdam, apud Tacitum de libertinorum ordine ita differentis: Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus, & sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas. Sigonius.

[Citatumque pro tribunali voce praconis.] Cicero lib. VII. in Verr. Quem

is, uti Panormum venit, ad se vocari & de tribunali citari iussit. Quinetiam, ut Plutarchus in Gracchis tradit, in more positum erat, Εἰς ἔχον δίκην παναλικῶν, μὴ ὑπακῆς, τῆς αὐτῆς τοῦ ἴσου ἐῶθεν ἐλθόντα σάλπιγγι, ἀνακαλείω τῆ σάλπιγγι, καὶ μὴ αὐτίκον ἐπιφέρει ψῆφον αὐτῶ τῆς δικασίας. Martialis lib. I. Epigr.

Qui nec leno potes nec commissarum haberi,
Nec pavidos tristi voce citare reos.

Sed & accusator citabatur: qui si ad diem non adfuisset, ex reis eximebatur is, cuius nomen delatum erat. Hoc amplius, patroni atque oratores praetoris voce citabantur. Quintilian. lib. VI. cap. V. Briffonius.

[Ob libidines & adulteria.] Plutarchus legem à Romulo de divortio latam prodidit. Siquidem ait, inter alias leges Romuli illam fuisse acerbissimam, quae uxori potestatem à viro discedendi ademit, viro uxorem exigendi dedit, si eam aut stuprum fecisse, aut venenum parasse, aut filios, aut claves subiecisse comperisset. Itaque postea in XII. Tabulis divortium esse permilsum, ex eo licet suspicari, quod inquit Cicero in Philippicis de Antonio: fu-
gi sa-

dines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine, ex auctoritate AVgusti, remissum: & quamquam letus animo, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filia patrem frequentibus litteris, & vel utcumque merita, quidquid umquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribunitia potestatis tempore, confessus tandem nihil aliud secessu devitasse se, quam emulationis cum Cajo Lucioque suspicionem, petiit ut sibi securo jam ab hac parte, corroboratis his, & secundum locum facile curantibus, permitteretur revivere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neque impetravit: ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset. Remansit ergo Rhodi contra ¹² voluntatem: vix per matrem consecutus ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab AVgusto abesset. Enimvero tunc non privatam modo, sed etiam ob-

no-

gi factus est, mimam illam suam suas sibi res habere dixit ex XII. tabulis, claves admittit, exegit. Sigonius.

Repudiumque ei suo nomine remissum.] Repudium & divortium etiam inter absentes, non modo jure civili, verum etiam divino fieri consueverunt. Vnde usitata locutio, Nuntium mittere, libellum repudii mittere. Proprie dicti repudii, id est, quo sponsalia dirimuntur, hæc vetusta formula fuit: **CONDITIO-
NE TVA NON VTAR. Hostem. Divor-
tium formulam fuisse reperio, RES TVAS
TIBI HABETO, VEL RES TVAS TIRI
AGITO, quod & Cicero in Philipp. si-
gnificat, & Cæjus cap. II. de divortiiis
tradidit. Sigonius. Repudium remittere
dixit, ut Cicero in eadem re nuncium
remittere in I. de Orat. & in Topicis.**

Letus animo.] Cod. Salmaf. nuncio.
Quantum in se esset, exorare filia pa-

trem.] At jam princeps etiam pecunia concessa à patre prabitisque annuis fraudavit, &c. cap. I.

Dono dedisset. Prohibitæ quidem inter virum & uxorem donationes, verum hoc civiliter intelligendum. Et (ut puto) de his loquitur Sueton. quæ soluto uxoris culpa matrimonio per virum repeti atque auferri poterant. Torrent.

Secundum locum facile curantibus.] Curare vox familiaris Sallustio & Tacito & cum quarto casu, & sine eo. Ut in Iugurthino: in postremo C. Marius cum equitibus curabat, eo acerrime nisi. Casaub.

Sed etiam obnoxium.] Obnoxium interdum libero opponitur: ut apud Livium observavimus sic scribentem: Si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis oblitus, alterum sua. Beroald. De significatione vocabuli obnoxius multa contra

noxium, & trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque præternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue: nemine cum imperio, aut magistratu tendente quoquam, quin diverteret Rhodum. Et accesserunt majoris sollicitudinis causa. Namque privignum Cajum, Orienti præpositum, cum visendi gratia trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris ejus. Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones, à comœatu castra repetentes, mandata ad complures dedisse ambigua, & quæ tentare singu-

lo-
contra imperitum quendam Grammaticum Gellius lib. VII. cap. XVII.

Nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam.] Ita septem annos Rhodi moratus est, ut omnes qui proconsules legatique in transmarinas profecti provincias, visendi ejus gratia, ad eum convenientes, semper privato (si illa majestas privata unquam fuit) factes suos sum miserint, fassiq; sint otium ejus honoratius imperio suo. *Vellejus.*

Privignum Cajum.] Nempe genitum ex Julia, quæ post obitum Agrippæ nupsit Tiberio.

Cum visendi gratia trajecisset Samum.] Aliter ille insignis Tiberii adulator Vellejus, C. Caesar in Syriam missus, convento prius Tiberio Nerone, cui omnem honorem ut superiori habuit. Dio item aliter, qui Chium venisse Tiberium ait non Samum. τὸ δὲ Καίης πάλιν ἐστὶν ἐπὶ τῆς Ἀρμενίας πόλεως ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐπελάττει. & nota verbum ἐπελάττει, ac cum Velleio confer. *Casaub.*

Per quosdam beneficii sui centuriones.] Hæc beneficia stante Rep. à rectoribus provinciarum concessa, non aliter rata erant, quam si iidem rectores Romanam reversi, triginta diebus post rationes relatas, sua beneficia ad ærarium

detulissent. Quod lege Julia cautum testatur Cicero epistola quadam ad Messinium; idque vocabant *deserre aliquem in beneficiis ad ærarium*. Vide eundem pro Archia. *Casaub.* Qui vitæ scilicet ab illo acceperant. Nam vitæ dare & centurionem facere eadem sunt. Et fallitur, qui quasi rem novam docere voluit, dationem vitæ, esse veluti designationem centurionatus, ad quem aditus tunc esset illi qui vitæ gerebat, cum locus vacaret. Nemo enim in legitima & ordinaria militia designatorum centurionum meminit. & vero, priusquam centuriones essent, quo tempore vitæ tantum gerebant, quo titulo vel quo militiæ munere fungebantur? *Salmastius.* Beneficarii milites ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum. *Vegetius.*

A comœatu.] *Comœatus* (inquit Festus) tempus illud significat quo quis ire, & redire possit. Quod spatium excedens miles, emansoris aut desertoris loco habendus est. ad diem enim comœatus adesse debet. Qua de re Iuriconsulti l. I. l. II. & l. XIII. De re militari. Itaque non satis proprie Sueton. à comœatu dixit, pro ad comœatus diem. *Torrent.* Cicero: ut ad diem comœatus adesset, citante Sabellico.

Custe-

lorum animos ad novas res viderentur. De qua suspicione certior ab AVgusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cujuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis. Equi quoque, & armorum solitas 13 exercitationes omisit: redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium, & crepidas: atque in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies, & invidiosior: adeo ut imagines ejus & statuas Nemausenses subverterint: ac familiari quodam convivio mentione ejus orta exstiterit qui Cajo polliceretur, Confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum, caputque exfulis (sic enim appellabatur) relaturum. Quo præ-

ci-

Custodem dictis atque factis suis.] Aug. cap. LXXV. de filia ejus & neptibus: vestaretque loqui aut agere quidquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur.

Redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium & crepidas.] Præter Plemnii facinus, Locrensiūque cladem, ipsius etiam imperatoris (Scipionis) non Romanus modo sed ne militaris quidem cultus jactabatur, cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis etiam palæstræque operam dare. Livius.

Ad pallium.] Non fuit idem χῆμα pallii, quod elegantiores Græci, & quod Philosophi gestarunt. Communis habitus elegantiorum Græcorum καὶ τὸ πολίτικόν fuit, pallium utrimque regestum. Partem enim utramque pallii retrorsum jaciebant, ita ut tota quæ suberat tunica, pateret, pallium ipsum cervicibus circumstrictum morosiusque in rugas plicatum, & ordinatum, fibulæ morsu in humeris tenebatur. Græci philosophi, & præcipue Cynici aliter περιβάνιον suum vestiebant. totos enim sese pallio obvolvabant. Partem siquidem pallii de sub

dextro humero super sinistram rejiciebant, & sic excluso dextro, obvelato sinistro humero erant. Atque hæc pallii duplicatio est, quam primus instituisse fertur Diogenes. Salmasius.

Et crepidas.] Ut calcei togæ proprii, sic soleæ vel crepidæ pallii. Cæterum Latini calceos & soleas ita distinguunt, ut Græci ὑποδήματα & σαρδάλιον. ad suendos & concinnandos calceos sive κροῖλα ὑποδήματα formâ ligneâ opus erat, quam Græci κρολόποδα vel κρολόποδον vocant. at sandalia sive solea circum formam non suebantur: nam concava non erant, sed plana, & solum πέλιμα sive κρότιμα habebant, quod ad pedem habenis quibusdam religabatur circa digitos primores. Salmas.

Ut imagines ejus & statuas Nemausenses subverterint.] Caput Arcemicorum est Nemausus, longe inferior Narbone, si peregrinam & negotiantium turbam consideres: sin Rempub. spectes, multo præstantior. Immo illic invenias Romanos, qui ædilitatis & quaesturæ honorem sunt consecuti, eamque ob causam gens ea cum præfectis Româ missis nihil habet negotii. Strabo.

Majoris

cipue, non jam metu, sed discrimine, coactus est tam suis quam matris impensissimis precibus reditum expostulare: impetravitque, adjutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate majoris filii, statuere. Is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit. Permittente ergo Cajo, revocatus est: verum sub conditione, ne quam partem curamve Reip. attingeret.

14 REDIT OCTAVO post secessum anno, magna, nec incerta spe futurorum, quam & ostentis, & predictionibus ab initio aetatis conceperat. Pregnans enim Livia, cum an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinae subductum, nunc sua nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infan-

te

Majoris filii.] Caji ex Julia nepotis, quem una cum fratre Lucio adoptaverat.

M. Lollio offensior.] Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji principis matrona, ne serio quidem ac solenni eximioniarum aliquo apparatu, sed medio-crium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus digitisque: quæ summa quadringentes h. s. colligebat: ipsâ confestim paratâ nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, sed avitæ opes, provinciarum scilicet spoliis partæ. Hic est rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdiciam amicitiam à Cajo Cæsare Augusti filio venenum biberet, ut neptis ejus quadringentes h. s. operta spectaretur ad lucernas. *Plinius.*

Pregnans enim.] Cod. Salmas. *pregnans enim.*

Variis captaret ominibus.] Captare omen proprium est *μανικῆς τ' ἀποκλήδων.* quam describit elegantissime Pausanias in Achaicis: *ὁ ἀφιθόμενος ἐρωτᾷ πρὸς τὸ εἶς τ' ἑὸν, ὁποῖόν τι καὶ ἐκείσθαι τὸ ἐρώτημα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἡ ἀπείσιν ἐκ τ' ἀγροῦς ἐπιφραξάμενος πὺ ὤτα· πρὸς ἑλθὼν ἢ ἐς τὸ ἐκτὸς τῆς χεῖρας ἀπέχει ἀπὸ τ' ὤτων, καὶ ἢς πινόμενος ἐπακκῶσι φωνῆς μανικῶμα ἢ (εἶ). Apuleius De deo Socratis, videmus plerosque qui non snopte corde, sed alterius verbo reguntur: qui ex angipartu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, & ut ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant. Similes modi captandi omina & in tēplis deorum, & alibi, in veterum scriptis posunt observari. Sed hinc καὶ ἀχρηστικῶ-προν pro quovis genere *μανικῆς* usurpatur. *Casaub.**

Usque eo fovit.] De hoc Plinius lib. x. cap. lv. ubi de auguriis ovorum agit.

Scribo-

te Scribonius Mathematicus præclara spondit: etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni: ignota scilicet tunc adhuc Cæsarum potestate. Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratæ olim victricium legionum aræ, sponte sub-

tis

Scribonius Mathematicus.] Hic (quisquis fuit) una cum Nigidio figulo tanto illustrior habendus, quod Romanus. nam Mathematici fere Græci erant, aut Iudæi, atque Ægyptii. Romanus etiam Sulla quidam Calig. c. LVII. *Torrent.*

Sine regio insigni.] Tacitus de illo ipso Tiberio: *Signum prætoris cohortibus, ut imperator dederat, excubie, aræ, cætera aula. Cætera aula: nempe liætores, fasces laureati, & si quid præterea tunc receptum principi distinguendo. Neque enim adhuc illa Principatus insignia, Ignis, Diadema, Purpura: quæ reperta sequenti ævo, & ad exemplum regum. Ignis originem antiquum video, & à temporibus Antóninorum. Herodianus sane in Commodo statim meminit, ut rei vulgata. Idem de Pertinace: ἔτι τὸ πῦρ ἐκ σαρκεῖ καὶ τῆς ἀσπίδος, ἔτι ἢ ἄλλο τῶ βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὑψὸς δρῶνται. Ignis tamen ille non è carbonibus aut ligno: lampas tantum fuit. Docet M. Antoninus in libris suæ vitæ. Opinor autem Romam traductum morem è Persis. Illorum enim regi prælatus ignis. Diadema primus Romanorum principum usurpavit Aurelianus: uti in vita ejus Victor. Etsi alibi male id refert ad Caligulam. *Lipsius.**

Ignota scilicet tunc adhuc Cæsarum potestate.] Natus est Tiberius A. V. C. DCCXII. Cædes vero Julii Cæsaris incidit in annum DCCX. Jam tam igitur dignatio & potestas Cæsarum nosci cœperat: quippe jam Octavius quoque & hereditatem avunculi, & *nomine*

*invidiosa fortune ejus adierat, autore Vellejo. Sed videtur populus Romanus perpetuam Cæsarum successionem animo præcipere non potuisse. Quin potius Iulium publicis cervicibus jam eo tempore depulsum existimabat: & Octavii dimicationes eo tendere videbantur, non ut primus in rep. sed ut nemini secundus esset. Hoc sensu dictum à Suetonio putem: ignotam tunc adhuc Cæsarum potestatem fuisse. *Schil-dius.**

Sacrata olim victricium legionum aræ.] Jam de summo imperio cogitationes animo agitabat, quod quum ad Philippos accederet, tumultus ex eo loco, in quo ante depugnatum fuerat, ac ignis ex ara in castris olim ab Antonio posita, effulserat. *Dio Cassius.*

Sponde sibi collucere ignibus.] Apud Appianum inter signa futuræ Seleuci potentia recensetur ἡ ἐστία αὐτῆς ἢ πικρῶς, ἡ δὲ ἄψαλις ἐκλάμψασε πῦρ μέγα. *Virgilius,*

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis

Sponde sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.

Servius ad hunc locum: *Hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quæ flamma eodem anno consulens futurum ostendit ejus maritum: sicut Cicero in suo testatur poemate. Casaub. Simillimum ostentum Octavio, in Liberi patris luco de filio consulenti, contigisse narrat Aug. cap. XCIII.*

tis collucerent ignibus, & mox cum Illyricum petens, juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret: evenit ut summum numerum jacti ab eo ostenderent: hodieque sub aqua visuntur ii tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies, aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus
ejus

Geryonis oraculum.] Mentio fit apud Historicos sortium Patavinarum: quæ ad hoc oraculum commodissime referri possunt. Fortassis illic, ut suspicari licet, colebatur simulacrum Geryonis illius notissimi inter labores Herculeos, qui à poëtis fingitur tricorpor. *Beroald.* Sane Lucan. libro septimo cum ait,

Euganeo (si vera fides memorantibus)
angur

Colle sedens, Aponus terris ubi sumi-
fer exit,

iiis versibus describere aliquem vide-
tur qui oraculo Geryonis præfuerit.
Torrent.

In Aponi fontem.] Fons Aponi, & aquæ juxta Patavium medicatæ, luculentis versibus celebrantur à Claudiano ita scribente:

Fons Antenoreæ vitam qui porrigit urbi.
& post paulo:

Publica morborum requies, commune
medentium

Auxilium, præsens numen, inempta
salus.

Beroald. Eum locum (nam & vicum ipsum in quo fons erat Aponum vocant) Theodoricus Rex, ut Cassiodorus tradit, ob celebritatem moenibus cinxit. *Torrent.*

Talos aureos jaceret.] Explorandi futurorum causâ soliti veteres in certos fontes varia conjicere: exemplum habes apud Pausaniam in Laconicis de aqua Inus dicta. Aliud genus *ὑδαλῶν* *μυθικῶν* fuit, cujus meminit Sozomenus lib. v. cap. xix. fuere item genera alia, quorum geographi meminertunt &

historici. Talos vero in consultationibus ejusmodi solitos adhiberi declarat *ἀσπραλομγίντων* appellatio. *Casaub.*

Summum.] Maximum, felicitatem significantem, qualis est Venus, cujus supra mentio facta. *Beroald.*

Aquila.] Quam gloriæ ac felicitatis prænunciam crediderunt: Seneca 11. Natur. Quæst. *Aquila hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia.* Tacitus Annal. 11. *Pulcherrimum augurium octo aquila petere sylvas, & intrare visa, Imperatorem (Germanicum) advertere: exclamat, Irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum nomina.*

Nunquam antea Rhodi conspecta.] *A-*vem noctuam Creta non habet, inquit Solinus. Fuit & Romæ Herculis sacellum in foro Boario, quo neque canibus, neque muscis erat ingressus. *Casaub.* Notum est, quædam animalia in certa loca non ingredi, & ex forte ingressis omina, sive lætiora, sive tristiora, capere solitos veteres. At minus notum, opinor, orta inter vicinas gentes de limitibus controversia, consulta velut hoc nomine natura, gravissimas lites olim fuisse terminatas. Quare unicum, quod se mihi obtulit, idque nobilissimum, exemplum adscribere haud gravabor. Orta olim controversia inter Angliæ, seu Britanniarum majoris, ac Hiberniarum populum, utri Mona insula, quæ nunc Mannia dicitur, in maris interfuentis medio posita, deberetur, venenosos vermes advehunt. Hos cum insulam hanc admit-
tere

ejus affedit: & pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti, tunica ardere visa est. Thrasyl- lum quoque Mathematicum, quem ut sapientia pro- fessorem contubernio admoverat, tunc maxime ex- pertus est, affirmantem nave prævisa gaudium afferri, cum quidem illum durius, & contra prædicta cadenti- bus rebus, ut falsum & secretorum temere conscium, eo ipso momento dum spatiatur una, precipitare in ma- re destinasset. Romam reversus, deducto in forum filio 15
Druso, statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias

177

tere & fovere, uti Angliæ aut magnæ Britannix partem reliquam, Hiberniam contra eos necare observassent, Britannix eam applicandam communis omnium censura dictavit, ut loquitur Giraldus Cambrensis, qui sub Hen. 11. Angliæ rege floruit. Topogr. Hibern. *Boxhornius.*

Vestimenta mutanti tunica ardere visa est.] Tam Græci quam Romani tunicas sub toga habuerunt, easque cinctas, præcipue viri. nam mulieres, & molles, & plerique barbari in discinctis tunicis ibant: sub tunicis autem tam apud togatos quam palliatos, interulæ sive subuculæ lineæ habebantur, quas cingi non fuit moris. nam & breviores erant & strictiores, atque ita ad corpus aptæ, ut cinctura opus non haberent, qua pressius corpori adhererent. tunicæ vero longiores & fusiores, ideo cingebantur. *Salmasius.*

Thrasyllum quoque Mathematicum.] Hic philosophiam profitebatur, non curiosas istas artes: eoque nomine primum fuisse in contubernium Tiberii admissum innuit Themistius oratione xxi. & Suetonius ipse hoc loco, *Thrasyllum, ut sapientia professorem, contubernio admoverat.* Casaub. Postea *Mathematici* invisa nomina fuere: ac quod curiosius in fata principum inquirerent, genus fallax, & dominantibus

insidum, audivere. Vnde sæpe, de iis Italia pellendis, senatusconsulta facta. Chaldæi, ab origine artis, ut plurimum sunt appellati. Nam & scientiam, quam ex hoc ipso Thrasyllo Tiberius didicit, *Chaldaeorum artem* Tacitus vocat, Ann. vi. ubi hanc historiam paullo aliter, quam Suetonius recenset.

Deducto in forum filio Druso.] Id tyrocini die fiebat. Supra Aug. capite xxvi.

E Carinis.] Sext. Pompejus haud absurde cum in navi Cæsaremque & Antonium cœna exiperet, dixit: In Carinis suis se cœnam dare: referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur. *Vellejus.*

Pompejana domo] Quam *rostratam* Iulius Capitolinus appellat in Gordianis: haud dubie propter fastigium vel ornamentum aliquod rostri forma, Magni ædibus concessu Senatus ac P. R. affixum, navalium ejus victoriarum monumentum.

Esquilias.] Esquilias plures montes fuisse, iis verbis docet Varro: *Esquilias duo montes habiti, quod pars Cispinus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur.* Hic mons ab ortu urbis muros versus aggerem, & castrum prætorium, portas Gabiulam & Esquilinam attingit, à meridie viam illam habet,

in hortos Mecenatianos transmigravit: totumque se ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Nec quidquam postea pro patrefamilias egit: aut jus quod adoptione amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit, neque manumisit: nec hereditatem quidem, aut legata percepit

quæ ab amphitheatro in Carinis principium habens, per Cœlioli extremam partem, usque ad S. Clementis & SS. Marcellini & Petri ædes, versus portam Esquilinam protenditur. *Onuphr. Panvin.*

Transmigravit.] Ex Ciceronis ad Atticum epistolis, scimus morem cum fuisse nobilium adolescentium, ut mox à virili sumpta in proprias ædes à patre emigrarent: non enim aliter suam dignitatem satis tueri posse videbantur. Propterea Domitianus à patre correptus, quo magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre una. Quod igitur Tiberius filio post assumptam liberam togam, domo statim eicedit, dignitati illius consultum hac ratione voluit, quando sibi omnes ad Rempublicam aditus præclusos videbat. *Casub.*

Adoptatur ab Augusto.] Aug. c. lxxv. Hinc Justin. Imp. titul. De adoptionibus: *Sic Divus Augustus non ante Tiberium adoptavit quam is Germanicum adoptasset, ut protinus adoptione facta inciperet Germanicus ei nepos esse. Sed & Hadrianus Antoninum Pium hac lege adoptavit, ut ille Marcum & Verum sibi adoptaret. Testis Capitolin. Torrent.*

Simul cum fratre eorum M. Agrippa.] Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippæ Julia enixa erat, sed in Neronis adoptione illud adjectum, his ipsis Cæsaris ver-

bis: *Hoc, inquit, reipublicæ causa facio. Vellejus.*

Pro patrefamilias egit.] Patrefamilias appellârunt, qui è patris potestate exisset. Itaque filios familias exclusos etiam à testamento faciundo voluerunt: usque adeo ut Cicero in Topicis, si mulier, quæ emancipata non esset, testamentum fecisset, secundum eas tabulas possessionem ex edicto prætoris dari non posse concluderit. *Sigonius.*

Ius quod adoptione amiserat.] Capitis nempe deminutionem passus, ac sub alterius constitutus potestate. Sic nimirum Antoninus, cum recens ab Hadriano adoptatus reprehenderetur ab uxore, quod nimis exigua largiretur. Atqui stulta (inquit) postquam ad Imperium venimus, etiam quod ante habuimus perdidimus. *Torrent.*

Neque manumisit.] Non valet donatio, quam facit filiusfamilias sine patris jussu, ut scribit Ulpianus in titulo De adoptionibus. Itidem queritur apud Iurisconsultos, nunquid filiusfamilias vivo patre servum manumittere possit? & videtur manumittere non posse, nisi pater permiserit. Excipitur filiusfamilias militiam exercens: talis enim servos, quos in castris acquirit, manumittere potest, quum in patris familia minime computentur. *Beroald.*

Aliter quam ut peculio referret accepta.] Significat Tiberium ea bona quæ sibi

pit ulla aliter quam ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore prætermissum est ad majestatem ejus augendam, ac multo magis postquam, Agrippa abdicato atque seposito, certum erat, uni spem successionis incumbere. Data rursus potestas tribunitia in quinquennium: delegatus pacandæ Germaniæ status: Parthorum legati, mandatis AVgusto Roma redditis, eum quoque adire in provinciam jussi. Sed nuntiata Illyrici defectione, transit ad curam novi belli: quod gravissimum omnium externorum bellorum post Punica, per XV. legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio gessit: in magnis omnium rerum difficultatibus, summaque frugum inopia. Et

quam-

sibi testamentis amicorum relinquere, possedisse, non tanquam legatarium aut heredem: nam eo titulo acquisivisset patri, non sibi: verum jure peculii, quasi accepta à patre & concessa sibi fuissent. *Casaubonus.* Peculium, ut *Celsus* scribit, est quod servus domini permissu separatum à dominicis rationibus habet. *Vlpianus: Paterfamilias*, inquit, *peculium habere non potest, quemadmodum nec servus bona, aut ille qui in alterius est mancipio.* *Sabell.*

Data rursus potestas Tribunitia.] Tribunatum capere indignum majestate sua imperatores censebant, quum in patricios statim allegerentur, ubi primum Augusti appellati fuissent: verum potestatem Tribunitiam, quanta unquam fuit, sibi assumebant, vel die primo imperii eorum, si ex privatis ad imperii fastigium evecti essent, vel si designati fuissent imperatores, ab iis, à quibus designati fuerant, ut *M. Agrippa* & *Tib. Cæsar* ab *Augusto*, *Drusus* à *Tiberio*, *Titus* à *Vespasiano*, *Trajanus* à *Nerva*, *Pius* ab *Hadriano*, *Marcus* à *Pio*, *L. Verus* & *Commodus* à *Marco*, *Caracalla* & *Geta* à *Severo*: qui Tribuni-

tiam potestatem ante diem singularis eorum imperii obtinuerunt. *Onuphr. Panvin.*

In provinciam.] Germaniam: cujus pacandæ status ipsi fuerat demandatus.

Gravissimum omnium externorum bellorum post Punica.] Tantus hujus belli metus fuit, ut stabilem illum, & firmatum tantorum bellorum experientia, Cæsaris Augusti animum quateret atque terreret. Habiti itaque delectus, revocati undique omnes veterani, viri foeminaeque ex censu libertinum coactæ dare militem. Audita in senatu vox principis: *Decimo die, ni caveretur, posse hostem in urbis Roma venire conspectum.* Senatorum, equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. *Vellejus.*

Summaque frugum inopia.] Antiquiores *frugum* vocabulum latius accepere, ut fruges sint, quidquid ex fructu terræ in alimoniam vertitur: qua ratione *Plinius* frugiferas arbores omnes appellat, quæ fructiferae sunt, olivam, pyrum, pomum. Dicuntur enim fruges à fruendo, ut *Varro*: vel à frumine, quod summa pars gulæ est, per quam cibus in

quamquam saepius revocaretur, tamen perseveravit: metuens, ne vicinus & prevalens hostis instaret ultrocedentibus. Ac perseverantia grande pretium tulit: toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet, perdomito & in ditionem redacto. Cui gloria amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quintilius Varus, cum tribus legionibus in Germania periit: nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multique & magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut Inviictus, nonnulli ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, maesta civitate clade Variana. Nihilominus urbem praetexta-

ventrem demittitur, ut Servius scribit. Alciatus.

Et quamquam saepius revocaretur, tamen perseveravit.] Unde nata illa suspicio Augusti quam tangit Dio lib. l.v. Ο Αύγουστος ὑποπιβύσας εἰς τὸ Τιβέριον, ὡς θυμηθέντα μὲν ἂν Διὸς πελάγων αὐτῆς κρατήσῃ, τριβόντα δὲ ἐξέπιπυθῆς, ἵνα ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐπιπύσῃ τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῇ ἑσπερίᾳ πόλει. Casaubon. Eadem cura, quae tunc forsitan Augustum, postea Tiberium quoque sollicitum habuit Tacitus Annal. 11. Tiberio haud ingratum accidit, turbavi res Orientis, ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret.

Iuncturi se Pannoniis fuerint.] Praones, natio ingens, circa Istrum per longum incolens, ab Iapodum populis su-

pra Dardanos protenditur. Hi Praones à Græcis, à Romanis Pannonii appellantur: & ab illis Illyriis annumerati sunt. Appianus.

Nonnulli ut Pius cogn.] Cognomen tum Pii Metellus primus meruit apud Romanos, propterea quod patrem lacrymis & precibus assiduis ab exilio revocavit. Beroald. Onuphrii notam vide ad cap. l.v. 111. Aug.

Quod se defuncto.] Augusti cognomen intelligit, quod Tiberius post obitum Augusti erat suscepturus, quod cognomen speciosius est, & venerabilis cognomento Pannonici, Inviicti, & Pii. Beroald.

Urbem praetextatus, & laurea coronatus, intravit.] At non omni tempore praetextam inter triumphales vestes fuisse, ex Tacito & Plutarcho constat.

Tacitus

tatus, & laurea coronatus intravit, positumque in Septis tribunal, senatu adstante, conscendit: ac medius inter duos COSS. cum AVgusto simul sedit: unde, populo consalutato, circum templa deductus est. Proximo anno repetita Germania, cum animadvertere-¹⁸ret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit: semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem prestitit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera: ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria. Trans Rhe-

Tacitus Ann. XII. Et ludicro Circensium, quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veste, transvecti sunt. Plutarchus in Mario: καὶ παρεῖλθε μὲ εἴτε λαθῶν αὐτὸν, εἴτε τῆ τύχῃ χρωόμενοι ἀγροικότερον, ἐν τῆ Ἰριαμεδικῆ καὶ οὐκ ἀπὸ τῆ περὶ τὸν βυλλῶν ἀχθῆσθαι αἰδομένοι ἐξάνεση, καὶ μεταλαβὼν τὴν ἀειφορὸν φέρειν, αὐτὸς ἦλθε. Baysius.

In septis.] Septa locus est in campo Martio. eum ad habenda tributa comitia Lepidus undiquaque porticibus circumductis ædificaverat: tabulis lapideis & picturis à se exornatum Agrippa, Septa Julia ab Augusto cognominavit. Dio Cassius. Hæc septa etiam Ovilia dicta constat ex Juvenal. Satyr. VI.

— antiquo quæ proxima surgit Ovili. Idem confirmat Dionys. Halicarn. l. X. ubi de comitiis L. Quintii loquitur: & Strabo, qui lib. VI. scribit, Syllam dictatorem Marianos ad tria millia,

vel, ut alii, quatuor millia, qui arma projecerant in campo Martio, ad Ovilia coactos, immisis militibus jugulasse. Marc. Donatus.

Medius.] Locus honoratior est medius non solum apud Romanos, sed etiam apud barbaros. Unde ait Sallustius in Jugurtha, Hiempsalem assedisse juxta fratrem Adherbalem, ut ille in medio foret, tanquam venerabilior. Xenophon quoque tradit, Cyrum solitum fuisse medium discumbere inter amicos honoratos. Beroald. Sed ad ea quæ ex Salmasio notamus infra ad Calig. cap. XXI V.

Sui arbitris.] Vide quæ Beroaldus ex Plutarcho commentatur ad caput XXI.

Vehiculorum onera.] Reperio vehiculorum onera. itaque quamvis vulgatum lectionem non improbem, tamen quidni hanc etiam defendere possim? præsertim cum ut naviculator, sic etiam vehiculator dici probe possit. Turnebus.

Ut sedens in cespite nudo cibum caperet.] Catonem Uticensem imitatur, de quo

Rhenum vero eum vite ordinem tenuit, ut sedens in
 cespite nudo cibum caperet: saepe sine tentorio perno-
 etaret: praecepta sequentis diei omnia, & si quid sub-
 iti muneris injungendum esset, per libellos daret, addita
 monitione, ut de quo quisque dubitaret, se, nec alio in-
 19 terprete, quacumque vel noctis hora uteretur. Disci-
 plinam acerrime exegit: animadversionum & igno-
 miniarum generibus ex antiquitate repetitis: atque
 etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto
 suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato.
 Prælia, quamvis minimum fortuna casibusque permit-
 teret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante
 se subito ac nullo propellente, decideret lumen & ex-
 stin-

Plutarchus, εἰδείπων δὲ καὶ ἡμεῖς αἰφ' ἧς ἡμίρας πλὴν καὶ Φάροσαλον ἔγνω ἡτῶν καὶ τῆτο τῶ λοιπῶ παροσίθηκε πύσθι, πὸ μὴ καὶ ἀκλιθῶσαι πλὴν καὶ δίδων. Casaubon. De Iuliano quo-
 que Mamertinus: Neque enim compa-
 randa sunt pictura, marmorum crusta,
 & solido auro tecta laquearia cum eo, qui
 majorem animi partem in nudis humis cu-
 bet, & caelo tantum tegatur.

Præcepta sequentis diei omnia per libel-
 los daret.] Ita soliti etiam in urbe qui
 diligentius curam aliquam publice ad-
 ministrabant, Julius Frontinus De A-
 quaeduct. urb. Romæ, Tam amplum
 numerum utriusque familia, solitum am-
 bitione aut negligentia prepositorum in
 privata opera diduci, revocare ad aliquam
 disciplinam & publica ministeria insti-
 tuimus, ut pridie quid esset actura dicta-
 remus, & quid quaque die egisset, actis
 comprehenderetur. Casaub. Scilicet ne
 quis postea aliquid non dictum, aut
 non præceptum cavillari posset. Sabell.
 Utilem morem in foedissimam arro-
 gantiam vertit Pallas, qui nominatis
 libertis, quos conscios conjurationis

haberet, respondit, nihil unquam se do-
 mi, nisi nutu aut manu significasse, vel si
 plura demonstranda essent, scripto usum,
 ne vocem conficiaret. Tacit. Annal. XIII,

Disciplinam acerrime exegit.] Exem-
 plo vitrici, in ejus vita cap. XXIV.

Animadversionum & ignominiarum
 generibus ex antiquitate repetitis.] Lenis
 animadversio fuit, quæ ignominiam
 tantum inussit, ut stipendio legitimo
 spoliari, hastam dare, tendendi locum
 mutare, extra oppidum hibernare, ci-
 bum stantem capere, fossam fodere,
 discinctum destitui, hordeo pasci, san-
 guinem mitti. Gravior, quæ detrimen-
 tum intulit, ut virgis cædi, venire, fu-
 ste, & securi percuti, decimari, in cru-
 cem tolli: quarum omnium exempla
 refero lib. I. de Antiquo jure civium
 Romanorum, cap. XV. Sigonius.

Trans ripam venatum.] Libet ascri-
 bere Macri L. Cti. l. XII. De re militari
 verba. Debet (inquit) qui meminerit se
 armatis præesse, parcissime comæatum
 dare, equum militem extra provinciam
 duci non permittere, ad opus privatum, ve-
 natum, piscatum militem non mittere. Nam
 in disciplina Augusti ita cavetur. Torr.

Exstina-

stingueretur: confidens, ut ajebat, ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prospere gesta, non multum absuit quin à Bruçtero quodam occideretur: cui inter proximos versanti, & trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris. A Germania in urbem post biennium²⁰ regressus, triumphum, quem distulerat, egit: prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit è curru, seque presidenti patri ad genua submitit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum premiis, Ravennam transtulit: gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere. Prandium dein populo mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit. Dedicavit & Concordia adem: item

Pol-

*Exstingueretur.] Quærit etiam Plutar-
tarchus in Problematis, cur Romani
lumen non extinxerint, sed per se ex-*

*tingui, ac deficere permiserint. Beroald.
Legatis.] Inter quos fuit L. Domi-
tius, Neronis Cæsaris avus. Ner. cap.
IIII. Incidit autem hic triumphus in
A.V. DCCCLXV. Torrent.*

*Quibus triumphalia ornamenta impe-
trârat.] De Lepido quodam Vellejus:
Præda onustus pervenit ad Cæsarem, &
ob ea, quæ si propriis gessisset auspiciis,
triumphare debuerat, ornamentis trium-
phalibus, consentiente cum judicio princi-
pum voluntate senatus, donatus est.*

*Flecteret.] Triumphantes, peracta
triumphandi pompa, Capitolium in-
grediebantur, ibique hostiis immolatis
in Palatium recedebant: ut docet
Iosephus libro VII. belli Iudaici. Be-
roaldus.*

*Batonem Pannonium ducem, ingenti-
bus donatum premiis Ravennam transtu-*

*lit.] Cum se Tiberio dedisset, teste
Dione, in triumpho ductus est, ut con-
stat ex Ovidio hunc triumphum descri-
bente lib. II. Ponti, Elegia, Huc quo-
que Cæsarei pervenit fama triumphi. In-
fra in scriptis codicibus legitur:*

*Maxima pars horum vitam veniamque
tulere:*

*In quibus & belli summa caputque Ba-
ton.*

*Est autem Bato nomen popolare Pan-
nonum. In Pannonia extat lapis in
quo incisum. BATO BVLLI. F. COL.
AP. EQ. ALAF. PANNONIORVM. TVR.
SCENI. Ios. Scaliger.*

*Dedicavit & Concordia adem.] An-
no V. C. DCCCLXVI. Tiberius ædem
Concordiæ sacravit, inscripto suo &
fratris Drusi, vita pridem functi, no-
minibus. Dio Cassius. Ædes Concor-
diæ Romæ fuerunt plures, vetustissi-
ma, quam propter secessionem milita-
tem vocit extruxitque M. Furius Ca-
millus.*

*Pollucis & Castoris, suo fratrisque nomine, de ma-
ri nubis. Ac non multo post lege per C O S S. lata,
ut provincias cum AVgusto communiter administra-
ret, simulque censum ageret, condito lustro in Illyri-
cum profectus est. Et statim ex itinere revocatus, jam
quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc AVgu-
stum reperit: fuitque una secreto per totum diem.
Scio vulgo persuasum, quasi egresso post secretam ser-
monem Tiberio, vox AVgusti per cubicularios excepta
sit: Miserrimum populum Romanum, qui sub tanta
len-*

millus. Altera est, quam vovit L. Man-
lius prator, etiam propter seditionem
militarem in Gallia. Tertia est in foro
Romano, prope Græcostasim ædificata
à L. Opimio consule, delectis Graccha-
nis partibus. Quarta posita est à Livia,
nisi eadem sit antiquissima, quam fe-
cerat Camillus, reparata à Livia, quod
vetustate laberetur: de qua Ovidius pri-
mo Fastorum. *Vives.*

Item Pollucis & Castoris.] His quo-
que jam ante in foro ædes constituta
fuerat. Cæf. cap. x.

*Ac non multo post lege per consules la-
ta.]* Cum S. P. Q. Roman. postulan-
te patre ejus ut æquum ei jus in omni-
bus provinciis exercitibusque esset,
quam erat ipsi, decreto complexus es-
set: in urbem reversus, jam pridem de-
bitum, sed continuatione bellorum di-
latum ex Pannoniis Dalmatisque egit
triumphum. *Vellejus.* De provincia-
rum divisione ante dictum Aug. cap.
XLVII. Hujus autem loci sententia est,
administrationem provinciarum, quas
Augustus sibi servaverat, Tiberio com-
municasse, idque lege per C O S S. lata,
quo Senatam demereretur, & Tiberii
inde cresceret auctoritas. *Torrentius.*
De Tiberio Tacitus Ann. 1. omnia
per consules incipiebat, tanquam veterem
Rep.

Simulque censum ageret.] Censendi

institutum tale fuit, ut cives omnes
in sua quisque tribu, classe, centuria,
jurejurando dato, apud eum, penes
quem jus censendi populi esset, nomi-
na sua, uxorum, liberorum, libertor-
um, servorumque suorum profiteren-
tur. præterea ætatem omnium, & re-
gionem quam habitarent, & fortuna-
rum suarum æstimationem deferrent.
Hoc autem jus primum regum, deinde
consulum, & dictatorum: postremo,
proprio ad id magistratu creato, cen-
sorum fuit. Et quod ad capita censen-
da pertinet, si quis, qui non esset ci-
vis, nomen suum clam in censorias
tabulas referendum curasset, ea re civi-
tatem adeptum esse comperio. *Sigo-
nius.*

Spirantem adhuc AVgustum reperit.]
Vide lib. superiore cap. XCVIII.

Sub tam lentis maxillis.] Scribit Plu-
tarchus in Apophthegmatis, Augustum
dicere solitum, se Romani Imperii
successorem eum esse relicturum, qui
nunquam bis de eadem re consultasset.
Tiberium videlicet significare volebat,
qui, ut inquit Sextus Aurelius, *repenti-
nis consiliis melior erat, quam meditatiis.*
Tranquillus vero hoc dicto demon-
strare voluit, ab Augusto reprehensam
fuisse Tyberii lentam morositatem.
Beroaldus. Declarat providus senex
ἐμφανέως, futurum statum po-
puli

lentis maxillis erit. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse: vel etiam ambitione tactum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo quin existimem, circumspertissimum & prudentissimum principem, in tanto presertim negotio, nihil temere fecisse: sed vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes: presertim cum & Reip. causa adoptare se eum pro concione juraverit: & epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, atque unicum populi Rom. presidium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. Vale, jucundissime Tiberi, & rem

puli Rom. sub Tiberio. fore enim similem ei, quem bestia aliqua sava dentibus prehensum tenet, & longo cruciatu vexat prius quam conficiat. hoc vocat, esse sub maxillis lentis. At sub lentis maxillis edere, affine est illi Græcorum, αἰμύλοις γνάθοις ἀλήθειαν, quod huic loco non videtur convenire. Casaubon. Ad illud referatur, quod Tacitus Cornelius scribit, Tiberium verba expendere solitum, ac validis sensibus consulto ambiguum. Sabell.

Morum ejus diritatem.] In codicillis suis Augustus acerbitatem & intolerantiam morum appellaverat infra cap. 21. Plinius lib. xxviii. c. 11. tristissimum hominum vocat.

Sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse.] Panegyristes: An senatus populique Romani exercitus, provincias, socios transmissurus uni, successorem ex sinu uxoris accipias? summaque potestatis heredem tantum intra do-

minum tuam queras? non per totam civitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc conjunctissimum existimes, quem optimum, quem diis simillimum inveneris?

Desiderabilior quandoque foret.] In hanc rem notanda sunt illa Dionis lib. lvi. ubi de excessu Augusti loquitur: Τὸ δὲ ἀληθές, ἐν μὲν τῷ ἀρχαρχῆματι ἔποδοι τὸ πινθεῖον, ὑπερον δὲ πάντες ἔχον. Idem paullo post diserte: Ἐ Τιβεριῶν μετ' αὐτὸν ἕχοντες πρῶτον, ἀκείνοισι ἐζήτην. Ceterum de iis, sive rumoribus, sive judiciis, quæ heic commemorantur, sic Tacitus Ann. 1. Ne Tiberium quidem caritate, aut Reip. cura successorem adscitum, sed quoniam adrogantiam servitiæque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quasi vixisse.

Ἐμοὶ κὴ ταῖς Μίσους σπατηγῶν.] Legendum ex vestigiis libri veteris, ἐμοὶ

rem gere feliciter, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις σπᾶτηγῶν. Iucundissime, & ita sim felix, vir fortissime, & dux νομιμώτατε. Vale, ἔ, Ordinem æstivorum tuorum? Ego vero, mi Tiberi, & inter tot rerum difficultates, καὶ ποσώτῳ ῥαθυμίᾳ τῶν σπᾶτῶν non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque, qui tecum fuerunt omnes, confitentur versum illum in te posse dici,

Vnus homo nobis vigilando restituit rem.

Sive, inquit, quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor valde, medius fidius Tiberium meum desidero: succurritque versus ille Homericus,

ἐμοὶ τι ἐ τοῖς ἐμοῖς, ὃ ἄρῃτε, σπᾶτηγῶν. Salmasius. Si Musas retinebimus ita interpretemur, ut (quod ait Horat.) ad dicenda Musis prælia eum exhortetur, quæque per ora doctorum eant. Poterat etiam eum tunc forte in hibernis agentem suo exemplo ad Musarum commercia provocasse. Nam ad Musas sic de Augusto Horat.

Vos Casarem altum, militia simul
Fessas cohortes abdidit oppidis,
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro.

lib. Od. IIII. Torrentius.

Dux νομιμώτατε.] Quid est dux νόμιμος? An quia disciplinam militarem severissime regit? atqui νόμιμος est potius legitimus, & secundum leges constitutus. Sic fere νόμιμος μάχιμος apud Plutarchum, iusta & legitima acies: cui opponuntur κλοπαὶ πολέμου, quæ etiam Latinis furta & latrocinia vocantur. Fortasse scripserat Augustus, dux νομιμώτατε quod idem est ac νομιμώτατε: aut dux μονομώτατε constantissime & fortissime. Casaub.

Vale, ἔ, Ordinem æstivorum tuorum?]

Τῆς

In vetusto codice ita legitur: Et dux νομιμώτατε vale: ordinem æstivorum tuorum. Hæc verba absque conjunctione, & initio hujus clausulæ leguntur, ut admirative dicta intelligantur, hoc sensu: Quid dicam ordinem æstivorum tuorum? Glareanus.

Æstivorum.] Duplicia Romanis castra, Æstiva & Hiberna. Illa, quæ mobilia, & æstatis sive expeditionis tempore in unam sæpe noctem structa. Quæ iterum duplicia, à moræ mansionisque differentia. Si enim una alteraque, aut omnino pauca noctes in iis agendæ, sine alia additione Castra dicebant, aut Mansiones etiam, posteriori ævo. Si diutius subsistendum ab ipsa re stativa. Lipsius.

Καὶ ποσώτῳ ῥαθυμίᾳ.] Significat animos legionariorum in præsentis militiæ conditionibus non acquiescentes sub extrema Augusti tempora, quod statim post ejus obitum Pannoniæ & Germanicæ legiones declararunt. Casaub.

Versus ille Homericus.] Apud Homerum in x. Iliados Rhapsodia, Diomedes suscipiens munus eundi pro speculatore

Τάττα δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθρομένοιο

Ἀμφω νοσήσασιν, ἐπεὶ τοῦτο οἶδε νοῆσιν.

Attenuatum te esse continuatione laborum, cum audio & lego, Dii me perdant nisi cohorrescit corpus meum: teque rogo ut parcas tibi: ne si te languere audierimus, & ego & mater tua exspiremus, & de summa imperii sui populus Rom. periclitetur. Nihil interest valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro ut te nobis conferent, & valere nunc & semper patiantur, si non populum Rom. perosi sunt. EXCESSVM AVGVSTI non prius palam fecit quam Agrippa juvene interemto. Hunc tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, AVGVSTVS ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine AVGVSTI Livia, & ea conscio Tiberio an ignaro, dictasset. Tiberius renuntianti tribuno factum esse quod imperasset, Neque imperasse se, & reddi-

tu-

latore ad Troiana castra Vlystem socium sibi dari deposcit, dicitque hunc verum. Beroald.

Agrippa juvene.] Cum quo fuerat ab Augusto adoptatus.

Tribunus militum.] A centurione interfectum Tacitus voluit: item Dio: ὁ ἐκ τῶν παρχῶν ὁ πρῶτος φρεσὶν αὐτῶν ἔχων κτηνοβοσκῶν ἢ ἀπιστοφάξεν. Credo verum esse, ut à centurione occisus sit, at jussu Tribuni. Lipsius.

Lectis codicillis.] Ita receptum, quo magis cautum militibus esset, eadem mandari per libellum. Scilicet ne Imperator auctoritatem possit defugere. Pulchre Herodianus lib. III. de Saturnino & Plautiano: ὁ δὲ Σαίκερτις

χαμμησίον ἤπιστοφάξεν τὸν φέρον ἀκρίβην, ἐν τῷ κωδίκῳ τῶτο λέγει χαμμησίον, ἵνα μὴ γινώσκον ἢ ἀπιστοφάξεν. Lipsius.

Renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset.] Mos militiz: ut sive Tribunus sive Centurio, jussus aliquid exsequi, id factum Imperatori vel duci teneretur renuntiare. Eum morem diserte Tacitus in hac te notat. tangit iterum Suetonius in Claudio, sectione XXIX. quibus omnibus in locis formula solennis usurpatur: IMPERATOR FACTVM QVOD IMPERASTI. Casaubonus,

turum eum senatui rationem respondit: *invidiam* scilicet in presentia vitans. Nam mox silentio rem
 23 obliteravit. Iure autem tribunitiæ potestatis coactò
 senatu, inchoataque allocutione, derepente velut im-
 par dolori congemuit: utque non solum vox, sed &
 spiritus deficeret, optavit: ac perlegendum librum
 Druso filio tradidit. Illatum deinde AVgusti testamen-
 tum, non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis,
 cæteris extracuriam signa agnoscentibus, recitavit per
 libertum. Testamenti initium fuit: Quoniam fini-
 stra fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit,
 Tiberius Cæsar mihi ex parte dimidia & sextante
 heres esto. Quo & ipso aucta est suspicio opinan-
 tium, successorem adscitum eum necessitate magis
 24 quam iudicio: quando ita præfari non abstinuerit. Prin-
 cipatum, quamvis neque occupare confestim, neque
 agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi &
 specie

[Iure autem Tribunitiæ potestatis coactò
 senatu.] M. Varro in libro epistolica-
 rum quaestionum quarto ponit qui fue-
 rint, per quos more majorum senatus
 haberi soleret, eosque nominat, dicta-
 torem, consulem, prætores, tribunos plebis,
 interregem, præfectum urbi. docet dein-
 de inibi multa, quibus diebus habere
 senatum jus non sit. Gellius. Ideo AV-
 gusto jam tribunitia potestate prædito
 alio decreto patrum opus fuit, ut quo-
 ties vellet, senatum cogere posset iure.
 Dio in actis anni DCCXXXII. ἐπὶ τῆ-
 τοῖς ὑπὸ τῷ Ἀφρονουώτῳ ἐπὶ τῷ
 ὡς τε καὶ τὸ πλὴν βυλλῶν ἀπορίσθαι ὁ-
 σίας ἐν ἐπιλήσει, λαβεῖν. Postea pe-
 riit hoc jus iis qui veteris tribunatus
 speciem retinebant. Casaub.

[Allocutione.] Alloquendi verbum
 proprie admodum & venuste usurpa-
 tum est à veteribus in eo sermone, qui

levandi ac minuendi alieni doloris cau-
 sa haberetur. Acceptum autem id à
 Græcis videtur. Ὠδαμθεῖαδ enim,
 aut παρηγορεῖν, verbum è verbo, est
 alloqui. præclare igitur Seneca: apud
 quem ita in Troade Vlysses:

Alios parentes alloqui in luctu decet,

Tibi gratulandum est. Hinc allocutionem

etiam dixerunt παρηγορεῖαν ἢ Ὠδα-
 μθεῖαν: ut Catullus,

Qua solatus es allocutione? Muretus.

[Signatoribus.] Ad signandum amici
 advocabantur. Idque inter recepta Ro-
 mæ officia numerabatur. Quin & Iu-
 risconsultos ad has obsignationes ad-
 hibitos, indicat Cicero lib. 1, de Orat.
 Cum autem tabulas, testationesve con-
 signare permittebant, vel rogabant, u-
 tebantur his verbis, *signa, signate, si-
 gnent licet.* Briffonius.

[Sinistra fortuna.] Cod. Salmas. atrox.

specie dominationis assumpta, diu tamen recusavit impudentissimo animo: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros quanta bellua esset Imperium: nunc precantem senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat: alter coram exprobraret, Cæteros quod polliciti sint, tarde præstare: sed ipsum quod præstet, tarde polliceri. Tandem quasi coactus, & querens miseram & onerosam injungi sibi servitutem, recepit imperium: nec tamen aliter quam ut depositurum se quandoque spem faceret. Ipsius verba sunt hæc: Dum veniam ad id tempus quo vobis æquum possit videri, dare vos aliquam senectuti meæ requiem. Cunctandi causa erat, metus undique imminentium discriminum:

NUM:

Ut ignaros quanta bellua esset imperium.] Versæ ad Tiberium preces: & ille varie diserebat, de magnitudine imperii, sua modestia: solam divi Augusti mentem tantæ molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunæ regendi cuncta onus: proinde in civitate tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent: plures facilius munia Reip. sociatis laboribus executuros, Tacitus.

Aut desistat.] Agere principem, quem vere agit, nam coeperat in multis principis personam usurpare, Sabell.

Quod præstet, tarde polliceri.] Satis urbane, nec sine felle dictum, quasi diceret: Quam alii sero præstare soleant quæ promiserint, hic quæ præstet (nam dudum re ipsa se principem agebat) cunctanter pollicetur. Idem.

Ut sepe lupum tenere se auribus dice-

ret.] Sic Antipho apud Terentium in Phormione Act. III. Sc. II.

— imo id quod ajunt, auribus teneo lupum.

Nam neque quo amittam à me, invenio, neque, uti retineam, scio.

Plutarchus in præceptis civilibus: λέγουσι φασὶ τὸ ὄτι οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν ἄνθρωπον κρατεῖν, id est, ajunt lupum non posse teneri auribus: cum homines hac parte maxime ducantur, nimirum persuasione. Dicitur in eos, qui ejusmodi negotio involvantur, quod neque relinquere sit integrum neque tolerari possit. Videatur ab eventu quopiam natum, ut alia pleræque. Aut inde certe, quod ut lepus auribus, quippe prælongis, commodissime tenetur: ita lupus, quod aures habet pro corpore breviores, teneri iis non potest, neque rursus citra summum periculum è manibus dimitti, bellua tam mordax. Erasmus.

scri-

num: ut saepe lupum se auribus tenere diceret. Nam & servus Agrippa, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo vir nobilis res novas clam moliebatur: & duplex seditio militum in Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut equarentur stipendio pratorianis Germaniciani. Quidam etiam principem detrectabant non à se datum: summaque vi Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capeffendam Remp. perurgebant, quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi quas senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit: quando universa sufficere so-

Scribonius Libo vir nobilis res novas clam moliebatur.] Firmius Catus Senator ex intima Libonis amicitia, juvenem improvidum & facilem inanibus, ad Chaldaeorum promissa, magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit, dum proavum Pompejum, amitam Scriboniam, quae quondam Augusti conjux fuerat, consobrinos Caesares, plenam imaginibus domum ostentat, hortaturque ad luxum & as alienum, focius libidinum & necessitatum, quo pluribus indicis infligaret. Tacitus.

Pratorianis Germaniciani.] Locum hunc aliter interpungendo sic restituo: ante omnia ut equarentur Pratorianis. Germaniciani quidam etiam principem detrectabant. sententia enim est, utrumque exercitum in eo convenisse, ut Pratorianos aequarentur, Germanicianos vero etiam imperium detrectasse, quod Germanicum peterent. Adde Suetonium Calig. c. 1. Torrent.

Germaniciani.] Exercitus in Germania positus, Germanicus non Germanicianus Tacito aliisque antiquioribus dicitur: ac milites ejus exercitus, & ut Graeci dicunt οἱ ἐν τῷ στρατοπέδῳ.

eo Taguvio, Germaniciani iisdem appellantur. Posteriores scriptores hanc distinctionem non observant. Casaub. At Suetonius, Tacito οὐδ' ἔργου, Oth. cap. viii. Germaniciani exercitus in Vitellii verba jurarant. iterum Vespas. cap. vi. Neque enim deteriores esse, aut Hispanensi exercitu, qui Galbam, aut pratorianos, qui Othonem, aut Germaniciano, qui Vitellium fecissent. Schiold.

Obfirmate resistentem.] Infra Calig. cap. 1. Tacitus: At ille moriturum potius quam fidem exueret clamitans, ferrum à latere diripuit, elatumque destrabat in pectus, ni proximi prehensam dextram vi attinissent.

Partes sibi, quas senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit.] Socios imperii ac collegas petiit, non quidem cum quibus omnia regeret, quod sit ubi rerum potestas in manus paucorum devenit: sed diviso imperio in tres partes, unam sibi sumere volebat, reliquas aliis relinquebat. Caeterum partem istarum prius Romam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia subditos. Dio Cassius.

Clemens

Solus nemo posset: nisi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit & valitudinem, quo equiore animo Germanicus celerem successionem, vel certe societatem principatus opperiretur. Compositis seditionibus, Clementem quoque fraude deceptum, redegit in potestatem: Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, secundo demum anno in senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cavere contentus. Nam & inter Pontifices sacrificanti simul, pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit: & secretum petenti non nisi adhibito Druso filio dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. VERVM liberatus metu, civilem admodum inter initia ac paullo minus quam privatam egit. Ex plurimis maximisque honoribus, præter paucos & modicos non recepit. Natalem suum plebeis incurren-

tem

Clementem quoque fraude deceptum redegit in potestatem.] Ut ederet socios, subigi non potuit: nec Tiberius poenam ejus palam ausus, in secreta palatii parte interfici jussit, corpusque clam auferri. & quanquam multi è domo principis equitesque ac senatores, sustentasse opibus, juvisse consiliis dicerentur, haud quaesitum. Tacitus.

Secundo demum anno in Senatu coarguit.] Libo cum æger à Senatu in lectica relatus esset, non sane frequentibus exsequiis (omnes enim necessarij deseruerant impie, jam non reum, sed funus) habere coepit consilium, utrum conscisceret sibi mortem, an expectaret. Cui Scribonia: Quid te, inquit, delectat alienum negotium agere? Non persuasit: manus sibi attulit. Seneca.

Pro secespita.] Græci μαχα: Ἐίδειν Ἰουλίου, ut Lucianus in Piscatore. Pollux, σφαιρίδας, χροπίδας & πιλίνας in eum usum recenset. Veteribus Lati-

nis, acievīs propria ei ministerio fuit, quam ἀξιόλυ ισφαρίης vertunt Græci magistri. Casaubon. Secespitam esse Antistius Labeo ait cultrum ferreum, oblongum manubrio, rotundo, eburneo, solido, vincto ad capulum auro argentoque, fixum clavīs æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, pontificesque ad sacrificia utuntur. eadem alias dicitur, qua in sacrario utuntur. sacraria namque in templis reticulo æneo olim sepiebantur, in quo tubæ relictae sunt, per quas manibus sacra tangere licet. est hoc in templo bonæ dex: sed & aliis in locis: & sunt velut repagula quædam: ita secespitæ dicuntur duobus modis. Festus.

Plumbeum.] Plumbeum cultrum ideo subijci curavit quia obtusior est, habetque aciem hebetiorem. Beroald.

Civilem admodum.] Qualem se in secessu Rhodio gesserat. supra cap. xi.

Plebeis incurrentem Circensibus.] Ple-

tem Circensibus, vix unius bigæ adiectione honorari passus est. Tempia, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas, atque imagines, nisi permittente se poni: permisitque, ea sola conditione, ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta adium ponerentur. Intercessit & quò minus in acta sua juraretur: & nemensis September, Tiberius: October, Livius vocarentur. Prænomen quoque IMPERATORIS, cognomenque PATRIS PATRIÆ, & civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne AVGVSTI quidem nomen, quanquam hereditarium, ullis nisi ad reges ac dynastas epistolis addidit. Nec amplius quam omnino tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in

beii ludi quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum. *Asconius.*

Vix unius bigæ adiectione honorari passus est.] Erant enim plures in Circensibus exercitiorum formæ, & inter eas aurigatio, quæ bigis aut quadrigis peragebatur. Domit. cap. iv. verum & in Circo, ubi præter sollennes bigarum quadrigarumque cursus, prælium duplex etiam, equestre ac pedestre commisit.

Statuas & imagines.] Hæc duo disparavit, tanquam diversa, sicut Historici fecerunt: Statuæ enim sunt æneæ, & lapideæ: imagines cereæ, & pictæ. *Beroald. cap. xv. imagines ejus aureas coli passim videret.*

Tiberius vocarentur.] Quum instaret Tiberio Senatus, ac mensẽm Novembrem (nam xvi. Kalend. Decembris natus fuit) cuperet ab eo Tiberium nominare: Quid, inquit, facietis, si tredecim Casares fiant? *Dio Cassius.*

Cognomenque patris patriæ.] Cur patris patriæ appellationem, & alios i-

tem honores obstinate recusaverit, opinionem nonnullorum habes capite LXVII.

Civicam in vestibulo coronam.] Ovid. i. Metam.

Postibus Augustis eadem fidißima custos, Ante fores stabis, medianque tuerere quercum.

Quæna enim civica ob cives servatos data, qualem in Cæsarum etiam pessimorum nummis cernimus. Pulchre itaque Plinius libro xvi. capite lxxx. *Hinc civica corona, militum virtutis insigne clarissimum, jampridem vero & clementiæ imperatorum, postquam civilium bellorum profanatione meritum cepit haberi civem non occidere. Torrentius.*

Vnum paucis diebus.] Sic insequentes aliquot imperatores exiguo tempore consulatum gessere. Mali ludibrio amplissimam potestatem habuisse, boni vero id egisse videntur, ut pluribus ad honorem illum capeßendum aditus foret, atque uti minus serviles sententiæ in senatu dicerentur.

in Idus Majas gessit. Adulationes adeo averfatus est, ut neminem senatorum aut officii aut negotii caussa ad lecticam suam admiserit: consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus: atque etiam si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo. Dominus appellatus à quodam, denuntiavit, ne se amplius contumelia caussa nominaret. Alium dicentem, sacras ejus occupationes: & rursus alium, auctore eo senatum se adiisse, verba mutare, & pro auctore, suasorem: pro sacris, laboriosas dicere coëgit. Sed adversus convitia malofque rumores & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens, subinde jactabat, In civitate libera linguam mentemque liberam esse debere. Et quondam senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante: Non tantum, inquit, otii habemus ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc

fe-

Satisfacientem sibi.] Verbi vim explicat Muretus ad cap. LXXIII. Cæf. Causam Haterianæ satisfactionis discimus ex Tacito: nempe quod suspicacem animum perstrinxisset, interrogando, quonfque patieris Cæfar non adesse caput Reipublica?

Dominus appellatus.] Aug. c. LIIII.

Sacras ejus occupationes.] Posteriores Cæsares non solum cætera sua omnia, domos, cubicula, serinia, lectos, comitatum, sed & sacrum stabulum dici voluere. Nam eorum constitutiones, aut monetam dici sacram aliquo modo ferendum est. Torrent.

Pro auctore suasorem.] Atqui auctor dicitur ejus consilium securi sumus, nequæ quiequam à suasore differt, quam quod hujus consilium non semper se-

quimur. Tum vero in auctoris nomine dignitas ac potestas consideratur cum aut Patres auctores fiunt, ut sæpe de Senatu Livius, aut tutor pro pupillo, aut pro uxore maritus, quorum nempe sine auctoritate nihil gerere illi possint. Itæ cum auctore pratore quid factum dicimus. Et quoniam responsa prudentum juris vim obtinebant, factum ut hi auctores appellarentur. L. II. De Orig. juris. Vnde natum puto elegantem illum loquendi modum, cum non desugere auctoritatem dicebant, pro non recusare auctorem sequi aliquem. Idem.

*Firmus ac patiens.] Augustus tamen olim adversum male opinantes firmare necesse habuit. Exstat epistolæ initium: *Setati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, &c. Aug. cap. LI.**

fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiae hoc praetextu ad vos deferentur. *Exstat & sermo ejus in senatu percivilis: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero. Atque haec eo notabiliora erant, quod ipse in appellandis venerandisque singulis, & universis, prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia à Q. Haterio, Ignoscas, inquit, rogo, si quid adversus te liberius, sicut senator, dixerero. Et inde omnes alloquens, Dixi & nunc & saepe alias P. C. bonum & salutarem principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, senatui servire debere, & universis civibus saepe, & plerumque etiam singulis: neque id dixisse me poenitet, & bonos & æquos & faventes vos habui dominos & adhuc habeo. Quinetiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis senatui ac magistratibus & majestate pristina & potestate: neque tam*

par-

Pratextu.] Cod. Salmaf. *pratexto.* Ita noster Cæf. cap. xxx. *Et pratextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.*

Quin etiam speciem libertatis quandam induxit.] Quippe qui vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui praebebat: ut de illo ipso Tiberio loquitur Annalium pater. Primis enim Cæsaribus jus imperii quærebatur, inania trans mittebantur. Ita veteris potestatis nominibus usi, hoc quasi deliramento crudam adhuc dominationem emollebant. Cæsar Julius Dictatoris, Augustus principis nomine, omnia sub imperium accèpere. Atqui & Dictatores, & principes Senatus jam olim cognitissimi. Augustus vero, ut civilitatem suam populo probaret, ne

Dictatoris quidem nomen, etiam in vetere Rep. grave & exosum, admisit, Cæterum Tiberium quoque principem sese, more antiquo, tulisse, aureis istis verbis Dio in Actis, A. DCCCXV. testatur: ΠΡΟΚΡΙΤΟΣ ΤΗΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ, καὶ τὸ δρχαῖον, καὶ ὑφ' αὐτῶν ἀνομιάζετο καὶ ποικίλεις γε ἔλεγον, ὅτι δις πότις μὲν τῶν δέλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ λοιπῶν ἀρχαῖός εἰμι. Hinc, quod illi primi principes regiam imperandi formam essent dædignati, pessime postea in Caligula acceptum fuit, quod speciem principatus in regni formam convertere velle videretur. Cal. cap. xxi. Schildius.

Quid

parvum quidquam, neque tam magnum publici privata-
tisque negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De
vectigalibus ac monopolis, de extruendis reficiendisve
operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite,
ac legionum & auxiliorum descriptione: denique
quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella
mandari, quid & qua forma regum litteris rescribi
placeret. Præfectum ala, de vi & rapinis reum, cau-
sam in senatu dicere coëgit. Numquam curiam nisi
solus intravit: lectica quondam intro latus ager, co-
mites à se removit. Quædam adversus sententiam 31
suam decerni ne questus quidem est. Negante eo, desti-
natos magistratus abesse oportere, ut præsentibus honori
acquiescerent, prætor designatus liberam legationem

im-

Quid & qua forma.] Cod. Salmas.
quid & quam formam: Lege, quid ad
quam formam.

Causam in Senatu dicere.] Cum mili-
tiz jure, si non ad eum sub quo mili-
tabant, at certe ad Principem spectaret
cognitio. leg. 111. De re milit. Juvenal.
Sat. ult.

Legibus antiquis castrorum, & more Ca-
mille

Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à signis. Torrent.

Lectica quondam intro latus ager.] Le-
ctica vehi ætate Tiberii vulgata res fuit
& usurpata etiam mediocribus civibus:
in aditu tamen Curie nemini temere
usurpata, nisi causa cogeret fontica,
hoc est, vel animi, vel corporis agri-
tudo nimia. ideo scribit Tacitus de Li-
bone Druso 11. Annalium: Die Se-
natus metu & agritudine fessus, sive, ut
tradidere quidam, simulato morbo, lectica
delatus ad fores curie, innisusque fratri,
&c. Casaub.

Comites à se removit.] Ita moris fuit
ut qui sella aut lectica veherentur, non
principes solum, sed & alii, turbam

comitum τῶν ὀρειῶν παρεπομπῶν,
ut loquitur Lucianus, haberent. Juve-
nalis:

Respicit hæc primus qui litigat, an tibi
servi

Octo, decem comites. — Idem.

Adversus sententiam suam decerni.]

In hanc rem scribit Tertullianus in
Apologetico, Tiberium olim detulisse
ad senatum de CHRISTO consecrando,
cum prerogativa suffragii sui: sena-
tum, quia non probaverat, respuisse,
& adversus sententiam Tiberii, ne
Deus consecraretur, effecisse. Beroald.

Liberam legationem impetravit.] Le-
gationes liberæ olim ornamentum tan-
tum causa ab senatu impetrabantur:
quemadmodum honorarii magistratus
à principibus honestamenti causa con-
ceduntur, tituloque tenus obeuntur &
geruntur. Hæ autem ab iis Senatoribus
impetrabantur, quibus negocia futura
erant in provinciis: ut qui hereditates
persequi aut legata, aut qui nomina
exigere volebant in provinciis, legato-
rum personis acceptis commendabilio-
res controversias haberent, atque favo-

X 3

rabi-

impetravit. Iterum censente ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem vie transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris esset. Cum senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque non nisi per magistratus & jure ordinario agebantur: tanta COSS. auctoritate ut legati ex Africa adierint eos, querentes trahi se à Cesare, ad quem missi forent. Nec mirum, cum palam esset ipsum quoque eisdem assurgere, & decedere via. Corripuit consulares exercitibus prepositos, quod non de rebus gestis senatui scriberent: quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. Prætores

col-

rabiliores. quamobrem lege XII. tab. id vetitum erat, his verbis, *Rei sue ergo ne quis legatus esto.* Quæ verba Cicero enarrat I. I. de Legibus. Budæus.

Trebianis.] Torrentius ex V. C. V. tribianis legit, & reponendum ait Otricularis. At Trebiam locum fuisse non multum Roma distantem, colligimus ex Livio lib. I. I. atque hanc aliam fuisse à Trebula, constat ex eodem Livio, scribente Trebulam à Romanis receptam: item, Trebulanos civitate Romana donatos. Quamobrem Trebianis legendum facile convincitur, sicut etiam Trebianos legi observamus apud Plinium lib. I. I. cap. v. in aliquibus Codicibus, ubi alii Trebulanos habent. Marc. Donatus.

Rata voluntas legatoris.] Recte. nam, ut ex XII. Tab. I. C. referunt, *uti quisque legasset rei sue, ita jus esto.* Quibus verbis latissima potestas tribuitur, ut suprema voluntas pro lege habenda sit. L. CXX. De verb. sign. Torrent.

Cum senatusconsultum per discessionem

forte fieret.] His verbis Ateji Capitonis sententia evertitur, qui in conjectaneis scriptum reliquerat, *nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta.* quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria. Gellius lib. XIV. cap. VII. Nam si hæc vera sint, frustra diligentissimus rituum indagator Tranquillus illud forte adjecerit. Adde quod Atejo fidem derogant, quæ in eodem capite Gellius ex Varrone delibat. Schilidius.

Quod non de rebus gestis senatui scriberent.] Mos sub libera Republ. perpetuo servatus, cum eadem extincta sublatus. Notant Tacitus & Dio non uno loco. Exemplum dedit primus Agrippa, de quo scribit Dio in anno DCCXI. Casaub.

Quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent.] Sic Augustus, in ejus vita cap. XXV. Tiberius autem omnia dicta & facta ejus vice numinis observabat.

Consue-

collaudavit, quod honore inito, consuetudinem antiquam retulisset de majoribus suis pro concione memorandi. Quorundam illustrium exsequias usque ad rogam frequentavit. Parem moderationem minoribus quoque & personis & rebus exhibuit: cum Rhodiorum magistratus, quod litteras publicas sine subscriptione ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo iustos subscribere remisit. Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem,

Consuetudinem antiquam retulisset, de majoribus suis memorandi.] Hoc ea oratione fiebat, qua populo post initum honorem novi magistratus gratias agebant: Plutarchus in Æmilio, εὐχόμενοι τῷ τιμῇ ὑπατίας λαόντων, αἰὼν ἀνδρομολογεῖσθαι ἕνα χεῖρον, καὶ παρρησιασθεῖν φιλοφρόνως τῷ δήμῳ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, Ἀἰμίλιον εἰς ἐκκλησίαν ἐναρξάντων τῆς πόλεως, ἴφθ. Ab hoc fonte manant orationes panegyricæ, quibus principi gratias in senatu agebant Kal. Ian. novi consules. Plinius in libro Panegyrico auctor est, factum fuisse super hoc senatusconsultum. Idem mos etiam in præsidibus provinciarum servatus, ad tempora Claudii: de quo Dio libro LVIII. Casaub.

Exequias usque ad rogam frequentavit.] Videntur Imperatores in funeribus virorum illustrium ad laudationem tantum, quæ fiebat in foro, venire soliti, nec interesse officio cum efferrentur è Rostris ad bustum extra urbem. Propterea civile & δημοτικὸν in Tiberio habitum, quod ad rogam usque se cum cæteris conferret. sic accipiendum quod de Druso ejus filio observat Dio. Nec soli Imperatores funus extra urbem sequi spernebant: sed multi alii. Cynthia apud Propertium de suo funere loquens,

Si pigrit portas ultra procedere; at illud In sisses, lectū lentius ire meum. Idem. Litteras publicas sine subscriptione ad se dederant.] Quænam ista subscriptio sit, unus me docuit Dio: non enim est nominum, ut putare aliquis possit: sed præteritionem intelligit clausulæ solitæ adjici litteris ad principem, qua felicitas illi optaretur. Puto fuisse ἀπὸ τῆς ἀλφῆς παντός. Ut in extrema relatione Demetrii Phalerei ad Ptolemaum Philadelphum. Idem.

Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus.] Etsi observatio hebdomadum quæ hodie obtinet, ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit: annotare tamen licet, multo ante tale aliquid Græcos præsertim & Asiaticos in functionibus vitæ quotidianæ solitos observare. Quod quia imitatione Iudæorum, qui jam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam sabbati nomen multi retinuerunt. Disputat etiam Clemens Alexandrinus Stromatum libro quinto: Ὅτι τιμῇ ἑβδόμην ἱερὰν ἔχοντες οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληες ἴσασιν. Sed ante Clementem scripsit Iosephus, jam sua ætate adeo increbuisse septimi diei observationem, ex Iudaico ritu: ut negent urbem ullam aut Græcorum, vel gentem omnino ullam, posse reperiri, quæ cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Idem.

tem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Presidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Paullatim principem exercuit, prestititque: etsi varium diu, commodiorem tamen sepius, & ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdam senatus rescidit: & magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex ad-

ver-

Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.] Tiberius id Emilio Recto Ægypti prætori rescripsit. Concinit Alexandri illud: καὶ κηρωρὸν μισῶ τὸ ἐκρίζων τέμνοντα πᾶ λάζονα. item Plauti: Scil utrum strictimne attonsurum discam, an per pectinem? Erasinus. Bartonis Dalmatæ interrogati à Tiberio, cur rebellasset, responsum fuit, ἐπὶ τῷ τοῖς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας ἔκύναι, καὶ εὐνοίας, ἀλλὰ λύκας πέμπει. Dio lib. lvi. & lvi. Omnino videtur id responsum Tiberio occasionē hujus dicti dedisse. Casaub. C. Salmaf. deglubere.

Rescidit.] Cod. Salmaf. recidit: & paullo post, pro rescisis, recisis.

Magistratibus pro tribunali cognoscentibus.] Nec patrum cognitionibus satiat, judicibus adsidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret: multa quoque eo coram adversus ambitum & potentium preces constituta: sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. Tacitus. Quod cornu tribunalis Tacitus, partem primorem Suetonius vocant, id Dionis est βᾶθρον τὸ κατὰ τὸν πρῶτον τῶν δικαστῶν κείμενον.

Se offerebat consiliarium.] Mos erat Magistratibus, iudicibusque, ut de re aliqua cognitari nonnullos sibi in consilium assumerent. Cicero De amicitia, Aderam Lenati, & Rutilio Cats. in consilio. Spartian. Hadriano: Erat tunc mos, ut cum Princeps causas cognosceret, & Senatores, & Equites Rom. in consilium vocaret, sententiamque ex omnium deliberatione proferret. Quam principum consuetudinem fluxisse ab Augusto auctor est Dio. decem enim ille Senatores in consilium adhibuit. Isque numerus Antoninorum tempore permansit, sed tunc partim Senatores, partim Equites fuere. Quorum Vlpian. quoque in fragm. meminit, addens ut Romæ decem, sic in provinciis viginti fuisse cives Romanos, quorum consilio Præsides uterentur. Hinc igitur in notis n. s. c. id est, de sententia consilii. Adde Juven. locum Sat. 111. Quando in consilio est Aedilibus. Torrentius. Claud. cap. xii. cognitionibus magistratum ut unus è consiliariis frequenter interfuit.

Assidebatque mistim.] Cod. Salmaf. juxtim. Verbum Lucretio quoque familiare.

E plano

verso in parte primori: & si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat: iudicesque aut è plano, aut è quaesitoris tribunali, legum & religionis, & noxæ de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. Ludorum ac munerum impensas corripuit: mercedibus scenicorum rescissis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tres-

E plano aut è quaesitoris tribunali.] Plana clivosis & sublimibus opponuntur, sic enim apud Ulpianum l. v. Commodati de plano opus facere, & in machina operari contraria sunt, ut de plano cognoscere, & pro tribunali. Paulus libro xviii. De quaestionibus, Custodia non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, & damnari. Nec I. Cr. tantum, sed & Cicero & Seneca, & alii sic locuti sunt. de plano enim fieri dicitur quando iudex, aut Magistratus sine forma (quod ajunt) ac strepitu judicii, non editiore loco sedens, sed & in via ac tranfitu, aut inter deambulandum de levioribus negotiis, his maxime quæ voluntariæ jurisdictionis sunt, decernit ac statuit. *Torrent.*

Quaestitoris.] Proprie quaesitores dicuntur criminalium quaestionum, ut Virgilius:

Quaestitor Minos urnam movet. —

Asconius.

Et religionis.] Jurabant enim in leges iudices, omnimodo se cum veritate, & legum observatione iudicium disposituros. Cæterum jurantes aram tenebant: ut pro L. Flacco his verbis testatur Cicero: Ergo is, cui si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod voles, injuratus probabit? & siquidem is, qui ad aram jurabat, pejeraret, sic illi divo, ad cujus aram jurabat, injuriam facere existimabatur, ut non tangere, sed flagellare suo perjurio a-

ram diceretur. *Popma.*

Mercedibus scenicorum rescissis.] Capitolin. M. Antonino sic scribit: Temperavit etiam scenicas donationes, jubens ut quinos aureos scenici acciperent, ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur. Scenicas donationes vocat quas Sueton. mercedes, Ulpian. præmia l. i. De his qui notantur infamia. *Torrent.*

Paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.] Post Tiberium Caligula conculcato hoc edicto, permisit volentibus cunctis, etiam supra numerum definitum, gladiatores præbere. Et Domitianus gratificatus contra eandem legem ingenio suo & seculo videtur. Nec de numero solum Tiberius, aliquid etiam statuit de Munerariis, cavique SC. ne quis gladiatorum munus ederet, cui minor quadringentis n. res. *Lipsius.* Repete etiam, quæ ad cap. x. Cæs. dicuntur.

Exarsisse.] Excrevisse. Simili verbo usus est Varro in tertio de re rustica: Cæne collegiorum excandesfaciunt annonam macelli. Plinius de nobilitate artis Corinthii scribens, sic inquit: Mirum, quum ad infinitum operum pretia hæc creverint, auctoritas artis exstincta sit. *Beroald.*

Tres mullos.] Horatius:

— *Laudas insane trilibrem*

*Mullum, in singula quem immittas pul-
menta necesse est.*

Vulgus mullos vernacula lingua barbo-

tresque mullos xxx. millibus nummum venisse, graviter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit: annonamque macelli, senatus arbitratu, quotannis temperandam, dato adilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque iuraret, sollennibus ipse cœnis pri-

nes appellat. Namque, authore Plinio, barba gemina insigniuntur inferiori labro. Hinc à Cicerone in Paradoxis, & à Varrone in tertio de Re Rustica, barbati, & barbati nulli nuncupati. Beroald. Mullum ingentis formæ (quare non pondus adjicio, & aliorum gulam irritum, quatuor pondo & ad selibram fuisse ajebant) Tiberius Cæsar missum sibi, cum in macellum deferri, & venditari jussisset, Amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apitius emerit, aut P. Octavius. Ultra spem illi conjectura processit: liciti sunt: vicit Octavius, & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque ₰ s. emisset piscem, quem Cæsar vendiderat, ne Apitius quidem emerat. Seneca.

xxx. millibus nummum.] Sunt dccc. coronati.

Graviter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit.] Prorsus contraria differentem introducit Tacitus Annal. 111. Nescio an suaseris fuerim omittere potius prævalida, & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret quibus flagitiis impares essemus: & quæ plura inibi egregia sequuntur.

Suppellectili modum.] Ut ad Corinthiorum pretium id referas, macelli vero annonam ad mullos triginta millibus emptos. Sabell.

Dato adilibus negotio.] Reip. tempore annonam macelli Censores temperabant, dicti ab eo, ut ait Festus, quod rem suam quisque solitus sit tanti aestimare quantum illi consueverant. Exem-

plum de P. Crasso & L. Cæfare Censoribus apud Plinium lib. xiiii. cap. xiiii. Quamquam & Aediles ejus rei curam gerebant, & interdum etiam Præfeti annonæ extra ordinem creabantur. Sub Cæsaribus vero ad præfectum Urbis spectabat cognitio ut res justo pretio venderentur, l. i. De off. Præf. Urb. Torrent.

Ganeasque.] Loca illa, in quibus homines vino & epulis & Veneri desidæque operam dabant, veteribus lustra & ganea, recentioribus Latinis tabernæ dicebantur. Sed male ganeum antiquiores Grammatici γὰρ τὸ γὰς deducunt. nam ganeum pura puta vox Græca est. dicunt enim illi γὰρδον. γὰρδ & γὰρδον idem, ut δὰρδ & δὰρδον. γὰρδα autem vocabant loca voluptaria in quibus lætæ vitæ homines ventri & libidini vacabant. γὰρδ enim lætitiæ & gaudium etiam vocabant, & γὰρδου γαυδεις. Hesychius: γὰρδα, κήπυς. γὰρδ, κερυδαί, γὰρδα, ἰδονή. Salmasius.

Opera pistoria.] Apuleius: At illorum alter pistor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat edulia. Et post paulo: Hic panes, crustula, jucunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita. Apud Martialem distichon hoc legitur, cui lemma, id est, titulus præponitur, PISTOR DULCIARIUS:

Mille tibi dulces operum manus ista figuras

Exstruit: huic tui parca laborat apis. Beroald.

Dimidia-

pridiana saepe ac semesa opsonia apposuit, dimidiatumque aprum: affirmans, Omnia eadem habere quæ totum. Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commercium, ne ultra Kalendas Ianuarias exerceretur. Consueverat & quadruplam strenam & de manu reddere: sed offensus interpellari se toto mense
ab

Dimidiatumque aprum.] Non immerito igitur Iuvenal. exclamat,

— *quanta est gula qua sibi totos*

Penit apros —

Sollemnes vero carnae vocat Sueton. cum privatas, tum publicas, quæ recepto civitatis more communi lætitia celebrabantur. Horat. Sat. II. lib. II.

— *Licebit*

*Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatns celebret. —*

*Adde Saturnalia, Hilaria, Apollinaria.
Torrent.*

Affirmans, omnia eadem habere quæ totum.] Ex intima philosophia promptum est hoc dictum. & profecto videtur Tiberius ingeniose ad ciborum sapes referre scholæ Hippocraticæ dogma, de quo medicos discentes audiverat. Hippocratis placitum est, omnium in animali partium eam esse consensionem inter ipsas, ut nulla pars sit aliarum principium, sed in singulis omnia inesse quæ in una aliqua. Hanc autem partium mutuam affectionem ipse appellat ὁμοθυμίω, quasi gentilem quandam cognationem dicas. Ait igitur libro de locis in homine: ὁ σῶμα καὶ τὸ μικρότερον πάντα ἔχει, ὅσα καὶ καὶ τὸ μέγιστον. & mox: ἐν τῷ μικρότερον πάντα ἐν τῷ μέγιστον. quæ fere sunt Tiberii verba: etsi mens alia. Casaub.

Prohibuit edicto.] Arbitror Tiberium minime comem Imperatorem, ut eum Plinius vocat, cum oscula quotidiana gravaretur, ne superbix hoc ipsi tribueretur, si solus consuetudinem af-

pernaretur, edictum hoc promulgasse. Puto etiam Valerium Max. qui assentatione ejus principis parum Velleio concedit, in Tiberii gratiam hæc scripsisse libro II. Ne Numidia quidem reges vituperandi, qui more gentis suæ nulli mortalium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit. Casaub.

Strenarum commercium.] Vocem Latinæ parem Græci non habent. At Græci magistri finxerunt vocem appositifsimam Romanæ consuetudini exprimendæ. Glossarium, strenna ὀφθαλμοῦ, ἰατρῶν. Scribe strenna, & confer interpretationem cum verbis Festi. Casaub. Id est, vicissitudinem dandi, & accipiendi strenas. Xenia enim mittebantur, & apophoreta remittebantur. Unde Martialis strenas Saturnalinas duobus libris distinxit nomine xeniorum, & apophoretorum. Beroald.

Quadruplam strenam reddere.] Strenam igitur diversimode principes recepere. Augustus summarum acervos tantum delibabat, Aug. cap. LVII. Aliter Caligulæ avaritia: de qua Cal cap. XLII. Inter Christianos Ferdinandus Neapolis ac Siciliæ rex, populis remisit strenam, antiquis principibus inveterato quodam jure quotannis reddi solitam. Sed & strenas dare pro omine futuri anni, tanquam augurium gentilium ritu, Christianis vetitum Pontificio jure. Marc. Donatus.

De manu.] Id est, non per dispensatorem,

libra

ab iis qui potestatem sui die festo non habuissent, ultra non reddidit. Matronas prostrata pudicitia, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui more majorum de communi sententia coercerent, auctor fuit. Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se numquam repudiaturum ante juraverat. Fœmina famosa, ut ad evitandas legum pœnas jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri cœperant: & ex

Ultra non reddidit.] Kalendis inter alias causas ideo ab urbe abfuit, ne strenas acciperet: quod Augustum fecisse improbabat, quia ea res multæ molestiæ, multique in rependendo sumptus esset. *Dio Cassius.*

Matronas prostrata pudicitia, quibus accusator.] Huic edicto, quo mos majorum desuetudine abolitus in usum revocatur, videtur præbuisse occasionem Titidius Labeo; quem narrat Tacitus Annal. lib. II. fuisse accusatum, quod in uxore Vestilia delicti manifesta violationem legis omisisset. Factum id Romæ, coss. Silano & Nolano. *Cassian.*

Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit.] Nam principum erat olim gratiam facere jurisjurandi, l. ult. in princ. D. ad municip. ac consequenter dare restitutionem in integrum. Cæterum generaliter proditum est, ex turpibus obligationibus actionem non nasci: quia jusjurandum contra bonos mores nullius est momenti. *Dion. Halic. l. II.* Θεοὶ γὰρ ἐπὶ παλαιῆς καὶ δικαίας ἀδικαροῦσιν ἀφελῶσι ὁμολογίας, ὅτι ἐπ' αἰχμαγίας καὶ ἀδικίας. *Cujacius.*

Jurisjurandi.] Cod. Salmasii *jusjurandi.*

Fœmina famosa.] Illud famosa videtur abundare, nam non habetur in V. C. in quo paullo post pro *refugium* legitur *perforium*. Et deinde, Quod

uxorem pridie sortitionis. E. Vrsinus.

Jure ac dignitate matronali.] Ius matronale id intelligitur, quo usus stolæ, honestiorisque cultus erat pudicis mulieribus concessus: famosæ non stolatæ in medium, sed togatæ procedere cogebantur. *Mart.*

Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

Sabellicus.

Lenocinium.] Lenocinium facit, ut docet Ulpianus lib. tertio Digestorum, qui quæstuarium mancipia habuit. Item qui hunc quæstum in liberis exercet. Pomponius Jurisconsultus & eum notari hac infamia ait, qui in servitute peculiarium mancipia prostituta habuit. *Be-roald.*

Proferi cœperant.] Apud Aediles. Nam, ut hic de lenocinii, sic apud Tacitum de stupri professione legimus: Ann. II. Vestilia licentiam stupri apud Aediles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant. Apparet autem in supra matronarum ordinis primi aut secundi, graviter semper animadversum, ad servandum publicum decus: non tam graviter in libertinarum aut è plebe, quibus hæc militia Venerea moribus tantum non permissa: quod vel ex Horatio, Ovidio aliisque liquere potest. Sed & illud patet, cuius fœminæ licitum fuisse vulgare corpus, modo apud Aediles id pro-

ex iuventute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quo minus in opera scēna arenaque edenda senatusconsulto tenerentur, famosi iudicii notam sponte subibant. eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit. Senatori latum clavum ademit, cum cognovisset sub Kal. Iulii demigrasse in hortos, quo vilius post diem ædes in urbe conduceret. Alium & quaestura removit, quod uxorem pridie sortitionem ductam, postridie repudiasset. Externas³⁶ carimonias, Egyptios Iudaicosque ritus compescuit: coactis qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes

id profiteretur. Quæ tamen professio irrita facta postea ex nova lege: eleganterque ad hanc rem Papinianus l. x. de adult. Mulier quæ evitanda pœna adulterii gratia lenocinium fecit, aut operas suas scēna locavit, adulterii accusari damnarique Senatusconsulto potest. Lipsius.

Senatusconsulto.] Aug. cap. xliiii.

Sub Calendas Iulii.] Observo morem hunc fuisse apud veteres Romanos, ut Calendis Iulii migrarent, hoc est, transirent ex domibus prius conductis in domos recenter conductas. Martial.

O Iuliarum dedecus Calendarum,

Vidi Vacerra sarcinas tuas, vidi.

Et Cicero idem significare videtur in quadam epistola scribens: *Calendis Iulii remigrandum est.* Idem apertius legitur in epistola ad Quintum fratrem. Beroald.

Uxorem pridie sortitionem ductam.]

Pridie sortitionem, ut pridie Kalendas, dicimus: significat, cum uxorem dimisisset postridie, quam sortitus est provinciam, quam pridie duxerat. nam è sortitione cum amplissimas speraret divitias, uxoris ut pauperis contubernium despiciere cœpit. Turnebus. Alii ad legem Papiam referunt, quæ cum exlibes à Magistratu arceret, homo hic quam ante sortitionem provinciarum

duxerat, obtenta jam provincia ablegavit. Torrent. Lego sortitionem duxisset, id est, ex pluribus unam duxisset, tam æqua conditione, ut connubii fortunam sorti permittere non dubitasset: quo haud dubie apparet inconstantia, & levitate tam cito facti pœnituisse, aut certe nubenti sibi foeminae illudere voluisse. Sabell.

Externas carimonias.] Aug. capite xciii.

Aegyptiacos ritus.] Paulina matrona Romana à Mundo quodam, qui illam deperibat, constuprata est fraude sacerdotum Iliacorum, qui pecunia corrupti sub specie Anubidis amatorem Paulinae amplexibus copulaverunt. Quod ubi Tiberius rescivit, sacrificos illos impostores in crucem egit, dirutoque templo, statuam Iliadis iussit mergi in Tiberim. Iosephus.

Coactis qui superstitione ea tenebantur.] Intellego de civibus tantum Romanis: neque enim Iudæis suam religionem iivit creptum Tiberius. Casaub.

Religiosas vestes.] De religiosis Aegyptiorum vestibus hæc Herodotus: *Sacerdotes linea ferunt vestimenta, semper recens abluta, huic rei semper vacantes. Iidem calceos papyraceos gestant, aliam vestem, aut alios calceos induere eis fas non est.*

stes cum instrumento omni comburere. Iudaorum
juventutem, per speciem sacramenti, in provincias
gravioris cœli distribuit: reliquos gentis ejusdem, vel
similia sectantes, urbe submovit, sub pœna perpetuæ
servitutis, nisi obtemperassent. Expulit & Mathema-
ticos: sed deprecantibus, ac se artem desituros promit-
tentibus, veniam dedit. In primis tuendæ pacis à
grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam
habuit. Stationes militum per Italiam solito frequen-
tiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus Præto-
rianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia di-

est. Apuleius ærimonias Ægyptiorum
luculenter explicans sic ait: *Lintea ve-*
stis candore puro lumnosi. Ab hac veste
linea poëtæ linigeros appellant sacer-
dotes Isidis. *Beroald.*

Per speciem sacramenti.] Legitimæ
militiæ prætextu.

Provincias gravioris cœli.] Vt Sardiniam, cujus insulæ æstivis maxime mensibus intemperies, vel Livio, & Strabone testibus in proverbium abiit. Notum illud Martial.

Nullo fato loco possis excludere, cum mors

Venerit, in medio Tiburæ Sardinia est.

Tibur saluberrimum Sardinia oppo-
nit pestilenti. *Torrent.*

Urbe submovit.] Erat quidam Iudæus, qui ne legibus pœnas daret, metu solum verterat, vir modis omnibus pessimus. Is tum Romæ agens gerebat se pro legis Mosaicæ interprete, adscitis in societatem tribus alijs per omnia sui similibus. His cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier nobilis, amplexa legem Judaicam, persuaserunt ei ut purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios usus verterunt, quo jam ante destinaverant. Id postquam Tibe-

rius ex amico suo Saturnino ipsius Fulviæ marito de injuria conjugii facta questo cognovit, jussit universos Iudæos ex urbe pelli. Ex quibus Consules delectu habito, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam, qui patria religione detestabant militiam, affecerunt pœnis gravissimis. Ita propter quatuor sceleratos omnes Iudæi coacti sunt urbe cedere. *Iosephus.*

A grassaturis.] Angusti cap. xxxii.

Romæ castra constituit.] Compertum est, cum locum, quem hucusque *vivarium* appellârunt forma quadrata, inter portas Viminalem & Tiburtinam situm, urbisque muris conjunctum, castrum prætorium fuisse. In vineis enim aliquot in ejus medio sitis inventi sunt tubuli & fistulæ, quibus aqua Marcia ex proximo castello in eum derivabatur, cum iis inscriptionibus: L. IVN. CLARO. ET. AVR. SEVERO. COS. CASTRUM PRÆTORIUM. P. LXX. ITEM: Q. AQUILLIO SABINO II. SEX. AVR. ANULLINO COS. CAST. PRÆT. L. VRVAS. OFF. PED. CCLXXXIII. AQUA. MARC. ITEM IN ANTIQUA FIGULINA: CASTR. PRÆT. L. SILVINI HILPIDIANI. *Onuphr. Panvin.*

Vagæ ante id tempus & per hospitia dis-

disperse, continerentur. Populares tumultus exortos gravissime coercuit: & ne orirentur sedulo cavuit. Cade in theatro per discordiam admissa, capita factionum & histriones, propter quos dissidebatur, relegavit: nec ut revocaret, umquam ullis populi precibus potuit evinci. Cum Pollentina plebs funis cujusdam primipilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus: cohortem ab urbe, & aliam à Cotii regno, dissimulata inineris caussa, detectis repente armis, concinentibusque signis, per diversas portas in oppidum immisit: ac partem majorem plebis ac decurionum in perpetua vincula conjecit. Abolevit & jus, moremque asylorum,

quæ

disperse.] Sejanus vim præfecturæ modicam antea, intendit, dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo, ut simul imperia acciperent, numeroque & robore, & visu inter se, fiducia ipsis, in cæteros metus crederetur. *Tacitus.*

Populi precibus.] Qui carere tum temporis histrionibus, ac reliqua ludorum varietate non poterat. *Juvenalis Sat. x.*

— qui dabat olim

Imperium, fasces, legiones, omnia,
nunc se

Continet, atque duas tantum res anxius
optat,

Panem & Circenses.

Sed & multo ante *M. Varro lib. 11. de R. R. conquestus fuerat, Romulidas manus movere malle in theatro ac circo, quam in segetibus ac vineis.*

Pollentina plebs.] *Plinius* scribit, *Pollentiam* oppidum fuisse in majore *Bælearium*. Fuit & altera *Pollentia* juxta *Alpes* inclyta lanarum nobilitate, sicut meminit *Columella* in octavo. Fuerunt & *Pollentini* in *Piceno*, in quinta *Italiæ* regione. De *Pollentinis* subalpi-

nis loqui videtur Tranquillus, eo maxime, quod de regno Cotii dicit evocatum fuisse cohortem. Beroald.

Cujusdam primipilaris.] *Primpilarem* dici existimo qui olim præditus fuerit hac dignitate: & ea forma dicitur primipilaris, qua consularis. *Beroaldus.* Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis, promoveretur *Centurio primipili*: qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites, in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis, merita consequebatur & commoda. *Vegetius.*

A Cotii regno.] *Nero Cotio* defuncto ejus regnum in *Alpibus* in provincie formam redegit: parebat tum *Cotius Romano Imperio*, aut certe focus erat. Est & *Cotium* in eisdem alpibus oppidum non obscuri nominis. *Sabellicus.*

Abolevit & jus moremque asylorum quæ usquam erant.] Si vere hæc *Suetonius*, sequitur ut post hæc tempora nulla usquam templa fuerint in toto imperio *Romanorum asyli* jure prædita

Sanc

que usquam erant. Cyzicenis in cives Romanos violentius quadam ausis, publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter & necessario. Reges infestos suspectosque comminationibus magis & querelis quam vi repressit. Quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit: ut Marabodum Germanum, Thrasypolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provincie redegit. Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequenti tempore, præterquam in propinqua oppida, & cum longissime, Antiochenus nusquam absuit: idque perraro & paucos dies, quamvis provincias quoque & exercitus revisurum se saepe

Sane apud Pausaniam in descriptione Græciæ observabimus, quoties fere de hoc jure templi alicujus auctor loquitur, dici id olim fuisse, hoc est, jam non esse. an propter hanc Tiberii legem? Sed Tacitus qui fuse rem narrat l. 111. modum huic rei dicit adhibitum, non autem omne penitus sublatum: quod nec fit verisimile. *Casaub.*

Libertatem ademit.] Ut earum civitatum quæ servitute oppressæ sunt, stipendiariæ propriæ dictæ, quæ aliquid populo Romano pependerunt, immunes, quæ nihil, sic earum, quæ libertate donatæ sunt, fœderatæ præcipue appellatæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt, liberæ quæ omnino nihil. Libertas autem in eo cumprimis sita fuit, ut suis uti legibus, suosque creare more patrio magistratus possent. *Sigonius.*

Quam Mithridatico bello meruerant.] Romani Cyzico honorem habuerunt: estque etiamnum libera, multumque habet agri, partim antiquitus, partim

dono Romanorum. *Strabo.*

Nec per eos quidem nisi cunctanter & necessario.] Tacitus Annal. 11. *Le-tiore Tiberio, quia pacem sapientia firmaverat; quam si bellum per acies consecisset: ac paullo post: Nihil æque Tiberium anxium habebat, quam ne composita turbarentur. Exerceri strenuorum civium virtutem volebat: ne arma, adversus externos sumpta, in oppressorem libertatis principem verterent. Hinc quanto quisque bello melior, tanto magis infestum Cæsarem habuit. Tacitus eodem Annali: Camillus bellorum, expertus habebatur, eo prior Tiberius res gestas apud Senatum celebravit, & decedere patres triumphalia insignia: quod Camillo ob modestam vitam impune fuit. Schil-dius.*

Thrasypolim.] Rhescuporis à Tacito, Rhascuporis à Dione, quod & verius puto, vel Thrascuporis, Rhascipolis secundo Cæsaris de bello civili commentario vocatur. *Turnebus.*

sæpe pronuntiasset: & prope quotannis profectiorem prepararet: vehiculis comprehensis, comitatibus per municipia & colonias dispositis. Ad extremum vota pro ita & reditu suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum Callippides vocaretur: quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Græco notatum est. SED ORBATVS utroque filio: quorum Germanicus in Syria, Drusus Romæ obierat: secessum Campaniæ petiit: constanti & opinione & sermone pene omnium, quasi neque rediturus umquam, & cito mortem etiam obiturus: quod paullo minus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit: sed & paucos post dies juxta Terracinam in prætorio, cui spelunca nomen erat, incænante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multisque convivarum & ministrorum elisis, præter spem evasit.

Pera-

Ut vulgo jam per jocum Callippides vocaretur.] Καλλιπιδης olim proverbio dicebatur, qui, ut ait Terentius, sedulo movens sese, nihil promoveret. Utitur eo M. Tullius lib. xiiii. ad Atticum: prorsus uti Suetonius: Bien-nium præterit, cum ille καλλιπιδης assiduo cursu nullum cubitum processerit. Plutarchus in Apophthegmatis Læonicis, meminit Callipidæ cujusdam, tragœdiarum histrionis. Licet igitur conjicere, Callipidem hunc, aut quisquis is fuit, ita gesticulationibus uti solere, ut, cum mira agilitate moveri videretur, à loco tamen non discederet. Erasmus.

In prætorio.] Tacit. lib. iiii. villam vocat. Sed Jurisconsulti pro parte villæ ad usum patris familias lautius ædificata Prætorium accipiunt, qua significatione usus est hic Sueton. Adde locum August. capite septuagesimo secundo,

Calig. cap. xxxvii. Tit. cap. viii. Juvenal. Sat. i.

Criminibus debent hortos, Prætoria. — Torrent.

Cui spelunca nomen erat.] Nomen illi prætorio à re, quia impositum vel adjunctum, huic nativæ speluncæ. Id secutos in positura villæ Romanos, docet Senecæ locus de villa Vatiæ: Spelunca sunt duæ, magni operis, laxo atrio, pares manu factis, quarum altera solem non recipit, altera usque in Occidentem tenet. Lipsius.

Incænante.] Intus, vel subter cænante. Sabell. Sic Columella impasce pro ἐνέμεθον, aut ἐνέμεθα lib. ii. c. xviii. Ac neque suam velimus impasce, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet. lib. vi. cap. v. Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Sic apud Statium l. viii. Thebaid. inservare. Casaub.

40 *Peragrata Campania, cum Capuæ Capitolium, Nolæ templum AVgusti, quam caussam profectiois præterderat, dedicasset, Capreas se contulit: præcipue delatus insula, quod uno parvoque littore adiretur, septa undique præruptis immensa altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque revocante assidua obtestatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas, supra xx. hominum millia, gladiatorio munere amphitheatri ruina perierant, transit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis quod ab urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat,*
 41 *ac toto itinere adeuntes submoverat. Regressus in insulam, Reip. quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias equitum umquam supplerit: non tribunos militum præfectosque, non provinciarum præsi-*
des

Capuæ Capitolium.] Infra scribet Tranquillus in Caligula, Capitolium hoc, quod erat Capuæ, de cælo tactum fuisse. Credibile est, nomen accepisse à Romano Capitolio, ad cuius similitudinem esset extructum. De quo Silius scribens in undecimo, Campanos monstrasse Annibali loca Capuæ illustriora, sic ait:

— *Monstrant Capitolia celsa
Stellatæque docent campos.* —

Fuit item Capitolium Beneventi. *Beroaldus.*

Capreas se contulit.] Quam xii. villarum nominibus insedit, ait Tacitus. His villis nomina fuisse censeo xii. deorum ex cap. lxxv. Sed & Pharus in ea insula, usui nautis, capite lxxiv. *Lipsius.*

Apud Fidenas supra xx. hominum millia.] Non Fidenatum, ne erres: sed peregrinorum, qui ludorum causa eo convenerant. Nam Fidenæ ea tempestate pene vacuæ incolis fuerunt. Testes Horatius & Iuvenalis. *Cassiodorus,*

Amphitheatri ruina perierant.] Attilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit, ut qui non abundantia pecuniæ, nec municipali ambitione, sed in sordida mercede id negotium quærivisset. Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata vel obruta sunt. *Tacitus.*

Decurias equitum.] Decuriæ equitum sunt ordines, & decuriæ iudicum, quas olim ordinavit Augustus: &, ut inquit Plinius, *hi non equites, sed iudices vocabantur.* Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque non nisi quatuor decuriæ fuere primo, vixque millia singula in decuriis inventa sunt. *Beroaldus.* Caligula quintam decuriam addidit. Calig. capite xvi.

Non provinciarum præfides ullos mutaverit.] Præter eas, quæ Tacito traduntur, hanc ejus rei causam aperit Iosephus:

des ullos mutaverit: Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit: Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisque: Gallias à Germanis vastari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori discrimine. CÆTE-⁴²

RVM secreti licentiam nactus, & quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus sigillatim ab exordio referam. In castris tyro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur. Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pom-

po-

phus: quod dicere solet, si diutius magistratu iidem fruantur, exsatiatos lucris segniores ad rapiendum fieri. quod si successor immineat, non suffecturos eorum aviditati provinciales, dum decessor tanto magis spoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum sibi putat reliquum. In quam rem utebatur similitudine à muscis petita. Vide lib. xviii. Antiquit. cap. viii.

Sine consularibus legatis.] Syria, & Hispania omnis, excepta Bætica, inter Cæsaris provincias numerantur. Quibus qui præerant Legati Cæsarium vocabantur. l. penult. De off. Præf. l. iiii. De off. assens. l. x. De accusat. Sed hæc nomina confuse admodum & promiscue ab auctoribus usurpantur, Præfecti, Proconsules, Proprætores, Præsides, Legati. *Torrent.* Vide Salmasii notam ad cap. xlvi. Aug. Taciti quoque illa huc spectant, circa finem Annal. i. *Postremo eo profectus est, ut mandaverit quibusdam provincias, quos egredi urbe non erat passurus.*

Pro Claudio, Caldius.] Prisci caldum dicebant: & Augustus, authore Quintiliano, in epistolis ad Cajum Cæsarem scriptis emendat, quod is calidum,

quam caldum dicere mavult. Veteres autem usos esse in potu tam calida, quam frigida aqua, nullus ignorat. Hinc apud Martialem ajunt urceoli ministratorii:

Frigida non desit, non deerit calda petenti.

Existimo, Tiberium pro Claudio Caldium joculariter appellatum, non tam ob aquam calidam, quam ob potiones calidas: de quibus sic loquitur Plinius in xxviii. *Notandum nullum aliud animal, præter hominem, calidos potus sequi, ideoque non esse naturales.* *Be-roaldus.*

In ipsa publicorum morum correctione.] Postquam creati censores desissent, ei curæ imperatores ipsi initio præfuerunt, aut alios qui præessent creaverunt, apud quos de moribus judicium ageretur, & maxime inter conjuges. Qua de re Gell. lib. iiii. cap. xx. *Vlpian. tit. vi. & Paulus de pactis dotilibus lib. v. Adde, si lubet, Constantini Cæsaris legem cod. Theodosiano De nuptiis. Frequens etiam in declamationibus conjugum de moribus a-ctio. Torrent.*

ponio Flacco & L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque iucundissimos & omnium horarum amicos professus. Sestio Gallo libidinoso ac prodigo seni, olim ab AVgusto ignominia notato, & à se ante paucos dies apud senatum increpito, caenam ea lege condixit ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus caenaretur. Ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. Asellio Sabino HS. ducenta donavit, pro dialogo, in quo boleti & ficedula, & ostrea,

L. Pisone.] L. Piso, urbis custos, ebrius ex quo semel factus est, fuit. majorem partem noctis in convivio exigebat: usque ad horam sextam fere dormiebat: hoc erat ejus matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic & divus Augustus dedit secreta mandata, cum illum praepone- ret Thraciae, quam perdomuit: & Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe & suspecta relinqueret & invisa. Puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossium fecit urbis praefectum, virum gravem, moderatum, sedmersum vino, & madentem. *Seneca.*

Omnium horarum amicos.] Illa potius urbana esse dixerim, quae sunt generis ejusdem, quae ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt: ut de Pollione Asinio feriis jocisque pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum. *Quintilianus.*

Caenam ea lege condixit.] Condicere, vetere lingua, est denuntiare; & condictio, denuntiatio; ut & veteres Grammatici, & Jurisconsulti docent. *Mu-*

retus. Condicere aliquando significat, consentire: *συναινέειν & συμφάσθαι.* *Salmastus.*

Ob epotam in convivio vini amphoram.] Amphora est octava pars ejus vasis quod modium vini dicimus: modium vini Parisinum tricenos senos sextarios nostros capit, sextarius autem octonas eas quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrantem sextarii habemus, id est, ternos bossellos, pro quibus vas trimodium habemus dimidiatum medimnum. Sic fit credibile quod à Tranquillo dicitur, epotam uno convivio ab uno homine vini amphoram. *Budaus.*

Boleti.] Hinc boletar genus lancis aut disci, sic dictum quod in eo boleti tantum apponerentur. postea cibus omne genus sustinendis serviit, & pro quolibet escario vase usurpari coeptum est. notum est illud Martialis distichon de boletaris:

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen, (lis.

Prototomis, pudet heu, servio canlicu-
Salmastus. De boletis, vide quae ex Plinio ad cap. XLIV. Claudii delibamus.

Ficed-

& turdi certamen induxerat. Novum denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Rom. T. Casonio Prisco. Secessu vero Capreensî, etiam sellariam excogitavit sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum & exoletorum greges, moestrosque concubitus repertores, quos spintrias appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut ad spectu deficientes libidines excitaret.

Ficedula.] A fico, quo cibo præcipue pinguescit, nomen adepta est. Martialis:

Cum me ficus alat, & pascar dulcibus
avis,

Cur nomen potius non dedit tva mihi?

Sabell. Verba Favorini sunt; Quibus sumtus & fastidium pro facetiis procedit: qui negant ullam avem, præter ficedulam, totam comesse oportere: caterarum avium atque altilium nisi tantum apponatur ut à cluniculo inferiori parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere. Gellius.

Ostrea.] Græcis etiam ὄστρεον, τὸ ὄστρον, & ὄστρεος, ὁ ἰχθύς. Hiatalam Latini dixerunt. Salmasius. Palma menfarum diu jam tribuitur ostreis. Earum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano, ætate L. Crassi Oratoris, ante Maricum bellum, nec gulæ causa, sed avaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens. Plinius.

Turdi.] Horatius Epist. lib. 1. de Menio scurra:

— non hercule miror

Ajebat, si qui comedunt bona, cum sit
obeso

Nîl melius turdo, nîl vulvâ pulchrius
amplâ.

Multa de turdis & eorum sagina Varro de R. R. lib. 111. cap. v. De Luculli turdis hæc ejusdem libri cap. 1v. leguntur: ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cœnaret, & alios videret in mazonomo

positos cœctos, alios volitare circum fenestras captos.

Sellariam excogitavit.] Sellaria appellata sellæ ipsæ ad libidinem dispositæ, sic enim & sellaria domus aurea Neronis apud Plinium lib. xxxiiii. cap. viii. Et sellariolas vocat popinas Martialis. lib. v. Epig. cxii. in quibus Syriacus ille de quo loquitur centies sesterium non lectis accumbendo, ut honestos decet, sed cum nequissimis ac vilissimis hominibus sedendo absumperat. A sedendo igitur sella, & inde sellaria, & sellariolus, & sellularius, qui sedendo opus facit. Livius libro viii. Sunt qui ad meretricum cellas referre malint, sed recta scribendi ratio repugnat. Torrent. Cod. Salmas. sellaria. Sic & Torrentius legit ex duobus vetustissimis exemplaribus, ad stipulante, ut videtur, Tacito initio Ann. v.

Spintrias.] Vitur eo vocabulo Suet. Calig. c. xvi. Vitel. cap. 111. & Lamprid. Eliogabalo. Torrent. Spinther armillæ genus: sed id nomen aliunde factum videri potest: Græci τὸ σπινθηρὸν scintillam vocant: καὶ σπινθηρῶν scintillare: ut spintrias quasi spintiras hoc est, libidinis scintillas, & fomenta quædam interpretari possis. Sabell. Ad ea, quæ ex Turnebo ad cap. 111. Vitell. afferuntur.

Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lasc.] Scribe, dispositis tabellis. Propertius verissime, (tabellis, Quæ manus obscenas depinxit prima

ret. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum & figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui in opera edenda exemplar impetrata schema deesset. In silvis quoque ac nemoribus passim Venereos locos commentus est, prostrantesque per antra & cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu: palamque jam & vulgato nomine insulae abutentes, Ca-

pri-

Et posuit casta turpia visa domo:

*Illæ puellarum ingenios corruptit ocellos,
Nequitiaque sua noluit esse rudes.*

Meminit & Ovidius in *Metamorphosis* & Suetonius in vita Horatii. Pie vero & sapienter concilii in Trullo Patres veterunt tabulas pingi lascivas & τὸ ὄρασμα καὶ ἀποθησαυρίζουσας, ut scribitur canone centesimo. *Casaub.*

Sigillis.] Parvis quibusdam signis.

Libris Elephantidis.] Elephantis apud veteres scripsit libellos, quibus varia genera concubitus complexus est. *Martialis:*

Nec molles Elephantidis libelli.

Beroald.

Ne cui in opera edenda exemplar impetrata schema deesset.] Malim imperata schema. Schema hic significat quod apud Clementem in his verbis, ἡδὴ ἵ ἀναφανδὸν τὸ ἀποθησαυρίζουσας ὅλης τῆς χημέρας ἀνάστασιν πανδημεὶ θεώμενοι ἐκ ἀρχαῖων. Deinde, ἐπὶ ἴσους ἐκφορῶμενοι τὰ Φιλαινίδων χημέρας, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. Legi etiam in Græcorum commentariis hæc verba: Ἀτυνίασθα Εὐλήνης θεράπηναι ἥτις ἠρώτη ἐξέρειν Ἀφροδίτῃ καὶ ἀπόλασσε χημέρας. Latinorum poetarum nequissimus quisque figuram hoc sensu sæpe usurpavit. Non celabo lectorem, in optimis codd. ita scribi hunc locum: ne cui in opera edenda, impetrata scena exempla deessent. *Casaub.* In vetusto cod. repperi, perpe-

trata schema, ut peracto scilicet operi nefario auctoritas ex libellis picturisque accederet. *Torrent.*

Paniscorum.] Παν ὑποχρηστικῶς dictus Paniscus. quod diminutivi genus in gentilibus etiam nominibus frequens. Syrus, *Syriscus*, Francus, *Franciscus*, Teuto, *Teutiscus*. *Salmasius.*

Nympharum.] Nympharum valde generalis est appellatio, cum & quædam terris præsent: ut *Oreades*, quæ præfata sunt τοῖς ὄρεσι. Item *Dryades*, sylvarum præsides: atque eadem particula ἄμφω præfixa, *Hamadryades* vocata: quia (ut verbis utar *Plutarchi*) ἴσον δένδρον τέκμαρ αἰῶνι λαχέσται. Præterea *Λειμωνιάδες*, quæ prætis ac campis præsent. Adhæc *Napeæ*. *Vallem* dixere νάπιον, & νάπιν. nempe quia humida, puta, ἡ, hoc est, stillare, effundere. A qua voce Hebræa etiam generale est Nympharum nomen: ut proprie νύμφη sit aqua. Latini N. in L. ut alias læpe, converso, dixere *lympha*. Proprie igitur convenit *Nympharum* vocabulum Deabus aquarum præsidibus: quæ ex eo dicuntur *Hydriades*, vel *Ephydriades*. *Vossius.*

Caprineum dicitabant.] Mallem *Caprineum*, vel *Caprion*. nam καπρῶν seu καπρῆς præterquam quod ad insulæ nomen alludit, & aprum, & id quo viti sumus significat. Vnde καπρῶν quod Latine *subare* dicimus. *Torrentius.* Fortean eo simul alludere, quod modo narra-

prineum dicitabant. *Majore adhuc & turpiore in-44*
famia flagavit, vix ut referri audirive, nedum credi
fas sit. Quasi pueros primæ teneritudinis, quos pisci-
culos vocabat, institueret, ut natanti sibi inter femina
versarentur, ac luderent: lingua morsuque sensim ap-
petentes, atque etiam quasi infantes firmiores, nec
dum tamen lacte depulso, inguini ceu papillæ admove-
ret: pronior sane ad id genus libidinis & natura & æ-
tate. Quare Parrhasii quoque tabulam, in qua Me-
leagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub
conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea
HS. acciperet: non modo prætulit, sed & in cubiculo
dedicavit. Fertur etiam in sacrificando quondam ca-
ptus facie ministri acerram præferentis, nequisse absti-
nere, quin pane vix dum re divina peracta, ibidem
statim seductum constupraret, simulque fratrem ejus
tibicinem: atque utrique mox, quod mutuo flagitium
exprobrabant, crura fregisse. Fæminarum quoque, 45
& quidem illustrium, capitibus quantopere solitus sit
illu-

narravit Suetonius, Paniscorum *ἄν-*
ῆρα delectatum fuisse. Ii autem Æ-
 gyptiis & Græcis pingebantur capri-
 na facie, & cruribus hircinis, teste
 Herodoto in Euterpe. Propertius etiam
Capripedes Panes ait lib. 111. *Schildius.*

Pueros primæ teneritudinis.] Codex
 Salmas. *pueros.* Lego *putos.* Sic Roma-
 norum lascivia pueros vocabat, quos
 Græcæ nutriculæ à salacitate nominis
πρόδραμας itidem dixere, ἀπὸ τῆς πρό-
 δρας, id est, à puta, unde *præputium.*
 Hinc *salaputium* nequiter Catullo ap-
 pellatus Calvus.

Parrhasii, quoque tabulam.] Parrha-
 sius fecundus artifex, sed quo nemo in-
 solentius & arrogantius sit usus gloria

artis. Namque & cognomina usurpa-
 vit, Abrodixtum se appellando, aliis-
 que verbis principem artis, & eam ab
 se consummatam. Pinxit & Archigal-
 lum, quam picturam amavit Tiberius
 princeps, atque ut autor est Decius E-
 culco, 1x. sestertiis æstimatam cubicu-
 lo suo inclusit. Pinxit & minoribus
 tabellis libidines, eo genere petulantis
 joci se reficiens. *Plinius.*

Ore morigeratur.] Brodæus Miscellan.
 lib. 11. cap. xx1.

Decies HS.] Viginti quinque millia
 coronatorum.

Solitus sit illudere.] Rem obscœnissi-
 mam verbo ambiguo textit, ut etiam
 inf. Claud. cap. xv. *obscœnitatis in fe-*
minas veni. Sed & Lactant. Divin.

illudere, evidentissime apparuit, Mallonia cujusdam exitu: quam perductam, nec quidquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit: ac ne ream quidem interpellare desuit, Ecquid poeniteret, donec ea, relicto iudicio, domum se abripuit, ferroque transegit, obscenitate oris hirsuto atque olido seni clare exprobrata. Unde nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta, percrebruit: Hircum
 46 vetulum capris naturam ligurrare. PECUNIÆ
 parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditio-

num-

instituit. v. De istis loquor quorum terrima libido, & execrabilis furor ne capiti quidem parcit. Vide sup. Cas. cap. xxii. Λισσίαζον vocant Græci. Atque hinc intellige Iuvenal. versum Sat. v. Si tibi contigerit capitis matrona pudici. Sed hæc exponenti præfanda venia esset. Torrent.

Quam perductam] Membranæ, præductam, melius & verius, productam. nam lenonium verbum est producere Ciceroni, Plinio, aliis, pro παραγωγία. Casaub. Etiam perducere lenonum est. Hinc perductor idem fere Plauto quod leno, in Mostellaria. Antiq. Lexicon: μεταπωπύω lenocinor, perduco. μεταπωπύω leno, perducere.

Nota.] In optimæ fidei libro reperitur mora in Atellanico exodio: atque utrumque defendi videtur posse: illud quod notatus infamia sit Tiberius, objecta oris obscenitate, hoc quod histriones id de Tiberio intelligentes & tractim pronuntiantes, aut etiam iterantes, attulerunt moram exodio, quam etiam histrionum moram secuta est mirifica populi assensio. Turnebus. Legitur etiam in Salmaf. Cod. mora.

Atellanico.] Latina Atellana à Græca Satyrica eo tantum differebat, quod in Satyrica Satyrorum fere personæ inducebantur, aut aliæ æque ridiculæ: in

Atellanis Oscæ, ut Maccus. Rhinthonica autem est ἰλαροτρασῳδία vel ἰλαρωδία. & quid aliud est Σατυρικὸν δράμα, quam ἰλαροτρασῳδία; Hujus auctor Rhinthon Tarentinus. unde apparet genus hoc in majore Græcia viguisse. atque inde Oseorum Atellanæ, similes Rhintonicis. Salmasius.

Exodio.] Juventus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, confertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oseis acceptum tenuit juventus: nec ab histrionibus pollui passa est. eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicæ faciant. Livius.

Pecunia parcus ac tenax.] Dissentit Tacitus, non uno loco, ut libro 1. Resistens ararii pratoribus subvenit Cæsar, pretiumque adium Arelia tribuit, eroganda per honesta pecunia cupiens: quam virtutem diu retinuit, cum ceteras exueret. Lib. 111. M. Pisonem ignominia exemit, concessitque ei paterna bona, satis firmus, ut sæpe memoravi, adversum pecuniam. Dissentit & Dio. Casaub.

Comites peregrinationum.] Amici & comites Augusti dicebantur, qui à con-

aliis

numque numquam salario, cibariis tantum, sustentavit: una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus, cum tribus classibus factis pro dignitate cujusque primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum sed Græcorum appellabat. Princeps neque opera ulla magna-⁴⁷ gnifica fecit. Nam & quæ sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit: neque spectacula omnino edi-

edi-

filiis Augusti erant, & amici quidem, quod in interiorem familiaritatē principis admissi & in contubernium adsciti, omnibus ejusdem consiliis interessent. Comites iidem dicebantur, quod Augustum in omnibus processibus, ut vocabant, & expeditionibus bellicis comitarentur. *Consiliarii* etiam Augustorum dicebantur, ut in hac inscriptione Romæ: PROC. AD. BONA. DAMNATORVM. PROC. AD. ALIMENTA. CONSILIARIO. AVGG. Comites igitur isti eodem & nomine & munere usque ad posteriores imperatores manserunt. nam *comites consistorii* vel *consistoriani* dicebantur. *consistorium*, ut notum est, τὸ συνέδριον principis. Constantinus, ut honorarius esset titulus, effecit, & ad varias præfecturas & administrationes & artes extendit, quas hoc titulo honoravit. Atque hæc Comitum origo. *Salmasius.*

Tribus classibus factis.] Primum Constantinum gradus istos comitum fecisse volunt, & in primi ordinis, secundi, tertii distinxisse. Id tamen veterum omnium imperatorum exemplo fecit, qui amicos totidem classibus & ordinibus distinctos habuere. nam in primas & secundas & tertias admissiones digerebantur, ut ait Seneca lib. vi. de beneficiis. *Idem.*

Sexcenta sestertia.] Quindecim millia coronatorum.

Quam non amicorum, sed Græcorum

appellabat.] Ita legendum est, non, *græcorum*. Cave autem hic cum eruditissimis viris, Græcos tantum natione intelligas. Disertim enim dicit Suetonius, Tiberium comites suos in tres classes distribuisse *pro dignitate cujusque*. Non igitur pro natione. Per Græcos ergo significantur, partim veri Græci, viles tum Romanis & contempti, partim alii inferioris loci, & ad Græcorum instar parasitantes, plerique *καλοῦργοι*. Græcorum nomine ejusmodi parasiti tum fere veniebant. Notum est illud Juvenalis;

Graculus esuriens in cælum, jussus, ibit.

Et, si forte in hoc Suetonii loco aliquid mutandum; pro *Græcorum* rescribendum erit *Græculorum*. Quod majorem contemptum notat. Vix dubito, quin sic ediderit Suetonius. *Boxhornius.*

Augusti templum.] De templo Augusti quod Romæ fuit loquitur, de quo Aug. cap. lxi. Alterum vero quod Nolæ, de quo paullo ante etiam Tiberius dedicavit. Dedicare autem nisi perfectum non potuit. Sed hoc ideo inter opera publica, uti & Capitolium Capuæ, non recenset Sueton. quia *publica* proprie ea sola dicuntur quæ pop. Roman. sunt. l. xv. De verb. sig. Et alioqui non sequitur ut qui ea dedicavit etiam de suo extruxerit. *Torrent.*

edidit: & iis, quæ ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comædum Actium coactus est manumittere. Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum causas probassent. Quo peracto plerosque modestia & pudore deterruit: in quibus Hortalum Q. Hortensii oratoris nepotem, qui permodica re familiari, auctore AVgusto, quatuor liberos tulerat. Publice munificentiam bis omnino exhibuit: proposito millies HS. gratuito in triennii tempus: & rursus quibusdam do-

mi-

Comædum Actium.] Comædos dicimus histriones, actores, recitatoresque comædiarum: comicos vero, ipsos poëtas. Comædus fuit Roscius, comicus fuit Terentius, & Plautus. Ostendit Iuriconsultus Digestis de ædilitio edito, in familia, numeroque servorum fuisse comædos. Beroald.

Coactus est manumittere.] An populi precibus id dare coactus est? Ita sane præcedentia mihi persuadent: ait enim, propterea spectaculis Tiberium rarissime interfuisse, ne quid exposceretur. Minime id à populi Romani moribus alienum, à Cæsare egregii comædi manumissionem postulare. Non igitur satis causæ Glareanus habuit, cur in simpulo fluctus moveret, & ad indagacionem hujus rei eruditorum ingenia provocaret.

Quo peracto.] Scriptum fuerat, Quo peracto. At linea negligentet litteræ p. indita, locum mox corruptit. Lipsius.

Hortalum Q. Hortensii oratoris nepotem.] De quo infanda quædam, & istis similia, quæ hæc cap. XLV. de Tiberio, Val. Max. narrat lib. III. cap. V. quo loco pro Hortensius Corbio reponendum esse Hortalus, vir doctus divinatur.

Quatuor liberos.] Qui tres liberos habebant, immunitatibus donabantur: tanto magis Hortalus, quum quatuor

filios suscepisset, merebatur foveri, & sublevari à principe Tiberio: sed pudore deterritus est à petendo, ne inopiam suam in Senatu publicaret. Lex erat apud Lacædemonios: Qui tres genuerit filios, eum esse immunem à custodia: qui vero quatuor, immunem ab omnibus oneribus: author Aristoteles in secundo Politicorum. Beroald.

Proposito.] Tacitus: disposito per menses millies sestertio. Simile illud quod legimus de Augusto cap. XLII.

Millies HS.] Id est, Vigies quinquiescentenis millibus coronatorum propositis.

Et rursus quibusdam dominis insularum.] Refert hanc largitionem Tacitus in anno DCCCXC. Ego vero aliam principis ejusdem reperio isti simillimam: narrat enim Dio Coss. Sex. Papinio, & Q. Plautio, qui erat annus DCCCLXXXIX. stagnasse Tiberim plana urbis juxta circum & collem Aventinum: esseque relabentem secutam magnam ædificiorum stragem: Tiberium millies HS. contulisse ad sublevandam inopiam eorum qui damnum fecissent. Meminit ejusdem munificentia & Tacitus in illius anni actis, sed nonnihil à Dione dissentiens: incendium enim fuisse ait. Nec mirum sane Imperatorem damna fortuitis casibus accepta

cepta

minis insularum, quæ in monte Cælio deflagrant, pretio restituto. Quorum alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus est facere, cum per senatusconsultum sanxisset ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim solverent: nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem.

Quod tamen beneficium tanti aestimavit, ut montem Cælium appellatione mutata vocari AVgustum jussit. Militi post duplicata ex AVgusti testamento legata nihil umquam largitus est, præter quam singula millia denariorum prætorianis, quod Seiano se non accommodassent: & quadam munera Syriacis legionibus, quod sole nullam Seiani imaginem inter signa coluissent: atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Ne provincias quidem ulla liberalitate sublevavit: excepta Asia, disjectis terræ motu civitatibus. Proce-

den-

cepta à civibus aliqua largitione esse persecutum; quum traditum ab AVgusto morem, donandi pecunia urbes terræ motu afflictas, Tiberius tenuerit, ut constat factum in xlii. urbibus Asiæ. *Casus bonus.*

In solo collocarent.] Expedit enim reipub. ut fœnore imminuto agris pretium accedat. Aug. cap. xli. Vius est autem Suet. Iuriscultorum verbo: *res soli* enim dicuntur ædes, agri, fundi, & cætera res immobiles, quæ solo conjunguntur. Similis locus Plin. lib. vi. *Epist. Patrimonii tertiam partem conferre jussit in ea quæ solo continentur.* Torr.

Singula millia denariorum.] Id est, singulos centenos coronatos. Mille namque denarii quatuor sestertiorum nummorum millibus æquivalent. Novem prætorianorum cohortes fuerint (tot

enim Augustus Romæ circa se habuit) & singulæ non plures, quam legionariæ milites habuerint, id est, quadringentos & viginti. Sic cccclxxviii. coronatorum M. donativum illud constitit.

Nullam Seiani imaginem inter signa coluissent.] Prima cohors reliquas, & numero militum & dignitate præcedit. Hæc imagines imperatorum, hoc est, divina & præsentia signa venerantur. *Vegetius.*

Missiones veteranorum.] Ultra militiæ merita militibus honeste missis etiam præmia dabantur. Quæ ne daret Tiberius, veteranos ad mortem usque sub signis tenuit. Adde locum Caligulæ cap. xlii. & Aug. cap. xlix. ubi de commodis missionum. *Torrent.*

Disjectis terræ motu civitatibus.] Quæ de ro

dente mox tempore, etiam ad rapinas convertit animum. Sat constat, Cn. Lentulum augurem, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vitæ ab eo actum, & ut ne quo nisi ipso herede moreretur. Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis prædixit, & orbi, qui dimissam eam è matrimonio post vigesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: præterea Galliarum & Hispaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiscatos, ob tam leve ac tam impudens calumniarum genus: ut quibusdam non aliud sit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent. plurimis etiam civitatibus & privatis veteres immu-

mi-

de re Eusebius Pamphili lib. 11. Chronicorum. Adde ad illustrationem huius loci nummum argenteum, in cuius superficie vultus Tiberii, in altera effigies Asiæ muliebri specie sedens, cum his litteris. CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Ios. Scaliger.

Lentulum augurem.] De auguribus Brissonius ad cap. xii. Calig.

Cui census maximus fuerit.] Nam quater millies HS. id est, centies centena millia coronatorum, sub Augusto possedit, autore Seneca lib. 11. de Ben. cap. xxvii. Idem, quasi sub onere divitiarum fatisceret, subinde queri Augusto solebat, *A studiis se abductum. Nihil tantum in se congestum esse, quantum perdidisset, relicta eloquentia: teste ibidem Seneca.*

Quirini consularis.] Idem hic, Lipsii iudicio, qui in Syriam missus ad census describendos: de qua re multa Iosephus lib. xviii. cap. 111. & seq. & mentio ejus apud Lucam in historia sacra.

Prædixit & orbi.] Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fait, postquam senator censu legi cœ-

ptus, iudex fieri censu, magistratum ducemque nil magis exornare, quam census: postquam cœpere orbitas in autoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo. Plinius.

Confiscatos.] Id est, bonis in fiscum redactis spoliatos. Inter eos forsan Antiochus Comagenus fuit, cui HS. millicies confiscatum Caligula restituit, cap. xvi.

Quod partem rei familiaris in pecunia haberent.] Romæ quidem A. V. C. dccv. Iulius Cæsar quia complures multam vim pecuniæ habere, eamque omnem suppressere dicebantur, edixit, ne quis vel in argento, vel in auro etiam possideret plus pecuniæ, quam lx. sestertia quam quidem ipse legem non tulit, sed jam ante latam tunc renovavit, sive ut creditoribus debitores aliquid pendere opus haberent, indigentibusque alii mutuo darent: sive ut locupletes qui essent, manifestum fieret: neve quis immodicam pecuniam haberet, ne se absente novi motus aliqui existerent. Dio Cassius. Consule etiam cap. quadragesimum octavum.

Es

nitates & jus metallorum ac vectigalium adempta. sed & Vononem regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem pop. Rom. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia & occisum. ODIUM⁵⁰ adversus necessitudines, in Druso primum fratre detexit: prodita ejus epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem AVgusto agebat: deinde & in reliquis. Julia uxori tantum absuit, ut relegata, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: sed & peculio concesso à patre præbitisque annuis fraudavit, per speciem publici juris, quod nihil de his AVgustus testamento cavisset. Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi aquas potentie vindicantem, & congressum ejus assiduum vitavit: & longiores secretioresque sermones, ne ejus consiliis, quibus tantum interdum & agre uti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne actum à senatu, ut titulis suis quasi AVgusti ita & Livie filius adjiceretur. Quare non parentem patriæ appellari, non ullum insignem honorem

Et jus metallorum.] Multæ civitates, & potissimum in Hispania, (quæ regio metallorum ferax est) jus habebant fodiendi metalla. Tradit Plin. in xxxiii. vicena millia pondo auri annis singulis Asturiam, atque Gallæciam, & Lusitaniam præstitisse. Beroald.

Præbitisque annuis.] Annua appellant Iuriconsulti, & annum in ἄγειν λέγουσιν: & absolute, id quod alimentorum causa in singulos annos præstatur lib. x. & xiv. De annuis legatis. Plin. Epist. ad Trajanum, ut publici ferri annua accipiant. Cum igitur Augustus, annua fi-

liæ præstare solitus, nihil de eo in testamento cavisset, Tiberius, tanquam morte defecisset liberalitas, ac quasi nefas esset, & juri publico adversaretur, contra testatoris voluntatem facere, nihil præstitit. Torrent.

Quibus tantum interdum & agre uti solebat.] Cod. Salmas. quibus tamen interdum & egere & uti solebat.

Quare non parentem patriæ appellavi.] In antiquis nummis superbissimus simul & ineptissimus hic illius titulus invenitur, JULIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Casaubon.

rem recipere publice passus est. Sed & frequenter admonuit, quod non majoribus, nec foeminae convenientibus negotiis abstineret: *praecipue ut animadvertit incendio juxta eadem Vestae & ipsam intervenisse: populumque & milites, quo enixius opem ferrent adhortatam, sicut sub marito solita esset. Dehinc ad simultatem usque processit, hac ut ferunt de causa: Instanti saepius, ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit alia se conditione alleciturum, quam si pateretur adscribi albo, extortum id sibi à matre. At illa commota, veteres quosdam ad se AVgusti codicillos de acerbitate & intolerantia morum ejus è sacratio*

Quod non majoribus.] In Cod. Salmasiano desunt illa *quod non*. Atque ita lectio, ni fallor, multo concinnior erit.

Nec foemina convenientibus negotiis abstineret.] Fatum Augustae domus, ut foeminae majestatem ejus imminuerent, ac dominandi avidae, virilibus curis sexum exuerent. Nota ex Tacito utriusque Agrippinae *πολυπραγμοσύνη*.

In decurias.] Iudicum, de quibus antea.

Adscribi albo.] Erat album decurionum, album citharcedorum, album pontificum, erat & album iudicum. Accipitur autem pro tabula, in qua iudicum nomina scripta proponebantur. Si quis vero album corrupisset, puniebatur: quia Prætoris majestas contempta videbatur. Vide Vlpianum libro Digestorum secundo, titulo De jurisdictione iudicum. Quin etiam libro quinquagesimo Digestorum titulus est De albo scribendo: ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat: Quintilianus in XII. multos cognovisse se tradit, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, configiunt ad hæc diverticula desidia, quorum alii se

ad album, ac rubricas transfulerunt, & formularii, vel, ut ait Cicero, leguleii quidam esse maluerunt. *Beroald.*

Codicillos.] Qui sic dicti sunt à caudicibus, id est, arborum libris: plures enim lignæ tabellæ glutino jungebantur, ita ut junguntur hodie nostrates libri. Sed ante, quam in arborum libris, palmarum in foliis esse scriptum, Plinius auctor est, cujus hæc sunt verba: *Publica postea monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confecta, aut ceris, pugillarum enim usum fuisse etiam ante Trojana tempora, invenimus apud Homerum.* Quibus verbis Pugillaria significat codicillos esse, id est, tabellas, cera illitas, in quibus pungendo, stylo impresso, scriberetur: unde Pugillaris nomen. Verum, etsi ante chartam fuere, post eandem tamen inventam mansere codicilli, commodi scilicet causa: quoniam, ubi charta & atramentum non adesset, ut in itinere, in coena, in senatu, Codicilli stylo scripti mittebantur. *A. Manutius.*

Esacrario protulit.] Intelligit locum AVgusto consecratum, ubi ejus imago habebatur & colebatur à Julia uxore quondam ipsius, tunc sacerdote.

rio protulit, atque recitavit. Hos & custoditos tam-
 diu, & exprobratos tam infeste, adeo graviter tulit,
 ut quidam putent inter causas secessus hanc ei vel præ-
 cipuam fuisse. Toto quidem triennio, quo vivente
 matre absuit, semel omnino eam, nec amplius quam
 uno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox, neque
 ægræ adesse curavit, defunctamque, & dum adventus
 sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto
 demum & tabido corpore funeratam prohibuit conse-
 crari: quasi id ipsa mandasset. Testamentum quoque
 ejus pro irrito habuit, omnesque amicitias & familia-
 ritates, etiam quibus ea funeris curam moriens deman-
 darat, intra breve tempus afflixit: uno ex his eque-
 stris ordinis viro & in antliam condemnato. Filiorum
 neque naturalem Drusum, neque adoptivum Ger-

ma-

eo loci videtur Julia pretiosissima
 κεμήλια ab Augusto sibi relicta ha-
 buisse. alia notione *sacrarium principis*
 in leg. ult §. legatis D. de muneribus
 & honor. & alibi. *Casaub.* Etiam pri-
 vatarum ædium sacrarium apud Cic. le-
 gimus Verr. v. 1. *Erat apud Heium sacra-
 rium cum magna dignitate in ædibus.* &
 Epist. ad Memmium, qui habitat in tuo
 sacratio. *Torrent.*

Prohibuit consecrari.] A Claudio ta-
 men religionem cœlestem est consecu-
 ta. In cujus vita sic Tranquillus cap. xi.
Avia Livia divinos honores, & Circensi
pompâ curruis elephantorum Augustino
similem decernendum curavit. Pleniusque
 de eo Dio lib. ix. qui Claudium ait
 effigiem ejus intulisse templo Divi Au-
 gusti, ac tum sacra ei fieri jussisse per
 Vestales, tum ut mulieres per ejus no-
 men jurarent. Hinc in nummo veteri:
 S. P. Q. R. DIVAE IULIAE AVGV-
 STI FIL. Consecrata autem habitu Ju-
 nonis, ut in ea Iuno coleretur. Pru-
 dentius:

Adjecere sacrum, fieret quo Livia Iuno.
 Vossius.

In antliam condemnato.] Meminit hu-
 jus supplicii Artemidorus lib. i. cap. 2.
Casaubonus. Αντλία machinæ hausto-
 ricæ genus esse videtur apud Martialem
 lib. ix.

Sed de valle brevi quas des sitientibus
hortis

Curta laboratas Antlia tollit aquas.

Glossar. Græcol. sentina, αντλία. Exi-
 stimo veteres, quemadmodum ad tri-
 remis publicæ remum, ita & ad rotas
 aquarias & antlias publicas, reos ali-
 quando damnare solitos. De priori
 poenæ genere exempla sunt apud Valer.
 Max. & Zonaram. De posteriore hîc
 habemus. *Pithæus.*

Neque naturalem Drusum.] Ita à Iu-
 risconsultis frequenter dici observavi-
 mus patres naturales, qui vulgo legiti-
 mi dicuntur: quamvis recentiores, na-
 turalem filium appellent, qui ex con-
 cubina genitus est. Isidorus, *Naturales,*
 inquit, filii dicuntur ingenuarum concubi-

narum,

manicum patria charitate dilexit. Alterius viliis infensus: nam Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est: sed tantum non statim à funere ad negotiorum consuetudinem rediit, iustitio longiore inhibito. Quin & Iliensium legatis paullo serius consolantibus, quasi obliterata jam doloris memoria irridens: Se quoque respondit vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amisissent. Germanico usque adeo obtrectavit, ut & præclara facta ejus pro supervacuis elevaret: & gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reip. increparet. Quod vero Alexandriam propter immensam & repentinam famem inconsulto se adisset, questus est in senatu. Etiam causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriæ creditur: quem mox hujus criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent. Per quæ multifariam incre-

narum, quos sola natura genuit, non honestas conjugii. Beroald. Paulo post: nepotem ex Druso filio naturalem.

Iustitio longiore inhibito.] Livius remittere iustitium vocat. Ita lib. x. Itaque & supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt: iustitium remittitur, quod fuerat per dies decem & octo.

Iliensium legatis.] Ilii antiqui Strabonis, id est, Tiberii quoque tempore, nullum existit vestigium. Vide cum libro XIII.

Alexandriam adisset.] Lege quæ ex Tacito depromuntur ad cap. xxxv. Cæs.

Mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent.] Nisi in mandatis simul datum fuisset Pisoni à Tiberio, ut ea non proferret. Erant enim illa inter arcana domus, quæ non vulganda. De quibus Tacitus Annal. 1. Iis vulgatis, ex Tiberio ultimum supplicium exitumque

& Pisonem, & omnem ejus domum manebat: iccirco non protulit. Borchornius.

Increpitum.] Cod. Salmas. inscriptum, nempe statuis, aut publico alias loco, ut mos eorum quoque temporum ferebat. Vide Cæs. cap. lxxx.

Si non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere existimas?] Calpurnius Flaccus Declamatione VI. Sceleratis ingenis & plus quam civilia cupientibus, non dominari instar servitutis est. Nec abludit Senecæ dictum epistola xv. denique ut nihil illis Fortuna detrahat, quicquid non acquiritur damnum est. Paulo aliter Iason tyrannus apud Philosophum Politicorum lib. 111. ἰάσων ἔφη πένην ὅτε μὴ τυραννοῖ. ὡς οὐκ ἐπιστάδου ἰδιώτης εἶναι. Casaubon. Sic Tacit. quoque correptam Græco versu admonuit ideo quia non regnaret.

pitum, & per noctes celeberrime acclamatum est, Redde Germanicum. Quam suspicionem confirmavit ipse postea: conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis. Nurum Agrippinam, post mortem mariti, liberius quiddam questam, manu apprehendit: Græcoque versu, Si non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere existimas? Nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam vero inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiam vocare desuit, simulans, se veneni crimine accersitum: cum præstructum utrumque consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caveret. Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit: convitiantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jusit. Sed & perseverantem, atque ita absumptam, crimino-

ret. Sed & Aristoteles lib. 111. Politic. tale aliquid à poëta quopiam dictum fuisse significat. verum & poëta nomen, & versus ipse hæcenus ignoratur. Poterat & sic conceptus esse,

Εἰ μὴ τοῦ αἰεὶς, ἴσχυαι, ἀδινεῖς
Ἰδρῆς;

Torrent.

Modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus.] Frequentius quidem servi, sed tamen & alii ad statuas confugere soliti. Exemplum Antonii, ejus qui Triumvir fuit, filii, Aug. cap. xvii. Agrippinam igitur calumniabatur Tiberius, quod istiusmodi consilia ad concitandam ipsi invidiam cogitabat. Vnde S. Cto postea prohibitum fuit, ne quis in alterius injuriam ad statuas Principum confugeret, imagineve eorum

portaret, qui secus faceret, in vincula publice mitteretur. L. xxxviii. De injuriis. L. xxviii. De poenis. Idem.

Modo ad exercitus fugere velle.] Quippe militi gratissima, quod pridem Tiberium anxium habuerat. Eo pertinent illa ex Annal. i. Nihil relictum imperatoribus, ubi foemina manipulos intervifat, signa adeat, largitionem tentet, potientem apud exercitus Agrippinam, quam legatos, quam duces: compressam à muliere seditionem, cui nomen principis obistere nequiverit.

Verberibus.] Verbera non solum dicto verberatione ipsa, sed etiam pro instrumento accipi accommodato verberationi, indicat Quintilianus in Declarationibus sic scribens: Ignis ex proximo raptos, verbera, qua casus obtulerat, invade, Beroald.

siſſime inſectatus eſt, cum diem quoque natalem ejus inter neſaſtos referendum ſuaſiſſet. Imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratia agerentur, & Capitolino Iovi donum ex auro ſacraretur. Cum ex Germanico tres nepotes, Neronem & Druſum & Cajum, ex Druſo unum Tiberium haberet, deſtitutus morte liberorum, maximos

na-

Inter neſaſtos referendū ſuaſiſſet.] Dies Faſti, per quos Prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari. Contrarii horum vocantur dies Neſaſti, per quos dies neſas fari Prætozem, Do, Dico, Addico. Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt, aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur. Varro.

Imputavit etiam.] Ita paſſim autores loquuntur. Seneca ep. 1. ad Lucil. Sed tanta ſtultitia mortalium eſt, ut qua minima & viliffima ſunt, certe reparabilia, imputari ſibi, cum impetravere, patiantur.

Laqueo ſtrangulatam.] Infamiſſima mors erat eorum, qui laqueo vitam finiebant. Et in pontificalibus libris cautum fuerat, ut tales inſepulti abjicerentur. Vnde & Virgilius tale genus mortis eleganter appellat informe, cum ait:

*Et nodum informis lethi trabe neſcit ab
alta.*

Beroaldus.

Strangulatam.] Cod. Salmaſ. ſtrangulatam. In multis enim vocibus Latiniſ V eandem poteſtatem ac ſonum cum Græcorum Υ habuit: quod luculenter docet eruditiffimus Voſſius De arte Grammatica lib. 1. cap. xii. Subinde igitur ex Auguſti ſententia ſcripſiſſe videntur librarii, qui perinde ſcribendum, ac loquamur, exiſtimabat. Aug. cap. lxxxviii. Schildius.

Gemonias.] Sic dictas, quod gemitu & calamitatibus ſcaterent: quoniam illuc per Hamotrahonas raptabant un-

co damnatorum cadavera. Nam quod aliqui augurantur de Gemonio autore, vel qui primus ſit exturbatus, parum comperi. Gradus vel ſcalæ dicebantur, quantum conjectura ducor, quod ſurrectus foret locus ac gradibus quibusdam conſcenderetur. Proinde ἀναβαθμὸς appellat etiam Dio in Tiberii rebus ubi de Sejani ſervis loquens, ait, καὶ κατὰ τὴν ἀναβαθμῶν, καὶ ἂν οἱ δι-κατάμφοι ἐρεπιπύου, καὶ λόντες ἄλλοι-δοι καὶ κατὰ πύου. Calius Rhodig. Pro ſurrecto loco fortean depreſſum aut declivem dicere præſtet: quia ſic loquuntur autores, ut non prius adſcendiſſe noxii, ſed ſtatim præcipites dati videantur. Abjicere vocat Suetonius.

Deſtitutus morte liberorum.] Liberos vocat filios tantum, Germanicum, ac Druſum, & illum quidem adoptivum, cum liberorum appellatione nepotes etiam, ac pronepotes, quique ex his deſcendant latiffime comprehendantur, adoptivi vero vix pro liberis habeantur. l. ccxx. de verbor. ſignificat. l. 11. De legatis l. 11. l. lxxv. De condit. & demonſt. Tiberius quidem, ex Druſo filio nepos, etiam tum ſuperſtes, à Caligula poſt interemptus, cap. xxiii. Torrensus. Paulo etiam poſt cap. lv. nepotem Tiberii filium ejus vocat: niſi iſtic verior lectio quam in Codice Salmaſ. reperio: nepotem ex Druſo filio naturalem.

Dien

natu de Germanici filiis, Neronem & Drusum P. C. commendavit: diemque utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta: egit cum senatu, Non debere talia præmia tribui, nisi expertis & ætate provectis: atque ex eo, patefacta interiore animi sua nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut & concitarentur ad convitia & concitati perderentur, accusavit per litteras, amarissime congestis etiam probris, & judicatos hostes fame necavit: Neronem, in insula Pontia: Drusum, in ima parte Palatii. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex senatus auctoritate missus, laqueos & uncas ostentaret: Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum è culcita tentaverit mandere:

AM-

Diem utriusque tirocinii.] Calig. capite x.

Ineunte anno.] Calendis Januarii. Illo enim die vota suscipiebantur, quoniam principio anni (ut inquit Ovidius in 1. Fastorum)

Templa patent, auresque Deum, nec lingua caducas

Concipit ulla preces: dictaque pondus habent. Beroaldus.

Fame necavit.] Morte miserrima, atque adeo detestabili, ut his etiam qui iudicum sententia sic mori cogebantur defossis sub terra, ut & Virginibus Vestalibus, cibaria nihilominus apponerentur, ad evitandam supplicii diritatem. *Torrent.*

Uncas.] Ut unco traherentur: sicuti olim acclamatum est à Senatu in Commodum Imperatorem, *Qui senatum occidit, unco trahatur: qui templa spoliavit, unco trahatur.* & id sæpius repetitum. Beroald.

Ut tomentum è culcita tentaverit mandere.] Est plane mirum quod Tacitus ait, *Drusum his se miserandis alimentis, mandendo è cubili tomento, nonnum ad diem detinuisse.* Simile est quod refert Herodot. Calliope de Persis Eleunte obsessis, οἱ ἐς πέν ἡδὴ ἤσαν ἀπικυμῶσι ἴσων ἔτι, ὡς τε τῆς τόνος ἔψοντες ἦ κλιείων, ἰσιτέοντο. Etiam apud Plutarchum in Bruto milites quidam Casariani ὑπὸ λιμῆ ἦ ἴσιων καὶ χοιρίων ἰαδίοντες ἀγρίων. de iisdem scribit Appianus, per quinque dies tolerasse ipsos famem, λιχμωμῶδες πλεῖν πίτταν, ἢ ἴσιων ἢ χυλῶν ἀγροσσωμῶδες. Casaub. Tomentum, stramentum, farci-
menque, quo culcitrae farciuntur. Festus: *Culcita*, quod tomento inculcatur, appellata. Iurisconsultus lib. 111. De legatis. Tomentum cognominabatur Circesense ex arudinibus concisis factum, idque stramentum habebatur plebeiorum. Cir-

amborum sic reliquiis dispersis, ut vix quandoque colligi possent. Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi è numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præstitit: ceteros, alium alia de causa perculit. Inter quos cum plurimorum clade *Ælium Seianum*, quem ad summam potentiam, non tam benivolentia provexerat, quam ut esset cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret: nepotemque suum ex *Druso* filium naturalem ad successorem imperii confirmaret. Nihilominus lenior in convictores *Græculos*, quibus vel maxime acquiescebat. *Zenonem* quendam exquisitius sermocinantem, cum interrogasset, quanam illa tam molesta dialectos esset: & ille respondisset, *Doridem*: relegavit

ciense vocabatur ex eo, quod in Circo Romano sternebatur, illicque egestosi acquiescebant. Seneca in lib. ad Gallionem de vita beata, Nihilominus, inquit, miserius ero, si lassæ cervix mea in manipulo fœni acquiescat: si super Circense tomentum per sarcinas veteris linteï effluens incubabo. Beroald.

Amborum sic reliquiis dispersis, ut vix quandoque colligi possent.] Sævissimorum hominum mos, reliquias eorum post obitum spargere, quos vivos vehementer odissent: cujus rei exempla in historia ecclesiastica & sanctorum martyrum, multa. Sic magni illius *Pyrrhi* disjectæ reliquæ, ut & historici testantur, & *Ovidius* in *Ibin*.

Nec tua quam *Pyrrhi* felicius ossa quiescant, (vias.

Sparsa per *Ambracias* qua jacuere Potest huc referri quod scribit *Valerius Maximus* de *Sylla*: *Quinque millia Prænestinorum interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit.* Casaub.

Viginti sibi è numero principum.] *Exem-*

plo *Aug. cap. xxxv.*

Inter quos cum plurimorum clade *Ælium Seianum*.] Seneca Ep. lv. de *Vatia* quodam, ruri abdito, ac nulla alia re, quam ocio, noto: Quoties aliquos amicitia *Afinis Galli*, quoties *Sejani odium*, deinde amor miserat, (æque enim offendisse illum, quam amasse, periculosum fuit) exclamabant homines: O *Vatia* solus scis vivere. Luculenter hanc tragœdiam *Satyr. x.* *Juvenalis* exsequitur.

Nepotemque suum ex *Druso*.] *Tiberium* de quo cap. lxxi.

Nihilominus lenior in convictores *Græculos*.] Quorum tamen quosdam eximie & constanter, ut videtur, amavit: in his vel præcipue *Potamonem Philosophum*: cui patriam repenti viatici loco tales dedit literas, Πρωμωνίη ἡ Λεσβῶνα κτλ εἰς τὴν ἀδικεῖν τολμήσας, σκεψάσθω εἰ μὴ δυνήσεται πολεμεῖν. Casaub.

Relegavit *Cinariam*.] *Interpres Cynarium*

Cinariam: existimans exprobratum sibi veterem secessum: quod Dorice Rhodii loquantur. Item cum soleret ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere: comperissetque, Seleucum grammaticum à ministris suis perquirere quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire: primum à contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: 57 quam Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor & perspexisse primus sagaciter, & assimilasse aptissime visus est: subinde in objurgando appellans eum, πηλὸν αἷματι πεφυσγμένον. Sed aliquanto magis in principe elu-

nam ex Plinio lib. i v. cap. xii. una enim Sporadum est. Quæ, sicut & Cyclades, plenæ tunc exulibus fuere. Auctor Tacit. Torrent.

Quod Dorice Rhodii loquantur.] Dorica eadem est quæ Æolica. Omnes enim Græci qui extra Isthmum degunt, Atheniensibus, Megarensibus, & Doriensibus qui circa Parnassum sunt exceptis, hodieque Æolenses dicuntur; ac probabile est Dorienses, cum pauci essent ac solum asperrimum colerent, eo quod aliis non permiscerentur, linguam suam retinuisse, & ad ejus societatem alios quoque cognatos suos populos pertraxisse. Strabo.

Sæva ac lenta natura.] Seianus apud Tacitum lib. i v. Annal. de eodem, Gnavus lentum in meditando, ubi prorupisset, tribus dictis atrociam facta conjungere. Est vero non unum, sed duplex lentitudinis genus. Nam interdum de eo dicitur qui præ stupore quodam irasci nesciat: estque hæc lentitudo ἀναίδησις quædam. Interdum lentitudo, sive natura lenta eum affectum ac genus itz designat, quem Græci κούρον, quasi dormientem iram, appellant. Ea est quam Seneca ait, sævam manum, ver-

bis parciolem: nec non altam gravemque & introrsus versam. Hæc ita odiosa est, adeoque grande malum, ut ejus comparatione simplex ira & quæ se statim promit, virtutis nomen invadere non erubescat. Inde illud est apud M. Tullium primo de legibus, honorum virorum esse admodum irasci. Propertius libro iii.

Non est certa fides quam non injuria ver-

sat:

Hostibus eveniat lenta puella meis.

Casaub. Adde quod Augustus prædixit, Miserrimus populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit. cap. xx.

Theodorus Gadareus.] Apud Suidam duobus locis ex Dione aut alio scriptore antiquo hæc recitantur: Ἀλίξανδρος Αἰθαῖος ἐπέλεγε τὸ Νέρωνα πηλὸν αἷματι πεφυσγμένον. Casaub. Adjicit interpretationem Cod. Salmas. id est, lutum à sanguine maceratum, quam & in nonnullis Casaub. reperit. Per lutum lenta natura, per sanguinem sævitia Tiberii significatur.

Πηλὸν αἷματι πεφυσγμένον.] Æschylus in Agamemnone, αἷματι δὲ οἴκῳ ἐφύθη. Artianus dissertationum

eluxit: etiam inter initia, cum adhuc favorem hominum moderationis simulatione captaret. Scurram, qui pratercunte funere elato mortuo mandarat ut nuntiaret Augusto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset, attractum ad se, recipere debitum ducique ad supplicium imperavit, & patri suo verum referre. Nec multo post in senatu Pompeio cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, affirmavit fore ut ex Pompejo Pompejanus fieret: acerba cavillatione simul hominis nomen incessens, veterumque partium fortunam.

58 Sub idem tempus, consulente prætore, an judicia majestatis cogi juberet, exercendas esse leges respondit, & atrocissime exercuit. Statuæ quidam Augusti caput

tionum libro primo, τῶν τὸ σωματικῶν κῶν ἐκ ἐστὶ σὸν· ἀλλὰ πηλὸς κρηψῶς πεφυραμῆς. Persius, *Vatum & molle lutum es.* Φύραμος Græcis dicitur intritum sive harenatum: & apud Strabonem ac Plutarchum Φυραμῶν πηλὸν in lib. de solertia animalium: quod & Φύραμος μελὰ πειν dicunt, ut Epiphanius contra Ophitas lib. 1. Casaubonus.

Scurram.] Variæ sunt vocis *scurra* significationes. Media Latinitas *scurras* histriones & mimos appellavit. Prudentius: *Dum scurra saltat fabulam.* Spartiano *scurrae* sunt corporecustodes & protectores principis, qui & *domestici* dicebantur. posterior ætas buccellarios eisdem vocavit. Nam *agaso*, *domesticus*, *adsecula*, *buccellarius*, *scurra* *σώτιομα* sunt. *Buccæ* Juvenali dicuntur: ————— *notæque per oppida buccæ.*

Item,

Mævius & Mætho buccæ.

Veteribus glossis buccones: *buccones*, *περὶ σίβη*, *βυκκίωνες*. sed ibi buccæ

& bucciones pro *scurris* ut vulgo accipiuntur. *Salmasius.*

Cogi juberet.] *Cogi* judicia dicuntur à prætore, quando iudices ad iudicandum congregantur, atque conveniunt. Itidem ut dicimus, *coactus est Senatus.* Beroald. Aug. cap. xxxvi. *ut centumviralem hastam, quam questura sancti consueverant cogere, decemviri cogent.*

Statuæ quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret.] Invaluerat ea ætate mos veteres statuas μεταρρύθμιζεν in aliam formam, capite & titulis permutatis, *surdo*, ut loquitur Plinius, *figurarum discrimine.* Ita Caligula simulachra numinum tota Græcia conquisivit, quibus capite dempto suum imponeret: ait Suetonius libro 17. cap. xxxi. Nusquam autem factum id legimus aut frequentius aut inverecundius, quam apud Rhodios: de quorum statuæ urbani homines dicere soliti, eas esse histrionibus similes. Vide Dionem Chrysostomum in Rhodiaca oratione. Reperio etiam non dempto capite titulos mutari solitos, quod μετα-

put demserat, ut alterius imponeret. Acta res in senatu. Et quia ambigebatur, per tormenta quesita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumnie eo processit, ut hæc quoque capitalia essent: circa AVgusti simulacrum servum cecidisse: vestimenta mutasse: nummo vel anulo effigiem impressam, latrine aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve ejus existi-

ma-

μεταγράψαι Pausanias dicit in Atticis. Τὰς Μιλτιάδου, inquit, καὶ Θερμίστοκλέους εἰκόνας ἐς Ρωμαίων τε ἀνδρῶν καὶ Θράκων μετέγραψαν. & in Corinthiacis refert idem, Orestis veterem statuam mutato titulo, Imperatori AVgusto fuisse consecratam. Auctor est Hieronymus moris fuisse, ut victorum tyrannorum statuarum mutato capite victoribus consecrarentur. Comm. in Habacuc Prophetam libro altero. Casaubonus.

Capitalia.] Homines quoque, & orationes capitales dici invenies pro flagitiosis, pestiferisque, & capitali supplicio dignis. Cicero in v. Antonianarum: *Ad quendam Septimum capitalem hominem collegam suum miserat.* Idem in 11. de Officiis: *Capitalis oratio est ad æquationem honorum pertinens.* Ab Horatio dicta est ira capitalis, pro exitiali, & mortifera. Beroald.

Circa AVgusti simulacrum servum cecidisse.] Voluit enim Tiberius novo numini patri suo non minus reverentiam præstari, quam cæteris diis, quorum templa, aras, statuas & effigies perfugium præbuisse servis, quos inclementes domini persequerentur, notum est. Casaub.

Vestimenta mutasse.] Pars honoris qui more majorum diis exhibebatur, erat, ut in eorum conspectu neque diceretur, neque fieret quicquam in quo esset aliquid obscœnitatis, ut disputat Athenæus lib. viii. & Arrianus Dissertationum libro 11. cap. viii. Plu-

tarchus in Questionibus Romanis, ἐν ταῖς ἐἰρηαῖς γυμνασίου ἐαυτὸν ἀξέμιτον ἔστιν. Idem translaturum ad honorem hominum: Valerius Max. lib. 11. *Manifestum igitur est tantum religionis sanguini & affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacro loco nudare se, sat esse credebatur.* Inde patuit ad calumniam hic locus: tributum enim impietati, quomodo ante notabamus crimen majestatis solitum fuisse illis temporibus appellari, quod & Dio observat l. 111. Similis historia in vita Domitiani apud Xiphilinum de ea muliere, quæ occiditur ἀποδοσεμὴν ἐναρκῶν εἰκόνα & Δομικῶν. Casaub.

Nummo vel anulo effigiem impressam, latrine aut lupanari intulisse.] De AVgusti effigie Suetonius: sed & de Tiberii imagine exemplum non prætereundum Seneca recenset, in tertio de Beneficiis cap. xxvi. *Cænabat, inquit, Paulus prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæsaris habens ectypa & eminente gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc verba quaesiro, quemadmodum dicam illum matellam sumpsisse. Quod factum simul, & Macro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit. At servus ejus, cui necebantur insidia, ei ebris anulum extraxit. Et cum Macro convivas testaretur, adnotam esse imaginem obscœnis, & jam subscriptionem componeret, ostendit in manu sua servus anulum.*

matione aliqua læsisse. Perit denique & is qui honores in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti & AVgusto olim erant. Multa præterea, specie gravitatis ac morum corrigendorum, sed & magis natura obtemperans, ita sæve & atrociter factitavit: ut nonnulli versiculis quoque & præsentia exprobrarent, & futura denuntiarent mala:

Asper & immitis, breviter vis omnia dicam?

Dispeream si te mater amare potest.

Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum:

Omnia si quæras, & Rhodos exsilium est.

Aurea mutasti Saturni secula, Cæsar:

Incolumi nam te, ferrea semper erunt.

Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem:

Tam bibit hunc avidè, quam bibit ante merum.

Adspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam:

Et Marium, si vis, adspice, sed reducem.

Nec non Antoni civilia bella moventis,

Nec

Asper & immitis.] Primos quatuor versus ad ea tempora quibus Rhodi egerit referendos esse ex eo manifestum est quod subjicitur, *Non sunt tibi millia centum.* id enim ut de eo dictum qui in patris sit potestate intelligo, ac proinde ante Principatum tantum vere dici de eo potuit. Quin singula disticha priora quatuor diversorum temporum fuisse crediderim. *Torrent.* Sed inspicere cap. xv. ex quo patet, post reditum ex secessu Rhodio, adoptatum ab Augusto, nihil deinceps pro patrefamilias egisse.

Non sunt tibi millia centum.] In quodam satis emendato codice legi, *quater & non sunt tibi millia centum.* Quæ lectio nõ displicet. Census enim equestris

erat quadringentorum millium. Sensus est, Tiberium equitem jure dici non posse, qui nec quidem in censu habeat centum millia: vel cui non sit census equestris, hoc est, millia quadringenta. *Beorald.*

Aurea secula.] Quæ sub Augusto fuerunt. *Virgil.*

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Et rursus:

— *Toto surget gens aurea mundo.*
Sabellicus.

Adspice felicem.] Sensus est: Quemadmodum Sylla, Marius, M. Antonius ab exilio revertentes truculentissimi & sanguinarij tyranni extiterunt, ita Tiberius ab exilio Rhodio ad principatum

Nec semel infectas adspice cæde manus.

Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Que primo quasi ab impatientibus Romæ domini, ac non tam ex animi sententia, quam bile & stomacho fingerentur, volebat accipi. Dicebatque idemtidem, Oderint, dum probent. Deinde vera plane certa que esse ipse fecit fidem. In paucis diebus quam Capreas⁶⁰ attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce

fa-

rum Romanum accedens, sanguine, & crudelitate bæchabundus dominatur. *Beroald.*

Civilia bella.] M. Antonius civilia bella plura commovit: Mutinense adversus Decimum Brutum: Philippen- se adversus alterum Brutum, & Cas- sium: Actiacum adversus Augustum. *Idem.*

Regnabit sanguine multo, Ad regnum quisquis venit ab exilio.] Vberriam exemplorum sylvam suppeditat histo- ria Imperatorum Constantinopolita- norum. Causas quærare liber. Quibus in exilium pelli proceribus contigit, eos factione pulsos necesse est, proin- deque multos habere inimicos, quod in Sulla, Mario & Antonio verum est: vel magno rerum præsentium fastidio atque ocio cessisse: quod in Tiberio ac- cidit. deinde certum est τὰς ἀτυχίας

(quod Ælianus eleganter ait) ἐξαρπί- σται, atque efferari. Otho apud Tacitum primo Historiarum, inter merus sui causas ponit, principis ingenium longo exilio efferatim: & in primo An- naliū sapienter adæque reformidat populus Rom. trucem Agrippam, & ignominia accensum. Simile quid de Cæ- sare Gallo etiam Marcellinus initio xiv. Sed interior causa est, quod qui pa-

tiuntur vel exilium vel aliam calamita- tem, ii dum assidue cogitant de vindi- cta inimicorum suorum paullatim ha- bitum induunt hominis crudelis, sævi, feri: quem animi habitum postea re- rum potiti, in eos primo quibus sunt offensi, exerunt, deinde in alios: vel quia ipsis semel ἀποκρίσεισθε, se- vitia placet, & pretium est: vel quia dum aliquos occidunt, novos subinde sibi hostes creant. Ita quotidie seges olefcit exercendæ illius ferinæ naturæ. Adde quod omnes in adversis iniqua experiuntur homines iudicia, quasi di- gnissimi sua pœna sint, ut verissime Velleius ait. *Casaub.*

Ab impatientibus Romæ domini.] Cod. Salmas. *impatientibus remedium.* Eo sensu, quasi acerbitatem suam laben- tis reipublicæ medicinam esse ignora- rent.

Oderint, dum probent.] Nemo ea, quæ odit, probavit unquam, nili invitus, à quo sensu hæc non abhorreant, ut di- xerit: habeant me odio, dum palam probare cogantur: tandemque idem erit, ac illud, *Oderint, dum metuant.* Sed probabilius est: ferant præ se odium obtrectationibus, & famosis libellis, modo non certo animi iudicio probent. *Sabell.*

faciem iussit: territus, quod is à tergo insula per aspera & devia erepsisset ad se. Gratulanti autem inter pœnam, quod non & locustam, quam prægrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperavit. Militem prætorianum ob subreptum è viridario pavonem capite punit. In quodam itinere lectica qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viæ primarum cohortium centurionem stratum humi pane ad necem verberavit. Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia: cum primo matris, deinde nepotum & nurus, postremo Seiani familiares atque etiam notos persequeretur. Post cuius interitum vel sevissimus exstitit: quo maxime apparuit, non tam ipsum à Seiano concitari solitum, quam Seianum quærenti occasiones subministrasse. Et si

com-

Locustam, quam prægrandem ceperat.] Piscium ἀραιμῶν genus quoddam dixerē μὲλα κῶσπῶν, quasi dixeris, testa quidem, sed molli, contexta. Plinius vocat crustata, vel crustis contexta. Horum quatuor esse genera, refert Aristoteles; locustas, astacos, squillas, & caneros. Locustæ seu καὶ ἐγὼ anteriori corporis parte rigent ac binis præliantur cornibus, & utrinque præditi sunt pedibus quinque. Iis usque adeo capiebatur Callimedon orator, ut exinde Carabi nomen accepit. Vossius.

Ob subreptum è viridario pavonem capite punit.] Tiberio suppat Pescennius Niger, haud minus severe militem habuit. De eo sic in eius vita Spartianus: Ob unius gallinacei direptionem, decem commanipulones qui raptum ab uno comederant, securi percuti iussit: & fecisset, nisi ab omni exercitu prope usque ad metum seditionis esset rogatus: & quum pepercisset, iussit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem

qui simul furto convixerant, addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane ac frigidis rescerentur, apppositis specularibus qui id curarent. Quem locum ea quoque de causa adduximus, ut peculiare pœnæ genus nosceretur. Tiberius vero, si propius intueare, non tam disciplinæ tuendæ causa, quam præpostera indignatione, in prætorianum animadvertisse videtur. Vti quondam Vedius Pollio, ob fractum crystallinum, puerum murænis objici imperabat.

Exploratorem viæ.] Hoc genere ministeriorum utebantur proceres Romani non solum in viis agrorum: sed etiam in urbe; puta cum ad balnea irent, aut alio quo. Lucianus Nigrino. Casaub.

Stratum humi ad necem verberavit.] Ita moris, & in securi percutiendis, & in fuste puniendis. Tacitus i. Annal. prostratos verberibus multant. Idem.

Commen-

commentario, quem de vita sua summam breviterque composuit, ausus est scribere, Seianum se punisse, quod comperisset furere adversus Germanici liberos filii sui: quorum ipse alterum suspecto jam, alterum oppresso demum Seiano interemit. Sigillatim crudeliter facta ejus exsequi longum est: generatim velut exemplaria sevitia enumerare sat erit. Nullus à pœna hominum cessavit dies: ne religiosus quidem ac sacer. Animadversum in quosdam ineunte anno novo: accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. Interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusatoribus præcipua præmia,

nia,

Commentario quem de vita sua.] Domit. cap. xx. Præter commentarios & acta Tiberii nihil lectitabat Sup. Aug. cap. lxxxv. Torrent.

Generatim.] Cod. Salmaf. genera.

Nullus à pœna hominum cessavit dies, ne religiosus quidem ac sacer.] Observare licet, diebus solenniorum festorum, etiam victos fuisse solutos. Ulpianus ad Demosthenis illa verba πολλὰς πενταηέρας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀφαιρήσαντα ex oratione καὶ Τιμοκράτης sic notat, ἕχ' αἰωνῶς τοῦτο εἶπεν, αἰδ' ἐπέδη καὶ πέντε ἔτη ἤμῃς τὰ πενταηέρας, τίτε ἰζὼν ἀφείδῃς τὸ δεσμῶν τὰς δεσμῶνας ἀφ' ἑλῶν παρήγειν, αἷς ἰγνώσκῃς ἐν τῷ καὶ Ἀνδροπίῳ. Idem fiebat & Romæ. Livius lib. v. in descriptione lectisternii, quod primum factum est in urbe, anno ccclv. Et cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habiti, jurgiis ac litibus temperatum, victis quoque dempta in eos dies vincula. Casaub. inspicere Aug. cap. lvi.

Religiosus.] Dies religiosi longe aliud, quam Suetonio, significant Gellio. Sic ille lib. xv. cap. ix. Religiosi dies

dicuntur tristi omine infames impediti- que: in quibus & res divinas facere & rem quampiam novam exordiri temperandum est. Verum ipse Gellius in eo capite de ancipiti ejus vocis significatione disputat.

Animadversum in quosdam ineunte anno novo.] Inter eos fuit Titius Sabinus illustris eques Romanus: qui, Tacito prodente, quantum obducta veste, & adstrictis faucibus, niti poterat, clamitabat, Sic inchoari annum, has Seiano victimas cadere. & paullo post: quem enim diem vacuum pœna, ubi inter sacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abstineri mos esset, vincula & laqueus inducantur? Schildius.

Cum liberis atque etiam uxoribus suis.] Cod. Salmaf. à liberis, &c. Accusati à filio patris illustre exemplum habes apud Tacitum Ann. xv. Miseriarum, inquit, ac sevitia exemplum atrox, reus pater, accusator filius: nomen viri Q. Vibius Serenus, in senatum inducti sunt.

Lugerent.] Lugere hic non tam plorare est, quam lugubres vestes inducere. Varro: Propinqua adolescentula, etiam adolescentuli proximi, amiculo nigello, capillo demisso sequuntur luctum. Scribit Livius, matrones in luctu nihil aliud,

mia, nonnumquam & testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Objectum est poeta, quod in tragædia Agamemnonem probris laceßisset: objectum & historico, quod Brutum-Cassiumque ultimos Romanorum dixisset: animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur aliquot ante annos, etiam Augusto audiente recitata. Quibusdam custodia traditis; non modo studendi solatium ademptum, sed etiam sermonis & colloquii usus. Citati ad causam dicendam, partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in

liud, quam purpuram, aurumque deponere: quæ cum eluxerunt, resumunt. Ita Dionysius Halicarnassæus libro v. refert Romanas matronas Valerium Publicolam, Brutumque luxisse annum tempus depositione auri, & purpure: ut est illis luctus consuetudo in necessariorum, cognatorumque funeribus. *Beroald.*

Agamemnonem probris laceßisset.] Offendit Tiberium poeta, quod sub Agamemnonis persona ipsum qui Romanis imperabat laceßisse videretur. Simile est quod de Scauro Dio l. LVIII. is enim ob Tragædiam quandam suam, cui Atreus nomen fecerat, quia Euripidis verbis quidam in ea alterum monuerat ut stultitiam imperantis ferret, à Tiberio mortem sibi consciscere coactus fuit. Frequens autem apud optimos auctores ut sub personis Homericis alios intelligant. *Torrent.* Non tam nomen, aut genus, quam patriam sequutum crediderim: si quidem Lacedæmon, ac tota Achaia in veteri Claudiorum clientela fuit. *Sabell.*

Objectum & historico.] A. Cremutio Cordo.

Quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixisset.] Prior istud Brutus dixerat in planctu super jacente Cassio. auctor Plutarchus. Est hoc quoque à Græcis acceptum: extat enim vetus de Cleomede oraculum in hæc verba apud Pausaniam, Ἰστέϊ & ηῤῷων Κλειομένηδος Ἀστυπυλαίου. Pausaniæ dicitur Philopoemen Ἰστέϊ & Græcorum Διεργέτης. Similia Procopius libro secundo Persicorum, de Aëtio & Bonifacio notis ducibus ex historia. *Casaub.*

Scriptaque abolita.] Egressus senatu vitam abstinentia finivit. libros per ædiles cremandos censuere patres, sed manserunt occultati & editi. Quo magis secordiam eorum inridere liber, qui præsentia potentia credunt extinguere posse etiam sequentis ævi memoriam. Nam contra, punitis ingenis gliscit auctoritas. neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere. *Tacitus.*

Partim in media curia venenum hausserunt.] Id de Vibuleno Agrippa tradit Tacitus Ann. VI.

Viginti

media curia venenum hauserunt, & tamen colligatis vulneribus, ac semianimes palpitantesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias abjectus uncoque tractus. Viginti uno die abjecti tractique sunt: inter eos pueri & fœmina. Immatura puella: quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulata. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve supplicium putabat, ut cum audisset unum è reis, Carnulium nomine, anticipasse eam, exclamaverit, Carnulius me evasit. Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam pœne maturitatem, respondit, Nondum tecum in gratiam redii. Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam convivio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito & clare à quodam nano adstante mensæ inter copreas, cur Pa-

CO-

Viginti uno die tracti abjectique sunt.] Tacitus: Iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi aut aggregati. Mirum tragedias eas verborum Tacitum miscere, si interfecti non plures viginti. Sed numerum in Suetonio, re ipsa admonente, corruptum dixero: substituoque, ducenti, aut potius ∞. id est, mille, quod fatuus exscriptor interpretatus est viginti. Lipsius.

Immatura puella.] Notatum Dionii in filia Sciani. Similis religio triumviros incessit, cum proscriptionis tempore prætextatum quendam, ut posset occidi, jusserunt induere togam virilem, ut narrant Appianus & Dio. Ex antiquis Martyrologiis scimus, in beatissimis virginibus, quæ sanguinem pro Christo Domino nostro fuderunt, idem sæpe fuisse factitatum. Casaub.

In recognoscendis custodiis.] In notis Servii declaravimus, custodias dici car-

cerarios, & damnatos, qui in carcere custodiuntur. Hinc apud Iurisconsultos titulo De custodia reorum, scriptum legimus: Si custodia se interfecerit, vel precipitaverit, militis culpa adscribitur. Item, Si custos custodiam interfecerit. Item, Si custodia casu defuncta fuisse dicatur, testationibus id probandum est. Beroald.

Nondum tecum in gratiam redii.] Lycus Thebanus apud Senecam Hercule furente:

*(bet,
Qui morte cunctos luere supplicium ju-
Nescit tyrannus esse. Diversa irroga,
Miserum veta perire, felicem jube.*

Adstante mensæ inter copreas.] Lego coprias. Rhetores, Sycophantæ, tabulæ, scurræ, & hujuscemodi hominum tota natio, qui multa ac magna promittunt ac minantur, miraque de se prædicant, κρησολόγοι & κρησίας vulgo appellati. Unde & verbum incipere, pro circulatorem agere, & fumos

mos

conius, majestatis reus, tam diu viveret: statim quidem petulantiam lingue objurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse senatui ut de pœna Paconii quam primum statueret. Auxit intenditque sevitiā, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem cum morbo & intemperantia periisse existimaret, ut tandem veneno interemptum fraude Livilla uxoris atque Seiani cognovit, neque tormentis neque supplicio cujusquam peperit: soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, advenisse sibi nuntiatum, torqueri sine mora jusserit, quasi aliquis ex necessariis questioni adesset: deinde errore detecto, & occidi, ne divulgaret injuriam. Carnificinæ ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta, precipitari coram se in mare jubebat: exci-

mos vendere. quod & *sumare*, dicebant, ut Græci *ἄσπιζον*. Glossæ Isidori: *scurra, qui incopriat*. in aliis Glossis: *scurra, qui sumat*. idem Isidorus: *circulator, qui sumat*. sic nugatores, mendaces & vaniloquos, coprias vocabant. Ita Cyprianum olim gentiles quidam *Coprianum* una littera mutata appellârunt, quod aniles, ut ipsi volebant, fabulas, & multa mendacia suis scriptis interuisset. *Salmasius*. Vritur eo vocabulo etiam Claud. cap. VII.

Cur Paconius.] Hic est M. Paconius, qui C. Silano proconsulatum Asiæ administranti legatus fuit, ac postea inter alios plures eum accusavit Tacitus Annal. lib. III. *Casaub.*

Ut tandem veneno interemptum cognovit.] Apicata uxor Seiani damnata non fuit: sed liberorum morte suorum audita, eorumque corpora in scalis intuita, digressa inde libellum composuit, in quo continebatur, quomodo Drusus

esset interfectus, accusatioque Livillæ uxoris ejus, propter quam vit ipsi infensus nuntium remiserat: eo ad Tiberium libello missio, vita se ipsam privavit. Accepi, Tiberium Livillæ, propter ejus matrem Antoniam, pepercisse, Antoniam vero sua sponte filiam inedia necasse. *Dio Cassius*.

Livilla uxoris.] Ex Germanico, & Agrippina genitrix. Liviam Tacit. quam Livillam Sueton. vocat. Delectatur enim deminutivis nominum muliebrium.

Rhodiensem hospitem.] Ne credas hominem Rhodi natum dici à Tranquillo hospitem Tiberii Rhodiensem, sed alienigenam Rhodi habitantem. Ita & Hispaniensis: super quo alibi. *Broald. Questioni.*] Questionem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem: Author Vlpianus in titulo De Senatusconsulto Syllaniano, *Idem*.

Fidi-

piante classiariorum manu, & contis atque remis elidente cadavera: ne cui residui spiritus quidquam inesset. Excogitaverat autem inter genera cruciatus, etiam ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urineque tormento distenderet. Quod nisi eum & mors prevenisset, & Thrasyllus consulto, ut ajunt differre quædam, spe longioris vite compulisset: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur: cum & Cajum suspectum haberet, & Tiberium ut ex adulterio conceptum aspernaretur. Nec abhorret à vero: namque identidem Felicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum exstitisset. Quam vero inter hæc non modo invisus ac detestabilis, sed pretrepidus quoque atque etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Ha-

TU-

Fidicularum.] Fidicula inter genera tormentorum numerantur: existimantque eruditi instrumentum esse ex duobus lignis compactum. Ego credo id potius esse tormentum, quo fontes à tortore chordis, fidibusque alligati vulgo torquentur. De hisce fidiculis mentio fit apud Senecam, Quintilianum, Valerium, alios. Sed in hoc Tranquilli loco fidiculas haud dubie accipimus pro tenuissimis citharæ chordis, quibus genitalia facillime deligari possunt. *Beroald.* Plura de fidiculis ad *Calig.* cap. xxxiiii.

Reliquis nepotibus.] Quorum Cajus Germanici, Tiberius Drusi filius fuit, ille adoptivus nepos, hic naturalis & legitimus.

Ut adulterio conceptum.] Mater enim Livilla & Seianum adulterum, & Eudemum amicum habuit. Vide Tacitum.

Felicem Priamum.] Eadem de Pria-

mo chorus in Troadibus Senecæ:

*Felix Priamus, dicimus omnes,
Felix Priamus: felix quisquis
Bello moriens, omnia secum
Consumpta videt.*

Superstes omnium suorum.] Non omnium: nam Hecuba, Heleno, Polydoro, Cassandra, & Polyxena, superstibus periit. *Sabell.*

Atque etiam contumeliis obnoxius vixerit.] Adscripsit in Codice suo Ill. Salmasius: *Delenda sunt hæc verba etiam contumeliis, que tamen in m. s. etiam habentur.* Nempe additamentum istud imperiti alicujus ingenio debetur, qui, quid esset obnoxius nescivit. Atqui sic alibi locutus est Suetonius. De Tiberio in secessu Rhodi: *Enimvero tunc non privatam modo, sed etiam obnoxium, & trepidam egit, mediterraneis agris abditus.* iterum de Claudio: *nec eo minus obnoxius vixit.*

Consul;

ruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit: Vicina vero urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Prænestinarum sortium territus, destitit: cum obsignatas de vectasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Vnum & alterum consulares oblatis provinciis, non ausus à se dimittere, usque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos presentibus daret: quum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima: assidueque illi per legatos & adjuutores suos exsequenda curarent. Nurrum

AC

Consuli vetuit.] Ne scilicet aliquid de morte sua ex haruspiciæ disciplina pronuntiarent.

Vicina urbi oracula.] Ut sortes Antiatinas: de quibus Calig. cap. LVII. ut Prænestinas, ut Tyburtinas. Videtur enim oraculum fuisse Tybare, propter Albuncam unam ex Sibyllis, quæ illic numinis vice colebatur. *Beroald.*

Prænestinarum sortium.] Numerium Suffucium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem, somniis crebris, ad extremum etiam minantibus, cum juberetur certo in loco silicem exdere, perterritum visis, iridentibus suis civibus, id agere cœpisse. Itaque perfracto saxo sorteis erupisse, in robore insculptis præscarum litterarum notis. Eodem tempore, illo loco, ubi nunc Fortunæ sita ædes est, mol ex olea fluxisse dicunt, haruspiceque dixisse, summa nobilitate illas sorteis futuras, eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam: eaque conditas sorteis, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. *Cicero.*

Nisi relatas.] Legendum puto *relatas*, arca nimirum qua sortes continebantur. Ea autem ex olea fuit, ut de harum sortium historia scribit Cic. lib. II. De divinat. Extat etiam denarius Prætorii Cestiani apud me, in cujus parte altera Deæ effigies, Fortunæ (ut arbitror) altera vero comati, sub pecto-

re arcam tenentis. Adscriptum *SORS. Torrent.* Conjecturam *Torrentii Cod. Salmaf. firmat.*

Vnum & alterum consulares oblatis provinciis, non ausus à se dimittere.] Observamus Tiberii exemplum multos principes esse secutos. Tacitus in rebus Neronis, anno urbis DCCCXIII. Syria P. Anteia destinata, & variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est. Idem Histor. lib. II. in principatu Vitellii, Cluvius comitatu principis adjectus, non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arantii, quem Tib. Cæsar ob metum, Vitellius Cluvium, nulla formidine retinebat. Eadem calliditate usum Domitianum ex eodem Tacito in vita Agricolæ apparet: mansisseque eum morem diu. ex loco Dionis in fragmentis rerum Macrini Imp. intelligimus. *Casaub.*

Delegaret plurima.] Ea scilicet quæ Præsidibus ab Imperatore committi solebant. *Delegare* autem Jurisconsultorum verbum est. Unde & *delegati* iudices. Quinimmo & *Legati* proprie vocantur ii quibus Proconsules suam jurisdictionem mandant. l. IV. v. & VI. de off. Procons. & Legati. Quanquam apud auctores *Legati* fere dicuntur qui ipsi provinciæ præsunt. Vide sup. cap. XI. *Torrent.* Etiam illa vide quæ notantur ad Aug. cap. XLVII.

Nurrum.] Agrippinam.

ac nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco movit: prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere. Seianum res novas molientem, quamvis ⁶⁸ jam & natalem ejus publice celebrari, & imagines aureas coli passim videret: vix tandem & astu magis ac dolo quam principali auctoritate, subvertit. Nam primo, ut à se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumpsit in quinto consulatu, quem longo intervallo absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribunitiæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione: cum inter alia P. C. precaretur, mitterent alterum è consulibus, qui senem se, & solum in conspectum eorum cum aliquo militari præsidio perduceret. Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, solvi, si res posceret, ducemque constitui præceperat. Apertis etiam navibus ad quascumque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem si-

gna,

Nepotes.] Drusum ac Neronem.

Sejanum res novas molientem.] Iosephus author est, Antoniam Germanici matrem per codicillos Pallanti servo suo ad Tiberium datos, Seiani conjurationem principi significasse. *Sabell.*

Et natalem ejus publice celebrari.] Quod, ut summæ dignationis, merito in diminutionem sui Tiberius accepit. Natalibus autem principum etiam ludi Natalitii exhibebantur: sicut ad d. 1 v. Idus Jul. C. Julii Cæsaris ludi Natalitii erant. Et sæpe eorum Spartianus, Lampridius, Capitolinus meminere.

Spe affinitatis ac Tribunitiæ potestatis deceptum.] Namque nimia fortunæ secors Liviz, quæ Tiberio nurus erat,

matrimonium agitabat. Tribunitia vero potestas maximos illi animos facere poterat, ad successionem in imperio præsumendam. In quam rem vide sis Onuphrium ad cap. 1 x.

Tumultum.] In civitate, ob supplicium Seiani.

Signa, quæ ne nuntii morarentur, tolli præcul, ut quidque foret factum, mandaverat.] Signa sunt faces accensæ quibus usi veteres in signo dando, mirabili plane industria: nam prorsus, prout quidque factum erat, aut novi acciderat, ita ignibus sublatis significabant, quasi literis scriptis. Totum hoc artificium aperuit cum cura nobis Polybius, *Casaub.*

gna, quæ ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quid-
 que foret factum, mandaverat. Verum & oppressa
 conjuratione Seiani, nihilo securior aut constantior,
 per novem proximos menses non egressus est villa quæ
 66 vocatur Iovis. Vrebant insuper anxiam mentem va-
 ria undique convitia, nullis non damnatorum omne
 probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos,
 ingerente. Quibus quidem diversissime afficieba-
 tur: modo, ut præ pudore ignota & celata cuncta cu-
 peret: nonnumquam eadem contemneret, & proferret
 ultro atque vulgaret. Quin & Artabani Parthorum
 regis laceratus est litteris, parricidia & cedes & igna-
 viam & luxuriam objicientis, monentisque ut volun-
 taria morte, maximo justissimoque civium odio quam-
 67 primum satisfaceret. Postremo semetipse pertæsus ta-
 lis epistolæ principio, tantum non summam malorum
 suorum professus est. Quid scribam vobis, Patres
 Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid o-
 mnino

Villa quæ vocatur Iovis.] Supra ad
 cap. xl.

Omne probri genus.] Codex Salmas.
probrii. Sic antea cap. lxi. quod in tra-
 gædia Agamemnonem probrii lacepsisset,
 idem Codex habebat *proprii*. Ut for-
 tasse *probrum* dixerint veteres quemad-
 modum *opprobrium*.

Per libellos in orchestra positos.] Vnde
 Senatus scilicet ludos spectabat. sed qua-
 re non plebem quoque adversus tyran-
 num concitabant? Idem (credo) sub
 Tiberio evenit quod sub Domitiano,
 & aliis tyrannis, ut si in optimates po-
 tissimum sæviant, id impune ferant.
 Vide Domit. cap. ult. Poterant & in
 orchestra poni hi libelli, ut magis ef-
 fectus conspicui. *Torrent.*

Artabani.] De hoc nonnulla Tacit.
 lib. ii. sed plura Ioseph. Antiquit.

lib. xviii. Aliquid Inf. Calig. cap. xiv.

Parricidia objicientis.] Quod scilicet
 filios, & nepotes, & nurum interemis-
 set. Lege enim Pompeia de parricidiis
 cavetur, ut is parricidii teneatur, non
 solum qui patrem, & matrem interfe-
 cerit, sed qui fratrem, sororem, patru-
 lem, matrualem, filium, filiam, nepo-
 tem, nurum aliosque propinquos occi-
 derit. *Beroald.*

*Monentisque ut voluntaria morte, ma-
 ximo justissimoque civium odio quam pri-
 mum satisfaceret.*] Eadem mens illo-
 rum fuit qui cum in Neronem conju-
 rassent, capti non solum crimen ultro
 fatebantur, sed etiam imputabant, tan-
 quam aliter illi non possent nisi morte suc-
 currere, dedecorato flagitiis omnibus. ut
 scribit noster lib. vi. cap. xxxvi. *Ca-
 sanbon.*

Præ-

minino non scribam, hoc tempore? Dii me, Deæque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, si scio. *Existimant quidam, præscisse hæc eum peritia futurorum: ac multo ante quanta se quandoque acerbitas & infamia maneret, prospexisse. Ideoque ut imperium inierit & PATRIS PATRIÆ appellationem, & ne in acta sua juraretur obstinatissime recusasse: ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. Quod sane & ex oratione ejus, quam de utraque re habuit, colligi potest: vel cum ait, Similem se semper sui futurum: nec unquam mutaturum mores suos, quamdiu mentis sanæ fuisset: sed exempli causa cavendum, ne se senatus in acta cujusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset. Et rursus: Si quando autem, inquit, de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis: quod prius quam eveniat, opto ut me supremus dies huic mutatæ vestræ de me opinioni eripiat: nihil honoris adjiciet mihi PATRIS appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii.* CORPORE *fuit amplo atque ro-* 68

bu-

Præscisse hæc eum peritia futurorum.] Non alienum est ab hoc loco, quod de Adriano prodidit Æ. Spartianus: Mathesin sic scire sibi visus est, ut sero Calendis Januariis scripserit quid ei toto anno posset evenire: ita ut eo anno quo perit, usque ad illam horam qua est mortuus, scripserit quid acturus esset.

Ne in acta sua juraretur.] Supra capite xxvi.

Corpore fuit amplo atque robusto, &c.] Pugnât hæc descriptio è diametro cum Taciti verbis: Quippe illi prægracilis &

incurva proceritas. Annal. i v. De veritate secundum neutrum pronuncio. Lipsius. Imo neuter à vero abiit. Tacitus enim diserte senectutis habitum describit: Erant qui crederent in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse: Suetonii autem verba nihil verat de validiori ætate accipere: præsertim, cum ea, quæ de firmitudine articulorum memorat, minime senili conveniant.

Statura qua justam excederet.] Auctores sunt Varro, Aulus Gellius,

busto: statura, quæ justam excederet. Latus ab humeris & pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis & congruens. sinistra manu agiliore ac validiore, articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium summissiore, ut cervicem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur. Facie honesta:

& Solinus, summum modum adolescenti humani corporis esse septem pedes. Iusta statura æstimatione Romana senum pedum circiter fuit: quem modum servatum à Nerone scribit Suetonius in conscribenda *ex Italicis senum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat.* Unde dubium non est plerosque Italicos ea statura non fuisse: qui autem excederent, erant proceritate notabiles: quare etiam qui septimum pedem implebant, gigantum loco habebantur. Sidonius Apollinaris non uno loco innuit, qui videtur de pede Romano sensisse: nam aliarum gentium pes brevior. Quare etiam novem pedes altos in historia Græca reperimus: cuiusmodi fuit Proxerius ille sophista insignis de quo scribit Eunapius. Sed & decem pedum homines historia Græca memorat, ut Nicetas Andronicum Comnenum: sed mensuræ diversæ. Apud Capitolinum legimus fuisse Maximum pedum octo & prope semis. quod si accipiamus de mensura veteri Romana, valde insigni proceritate fuerit. *Casaubon.* Plura dicentur ad locum è vita Neronis allatum, qui extat cap. xix.

Ut recens & integrum malum digito terebraret.] De Mario, trionta tyrannorum uno sic Trebellius Pollio: Illud addidisse satis est, nullius manus vel ad ferendum, vel ad impellendum fortiores fuisse, quam in digitis nervos videretur habuisse, non venas. Nam & carra venien-

tia digito salutari repulisse dicitur, & fortissimos quosque uno digito sic afflixisse, ut quasi ligni vel ferri obtusioris icu percussi dolerent. Multa duorum digitorum allusione contrivit.

Capillo pone occipitium summissiore, ut cervicem etiam obtegeret.] Tacitus, Nudus capillo vertex. Talis fere fuit quæ vocatur Græcis Hæctorea coma. Lycophron,

— *νυμφίης δ' ὀνύμηναι
Τὰς Ἐκτορείοις ἠγλαίμηναι κή-
μαις.*

*Scholia Ἐκτορείου κήμη, ἢ τὰ ὀπί-
θεν κειμένη ἔχουσα. τὰ δ' ἑμᾶρ-
θεν κειμένη. Casaub.*

Quod gentile in illo videbatur.] Capitis capillos alii calamistro intorquebant, alii in gradus quosdam formabant, quidam in σφραῖς distinguebant, nonnulli pone cervicem submittebant: quod videtur indicare Suetonius his verbis fuisse factum à plerisque ex gente Claudia. Lib. vi. cap. xi. de Nerone, Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submitterit. Martialis,

— *mollesque flagellent*

*Colla comæ: tortas non amo, Flacce,
comas. Idem.*

Facie honesta, in qua tamen crebri & subtiles tumores.] Tacitus, ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta. Subtiles tumores interpretor, ut apud

sta: in qua tamen crebri, & subtiles tumores, cum prægrandibus oculis: & qui, quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris viderent, sed ad breve: & cum primum à somno patuissent, demum rursus hebescebant. Incedebat cervice rigida & obstipa: adducto se-

re

apud poëtam, *ardentes papulas*: putoque intelligi eminentias non exulceratas. *Casaub.* Lektionem, quam Casaubonus in quibusdam codicibus offendit, Salmasianus etiam confirmat: *crebri & subiti tumores*. Ut intelligamus, inquit Casaubonus, istas papulas, sive illæ ἐκθύμωτα fuerunt, sive ἰδρωῶα, non semper faciem ejus deturpasse: sed per intervalla intumuisse aut detumuisse.

Oculis, qui quod mirum est, noctu etiam & in tenebris viderent.] In scriptis veterum mentio fit hujus oculorum vitii. Dio in Tiberio ἀμβλυπίαω nominat, medicorum nonnulli νυκταλωπίαω, cujus proprium esse scribunt, ἡμέρας μὴ μὴ ὄραϊν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. verum νυκταλωπίαω aliter alii interpretantur. *Casaub.* Plinius: *in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plus quam interdum cernant. Ut feles, qui quod glauca oculorum acie sunt præditi, ideo plus nocte cernunt. tales & nocturni.* Servius in 111. Georg. *Glauci sunt felineis oculis, id est, splendore perfusis.* Glossæ: *Glaucis oculis, id est, castineis.* Salmasius.

Sed ad breve, & cum primum à somno patuissent.] Galenus libro VII. De Hippocratis & Platonis scitis. Καὶ οἶδα γὰρ πῶς τὸ ἔτι παθόντων, διηγήσασθαι ἡμῖν, ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοικχθέντων τὸ βλεφάρων ἑώρα φῶς πολὺ πρὸ τῶ ὀφθαλμῶν. ὁπῶς ἀμέλγ, καὶ μοι καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. Vides rem pro vulgari & qua plerisque accidat, haberi. quare etiam Alexan-

der Aphrodiseus ejus rei, ceu translaticia, causam quaerit explicatque, *Problematum lib. 11. quaestione 1111.* Equidem vix putem reperiri aliquem posse, naturæ præsertim calidioris atque igneæ, cui non aliquando in adolescentia, id evenerit. mihi certe & cum junior eram per sæpe, & nunc quoque aliquando id ipsum solet accidere. Verum ut diutius aliquis luce illa fruatur, & in tenebris videat, legat, taliaque præstet, id vero non jam translaticium, sed plane miraculosum est. Atque hujuscemodi oculos Tiberius dicitur habuisse. fortasse & Asclepiodotus Philosophus, cui præceptor Proclus. Hic enim in densis tenebris & adstantes dignoscebat, & literas legebat, ut in Bibliotheca narrat Photius. *Casaub.* Fuit & pater meus oculis cœruleis dilutioribus, quibus interdum noctu videbat, ut in crepusculo solemus, quod & mihi contigit, à pueritia ad vicessimum tertium annum. Nam postea hoc in me, ut alia multa, mutavit. *Ios. Scaliger.*

Incedebat cervice rigida & obstipa.] Hic est, qui Græcis dicitur βυσσώχην: nam βύσσειν est stipare. Pollux: Βυσσώχην δὲ ὁ τῶν ἄμευς ἀνέλκων, τὸ δὲ αὐτῶν χίνα στωίλων, ὃν ἐπίβουλον Ἀεσπελῆς φυσιογνωμονεῖ. Bene convenit Tiberio. Persius de simili forma:

Obstipo capite & figentes lumine terram. Contrarii sunt his qui rigida cervice, capite retrorsum adducto incedunt, quos Græci σμυτταχίλης nominant. Talis incessus arrogantium & vana gloria elatorum; quos ait summa elegantia Arrianus in Epicteto sic ambulare quasi veru deglutissent, ἦ, inquit,

re vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quae omnia ingrata, atque arrogantiae plena, & animadvertit Augustus in eo, & excusare tentavit saepe apud senatum ac populum, professus, Naturæ vitia esse, non animi. Valitudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus pene toto prope illesa: quamvis à trigesimo ætatis anno arbitratus eam suo rexerit, sine adjumento consiliove Medicorum. CIRCA DEOS ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ: persuasionisque plenus, cuncta fato agi. Tonitrua tamen præter modum expavescebat: & turbatiore cælo nunquam non coronam lauream capite gestavit, quod ful-

mi-

ἢ μὲν δὲ λίσκον καὶ πρὸς αἰπεινῆς;
ἢ ἡλόν ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θω-
μίζωσιν. Casaub.

Adducto fere vultu.] Id est, contracto ad severitatem, ut adducto lacerto, arcu, habena, apud Virgilium. Torrentius.

Molli gesticulatione.] Apud priscos gesticulatio illa digiti, mollis, & infamis existimabatur, qua digito uno caput scalpebant. Seneca lib. vii. Epistolarum moralium: Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, & relaxus ad caput digitus, & flexus oculorum. In Pompeium dictum est, tanquam impudicum, & mollem, quod caput digito uno scalpebat. Seneca lib. iiii. Controversiarum, refert Calvum hoc de Pompeio dixisse:

— digito caput uno

Scalpit quid credas hunc sibi velle virum? Beroald.

Natura vitia esse non animi.] Animi vitia vocasse videtur Augustus quæ depravato iudicio fiunt, natura vero quæ inclinatione quadam, veluti innata

consuetudine, coalescunt. Horat. lib. i. Sat. iiii.

— denique te ipsum

Consule si qua tibi vitiorum increverit olim

Natura, aut etiam consuetudo mala.— Torrent.

Sine adjumento consiliove medicorum.]

Populus Romanus ultra sexcentimum annum vixit sine medicis: & , ut ait Plin. in xxix. Millia gentium degunt sine medicis, non tamen sine medicina. Beroaldus.

Quippe addictus mathematicæ: persuasionisque plenus, cuncta fato agi.] Cum continuo hæc sese invicem excipiant, Mathematicam dico & persuasionem de fato, sine dubio fatum Mathematicum intelligitur, quod Lipsio finiente, ligat & nequit firmiter actiones omnes eventusque ad vim fidem & posituram stellarum. lib. i. de Constantia cap. xviii. Ejus autores primi Chaldæi & Astrologi, interque philosophos subscriptor Mercurius Trismegistus.

Quod fulmine afflari negetur id genus fron-

*mine afflari negetur id genus frondis. ARTES libe-70
rales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione
Latina secutus est Corvinum Messallam, quem senem
adolescens observaverat. Sed affectatione & morosita-
te nimia obscurabat stylum: ut aliquanto ex tempore
quam à cura præstantior haberetur. Composuit &
carmen lyricum, cujus est titulus, Conquestio de L.
Cæsaris morte. Fecit & Græca poemata, imitatus
Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: quibus
poëtis admodum delectatus, scripta eorum & imagi-
nes, publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos
auctores dedicavit: & ob hoc plerique eruditorum cer-*

ta-

*frondis.] Negat & Plinius lib. xv. cap.
xxx. Nonnulli plantæ rotunditati id
acceptum ferendum nugantur, qua i-
ctus labatur: qui mihi videntur laurum
nunquam adspexisse, in acumen potius
ac fastigium, tum ipso trunco, tum
etiam ramis sensim tendentem. Sunt o-
mnino pini omnes rotundæ magis, qui-
bus nec ignis cœlestis parcit: sed ne co-
lumnis quidem marmoreis, diu mul-
tumque lævigatis ac perpolitis. Nec
fane mirum, cum omnia à cœlo deci-
dentia obliquos habeant ictus, non re-
ctos. Quare bene & sapienter agerent
πείνοφοι quidam, si tandem cassis &
futilibus argumentis hominum men-
dacia confirmare desinerent. Paucos
enim abhinc annos Romæ de cœlo ta-
ta est laurus. Brodæus.*

*In oratione Latina secutus est Corvinum
Messallam.] Messalla nitidus & candi-
dus, & quodammodo præ se ferens in
dicendo nobilitatem suam. Quintilia-
nus. Idem Quintilianus lib. xii. In-
sit. in dicendo dignitatem Messallæ
commendat. De eodem sic autor dia-
logi de oratoribus: Cicerone mitior Cor-
vinus, & dulcior, & in verbis magis ela-
boratus.*

Euphorionem & Rhianum & Parthe-

*nium.] Horum poëtarum meminit Lu-
cianus de conscribenda historia, & Ci-
cero ii. de Divin. item iii. Tuscul.
Casaub.*

*Affectatione.] Seneca: quis nimis ac-
curate loquitur, nisi qui vult putide loqui?
Augustus Tiberio non parcebat &
exoletas interdum, & reconditas voces
auctupanti, ait noster Augusti capite
lxxxvi.*

*Conquestio de L. Cæsaris morte.] Ve-
rissimile est Tiberium in Augusti gra-
tiam mortem filii ejus deplorasse.
Quanquam si quis Iulii malit, nolim
contentiose agere, cur enim non Caji
etiam mortem luxit, cum eodem tem-
pore ambo extincti sint, & quidem Ca-
jus prior? Torrent.*

*Inter veteres & præcipuos auctores de-
dicavit.] Scriptorum imagines ac sta-
tuæ separatæ erant ab aliorum simula-
cris, qui aliis artibus hoc præmium
meruissent. Ipsi quoque scriptores di-
stincti generatim fuerunt: quod eximie
declarat locus Taciti de statu Germanici loquentis lib. secundo Annalium.
Parthenius qui hic narratur inter vete-
res dedicatus, adeo tum vetus non
fuit, ut Suidas Tiberio imperante ad-
huc vixisse tradat. Idem.*

tatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam historie fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam & grammaticos, quod genus hominum precipue, ut diximus, appetebat, ejusmodi fere questionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solitæ. Et quo primum die, post excessum Augusti, curiam intravit: quasi pietati simul ac religioni satisfacturus, Minois exem-

Historie fabularis.] Quæ poëticis narrationibus referta esset, qualem scripsere Diodorus Siculus, Didymus Grammaticus, Heliodorus, Lucianus & alii. *Torrent.*

Grammaticos ejusmodi fere questionibus experiebatur.] Tria genera Grammaticorum: alii τεχνικῶν, alii ἰστορικῶν, tertium genus κερικῶν vocantur. τεχνικῶν elementa & primores litteras docent. Item partes orationis, structuram verborum, & similia. Eos Græci γραμματιστῆς potius, quam γραμματικῆς: & Latini litteratores, non litteratos vocant. Historici in Fluminum, montium, regionum nominibus occupati sunt: abstrusas historias, aut μυθολογικά, aut ποιητικῶς θεολογικά explicant: genealogias Deorum ac priscorum Heroum diligenter rimantur. Nobiliores his Critici, qui tanquam Censores quidam, & veterum librorum Senatuum legere possunt, & non probos tribu movere: quique παρρησιαστικῶς, ἐμφολιμωτικά, νοθεύοντα, & similia deculpare, ut eorum verbo utar, solent. *Joseph. Scaliger.*

Qua mater Hecuba.] De illis nemo dubitabit, quin operose nihil agant, qui in litterarum inutilium studiis detinentur, quæ jam apud Romanos quoque magna manus est. Græcorum

iste morbus fuit, quærere, quem numerum remigum Ulixes habuisset: prior scripta esset Ilias, an Odysea: præterea an ejusdem esset auctoris. Quattuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit: miser, si tam multa supervacua legisset. In his de patria Homeri quæritur, in his de Æneæ matre vera: in his, libidiniosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his, an Sappho publica fuerit: & alia, quæ erant dediscenda, si scires. *Seneca.*

Et quo primum.] Hoc refert, ut præposterum historie fabularis usum ostendat.

Pietati simul ac religioni.] Religioni, quod sacrificaret, pietati in parentem, quod sine tibicine id faceret. Atqui in funere etiam tibicines adhibebantur. Merito ergo id tanquam inane reprehenditur. Sanxerat autem Augustus ut Senatores ingressi Curiam antequam considerent ture, ac mero supplicarent, de quo Aug. cap. xxxv. Neque ibi quidem ulla tibicinis mentio, sed nulla apud veteres sacra sine tibicine peragebantur. *Torrent.*

Minois exemplo.] Esimie rem aperit Plutarchi locus in commentario Salubrium præceptorum: ὁ Μίνως, inquit, καὶ τὸ αὐτὸν ἀφείλετο τῆς θυσίας, καὶ τὸ σέφανον ὑπὸ λύπης. *Casaub.*

exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit: ut ille olim in morte filii. Sermone Graeco, quamquam alias promptus & facilis, non tamen usquequaque usus est. Abstinentque maxime in senatu: adeo quidem ut Monopolium nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset: atque etiam in quodam decreto patrum, cum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuerit vocem; & pro peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem quoque Graece testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit. BIS omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel triremi usque ad proximos Naumachiae

Monopolium.] Id vocabulum post Tiberium sane ab omnibus receptum. Vtitur eo Plinius lib. vii. cap. xxxvii. Est & titulus lib. iiii. Cod. Iustiniani, inscriptus De monopolis. Actum autem de monopolis in Senatu jam ante vidimus cap. xxx. *Torrent.*

In quodam decreto patrum.] Vir doctissimus & Italiae suae ocellus, videre se negat, cur in decreto patrum ἔμβλημα nominandum fuerit: id vero facile Tacitus doceat, qui de moderandis sumptibus conviviorum & suppelletilis, tractatum in senatu testatur, Annal. lib. iiii. sed defendendae huic lectioni sufficit unus Dio. *Casaub.*

Cum ἔμβλημα recitaretur.] Signa poculorum emblemata dicuntur secundum Servium, signa quoque vestium, hoc est, clavi emblemata dicta sunt. Hinc *vasa aspera signis & vestes signis rigentes* apud poetam. hinc ἀσημα ἄργυρον Graecis, & ἀσημα ἰσθῆς, vestis sine clavis, & argentum sine signis, hoc est laeve. *Salmasius.*

Graece testimonium interrogatum.] Quare Graece eum interrogari magis quam respondere passus est? Viri docti conjectura, legentis *Græcum*, mihi non displicet. Et sane cum Graeci in ipsa Graecia apud Romanos Latine agere pro Imperii majestate juberentur, non mirum est si Romae id observari Tiberius voluit. Vide Val. Max. lib. ii. cap. i. & Tryphonium Jurisconsultum libro xlviii. De re judicata, ubi ait decreta à Praetoribus Latine interponi debere. Hinc interpretum usus in provinciis apud Magistratus. *Torrent.*

Naumachia.] Naumachiam vocamus & pugnam navalem, & locum, ubi pugna fit. Hic locus significatur: videturque intelligendum esse de naumachia, quam Augustus construxit circa Tiberium cavato solo, ubi mox fuit Cæsareum nemus. *Beroaldus.* Naumachia sub Ianiculo fuit in Vaticani parte: sed quia hortos dixit, ad sua tempora videtur Tranquillus respexisse: siquidem Neronis horti in eodem tractu fuere: nec eo inficias & in parte Mar-

chia hortos subvectus est: disposita statione per ripas Tiberis, qua obviam prodeuntes submoveret. Iterum Appia usque ad septimum lapidem, sed prospectis modo nec aditis urbis mœnibus rediit. Primo incertum quae de causa, postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum à formicis invenisset, monitus est ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo propere Campaniam Asturæ in languorem incidit. Quo paululum levatus, Circeios pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis

NOTA

tii campi circa Tiberim à Cæsare dictatore, & ab Augusto navale prælium editum: itemque hortos in eodem tractu fuisse Strabonis verba demonstrant. *Sabellicus.*

Erat ei in oblectamentis serpens draco.] Etiam serpentes, inimicum illud humano generi animal, cicurantur, & vel per se, vel arte & industria hominis mansuefiunt. Hi sunt quos Plutarchus in Alexandro appellat χροῖθεις ὄφεις. Auctor est Philostratus Ajaci Locro fuisse draconem mansuetum, cubitorum quinque: quo ille utebatur convivore & comite instar canis. Notum etiam, quod de pariis vel parvis serpentibus narrant Græci, ut Aristophanis scholiastes Pluto, Suidas, & alii. Sed qui proprie dracones in genere ἰρπυσικῶς nominantur, ii fere veneno carent. Nicander de hac specie:

— ἔ μὲ ὄσ αὐτῶς

Ἐξ ἰρπυσικῶς ἠλθῶσι, καὶ ἦν ἕκαστος λαχέφθῆ.

Lege Plinium libro XXI. cap. IV. Hujus generis erant quos nominabant dracones Epidaurios, & quos Pellæos: de quibus illustris Luciani locus in Alexandro. Non prætermittendus Senecæ locus è libro II. De ira: cujus me

aliquando admonuit I. Philippus Patreus adolescens eruditissimus. Sic ille: *Aspice elephantorum jugo colla submissa taurorum pueris pariter ac feminis persultantibus tergum impune calcata, & repentes inter pocula sinisque innoxio lapsu dracones.* Casaub. Serpentem vocat ad eorum differentiam qui volatiles esse perhibentur. Talis autem fortassis Tiberii draco quales hodie quoque mulierculæ Romanæ, æstivis maxime mensibus, in deliciis habent, ut olim Flaccilla apud Martialem,

Sic gelidum collo nectit Flaccilla draconem.

Torrent.

Rediens ergo propere Campaniam.] Sic Terentius Adelphis, *Proficisci Cyprum.* Livius lib. XLV. semel iterumque, *Cyprum navigare.* Cicero pro leg. Manil. *Inde Sardiniam venit.* Tacitus II. Annal. *Germanicus Aegyptum proficiscitur.* Sed frequentius ita poëta loquuntur. Nam qui prosâ scribunt, fere his locis addunt præpositionem *In*: præsertim illi melioris ævi. Nam sequioris ævi scriptores pro *in* solent adjicere *ad*. Capitolinus in Pio: *Profectus est ad Campaniam.* Vossius.

Castrensibus ludis.] *Castrenses ludas* (ut puto) eos appellat, qui à militibus illic

non interfuit solum, sed etiam missum in harenam aprum jaculis de super petiit: statimque latere convulso, & ut exæstuarat, afflatus aura, in graviolem recidit morbum. Sustentavit tamen aliquamdiu, quamvis Misenum usque devectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne convivium quidem ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam Chariclem Medicum, quod comœatu absuturus è convivio egrediens, manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas sibi, remanere ac recumbere hortatus est, cœnamque protraxit. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret. Interim cum in actis 73 senatus legisset, dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos, de quibus strictim, & nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat: pro contempto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non

illic in statione manentibus castrensi more edebantur. *Torrent.*

Comœatu absuturus.] Medicus erat futurus absens à Tiberio, quum comœatum, hoc est, abeundi facultatem impetrasset. *Beroaldus.* Haud absurde *comœatum* hoc loco pro comitatu ceperis: cui sententiæ natura vocis minime repugnat. *Meare* quid sit notissimum, *comœare* esto cum alio una *meare*, plane sicuti *comitare*, quemadmodum antiqui dicebant, cum alio *itare*. Non erat autem tum temporis vel Romæ, vel Capreis Tiberius, sed in itinere deprehensus vagabatur. Charicles igitur à convictu principis discedens, atque ut Tacitus in hujus rei narratione loquitur, *ad propria negotia digrediens*, non amplius inter comites itineris esse voluit. *Schildius.*

Existimans tentatas ab eo venas sibi.] Taurus quidem apud Gellium l. xviii. cap. x. imperitiam medici perstringit, qui, cum arteria exploranda esset, venam eum tangere jubebat. Cæterum & Suetonius *venas tentatas* dicit, & in hac ipsa historia Tacitus: *per speciem officii manum complexus, pulsus venarum attigit.*

Instans in medio triclinio.] Sic sup. cap. xxxv. *incanante eo in pratorio.*

Et nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat.] Index est, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Ceteræ autem personæ sunt, quæ indices fieri possint: itaque neque repetundarum causa per indices agi solet; neque senatoria persona potest indicium profiteri salvis legibus. *Asconius.*

non temere quidquam nisi ex tuto ausurus. Sed & tempestatibus & ingravescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Luculliana, octavo & septuagesimo etatis anno, tertio & vigesimo imperii, decimo septimo Kalend. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro COSS. Sunt qui putent venenum ei à Caio datum lentum atque tabificum. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti negatum: nonnulli pulvinum injectum, cum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, Intellecta defectione, exemtum anulum quasi

In villa Luculliana.] Hodie etiam, cum tanta luxus incrementa fecerit, Luculliani horti inter Cæsareos preciosissimi habentur. Iam illa in ora maris, & apud Neapolim ædificia, cum exhausta inferne terra colles pensiles effecisset, cursusque in mari, & piscosos transitus ædibus suis circumduxisset, habitaciones in mari exstruxisset, ut inspexit Tubero Stoicus, Xerxem eum togatum nominavit. *Plutarchus.* Villas magnifice structas *prætoria* vocabant, ut dictum est ad Aug. Pro Luculliana Codex Salmas. habet *Lucullana.*

Pontio Nigro.] Legendum Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino Coss. sic enim Tacit. & Dio, & hæc inscriptio, IOVI CONSERVATORI SACRVM. C. IVLIVS C. F. QVIN. ARRIANVS V. S. DON. DEDIT. XVI. KAL. MART. CN. ACERRONIO ET PONTIO NIGRINO COSS. *Torrent.*

Venenum à Caio datum.] Orosius de Tiberio scribens, ait: *Hic ambiguus veneni signis obiit.* Idem tradit Eutropius. *Beroald.* vid. *Calig.* cap. xii.

Nonnulli pulvinum injectum.] Tacitus magis probabiliter, Macro intrepidus opprimi senem injectum multa vestis iubet, disceditque à limine. Dio similiter, *ἰμεγίπα ποδῶν ἡγὴ παχέα αἰς ἡγὴ ἡε-*

μεγίπας πῶδες διαμῆρα πορσελάσι. In vitis Imperatorum Germanicorum reperimus similis tragediæ exemplum. nam Fridericum II. circa annum Domini MCCCL. à Manfredò filio naturali narrant extinctum, pulvino in os injecto. quo etiam Icti genere vitam ferunt ademptam Iohanni X. Romano Pontifici, qui circa annum MCCCXIII. pontificatum inierat. *Casaubon.* Livius lib. xl. de Philippi F. Demetrio, cum venenum prius illi datum commemorasset, *injectis,* inquit, *tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt. ita innoxius adolescens, cum in eo ne simplici quidem genere mortis contentis inimicis fuissent, interficitur.*

Exemtum anulum.] Signatorium intelligo, quo non modo scripturas magnificandis, sed & rerum pretiosarum scrinia consignabant: atque adeo morituri spectatæ fidei homini eum commendabant. Nam quod *Torrentius* ex *Plin.* lib. xxxiii. cap. i. scribit, religione quadam anulos morientibus detractos, id nihil est. Verba *Plinii.* *Nunc rapienda comparantur epulæ, pariterque qui rapiat eas: sed & claves quoque ipsas signare, non est satis, gravatis somno aut morientibus anuli detrahuntur.* Vbi nulla mentio superstitionis. *M. Don.*

quasi alicui traditurum parumper tenuisse: dein
 rursus aptasse digito & compressa sinistra manu ja-
 cuisse diu immobilem: subito vocatis ministris,
 ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul
 à lectulo deficientibus viribus concidisse. *Supremo*⁷⁴
natali suo Apollinem Temenitem & amplitudinis &
artis eximia advectum Syracusis, ut in bibliotheca
novi templi poneretur, viderat per quietem affirman-
tem sibi, Non posse se ab ipso dedicari. Et ante
paucos quam obiret dies, turris Phari terra motu Ca-
preis concidit. Ac Miseni cinis è favilla & carboni-
bus ad calefaciendum triclinium illatus, exstinctus, &
jam diu frigidus exarsit repente prima vespera, atque
*in multam noctem pertinaciter luxit. Morte ejus ita*⁷⁵
letatus est populus, ut ad primum nuntium discurren-
tes,

Apollinem Temenitem.] Signum A-
 pollinis, qui Temenites vocabatur pul-
 cherrimum, & maximum, quod Ver-
 res abstulisset si portare potuisset, com-
 memorat Cic. Accus. 1111. idem (pu-
 to) de quo hic Sueton. *Torrent.* Syracusis
 adjunctæ Epipolæ erant, queis locus
 nomine *Temenos* suberat: unde, ut con-
 jicio, *Temenites* Apollo vocatus fuit. Ste-
 phanus: *τέμενον τήν τε Σικελίας*
ὑπὸ τῆς ἐπιπολαῖς πρὸς ταῖς Συρα-
κῆστας. Huic favet & suffragatur sen-
tentiæ Suetonius. Turnebus.

Bibliotheca novi templi.] Templum
 (ni fallor) Apollinis Palatini intelligit,
 quod sexto Augusti Consulatu dedica-
 tum, si Dioni credimus initio l. 1111.
 postea incendio illo de quo Dio l. 15.
 quo & domus Augusti periit, conflag-
 ravit. Ideo fortassis novum vocat Sueton.
 Gellius quidem lib. 1111. c. 1111.
 & Vopiscus Probo, bibliothecæ do-
 mus Tiberianæ, quæ & ipsa in Palatio
 fuit, mentionem faciunt, sed aliud do-

mus, aliud templum est. *Torrent.*

Turris Phari terræ motu concidit.] Exstructa iterum, ex his Statii ver-
 sibus:

(nautis
Thelebotumque domos: trepidis ubi dulcia
Lumina noctivaga tollit pharus amula
luna. Lipsius.

Cinis è favilla.] Favillam viventem (ut
 ita dicam) ac calentem intelligo, qualis
 una cū carbonibus inferri solet. Et mox
illatis pro *illatus* legēdum arbitror. *Tor-*
rentius. Ita autem calefiebant triclinia,
 quoniam in iis camini non erant. *Cas.*

Exarsit repente.] Scribit Plinius in
 decimo octavo, in terrenis ignibus esse
 præsagia. Hoc genus divinationis igni-
 spicium vocamus. Primus Amphia-
 raus invenit ignispicia. Græce dicitur
πυρομαντεία. Beroald.

Ut ad primum nuntium discurrentes
pars Tiberim in Tiberim clamitarent.] De primo nuntio an Suetonio credi
 par est? nonne enim fieri solitum ut
 primi de morte tyranni nuntii suspen-
 sis au-

tes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars Terram matrem deosque Manes orarent ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent: alii unicum & Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Nam cum senatusconsulto cautum esset ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit ut quorundam supplicii dies is esset quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes ho-

mi-

sis auribus excipiatur ob metum? Quare etiam scribit Iosephus l. xviii. de morte Tiberii, Ῥωμαῖοι μὲ δὲ πύσθ (male editū, πύσθ) τὸ Τιβεριῶν τελευτήσ, ἀφραγίον) μὲ τῶ ἀγαθῶ τὸ ἀχίλιας, ἢ μὲν πύσθ μὲν γὰρ τὸ αὐτοῖς. Simillima Tranquillus in morte Caligulae libro proximo cap. ultimo. & de eodem Iosephus. *Casaub.*

Terram matrem.] Terrae uni rerum naturae partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternae venerationis. Illa nos nascentes excipit, natos alit: semelque editos sustinet semper: novissime complexa gremio, jam à reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater, operiens. *Plinius.*

Deosque manes orarent.] Manis & manus antiquis Latinis erat bonus, unde *ceruus manus* in carmine Saliari creator bonus, & compositum *immanis*, qui non valde bonus. *Manes* vero vocaverunt defunctos, exemplo & more Arcadium, qui Italiam tenuere. nam & illi *χρησῆς* nominabant. Notat Plut. in *Quaest. Graec.* in foederis columna, quod inter Lacedaemonios & Arcades conventum est, inter alia scriptum fuisse, *Μεσσηνίους ἀβαλεῖν ἐὰν τὸ χῶρος καὶ μὴ ἐξείτωι χρησῆς ποιεῖν*, & non licere *manes* facere, quod ait Aristotelem interpretari, non licere interficere. Idem quoque repetit in *Quaestionibus*

Romanis. Hinc *Manes* mortui, & *Dii manes* defunctorum genii. hi & *Lemures* sive *Lemurii*, & ferix eorum *Lemuralia*. Θεοῖς καὶ χθονίοις in veterum monumentis Graecis saepe insculptum visitatur, pro eo quod est in Latinis, *Dīs manibus*, pro quo & *Dīs inferis* aliquando legitur. Exstat oratio Corneliae Gracchorum matris ex libris Nepotis excerpta, qua C. Gracchum dehortatur à capessenda rep. & nece fratris vindicanda. In ea leguntur haec verba: *Vbi mortua ero parentabis mihi, & invocabis Deos Manes parentis. Eo tempore ne pudeat eorum Deum preces expetere, quos vivos, atque praesentes relictos atque desertos habueris.* *Salmasius.*

In decimum semper diem.] Hoc idem Bononiae observatur. *Beroald.* Dio lib. lvi. καὶ δόγμα ἔκ τῶν ἀποθηναίων ἐπέλασε, μὴ ἀποθνήσκειν ἐνθὺς δεκά ημερῶν τὸ καὶ ψηφισθέντα ὑπὸ αὐτῶν, μήτε τὸ χάμμα τὸ ἐπ' αὐτῶν ἠιόμηρον, ἐς τὸ δημόσιον ἐνθὺς τῶν αὐτῶν χρόνων ἀποτίηται. Nec aliud Seneca sensit, de *Tranq.* lib. i. cap. xiv. *Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine exegisse?* Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissime convicto & damnato reo dies indulset triginta vitae: in L. Si vindicari. C. de poenis. *Lipsius.*

Atel-

minum fidem, quia, absente adhuc Cajo, nemo exstabat qui adiri interpellarique posset, custodes, ne quid aduersus constitutum facerent, strangulaverunt, abjeceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia: quasi, etiam post mortem tyranni, sevitia permanente. Corpus ut moveri à Miseno cœpit, conclamantibus plerisque, Atellam potius deferendum, & in Amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematumque publico funere. Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo: obsignaveratque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes æquis partibus reliquit, Cajum ex Germanico, & Tiberium ex Druso, nepotes: substituitque invicem. Dedit & legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, ac militibus universis, plebique Romana viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.

Atellam potius deferendum.] Negant dignum qui Romæ sepeliatur, quam ita cupide deseruisset, & à qua tam pertinaciter abstinuisset: projiciendum igitur in aliquod Campaniæ municipium, qua tantopere vivus delectabatur. Atellam autem nominant potius quam aliud: alludentes ad flagitiosam ejus vitam: talis enim Atellanorum vita & mores: unde sunt Atellanæ fabulæ nuncupatæ. *Cosamb.*

Et in Amphitheatro semiustulandum.] Duplex contumelia his verbis continetur. volun: enim non cremari Tiberium, sed amburi tantum & leviter curari ejus funus, ut fiebat in mendicis qui à vespilionibus raptim in Esquilis cremabantur: vide libro sequente de Caji funere. gravissimum vero de amphitheatro: nam ibi fontes igne consumi soliti, ut infra libro quarto, cap.

xxvii. & Philo contra Flaccum, alii que. *Idem.*

Æquis partibus.] Vtrunque ex commissse.

Substituitque invicem.] Vt puta, si Cæjus hæres non erit, Tiberius hæres esto: vel si Tiberius hæres non erit, Cæjus hæres esto.

Plebique Romana viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.] Dio populo divisum scribit ns. quadringentis quinquagies, πέντε και εἴκοσι και ἑκατὸν και χίλις μυριάδας. Budæi æstimatione fuerint undecies centena & viginti quinque millia coronatorum. Videtur ea summa utramque legatum comprehendi, & quod populo viritim datum, & quod vicomagistris relictum. Confer ea, quæ de Augusti legatis sub finem superioris libri disquiruntur.

C. CÆSAR CALIGVLA.



PRODVXIT ORBI MONSTRA, CIVIBVS PESTES.
OCELLVS ORBIS, VITA CIVIYM CÆSAR:
VIRTUTE PATRVN GLORIAQVE METIRI
DEDISCE NATOS: INDOLEM DIES PROMET.

J. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER IV.

C. CÆSAR CALIGVLA. A.V.C.
DCCCLVII.&C.

GERMANICVS C. Cæsaris pater, Drusi & minoris Antonie filius, à Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret, & post eam, consu-

la-



CAESAR CALIGVLA.] Libertas illa, qua malorum principum vitia persecutus est Tranquillus, etiam cui-dam post eum magno stetit dicitur: nam scelestissimus Imperator Commodus eum, qui Tranquilli librum vitam Caligulae continentem legerat, feris objici iussit, quod eundem diem natalis ipse habuerat, quem & Caligula. *Politianus.*

GERMANICVS.] Germanici cognomen patri Druso debuit, qui fortiter in Germania rem gesserat ac propterea hunc honorem sibi posterisque meruerat. Dio initio l. l v. & Suetonius cap. i. Claud.

Drusi & minoris Antonie filius.] Dux supererat Antonii & Octaviae sororis Augusti filiae: harum alteram Domitius Aenobarbus, alteram pudicitiam & formam nobilem Antoniam Drusus Liviae filius, Cæsaris privignus duxit, & ex ea Germanicum atque Claudium genuit. *Plutarchus.*

A Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante, quam per leges liceret, & post eam, consulatum statim gessit.] Distingue ante statim sic: à Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret, & post eam consulatum, statim gessit. Levissima emendatio grande momentum affert

ad historiae fidem. quae stare hic non potest si *statim* referatur ad consulatum. nam inter Germanici quaesturam & ejusdem consulatum anni septem interjecti. refer igitur ad superiora, & intellige, statim ut adoptatus est Germanicus, quaesturam eum gessisse. haec germanissima est hujus loci sententia. clare arguit ratio annorum si attendimus. nam & adoptatio Germanici & quaestura in eundem incidunt annum DCCCLVII. qui COS. habuit Sex. Aelium Catum & C. Sentium Saturninum. de adoptione liquet ex Velleii ceterorumque historicorum testimoniis. de quaestura arguit, quod dicitur quinquennio ante quam per leges liceret eam consecutus. nempe anno undevigesimo factus quaestor Germanicus. sic enim Tiberius cui idem contigit privilegium, *quaestor, undevicesimum annum agens, capessere cepit Remp.* inquit Vellejus. id aetatis Germanicum fuisse cum est adoptatus, intelliget statim, qui cum dicto anno DCCCLVII. vel eum contulerit quo natus est, vel eum quo denatus. alter est annus urbis DCCXXVIII. alter DCCCLXXII. aetatis ipsius quartus & trigessimus. *Casaubon.* Vide etiam, quae paullo post ex Beroaldo afferuntur.

Ante quam per leges liceret.] Cicero Philippica v. quo loco amplissimos honores Octavio admodum adolescenti

B b

si de

latum statim gessit. Missusque ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam Reip. deferentes, incertum constantia an pietate majore, compescuit: atque hoste mox devicto triumphavit. Consul deinde iterum creatus, ac prius quam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armenia regem devicisset, Cappadociam in provinciae formam redegisset, annuæ ætatis agens quartum & trigesimum, diutino morbo Antiochiæ obiit, non sine veneni suspitione. Nam præter livores, qui toto corpore erant, & spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Obiit autem, ut opinio fuit,

ti discernendos suadet, exempla memorat eorum, quibus ætatis immaturitas minime obfuit, quo minus ad reip. munia admitterentur. Imo vero majores nostri, inquit, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant: quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter aequales. Præter ea quæ diximus ad cap. x. Tiber. hanc quoque antiquissimorum majorum inobservantiam adspicere Tacitus potuit, cum illa scripsit Annal. xi. *Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licentiam petere magistratus. Cætera ad dictum Tiber. caput exhibentur. Schild.*

Statim.] Transcendendo media summa imis continuavit: cum inter quæsturam, & consulatum sint intermedii magistratus, ædilitas, & prætura. Olim tribuni plebis, authore Livio, non patiebantur Titum Flaminium petere ex quæstura consulatum, tanquam fastidiret ædilitatem, atque præturam, neque per gradus honorum tenderet ad

consulatum. *Beroald.*

Incertum constantia an pietate.] Vide Tib. cap. xxv.

Cum Armenia regem devicisset.] Lipsio ut assentiamur, ac scribamus, regem dedisset, vel dejecisset, flagitat non postulat Taciti narratio. omnium tamen librorum in edita lectioe mira constantia. *Casaub.*

Antiochia obiit.] Seleucus Nicator extructis per totam imperii sui longitudinem urbibus, sedecim à patre denominavit, quarum clarissima nunc exstat Antiochia sub Libano. *Appianus.*

Cor inter ossa incorruptum repertum est.] Negatur cor cremari posse in iis qui cardiaco morbo extincti obierint, negatur & veneno interemptis. Certe extat oratio Vitellii qua reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento, palamque testatus non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. Contra genere morbi defensus est Piso. *Plinius.*

fuit, fraude Tiberii, ministerio & opera C. Pisonis. Qui sub idem tempus Syriae præpositus, nec dissimulans offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi plane ita necesse esset, etiam agrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, ut Romam rediit, pæne discerptus à populo, à senatu capitis damnatus est. Omnes Germanico corporis animique virtutes, & 3 quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat: formam & fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens: benivolentiam singularem: conciliandæque hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficax studium. Formæ minus congruebat gracilitas crurum, sed ea quoque paulatim repleta, assidua equi vectatione post cibum.

Ho-

Omnes Germanico corporis animique virtutes.] Magnum & rarum elogium: in quo tamen consentiunt historici. Tacitus lib. 11. pluribus persequitur illius laudes; etiam cum Alexandro Magno comparatione facta. Dio paucis verbis non pauciora dicit libro 151. *καλῶς ἔχει τὸ σῶμα, ἀεὶ ἔχει καὶ τὴν ψυχὴν ἔφου, περὶ αὐτὸν πρῶτον διέπει, πρῶτον πρὸς τὴν σφρονίσαι ἔφου.* Dilaudat eundem & Iosephus originum libro xviii. cap. viii. Unus Vellejus per adulationem principis turpissimam, ausus laudato ab omnibus juveni ignaviæ maculam aspergere. *Casaub.*

Utroque eloquentiæ genere.] Græco, & Latino.

Formæ minus conveniebat gracilitas crurum.] Quod inter præcipua olim habitum quæ bonam formam corrumpere: fuitque hic habitus urbanorum diæteriis semper obnoxius. Seneca, In sapientem non cadere injuriam, libro

secundo, In capitis mei levitatem jactatus est, & in oculorum valetudinem, & in crurum gracilitatem, & in staturam. Infra lib. vi. Neroni tribuuntur inter alia vitia corporis, *gracillima crura.* Vide & in Domitiano, capite xviii. sic in Aristotele notatum quod esset *ἰχθυοσκελῆς*, id est, perfilis. nam ita comici vocarunt. Glossarium, *Perfiliis, μακροσκελῆς.* Plautus *rodella cruscula.* Evbulus comicus *καψίχες σκέλη.* alii *εργόποδας.* Contra quibus inferiores corporis partes erant crassiores, *κληματίδας Αἰγυπίας* vocabant: quod de Zenone Stoico est dictum. Quemadmodum autem crurum gracilitatem, sic etiam manus vel brachii, inter deformitatis notas ponebant. *Casaubonus.*

Equi vectatione post cibum.] Quo sanguis scilicet, atque alimenti vis eo deflueret, præsertim cum *stapiis* quas vocamus nondum tunc uterentur. *Stapias* certe, aut quid simile neque Xenophon

Hostem cominus saepe percussit. Oravit causas etiam triumphales: atque inter cetera studiorum monumenta reliquit & comœdias Græcas. Domi forisque civilis: libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus dabat. Cæsarum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumultu humaturus, colligere sua manu, & comportare primus aggressus est. Obtractatoribus etiam qualescumque, & quantacumque de causa nactus esset, lenis adeo & innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindentem, clientelas diu vexanti, non prius succensere in animum induxerit, quam veneficiis quoque & devotionibus impugnari se comperisset:

AC

De arte equestri, neque Julius Pollux De equestribus instrumentis usquam commemorant, & nihil in veterum monumentis invenias quod eo referri possit. Neque ea quæ ob assiduam equitationem Scytharum refert incommoda Hippocrates libro de aëre, aqua, locis, eis accidissent, si stapiarum usum habuissent. *Torrent.*

Oravit causas etiam triumphales.] Viterb. cod. & Pithœi habent triumphalis. quam lectionem amplector ut verissimam. Dio jubet, cui refragari durum. notat ille in actis anni MCCXV. Germanicum etiam consulem causas orasse. καὶ αὐτὸς μὲν, αἶτ, ἕδεν αἰξίον μνήμης ἐπεξεῖ, πάλιν ὅτι καὶ τότε ὑπέδεικται. Triumphalis autem dicitur non is tantum qui triumphavit: sed & ille qui triumphalia ornamenta est consecutus: quæ nactum esse Germanicum ex bello Dalmatico ante consulatum suum primum, testis Dio libro LVII. τῷ Γερμανικῷ αἵτε νικητῆροι πρῶτῃ ἐδόθησαν καὶ αἱ σπαθηκαί. *Casaubon.* Triumphales accipio magnas & eximias, quæ de triumpho

decernendo agerentur, qui enim minus triumphales causas quam Consulares dicamus? *Torrent.*

Comœdias.] Germanicum in poetica floruisse, testatur Ovidius, dicens: Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes,

Ingenii currant flumina quanta tui.

Huic enim Germanico Fastorum libros dedicavit: cui omnia illa quadrant, quæ in Fastis leguntur. *Beroald.*

Sine lictoribus.] Ut Rhodi Tiberius. cap XI.

Quantacumque de causa nactus esset.] Cod. Salmasii nactus & ita semper.

Devotionibus.] Reperiebantur solo, ac parietibus erutz humanorum corporum reliquiaz, carmina & devotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabo obliti, aliaque maleficia queis creditur animas Numinib. infernis sacrari. *Tacitus.* Glossæ devotiones interpretantur ἐπωδάς. Nobis sortilegium dicitur carmen, *charme.* & inde verbum *charmer* pro carminibus devovere aliquem ac defigere, quasi *carminare.* Devovere autem, *defigere, obligare, verba ma-*

ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut & amicitiam ei more majorum renuntiaret, mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret. **QV**ARVM 4
 virtutum fructum uberrimum tulit, sic probatus & dilectus à suis, ut **AV**gustus, (omitto enim necessitudines reliquas,) diu cunctatus an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumve nonnumquam eum discrimen vitæ adisse: è Germania vero, post compressam seditionem, revertenti, prætorianas cohortes universas prodisse obviam, quamvis pronuntiatum esset, ut duæ tantummodo exirent: populi autem Romani sexum, ætatem, ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem effudisse se. **T**AMEN longe majora & firmiora de eo judi- 5
 cia in morte ac post mortem existère. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversa Deum ara,

La-

ba magicæ artis propria, quæ incantationibus, deprecationibus, diris, herbis, fascinationibus animum ejus ac mentem quem devovet, ita præpedit & extra se ponit, ut sui officii meminisse non amplius possit, aut muniis naturalibus fungi. Qui vota facit ac se devovet, ligare se intelligitur. Vnde *votis caput obligare* Horatio. Sed & qui alium devovent, diris eum & imprecationibus defigunt ac devinciunt. Quod & *obsecrare* dicebant; cujus contrarium *reserare*, quod est solvere obsecratione, ac devotione liberare. vota apud Virgilium pro devotionibus magicis:

— Colchiacis animum defigere votis.
 Salmasius.

Amicitiam ei more majorum renuntiaret.] Et **AV**gusti quoque exemplo, qui

fecit idem in Cornelio Gallo libro secundo, cap. **LXVI**. Tacit. componit epistolæ quæis amicitiam ei renuntiabat. Sic inimicitias denunciare. Cicero pro Flacco, & Seneca Epist. lib. **v**.

Adoptandum Tiberio dederit.] Veritus Augustus, ne Tiberius aliquando animo elatus novas ad res confurgeret, Germanicum Drusi fratris filium ei adoptandum dedit, quanquam ipsi Tiberio natus fuerat filius. *Dio Cassius*. Aug. cap. **LXV**. & Tib. cap. **XXV**.

Lapidata sunt templa, subversa Deum ara.] Non dissimile Augusti factum, qui classe tempestate perdita proximis Circensibus Neptuni simulacrum pompæ detraxit. *Suet. Aug. c. **XXVI***. *Torrent*. Quos honore auctos volebant, sive deos sive homines, *ἰφουλοβόλυν*: & contra per contumeliam lapidibus pe-

B b 3

tebant

Lares à quibusdam familiares, in publicum abjecti, partus conjugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico communique mœrore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse: & uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem & exercitatione venandi, & con-

vi-

tebant & deorum & hominum imagines. Tacitus 1. Histor. *Primani Quintanique turbidi, adeo ut quidam saxa in Galba imagines jecerint.* Hinc illa theatralis lapidatio, de qua multa nobis dicta Animadv. in Athzneum libro VI. cap. XI. *Casaub.*

Lares familiares.] Ex Lemuribus, qui, posteriorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine possidet, Lar dicitur. Qui vero, propter adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, id genus plerique Larvas perhibent. Cum vero incertum est, quæ cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit an Larva, nomine Manem Deum nuncupant: & honoris gratia Dei vocabulum additum est. *Appulejus.* Consule *Salmas.* ad cap. LXXIV. *Tib.*

In publicum abjecti.] Apud Plautum in *Aulularia* loquitur Lar familiaris, testaturque thure, vino, coronis sibi quotidie sacrificatum fuisse. Lares adeo à priscis fuerunt aliquando sprete, contemptique, ut *Tertullianus* in *Apologético* scribat hæc: *Domesticos deos, quos Lares dicimus, domestica potestate tractatos de mutando aliquando in caccabulum, aliquando in trullam.* Non est ergo mirum si tunc abjecti fuerunt in publicum ex indignatione. *Beroald.*

Regulos quosdam barbam posuisse.] Lu- gentibus ea accommodata sunt, quæ & inusitata. Eum qui Lyciis leges posuit, ajunt mandasse civibus, ut in luctu ve-

ste uterentur muliebri. Quosdam ferunt in foveas certas sese per dies complures abdere, neque solis lumen videre sustinere, quo is quem lugent privatus sit. Quidam vero barbarorum etiam corpora sua naribus, auribus, aliisve partibus amputandis, scedant: gratificari se aliquid defunctis putantes, cum in hoc genere à natura constitutam mediocritatem excedant. *Plutarchus.* Romanos in luctu barbam capitulumque summississe, vides cap. LXXVI. *Cæs.*

Capita rasisse.] Quid attinet vetera referre? mos adhuc tenet in Sabinis, ac toto Latio, ut in summo luctu mulieres sibi capillos adimant. *Sabell.*

Regum etiam regem.] Parthorum rex apud priscos regum rex vocitabatur: quod testatur *Plutarchus*, scribens, *Pompeium Parthorum regem noluisse in epistola regem regum appellare, quemadmodum à cæteris appellabatur.* Idem, in *Lucullo* inquit: *Tigranes nunc sedet rex regum, qui tanta potentia viget. Nec mirandum, regem regum dici, cui reges complusculi ministrabant, instar satellitum, & pedisequorum.* In *Cyri* sepulcro hoc epitaphium insculptum legabatur: *CYRVS EGO REX OLIM REGVM CONDITVS HIC SVM.* *Iul. Capitolinus* Saporem Persarum regem appellat *Regem regum.* Præterea, ut author est *Marcellinus*, olim *Sapor* rex Persarum, & qui Parthi intelliguntur, literas dedit ad *Constantium Imperatorem*, quarum hoc fuit principium: *Rex regum Sapor particips siderum, fra-*

ter

victu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustitii instar est. ROMÆ equidem, cum ad primam & famam valitudinis attonita & mæsta civitas sequentes nuntios opperiretur, & repente jam vesperi incertis auctioribus convaluisse tandem percrebuisse: passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac pane revulsa templi fores, ne quid gestientes vota reddere moraretur. Experges factus è somno Tiberius est gratulantium vocibus, atque undique concinentium, Salva Roma, Salva patria, Salvus est Germanicus. Sed ut demum fato functum palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: duravitque etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumque defuncti etiam atrocitas insequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac me-

tu

ter Solis, & Luna, Constantio fratri meo salutem plurimam dico. Beroald.

Exercitatione venandi.] Xenophon in primo Pædiæ ait, venationem videri Persis verissimam meditationem rerum bellicarum, qua etiam assuescunt frigora, & calores tolerare. Beroald. Tacitus initio Ann. 11. de Vonone Parthorum rege: Accendebat dedignantem & ipse, diversus à majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura.

Convictu Megistanum.] Sunt Græcis viri summi ac proceres cujusque regni, quibus permissum ut cum regibus epularentur. Quo vocabulo usus est etiam Tacit. & Annæus Seneca Epist. ad Lucilium XXI. Vnde & D. Marci Evangelistæ locum capite sexto de Herode scribentis rectius intelligimus, δειπνον ἰποίει τοῖς μαγιστῶσιν. Torrentius.

Salva Roma, &c.] Versus integer Trochaicus, Fulv. Ursino agnoscente.

Quod genus versuum quasi sub manum, etiam rudioribus, natum videtur, ut probabiliter colligitur tum ex hoc loco, tum ex iis, quæ de militibus Gallico triumpho currum prosequentibus, semel iterumque tradidit Suetonius in Cæsare.

Non edictis inhiberi luctus publicus potuit.] Edictum tamen aliquod Tiberii, quo ad sollempnia repetenda populum hortabatur, non frustra fuisse patet ex Tacito. Sequitur enim: *Tum exuto iustitio, reditum ad munia.* In eodem edicto monuit, quia ludorum Megalensium spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent. Vnde constat, diu ac pertinaciter pop. Rom. interitum Germanici luxisse. Obiit enim, ut vero similimum est, ante mensem Decembrem. At Megalensium spectaculum incidit in Nonas Aptileis. Schildius.

Per festos mensis Decembris dies.] Id est, Saturnalia.

tu repressam Tiberii sevitiā, quæ mox eruperit.

- 7 **HABVIT** in matrimonio Agrippinam, M. Agrippæ & Iulia filiam, & ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolina Veneris Livia dedicavit. *AVgustus* in cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculabatur. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres sexus feminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio nate, totidem mares, Nero & Drusus & C. Caesar. **NERONEM** & **DRUSUM** senatus, Tiberio criminante, hostes iudicavit. C. Caesar natus est pridie Kal. Septembres, patre suo & C. Fonteio Capitone COSS. Vbi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. **Cn. Lentulus Gatulicus** Tiburi genitum scribit: **Plinius Secundus** in Treveris vico Ambiatino supra Confluentes: addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas, **OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM.**

Ver-

Agrippina, Drusilla, Livilla.] Agrippina Domitio, ac postea Claudio principi nupsit. Drusillam L. Cassio, Livillam (Iuliam Tacitus vocat, ob proaviam, quæ modo Iulia, modo Livia scriptoribus) M. Vinicio Tiberius conjunxit. Ann. vi.

Continuus triennio.] In hanc sententiam ait Plin. in vii. *Item alii, aliæque feminas tantum generant aut mares plerumque alternatim: sicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Germanici novies.* Alternabat itaque Agrippina in partu, ut tres foeminas continenter pareret, mox totidem mares. Nam si intelligas alternasse, ut alternis annis foeminam, alternis masculum generaret, non conveniet Plinius cum Tranquillo. *Beroald.*

Patre suo, & C. Fonteio COSS.] A.V.

DCCCLXV. De quibus COSS. extat hæc inscriptio, GERMANICO CAESARE C. FONTEIO CAPITONE COSS. K. IAN. SEIAR FORTVNAE AVG. SACR. *Torrentius.*

Vico Ambiatino.] Cod. Salmaf. *Ambiatario.*

Supra Confluentes.] Hinc hodie quoque urbi Confluentis nomen, qua Mosella in Rhenum influit sub ditione Treverensi. *Torrent.*

OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM.] Mos Romanus, quo receptum, ut propagandæ memoriæ causâ, ara aut templum statueretur virtuti rei que, quam cuperent laudatam. Tacitus *Annal. i. aramque adoptionis & alia huiusmodi prohibuit.* Ita apud eundem, cum Tiberius publico iudicio ultus esset Germanici mortem, *Cacina Severus*

UVS

Versiculi, imperante mox eo, divulgati, apud hibernas legiones procreatum indicant :

In castris natus, patrius nutritus in armis,

Iam designati principis omen erat.

Ego in Actis Antii invenio editum. Getulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret : abusumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipse C. Cæsar: de cujus amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memorie mandarunt, Germanicum exacto consularatu in Galliam missum consentiunt, jam nato Cajo. Nec Plinii opinionem inscriptio aræ quidquam adjuverit,

rus censuit aram Herculi. & lib. xv. post natam ex Poppea prolem, supplicationes à Senatu decreta, & templum Fecunditati. Lipsius.

Apud hibernas legiones.] Apertior locutio est, & in quibusdam exarata codicibus, si dicas, apud hiberna legionum. *Beroald.*

Ego in Actis Antii editum invenio.] Suetonio manus nondum do. Primum ambigo, utrum natus eo anno Cæsar sit. Video enim dissensum in numero annorum quos dicitur vixisse. Et quid si paullo ante natus sit, cum pater in Germania esset? quid si paullo post? Deinde queritur, quando natus Caligula sit, non quando fatus. Nonne ipso patre Consule, ut Suetonius vult, nasci potuit in castris? Nec enim opus credo eam ad rem præsentia patris. Nam Germanicum constat ex Dione statim à clade Variana continenter in Germania mansisse, ad hunc usque Consularatum. Suspiciari autem probabiliter possum, uxorem quæ tumida & vicina partui,

relictam ab eo in Germania donec utrum posuisset. Sed in Actis reperio, ait, natum eum Antii. Quid si Acta de alio quopiam Cajo, filio pariter Germanici senserint? Non enim Caligulæ nomen discriminis causa, opinor, apponi potuit Actis, quoniam Professio apud Acta, nato statim puero fieri solita. Addit amplius, bimulum demum perductum in castra. At quid obstat, Agrippinam & infantem in Germaniam revertisse? Quod Antium prætulit omnibus secessibus Cæsar: quin hoc argumento Tiberium Capreis genitum dicit, Tiburi aut Lanuvii Augustum? Huic meæ sententiæ præter consulares, Plinium & Tacitum, subscribunt pedanei Senatores Sex. Victor, & Athenæus lib. iv. cap. vii. *Lipsius.*

Urbe Herculi sacra.] Vnde *Herculeum, & Herculis Tibur.* Sup. Aug. c. lxxii. Et fortassis ut Commodus, sic Caligula Hercules Romanus videri, ac dici voluit. *Torrent.*

rit, cum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit : & qualiscumque partus, sine ullo sexus discrimine, puerperium vocetur : quod antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dicitarent. Exstat & AVgusti epistola ante paucos quam obiret menses, ad Agrippinam neptem ita scripta de Cajo hoc (neque enim quisquam jam alius infans nomine pari tunc supererat) Puerum Cajum xv. Kal. Iunii, si Dii volent, ut ducerent Talarus & Afellius, heri cum his constitui. Mitto præterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Valebis, mea Agrippina, & dabis operam ut valens pervenias ad Germanicum tuum. Abunde arbitror parere, non potuisse ibi nasci Cajum, quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit. Versiculorum quoque fidem eadem hæc elevant : & eo facilius quod hi sine auctore sint. Sequenda igitur est quæ sola Aëtorum restat & publici instrumenti auctoritas : præsertim cum Cajus Antium, omnibus semper locis atque secessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexerit : tradaturque etiam sedem ac domicilium Imperii tædio urbis transferre eo desti-

nas-

Puellas pueras.] Varro de vita pop. R. Sic in privatis adibus pueri liberi & puera ministrabant. Alius ex Varrone locus alibi producitur. Adi & Paulum I. C. L. CLXI. de Verb. signif. & ad eum, Alciatum.

Ex servis medicum.] Medicos fuisse in numero servorum apud præcos, idonei scriptores tradiderunt, & in primis Seneca, qui sic ait lib. III. de Beneficiis : Tenebatur inclusus Domitius : imperavit medico, eidemque servo suo, ut

ei venenum daret. Beroald. Non tamen omnes medicinam profitentes servi fuere : ut Casaubono notatum ad c. IV. Cæf.

Quæ sola Aëtorum restat & publici instrumenti auctoritas.] Cod. Salmat. quæ sola auctor restat.

Omnibus semper locis atque secessibus prælatum.] Strabo de Antio libro v. Νῶνι μὲν ἔν ἀνείῳ τοῖς ἡγεμόσιν, εἰς χολῶν καὶ ἀνείσιν ἔ πολιτικῶν. reliqua vide ad Augustum.

nasse. Caligula cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum præterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amore & gratia valuerit, maxime cognitum est: cum post excessum AVgusti tumultuantes & in furorem usque præcipites, solus haud dubie conspectu suo flexit. Non enim prius destiterunt quam ablegari eum ob seditionis periculum, & in proximam civitatem demandari animadvertissent. Tunc demum ad pœnitentiam versi, represso ac retento vehiculo, invidiam quæ sibi fieret deprecati sunt. Comitatus est patrem & in Syriaca expeditione. Vnde reversus primum in matris, deinde ea relegata, in Livia AVgustæ

[Caligula nomen castrensi joco traxit.] Caligæ, militis calceamenta, etsi tibiam calcearentur, nunquam tamen pro braccis, aut femorum tegmine apud veteres sunt acceptæ, ut viri quidam docti falso sibi persuaserunt. Recentiores non de calceamento tantum militari dixerunt, sed de omni calceorum genere. D. Hieronymus *σαυδάλια*, caligas vertit. vetus interpres Juvenalis Græcorum crepidas, Grajas caligulas vocat. nimirum *trechedepna* volebat esse apud Juvenalem quæ Græcis *τροχάδες* appellantur. auctori veteris Glossarii *τροχάδες* sunt gallicula. Idem galliculas *σαυδάλια* reddit alio loco: sic plane gallicæ & caligæ confunderentur. Atqui constat gallicam de eo genere calceorum fuisse, quod infimas tantum plantarum calces tegetet, quales erant crepidæ & soleæ. at caligæ non tales. Quamvis non dubitem, multis auctorum locis caligas, & caligulas, pro gallicis & galliculis irrepsisse. Græci quoque, dum *καλιγυγ* & *καλιγυρον* scribunt, dubium facere possent utrum caligam an gallicam exprimere voluerint.

idem *καλιγυρον* solent plerumque scribere qui Latinis Caligula. Sed certum est, de caliga esse accipiendum. Salmasius.

[Ablegari eum.] Omnes ms. quos equidem viderim habent *obligari*, atque ita legendum est, ne bis idem dicat. sequitur enim *demandari*. Proximam autem civitatem Treverorum urbem intellige, ex Tacito lib. 1. Annal. Torrent. Adstipulatur Torrentii codicibus Salmasianus.

[Livia Augustæ.] Hoc cognomento decorabantur uxores, atque etiam sorores Imperatorum. Vxori, sororique Trajani Senatus obtulit cognomen Augustum: quod illæ tamen deprecate sunt: quarum modestiam ita laudat Plinius in Panegyrico: *Hoc magis dignæ sunt, quæ in animis nostris & sint, & habeantur Augustæ, quia non vocantur.* Beroald.

[Livia Augustæ proavia contubernio.] Liviam proaviam vocat, (ea enim Drusi mater erat) Antoniam vero aviam, quæ Drusi uxor. Et notandum etiam foeminarum contubernium dici. Torrentius.

Vico-

*ste proavia sue contubernio mansit: quam defunctam
prætextatus etiam tum pro Rostris laudavit. Transiit-
que ad Antoniam aviam, & inde vicesimo ætatis anno
accitus Capreas à Tiberio, uno atque eodem die togam
sumsit, barbamque posuit: sine ullo honore, qualis con-
tigerat tirocinio fratrum ejus. Hic omnibus insidiis
tentatus elicientium, cogentiumque se ad querelas,
nullam unquam occasionem dedit: perinde oblitterato
suorum casu ac si nihil cuiquam accidisset: quæ vero
ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens.
Tantique in avum, & qui juxta erant, obsequii: ut
non immerito sit dictum: Nec servum meliorem
II ullum, nec deteriolem dominum fuisse. Natu-
ram tamen sevam atque probrosam, nec tunc quidem
inhibere poterat: quin & animadversionibus pœnis-
que ad supplicium datorum cupidissime interesset: &
ganeas atque adulteria capillamento celatus, & veste
lon-*

Vicesimo anno.] Cum fere fieret XVII. ætatis anno, Caligulæ ob avi Tiberii cunctationem tardius contigit, atque adeo eodem tempore simul barbam deposuit. Qui dies etiam solennis habebatur. Juvenal. Sat. III.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,

Plena domus libris venalibus. —

Torrent. De barba prima posita, vide Ner. cap. XII. Cod. Salmaf. *unde vicesimo.*

Fratrum ejus.] Neronis, & Drusi: quorum tyrociniæ diem celebravit Tiberius, dato plebi congiario. Tib. capite XIV.

Insidiis tentatus.] Tiberii capite XIII.

Incredibili dissimulatione transmittens.] Potentiorum injuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ sunt.

Facient iterum, si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes, quos læserunt, & oderunt. Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consenuerat. cum illum quidam interrogaret, *Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem: Injurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo.* Seneca. Narrat deinceps (I. de ira, cap. XXXIII.) quomodo ab hoc ipso C. Casare Pastor eq. Rom. ad cenam invitatus, tristitiam ex supplicio filii conceptam dissimulaverit: de quo cap. XXVII.

Et ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus obiret.] *Adulteria* pro foeminis adulteris, ita dictum, ut conjugia pro conjugibus, & alia id genus. Casaub. Vestem longam gessisse Caligulam quispiam censeat, ut stolam mulier solet ad pedes demissam:

longa noctibus obiret : ac scenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret : facile id sane Tiberio patiente , si per has mansuescieri posset ferum ejus ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat , ut aliquoties predicaret , Exitio suo , omniumque Cajum vivere , & se natricem (serpentis id genus) pop. Rom. Phaëtonem orbi terrarum educare. Non ita multo post Iuniam Claudillam M. Silani nobilissimi viri filiam duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris sui Drusi destinatus , prius quam inau-

gu-

lam : ne agnosceretur. & capillamentum sumpsisse virili longius , simileque muliebri , aut Maurorum , & Hispanorum promissis crinibus. Nam hi populi capillati erant. Petronius tamen ostendit, esse addititiam comam in viris, ut corymbion in feminis : nam sic de raso scribit : *Evocatumque me non minus decore exornavit capillamento.* Turnebus. Suetonius in Othone *galericulum* vocat.

Ut aliquoties predicaret exitio suo omniumque Cajum vivere.] Dio cæti senis vaticinium ita narrat , ἡ γνώμη μὲν γὰρ εὐδὲν εὐδὲν ἦν καὶ τὸ Γαίον , ἀλλὰ καὶ εἰπέ ποτε αὐτῷ Διὸς φερόμενον πρὸς τὸ Τιβέριον , ὅτι οὐ πρὸς τὸν Διοκλεγεῖς καὶ οὐ ἄλλοι . Propterea Philo narrat , sæpius deliberasse Tiberium de tollendo Cajo. *Casaub.* C. Cæsari forte orto sermone L. Syllam inridenti, omnia Syllæ vitia , & nullam ejusdem virtutum habiturum prædixit : simul crebris cum lacrymis minorem ex nepotibus complexus , truci alterius vultu : occides hunc tu, inquit, & te alius. *Tacitus.*

Natricem.] Quam eandem cum *boa* faciunt Glossæ : *Natrix* , *boa* , ἰχθυοειδής . Est ex Græco δύνος quod idem est , ac δύνος . Æoles Bæotii dicebant δύνος , inde *boa* , ut φύπης , *popæ* . *Pli-*

nus *Boas* dictam autumat quod alatur bubuli lactis succo. *falsa ἰτυμότης*. nec enim hoc proprium *Boæ*, sed omnium serpentiū esse sciunt nostræ rusticæ. Lactis omnes avidæ sunt & colubri plerumque in pastu, pedibus vaccarum circumvolati posterioribus , lac ex uberibus usque ad sanguinem sugunt. *Salmas.*

Phaëtonem orbi terrarum.] *Duas Agrippinas* , matrem & sororem Cæii, *faces generis humani* vocat Plinius.

Prius quam inauguraretur.] Hoc genere loquendi etiam Cicero & Varro utuntur. In collegium augurum cooptari quoque dicebantur. Ita Cicero non uno loco. Erat enim Romæ augurum collegium, qui *augures publici* vocabantur. Cicero 11. de Leg. *Augures publici interpretes Iovis Opt. Max.* Livius lib. 1. *Inde ab Augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque Sacerdotium fuit.* Fertur & vetus inscriptio Neapoli hodieque exstare in hæc verba C. MAETTIO MEMNIO, FVRIO, BALBVRIO, CAECILIANO, PLACIDO C. V. PONTIFICI MAIORI, AVGVRI PVBLICO POPVLI ROM. QVIRITIVM. Augures autem, ut Varro lib. 7. de L. L. notat, *augurium agere* dicebantur, licet in eo plura dicerent quam facerent. Qui vero inaugurabatur, jurejurando adigebatur, se nihil ex mysteriis enuntiaturum, autore Plutarcho. *Briffonius.*

Ad

guraretur, ad Pontificatum traductus est: insigni testimonio pietatis atque indolis: cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Seiano vero tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successionis paullatim admovertur. Quam quo magis confirmaret, amissa Iunia ex partu, Enniam Næviam Macronis uxorem, qui tum pretorianis cohortibus præerat, sollicitavit ad stuprum, pollicitus & matrimonium suum, si potitus Imperio fuisset: deque ea re & jurejurando & chirographo cavuit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est, ut quidam opinantur: spirantique adhuc detrabi anulum: & quoniam suspicionem retinentis dabat, pulvinum jussit injici: atque etiam fauces manu sua oppressit: liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confestim in crucem acto. Nec abhorret à veritate, quum sint quidam auctores, ipsum postea, & si non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum. Gloriatum enim esse assidue, in commemoranda sua pietate, ad ulciscendam necem matris & fratrum, introisse se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis: & misericordia corre-

ptum,

Ad Pontificatum traductus est.] Pontificum enim sacerdotium multo honoratius erat, quam augurum. De præstantia eorum ac dignitate multa in vita Numæ tradidit Halicarnassæus l. 11. Cicero in exordio orationis pro domo sua ad pontifices: *Cum multa divinitus, pontifices, à majoribus nostris inventa atque instituta sunt: tum nihil præclarius, quam quod vos eosilem & religionibus deorum immortalium, & summæ reip. præfesse voluerunt: ut amplissimi & clarissimi cives remp. bene gerendo, religiones sapienter interpretando, rempubl. conservarent.*

Reliquis subsidiis.] Solo nempe Ca-

jo, cum Tiberio, Drusi filio, adhuc puero, ex omnibus masculis domus imperatoris superstite. Quod vero Augurem in locum fratris sui Drusi designatum, dicit, de Drusi Auguratu nihil equidem antiquis monumentis inveni. At vero ipse Cæsar, Germanici Cæsaris F. Divi Augusti pronepos, & Flamen Augustalis, & Quæstor in veteri marmore scribitur. *Torrentius.*

Chirographo.] Cod. Salmas. cyrographo. *χύρη* & idem Græcis, quod pignus, firmamentum, probatio Latinis. Non igitur absurda ea scriptura.

A Mi-

ptum, abjecto ferro recessisse: nec illum, quamquam sensisset, aut exquirere quidquam aut exsequi ausum. *Sic imperium adeptus, populum Rom. 13 vel, ut ita dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps maximæ parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cognoverant: sed & universæ plebi urbanae ob memoriam Germanici patris miserationemque prope afflictæ domus. Itaque ut à Miseno movit, quamvis lugentis habitu, & funus Tiberii prosequens: tamen inter altaria & victimas, ardentesque tedas, densissimo & latissimo obviorum agmine incessit, super fausta nomina, sidus*

A Miseno.] Ita loquitur Suetonius. cap. 21. *repente à Messana noctem profugit.* Non sine exemplo melioris ævi scriptorum.

Inter altaria & victimas ardentesque tedas. Ita moris fuit prodire obviam viris principibus. Originem rei docet M. Tullius: nam primitus deis hic honos exhibitus, cum transferrentur eorum imagines: Vide lib. 1 v. in Verrem. Deinde ad homines idem est translatum: estque hoc adulationis genus antiquissimum: Exempla suppeditant Q. Curtius lib. v. de Alexandri ingressu in Babylonem loquens, Plutarchus in Diogene, Iustinus lib. xxiv. Sueton lib. super. cap. xcvi. mitto locum in Galba, capite xviii. meminit & Appianus *Ἐμφυλίῳ* libro quinto: narrans Octavii & Antonii in Urbem adventum post factam inter se pacem, *παροδύσσει αὐτοῖς οἷα σπηρῶν ἐγγύοντο θυσιῶν.* sic interpretor quod scribit Philostratus libro quinto: de Vespasiano Ægyptiacos nomos peragrante. Addit Suetonius, *tedasque ardentes:* quod erat aliquanto civilius & usitatus. Servius ad librum v. Æneidos, *In bonorem regum enim sacibus precedebatur à po-*

pulo. Plutarchus in Pompeio: Herodianus lib. quarto describens ingressum Carallæ Alexandriam. Imperatoribus autem Christianis idem genus honoris postea esse exhibitum, passim illorum historiae testantur. nam sive ipsos, sive eorum laurata, sive cadavera defunctorum suffitibus excipiebant. Atque idem honos postea etiam episcopis est exhibitus: idque jam inde à temporibus primis florentis Ecclesiæ. Simile est quod de cereis accensis in Histor. Ecclesiast. observamus, quos initio moris fuit rebus sacris præire. Mox ad ipsorum episcoporum honorem ii sunt adhibiti. Testes Theodoritus libro v. capite xxxiiii. Sozomenus lib. viii. Gregorius, Cyrillus. denique apud Cedrenum & id genus scriptores passim leges *θυμιάματα καὶ κηροῖς ἀεθπίμπιν: & μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων καὶ δρωμάτων.* Casaub.

Super fausta nomina.] Fausta nomina, accipio qualia sunt, Pater, Princeps, Magnus, Pius, Felix, & similia. Horatius lib. 1. Od. 11. *Hic ames dici Pater, atque Princeps.* Seneca l. 1. De clementia, *Magnos, & Felices, & Augustos dicimus.* Torrent.

Sidus

Et pullum : Et puppum Et alumnium appellantium.
 14 Ingressoque urbem, statim consensu senatus, Et irrum-
 pentis in Curiam turba, irrita Tiberii voluntate, qui
 testamento alterum nepotem suum prætectatum adhuc
 coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium re-
 rum illi permissum est, tanta publica letitia, ut tribus
 proximis mensibus, ac ne totis quidem, supra centum
 sexaginta millia victimarum caesa tradantur. Cum
 deinde paucos post dies in proximas Campaniae insulas
 trajecisset, vota pro reditu suscepta sunt : ne minimam
 qui-

Sidus Et pullum Et puppum.] Sidus
 (ni fallor) appellabant ob faustitatem,
 aut etiam oris venustatem. Hor. L. III.
 Od. 1x.

*Quamvis fidere pulcrior
 Ille est. —*

Et lib. 1. Sat. VII.

*Solem Asia Bruttum appellat, stellasque
 salubreis
 Appellat comites.*

De pullo, & puppo, Catull. Epigr.

Deprendi modo pupulum.

Martial. lib. x.

Pupam se dicit Gellia, cum sit anus.

Plautus Cas. *meus pullus, meus passer.*
 Sic pullus Iovis, pullus Martis, puerum
 enim (inquit Festus) quem quis amabat,
 pullum ejus vocabant. Torrent.

Alumnium appellantium.] Nutrices
 blandientes, quos educaverunt, alum-
 nos appellant. Vnde illud : *Charo co-*
mes ibat alumno. Seneca in Medea:

Alumna, celerem quo rapis tectis gra-
dum?

Idem in Octavia:

*Cede satis, atque fortuna tua,
 Alumna, quæso.*

Sed Iovem alumnium cognominave-
 runt ab eo, quod omnia aleret, non
 autem quod aleretur. Beroald. Si qua
 alia, huc faciunt illa Palladia apud Sal-
 vianum, Episcopum Massiliensem, sua-
 vissimum scriptorem, in Epist. Advol-

vo vestris, ô Parentes carissimi, pedibus,
 illa ego vestra Palladia, vestra gracula, ve-
 stra dominula, cum qua his tot vocabulis
 quondam indulgentissima pietate lusistis,
 quæ vobis per varia nomina nunc fuit ma-
 ter, nunc avicula, nunc domina, cum effes-
 sum scilicet vocabulum generis, aliud in-
 fantia, tertium dignitatis. Similes blan-
 ditæ apud Plautum quoque leguntur.
 Boxhornius.

Nepotem suum coheredem ei dederat.]
 An bonorum tantum Tiberii cohere-
 des sunt relictæ, an etiam imperii? non
 temere quærimus: videntur enim in-
 ter se non consentire veteres scripto-
 res. Dio quidem initio libri LVIII.
 nepoti traditum imperium scribit. τῷ
 Τιβερίῳ τῷ ἐχθρῷ τῶν αὐτοκρατίων
 κατέλιπε contrarium affirmat Iose-
 phus: apud quem Cajo Remp. commit-
 tit Tiberius moriens, & his verbis uti-
 tur, ὦ παῖ, καὶ πρὸς μοι συζητήσῃς
 Τιβερίῳ ἢ καὶ σὲ ὄντι, σοὶ φέρων
 ἐξελίξω τῶν Ρωμαίων ἡγεμονίαν.
 utrique communicatum tradit Philo,
 τὸ γὰρ ἀνεψιὸν καὶ κουνιανὸν ἀπολει-
 φθῆναι τὸ δρχῆς κλεινῆ. & scribit idem,
 si paullulum advixisset Tiberius muta-
 turum fuisse, ac sublato Cajo solum he-
 redem imperii relicturum suum nepo-
 tem. Philonem arbitror vera dicere,
 qui

quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine & cura de incolumitate ejus. Ut vero in adversam valitudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt qui depugnatos se armis pro salute ægri, quique capita sua titulo proposito voverent. Accessit ad immensum civium amorem notabilis etiam externorum favor. Namque Arthabanus Parthorum rex, odium semper contemptumque Tiberii præ se ferens, amicitiam ejus ultro petiit: venitque ad colloquium legati consularis: & transgressus

EV-

qui cum iis temporibus vixerit, & Romæ etiam Caji temporibus sit versatus, ignorare quod factum erat non potuit. *Casaub.*

Qui depugnatos se armis pro salute ægri, quique capita sua titulo proposito voverent.] Opinio veterum fuit, mortem morte posse redimi: ex qua persuasione multa introducuntur. mitto fabulas poetarum, & Deciorum devotiones, aliaque ex antiqua historia, vel recente barbararum gentium: cujusmodi est mos ille in Canariis observatus, devovendi sese, ac statim mortem obeundi pro salute novi principis: ut narrat Aloysius Cadamustus capite viii. ex eo fonte istud est, quod ægrotos periculo posse eripi putarent, si vitam suam illius loco projecissent. Vide Juvenalem Satyra xii. de heredipeta qui orbo adulatur ægrotanti. Inde est etiam quod narrat Suetonius in Nerone c. xxxvi. nec ob aliam causam institutum, ut pro salute principis committerentur gladiatores: quod in Claudio diserte notat Dio, aliique confirmant. extat & inscriptio vetus quæ continet titulum, quo proposito, duæ legiones capita devoverunt pro salute Trajani bello Dacico periclitantis. Bellonarii quoque pro salute Imperatoris sanguinem se fundere dicebant, ut est apud Tertullianum in Apologet. cap. xxv. Postremo

inde est illud loquendi genus frequens in adulationibus principum, *devotus numini majestatique tue*, quod explicat Dio, *οὐδὲ κερῆσσιαι μεῖζα*. cum vide libro liii. De P. Afranio ac Potito, qui pro salute Caji capita sua devoverunt, idem libro lviii. *Idem.*

Titulo proposito.] Publice nempe, ut nemo ejus voti reos esse ignoraret. Id enim proponere significat Sup. Tiber. cap. xlvi. & mox cap. xvi. *Rationes Imperii, ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas, publicavit.* Dio addidisse voto jusjurandum scribit, coactosque postea à Cajo præstare promissum, ne perjurio sese illigarent. *Torrent.* De duobus vide, quæ Suetonius c. xxvii. Porro, ejuscemodi vota quod attinet, etiam non prætereundus est locus Cæsaris de Gallis. Sic ille l. vi. *Qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis periculisque versantur, aut pro victima homines immolant, aut se immolatos voverunt: administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur, quod pro vita hominis nisi vita hominis reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur: publiceque ejusdem generis instituta habent sacrificia.*

Arthabanus.] Tiberii capite sexagesimo sexto. Dio extremo lib. quinquagesimi octavi.

EVphratem, aquilas & signa Romana Caesarumque
 15 imagines adoravit. Incendebat & ipse studia homi-
 num omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis
 lacrymis pro concione laudato funeratoque amplissime:
 confestim Pandatariam, & Pontias, ad transferen-
 dos matris fratrisque cineres festinavit, tempestate
 turbida, quo magis pietas emereret: adiitque venera-
 bundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore
 scena Ostiam, prefixo in biremis puppe vexillo, & inde
 Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quem-
 que equestris ordinis, medio ac frequenti die duobus
 fer-

Aquilas & signa Romana.] In legio-
 ne Romana signa tot, quor cohortes,
 id est, decem. In medio cuiusque titu-
 lus con. vi. aut quinta, &c. pro nu-
 mero. Imagines illas clypeosque, qui
 in nummis ubique apparent, auctor
 mihi, qui adferit esse ab Augusto, Hi-
 dorus lib. xvii. cap. De signis: *Pitam*
in signa constituisse fertur Augustus, pro-
pter nationes sibi in cuncto orbe subjectas,
ut magis figuram orbis ostenderet. Pitam
appellat rotundas illas imagines, quas
innexas à summo ad medium videbis
in signis. Lapsus.

Caesarumque imagines adoravit.] Ta-
 citus Annal. xv. signis & simulacris
 in modum templi. Ea simulacra, nego
 aliud fuisse, quam Caesarum ex auro
 argenteve imagines, ut quisque impe-
 rabat. Et ita capiendus hic Suetonius.
 Idem Tacitus lib. i. Hist. *Vexillarius*
comitantis cohortis dereptam Galbae ima-
ginem solo adflixit, similia existant l. i. i.
 Ob has imagines illatas orta Iudæorum
 feditio, de qua Iosephus, Zonarasque,
 & Suidas: *σημαία, σίγμα, αεθ-*
μαί. Πιλᾶτος εἰς τὴν Ἰουδαίαν τοῖς
Τιβεριᾶσι εἰκόνας, αἱ σημαίαι ἠγλᾶν-
ται, εἰσηνέειεν. οἱ δὲ ἐξέταλαγμασαν,
αἰς πεπαιτημένων αὐτοῖς ἢ νομίμων.
 Idem.

Pontias.] Forte rescribendum, *Pon-*
tiam: ut supra Tib. l. iv. *Neronem in*
insula Pontia fame necavit. Strabo quo-
 que non nisi unius insulae Pontiae me-
 minit, & quidem bis, semel l. ii. ite-
 rum lib. v.

Ad transferendos matris fratrisque ci-
neres festinavit.] Frater hic est Nero, de
 quo capite vii. extat hodieque urna
 in qua hujus cineres Romae olim ser-
 vabantur & colebantur, cum hac in-
 scriptione. OSSA. NERONIS. CAESA-
 RIS GERMANICI. CAESARIS. F. D. I-
 VI. AVG. PRON. FLAMIN. AVGV-
 STAEIS. QVAESTORIS. *Casaub.*

Nec minore scena.] *Scenam* pro spe-
 cie & apparatu, ac praetextu, vel obtentu
 dixere ejus seculi auctores. Tacit.
 lib. xiv. ubi de morte Agrippinae, *scenam*
ultra crimini paras. Nisi schema &
 hic, & apud Tacitum legamus, ut Tib.
 cap. xlii. *Torrent.* Similem scenam
 lege apud Plutarchum in Demetrio,
 cum ejus reliquias filius excipit, & per
 aliquot Graecia insulas atque urbes tra-
 ducit. *Casaub.*

Medio ac frequenti die.] Principis mo-
 deratio fuit, quod cives inquietare no-
 luit indistincto funebri officio: honori
 tamen matris fratrisque in eo consu-
 luit, quod horam dici elegit frequen-

ferculis Mausoleo intulit. Inferiasque his annua religione publice instituit: & eo amplius matri Circenses, carpentumque quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrem mensē Germanicum appellavit. Post hæc, Antonia avia quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatusconsulto congesit. Patrum Claudium equitem R. ad id tempus collegam sibi in consulatu assumpsit. Fratrem Tiberium die virilis togæ adoptavit, appellavitque principem juventutis. De sororibus auctor fuit, ut omnibus sa-

tem. Id tempus Græci vocant *πλήθυσον ἀγρῶν* quod Paulus lib. 17. Sententiarum, finit à secunda ad decimam horam: Dio quoque Chrysostomus in secunda de gloria, *πλήθυσον ἀγρῶν* circa decimam constituit & manifesto separat à meridie. Verum nihil obstat, etsi pars ea dici frequentissima, quin & medius dies possit dici frequens. *Idem.*

Duobus ferculis Mausoleo intulit.] Sic appellat pompatus, ut dicam cum Tertulliano, instrumentum in quo cineres erant cum inferrentur in Mausoleum, ob similitudinem aliquam ferculorum triumphalium: utraque enim sic erant composita, ut elata gestari omnibusque ostendi possent. *Idem. Pro ferculis Cod. Salmaf. fericulis.*

Mausoleo.] Aug. cap. c.

Carpentumque quo in pompa traduceretur.] Lib. 1. cap. 176.

Septembrem Germanicum.] Martial. *Germanicorum magna lux Calendarum.*

Sed urbanissimus poëta ad sua tempora respexit. Domitianus enim Germanici cognomine assumpto, Septembrem mensē, & Octobrem Germanicum, & Domitianum ex appellationibus suis nominavit. *Sabell.*

Patrum Claudium Equitem R.] Equitem tantum vocat, quia nullos ad

id tempus honores adhuc gesserat. Claud. cap. v. & cap. 111. *Torrentius.* Ut senatores non nisi ex iis fere, qui magistratus gessissent, legebantur, sic contra equites magistratus non capiebant: ubi vero cepissent, equites esse, aut vocari desinebant. Id quod, ut multa alia, egregie Cic. in Cluentiana ostendit. *Sigonius.*

Fratrem Tiberium.] Fratrem vocat etiam inf. cap. 211. Vir doctus vult eos à Tiberio pariter adoptatos fuisse, cum etiam coheredes eidem extiterint. Verum adoptique nihil opus erat, cum parentum suorum, Germanici & Drusi, morte jus filiorum adepti fuerint. Et alioqui de adoptione nulla apud auctores mentio. *Torrent.*

Principem juventutis.] Ut Cajus; & Lucius, Cæsares, appellati fuerunt. Quæ de re nummi veteres cum hac inscriptione, C. L. CAESARES AVG. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Quæ appellatio ad omnes postea Cæsarium filios defluxit. *Idem.*

Vt omnibus sacramentis adjiceretur.] Non dissimilis honos est, quo matrem Helenam defunctam adfecit Constantinus Magnus. Eusebius in ejus vita lib. 111. In Novell. Justin. extat jurisjurandi formula, ab iis exigendi, qui magistratum aliquem adirent. ibi adstringit se qui jurat ad fidem servandam &

*sacramentis adjiceretur, NE QVE ME LIBEROS-
QVE MEOS CHARIORES HABEO QVAM
CAIVM ET SORORES EIVS. Item relationibus
Consulum: QVOD BONVM FELIXQVE SIT
C. CÆSARI SORORIBVSQVE EIVS. Pari po-
pularitate damnatos relegatosque restituit: criminum-
que, si qua residua ex priore tempore manebant, o-
mnium gratiam fecit. Commentarios ad matris fra-
trumque suorum causas pertinentes, ne cui postmo-
dum delatori aut testi maneret ullus metus, convectos
in forum, & ante clare obtestatus deos neque legisse
neque attigisse quidquam, concremavit. Libellum de
salute sua oblatum non recepit, contendens, Nihil sibi
admissum cur cuiquam invisus esset: negavitque se
16 delatoribus aures habere. Spintrias monstruosarum
libidinum egre, ne profundo mergeret, exoratus, urbe*

sub-

omne servitium præstandum non so-
lum Imperatori, sed etiam Augustæ
uxori. Ὅμνυμι ἐπὶ τῷ Θεῷ ὡς καὶ πα-
ρὸν συνειδὸς καὶ γνησίως δελεῖαν φυ-
λάξω τοῖς θεοτάτοις καὶ δυνάστε-
ταις ἡμῶν δεσπόταις, Ἰσπυριανῶν καὶ
Θεοδώρα τῆ ὁμοζύγῳ ἔκρετας
αὐτῆ. Casaub.

Sacramentis.] Dio Senatus, ac Magi-
stratum jusjurandum intelligit, quod
ineunte scilicet anno de more, pro Im-
perio Cæsarum præstabatur. Ego vero
etiam de militari sacramento Sueto-
nium loqui arbitror, ut Cæs. cap. XLII.
Ner. cap. XLIV. & sæpe alibi. Sic enim
fere I. C. ac vetustissimi quique au-
ctores, sacramenti vocabulo utuntur.
Torrent.

Adjiceretur.] Libri veteres: ut omni-
bus sacramentis adficerentur. Ita loqui-
tur etiam l. 11. §. quod observavi Cod.
de jur. prop. cal. Συζαοίμ,

HABEO.] Codex Salmas. HABEBO;
& MOX: QVAM CAIVM ET AB EO
SORORES EIVS.

Quod bonum felixque.] August. cap.
LVIII.

Convectos in forum.] Sic legimus o-
ptimos principes tabulas veterum fisci
debitorum non in palatio, sed in foro
concremasse. AVlonius: Tu argumenta
omnia flagitandi publicitus ardere iussisti.
Videre in suis quæque foris omnes civita-
tes conflagrationem salubris incendii. Spar-
tianus in Hadriano: ex reliquis ingentes
summas remisit, syngraphis in foro Tra-
jani, quo magis securitas omnibus robor-
retur, incensis. Cedrenus in Anastasio,
πυρὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἑσπυρίων πέν-
των κατέκαυσεν τὰ τῶν τοιῶν (δὲ συντε-
λείας καὶ ζαφῶα. Casaub.

Monstruosarum.] Cod. Salmas. mon-
strosarum.

Ne profundo mergeret.] Reperio hoc
genus supplicii in ejusmodi personis fo-
litum

submovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta senatusconsultis abolita, requiri, & esse in manibus lectitarique permisit: quando maxime sua interesset ut facta quæque posteris tradantur. Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas, publicavit. Magistratibus liberam jurisdictionem, & sine sui appellatione concessit. Equites Romanos severe curiosæque, nec sine moderatione recognovit: palam adempto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominie inesset: eorum qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione præteritis. Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit & comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Legata ex

te-

litum usurpari, ut de Cleomene tyranno & Periandro narrat Athæneus l. x. Casaubon. Simile quid de Germanis, in libello de moribus eorum, Tacitus: *Distinctio pœnarum ex delicto, proditores & transfugas arboribus suspendunt. ignavos, & imbelles, & corpore infames, cæno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi.* Schildius.

Titi Labieni.] Non tulit Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monumenta se majorum suorum ferri jussit, atque ita includi: veritus scilicet, ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: non finivit tantum se ipse, sed etiam sepelivit. Seneca.

Cordi Cremutii, Cassii Severi.] De Cremutio Cordo Tiber. cap. lxi. & de Cassio Severo & nonnihil Aug. cap. lvi. Plura apud Tacitum.

Nominibus in recitatione præteritis.] Severe, at moderate tamen egisse eum dicit; severe, quod iis qui probrosi e-

rant palam equos per ignominiam ademerit, moderate vero, quod in leviori culpa nomina eorum qui sic peccassent in recensendo omiserit. Quo facto equis quidem privabantur, sed sine nota publica infamiae. Vide Augusti censuram cap. xxxix. Torrent.

Quintam decuriam.] Tribus, quæ ante fuerant, quartam Augustus adjecit, cap. xxxiii. Cajus quintam. At vero sextam adjici petentibus Galba denegavit, cap. xiv.

Suffragia populo reddere.] Populus dominus esse solebat trium rerum, magistratum scilicet creandorum, legum sancientiarum, bellorum inferendorum; author Dionysius in sexto: sed Republica à Cæsaribus oppressa, potestas omnis adempta populo est, & in principem translata. Beroald. Quæ populi, quæ Senatus in libera rep. partes fuerint, omnium præclarissime docet Polybius lib. vi. Cæterum comitia Cæsar Dictator cum populo partitus fuerat, cap. xxi. Augustus verbis magis quam re ipsa restituit, cap. xi. Tiberius

testamento Tiberii, quamquam abolito, sed & Iuliae AVgustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac sine calumnia representata persolvit. Centesimam auctio- num Italiae remisit. Multis incendiiorum damna supplevit: ac si quibus regna restituit, adjecit & fru- ctum omnem vectigaliorum, & reddituum medii tem- poris, ut Antiocho Comageno HS. millies confisca- tum. Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinae octoginta donavit, quod excruciatam gravissimis tormentis de scelere patroni re- ticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est

berius vero omnino sustulit. Illam va- rietatem comitorum habendorum ex- plicat Lipsius ad cap. xli. Cas.

Auctionum.] Ius auctio- nis earum rerum fuit, quae publice per praconem sub hasta, praesente & addicente magi- stratu venderentur: in auctio- nibus enim ei qui plurimum auget, res addi- citur: & quoniam ex auctio- ne illa do- minum sibi justum in eam rem compa- rant, hinc etiam *auctoritas* jus in au- ctione quaesitum dicitur, & *auctor* is appellatur, à quo quis auctoritatem, id est, jus domini in quampiam rem accepit. Cicero v.ii. in Verrem: *Tunc illi intellexerunt, se id, quod à malo au- ctore emissent, diutius obtinere non posse, id est, ab eo, qui vendendi nullam po- testatem habebat.* Sigonius.

Adjecit & fructum.] Codex Salma- sii adfecit. antea quoque cap. xv. ut omnibus sacramentis adjiceretur, idem codex habebat, *adjicerentur.*

Vectigaliorum, & reddituum.] Vecti- galia sunt publici redditus: redditus ve- ro sunt privata vectigalia: & ita ut- rumque distinxit, disparavitque Tran- quillus petinde ac diversa: quamvis & interdum vectigalia pro redditibus pri- vatis accipiantur. Horatius, *Ego vectigalia magna,*

Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Cicero. *Ex meo tenui vectigali aliquid et- iam redundat.* Beroald.

Antiocho.] Hic igitur unus ex Regi- bus illis confiscatis de quibus Tib. cap. xlix.

Comageno.] Comagena perparva re- gio est, & urbem habet natura muni- tam Samosata regni caput: nunc pro- vincia facta est. Circumjacet regio, ut parva, ita admodum felix. Hoc in loco nunc est Euphratis pons, apud quem sita est Seleucia Mesopotamiae castel- lum, Comagenae à Pompejo adje- ctum. Strabo. Fieri potest, ut Tiberii Strabonisque tempore, in formam pro- vinciae fuerit redacta: at nunc post ex- cessum Tiberii Cajus Antiocho re- gnum restituit.

Octoginta.] Duo millia coronato- rum.

Decretus est ei clypeus aureus.] Id est, clypeata imago. Macrobius libro pri- mo Saturnal. cap. 111. de jocis Cicero- nis: *Cum in ea provincia quam Q. Cice- ro frater vexerat, vidisset clypeatam ima- ginem ejus, ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam: (erat autem Quintus ipse statura parva) ait: frater meus dimidius major est quam totus. Vo- carunt has imagines & sexta.* In Pane- gyrico

est ei clypeus aureus : quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, senatu prosequente : nobilibusque pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem ut dies quo cepisset imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis. CONSVLATVS¹⁷ quatuor gessit : primum ex Kal. Iulii per duos menses : secundum ex Kalend. Ianuariis per triginta dies : tertium usque in Idus Ianuarii : quartum usque in VII. Idus easdem. Ex omnibus duos novissimos conjunxit. Tertium autem Lugduni iniit solus : non, ut quidam opinantur, superbia negligentiaeve, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos HS. toties abundantissimum epulum senatui equestrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque.

Po-

gyrico Constantino AVgusto Constantii F. dicto. Merito igitur tibi, Constantine Imperator, & senatus signum Dei, & paullo ante Italia scutum & coronam, cuncta aurea dedicavit. Vbi sic junguntur scuta & coronæ, ut apud Philonem Legatione ad Cajum. Casaub.

Collegia sacerdotum.] Sacerdotia omnes curationes vocamus eorum, qui res sacras & divinas tractarent. Sacerdotes vero aut singulis diis operatos esse invenimus, quales fuere Luperci, Potitii, Sodales Titii, Salii, Flamines, Vestales: aut singulas eorum res curasse, ut Fratres Arvales, Curiones, Augures, Aruspices : aut promiscue omnium deorum, & omnium criminiarum colendarum rationem tenuisse, qui soli Pontifices fuere. Sigonius.

Carimine modulato.] Aug. cap. LVII. sed & modulatis carminibus, &c.

Palilia.] Simile huic est quod August. legimus cap. VII. quosdam cen-

sisse eum Romulum appellari debere, quasi & ipsum conditorem Urbis.

Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis.] Pales dea est pabuli: quam alii Vestam, alii matrem deum vocant. Hanc Virgilius genere foeminino appellat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, ut hic Pales. Huic sacra solvuntur XI. Kal. Maj. die, quæ Palilia vocatur. Servius. His adde Propert. lib. IV.

Urbi festus erat, dixere Palilia patres :

Hic primus coepit mœnibus esse dies.

Et Ovidium IV. Fast.

Apta dies legitur, qua mœnia signat aratro :

Sacra Pales aderat, inde movetur opus.

Scaliger ad Eusebium Num. MDIV. discrimen docet inter Palilia Catoniana & Varroniana : & multo fusius de E. mend. temp. lib. V.

Posteriore epulo, forensia in super viris, pueris ac foeminis fascias purpure ac conchylii distribuit. Et ut letitiam publicam in perpetuam quoque auget, adiecit diem Saturnalibus, appellavitque Iuvenalem.

18 M V N E R A gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis aliquot edidit: quibus inseruit cetervas Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electissimorum. Neque spectaculis ipse semper praesedit: sed interdum aut magistratibus aut amicis praesiderendi munus injunxit. Scenicos ludos & assidue, & varii generis multifariam fecit: quondam etiam &

no-

Forensia.] Vestimenta, quibus in foro utimur, forensia veteres appellaverunt: sicut coenatoria, quibus in coena utebantur. *Beroaldus.* Aug. capite lxxiii.

Pueris ac foeminis.] Vestimenta sic distinguunt I. Cti. ut aut virilia sint, aut muliebria, aut puerilia, aut communia, aut familiaria lxxii. De auro, argent. & vest. leg. Et fasciae quidem quas pedales, aut cruales vocat *Vlpian.* etiam virorum in usu sunt, pectorales vero foeminarum tantum, maxime virginum, propriae. *Nonius in Strophium* *Martial.* lib. xiv. *Epigr.* cxxxiv. *Torrent.*

Fascias.] Videntur intelligi institae purpureae vel conchylii, quae assui vestibus e panno solebant. Propterea foeminis dantur & pueris quos scimus fuisse praetextatos. Habuerunt foeminae & pectorales fascias, sed quae, ut puto, ab his erant diversae. *Casaub.*

Purpureae ac conchylii.] *Plinius* quoque lib. ix. cap. xxxvii. purpuram a conchyliis apertissime separat. & de purpura quidem haud mirandum dicit, tantopere ab omnibus expeti, cujus tam insignis & eximius color. De conchyliis miratur quod pretiosa & illa essent, cum tam male olerent, nec gratum colorem haberent. qua igitur in re diffe-

rebant conchyliis a purpura? solo tingendi temperamento. De Tyrii & amethystini temperamento habes capite xxxviii. lib. ix. apud eundem. Capite sequenti quomodo conchyliis tingentur, ostendit. Pelagio & buccino purpura & amethystinum tingebantur: at conchylium solo pelagio, hoc est, solae purpureae conchylio. Nam conchylium est concha purpureae. Praeterea lotium tingendis conchyliis admiscebatur, purpureae non item. hinc grave virus & malum odorem in conchyliis notabat *Plinius*. Postremo color in purpura abundantissimus & saturatus, in conchylio dilutus & pallidus, & ad caeruleum magis accedens quam ad purpureum. *Salmasius.*

In Amphitheatro Tauri.] Aug. cap. xxix.

Cetervas Afrorum Campanorumque.] Afri, & Campani pugiles post Gracos maxime laudabantur. Aug. c. xxviii. *Cetervas* autem vocat vel cetervatim assumptos, vel ad differentiam eorum qui ordinarii & legitimi appellabantur. *Torrent.* August. cap. xiv.

Sparfit.] *Papinius* in primo Sylvarum, *Dives Sparfit* quos agit tumultus.

Fiebat & sparsio liquoris odorati in spectaculis: de qua ait *Seneca* in ii.

Quae.

nocturnos accensis tota urbe luminibus. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritum divisit. Qua epulatione equiti Rom. contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit: sed & senatori ob eandem causam codicillos, quibus prætorem eum extra ordinem designabat. Edidit & Circenses plurimos à mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Troia decursione: quosdam autem præcipuos, minio & chrysocolla constrato

Circ.

Questionum: Numquid dubitas, quin sparsio illa, qua ex fundamentis mediae arenae excrescens in summam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intensione aqua fiat? Idem quoque in sexto Controversiarum, Musam rhetorem irridet, qui pro sparsionibus odoratoris imbres dixerat, putide, & affectate nimis. *Beroald.*

Panaria.] Martialis:

Cum panariis tibi tribus redisti.

Et infra dicit Tranquillus, panaria Senatoribus, equitibusque cum obsonio distributa fuisse à Domitiano. *Beroald.* Papinianus lib. Sylvarum 1.

*Hi panaria, candidasque mappas
Subvectant, epulasque lautiores.*

Quibus verbis datur intelligi, panaria cum obsoniis dari solita. Sunt enim panaria, vasa ad ferendas dapes ex viminibus facta. Sabini hodie quoque minores cistas panaria, & panariola appellant. *Sabell.*

Interjecta modo Africanarum venatione.] Sic pantheras vocabant, quod creberrima in Africa erant, quemadmodum & *Varias*, ob maculas nempe, quibus erant conspicuæ. *Torrent.* Romani, teste Plinio, *varias* & *pardos* in eo genere appellabant mares: foeminas vero *pantheras*. Glossæ: *varia*, *παρδαλις*, *ποικίλη*. Legitur apud eundem Plinium: *primum Scærum Aedilitate sua varias centum quinquaginta uni versas mi-*

sisse, Pompeium quadringentas decem, Divum Augustum quadringentas viginti. Hoc magnum tot *varias*, id est, tot *pardos*, & mares omnes misisse, ideo notatum. magis enim magnificentum, quam si totidem foeminae, id est, *pantheræ*, una missione essent editæ: & alias missio hujusmodi animalium silvestrium per sexus discreta fiebat. hinc in Vitis imperatorum sæpe legere est, centum leones una missione editos, & centum leonas. *Salmasius.*

Minio & Chrysocolla constrato circo.] Id Plinius libro xxxiii. cap. v. Neronis principatu visum scribit cum ipse concolori panno aurigaturus esset. *Juvenalis Sat. 11.*

— *sed fragor aurem*

*Percutit, eventum viridis quo colligo
panni. Torrent.*

Minio.] Apud Romanos olim, ut *Verrius* tradit, sacre etiam religionis fuit, quod Iovis facies diebus festis eo illini consuevit: nec non & triumphantium corpora, *Camillum* affirmans ita triumphasse. *Sabell.*

Chrysocolla.] *Chrysocollam* & *sinagdam* ejusdem coloris esse tradit *Theophrastus*. *Chrysocollam* *Dioscorides* probat, *τὴν κόκκινην πρᾶσι-ζωσαν*, id est, *saturè prasinam*. *Plinius* summam commendationis esse in *chrysocolla* dicit, ut colorem herbae *segetis lacte virentis* quam similissime reddat. Hunc

Circo: nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Commisit & subitos, cum è Gelotiana apparatusum Circi prospicientem pauci ex proximis mœnians postulas-
sent. Novum præterea atque inauditum genus spectacu-
culi excogitavit. Nam Bajarum medium intervallum
Puteolanas ad moles trium millium & sexcentorum
fere passuum ponte conjunxit, contractis undique one-
rariis navibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis,
superjectoque aggere terreno, ac directo in Appie viae
formam. Per hunc pontem ultro citroque commeavit,
biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignis-
que quercica corona, & securi, & cetra, & gladio, au-
rea-

colorem *prasinum* Latini proprie vocarunt, ex Græco, unde *prasini factio*, & *smaragdus* quoque, *prasiua gemma*. ita passim vocatur apud Anastasium. *Salmasius*.

E Gelotiana apparatusum Circi prospicientem.] Gelotiana domus erat, ut ex inscriptione vetere liquido constat, in qua scriptum est, SIMPHORO TESSE-
 RARIO SER. CAESARIS DE DOMO
 GELOTIANA. *Turnebus*.

Ex provinciis.] Meniana ædificia ex tabulis compacta in podiorum speciem: imo eadem, quæ & sublimiora podia: etenim quæ Veneti podiola dicunt, Romani meniana vulgo appellant. Meretrices meniano proxime quæstum faciebant. *Martialis*:

Raraque sub Menii fornice rima patet.
Et alibi submeniana quæstuarix puella
ab eodem dicunt. Sabell. Iabolenus
I. C. de verb. sign. Inter projectum &
immissum hoc interesse Labeo ait, quod
projectum esset, id quod ita proveheretur,
ut nusquam conquiesceret, qualia mœniana
& subgrundia essent. Mœniana Græci
βῆρας vocant. Nomen, ut volunt, sum-
sere à Mœnio quodam Romano, qui
cum patrimonium abligurivisset, do-
num vendidit, quam ad forum spe-

ctantem reliquam habebat, excepit-
 que sibi unam columbam, ex qua pro-
 jecit tigna, quo amplius podium ef-
 ficeret, unde gladiatorios ludos con-
 spiceret. Hincque exterius porrecta ædi-
 ficia appellari cœpere *Mœniana. Alciat.*

Contractis undique onerariis navibus.] Septem aut octo certe dierum cibaria supererant, dum ille pontes navibus jungit, & viribus imperii ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque alimentorum egestas. Exitio pæne ac fame constitit, &, quæ famem sequitur, rerum omnium ruina, furiosi, & externi, & infelicitè superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi quibus erat mandata frumenti publici curæ Ferrum, saxa, ignes, Cajum excepturi: summa dissimulatione tantum inter viscera latentis mali tegebant. *Seneca*.

Securi & cetra.] Cetra, peltæ (ut alibi de bello Punico tradit Livius) non dissimilis, rectè securi adjungitur, quæ nota Amazonum arma sunt. *Q. Curtius* initio lib. 111. *armati bipennibus, levibusque scutis, cetra maxime speciem reddentibus. Torrent. Cetra scutum lo-*
reum, quo utuntur Afri & Hispani.
Servius.

reque chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, præseferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus: comitante pratorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum. Scio plerosque existimasse, talem à Cajo pontem excogitatum emulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabularit. Alios, ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmasset, Non magis Cæ-
 20
 jum imperaturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum. Edidit & peregre spectacula: in Sicilia Syracusis asticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellos. Sed & certamen quoque Græcæ Latineque facundia. quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos.

Eos

Famosorum equorum.] Qui in cursura erant clarissimi: qualis apud Martialem Irpinus: apud Iuvenalem Corita: apud Silium Lampus. Inter generosos equos numerantur equæ Milciadis, & Cimonis, & podarge Achillis: Arion Adraſti, Cyllarus Castorum. Beroald.

Syracusis asticos ludos.] Instar eorum, qui ἐν Ἀθήναις Athenis, qui erant ludi scenici. Recte autem ἄστυγι per Υ. Omnino ἄστυγι ἀγῶνες sunt Græci instituti, ut ne mireris, quare ἄστυγι ἀγῶνες in urbe Græca Syracusis à Caligula instituti. Philostratus: ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγὼν. ἢ ἡ πόλις ἐστὶν Ἰταλία ἠκίστη γένος Ἑλλήνων καὶ ἄστυγι, ὅθεν καὶ τὰς ἀστυγίας τῆς

λόγων ἑλληνικῆ εἶσι. Ergo ἄστυγι ἑλληνικῆ, & ludi astyci, ἑλληνίζοντες, qualia omnino τὰ ἐν Ἀθήναις Διονύσια. Nam τὸ ἄστυ sunt veræ Athenæ. I. Scal.

Lugduni miscellos.] Miscellos ludos vocari existimo qui ad nullum certum genus ludorum scenicorum, sive argumentum, sive scenæ instrumenta & apparatus spectes, referri possint. Torrentius. Misceli ludi vocantur Suetonio, qui Iuvenali Miscelanea:

Sic veniunt ad miscelanea Ludi. Sic, inquit, fiunt ex senatoribus mimi sive Ludi. Unde transcurſaria vocat ludos, ad quos ex senatu transibant: id est, quando ex senatoribus fiebant scurræ, sive Ludi, aut histriones. Tria enim hæc idem sunt. Ios. Scaliger.

Scripta

Eos autem qui maxime displicuissent, scripta sua spon-
gia linguave delere iussos, nisi ferulis oburgari, aut
21 flumine proximo mergi maluissent. OPERA sub Ti-
berio semiperfecta, templum AVgusti theatrumque
Pompeii absoluit. Inchoavit autem aquæ ductum re-
gione Tiburi, & Amphitheatrum juxta Septa: quo-
rum operum à successore ejus Claudio, alterum pera-
ctum, omissum alterum est. Syracusis collapsa vetusta-
te mœnia, Deorumque ades refecta. Destinaverat &
Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum

per a-

Scripta sua spongia linguave delere
iussos.] In libro secundo Anthologiae
eis Ποιηταί.

Τῶ σῶ γ' πάχων νεκρῶ χέρι, οἷα
παθοῖεν (λάμυς.

Oi καταδείξαντες βιβλία καὶ κα-
Ommino legendum oi καταλείξαντες,
qui delingunt scripta sua & calamos.
Nihil sinistrius poëtae aut rhetori im-
precat, quam ut illi accidat, quod vi-
ctis fit, in Miscelaneis Lugdunensibus
ad aram Cæsaris. Neque in alium seni-
sum accipiendum illud distichon ex eo-
dem libro, eis ἀσελφεῖς,

Οὐχ' ὅπ' τ' κέλαμυ λείχης, ἀγ' ἄρ'
τῷτόσε μισῶ,

Ἄλλ' ὅπ' τῶν ποιεῖς καὶ δέχα τῶ
καλάμυ.

Isf. Scaliger. Notum illud Augusti,
Ajacem in spongiam incubisse.

Flumine proximo.] Rhodano. Lugdu-
num, ut inquit, Strabo in 1111. Geo-
graphiæ, conditum est in colle, ubi
Ara, Rhodanusque commiscetur. Ibi
templum ab universis Gallis communi
impensa in honorem Augusti Cæsaris
extructum fuit. Aderat & ara dignita-
tis eximiae, cum titulo gentium sexa-
ginta, quæ singulæ singulas statuas ibi-
dem erexerant. Beroald.

Sub Tiberio semiperfecta.] Sup. Tib.

cap. xvii. inf. Claud. cap. xxi.

Inchoavit aquæ ductum.] Vicit ante-
cedentes aquarum ductus novissimum
impendium operis inchoati à Cajo Cæ-
sare, & peracti à Claudio, quippe à
lapide quadragesimo ad eam excelsita-
tem, ut in omnes Urbis montes leva-
rentur, influxere Curtius atque Cæru-
leus fontes. Plinius.

Regione Tiburi.] Cod. Salmaf. Ti-
burti. Sic Tiburtem agrum Livius, &
Tiburte via Horatius.

Sami Polycratis.] De Polycrate lege
quæ scribunt Herodotus in 111. Strabo
in 1111. & Plinius in ultimo natura-
lis historiæ.

Mileti Didymeum peragere.] Post Po-
sidium seu Neptunium Milesiorum,
deinceps est oraculum Didymeï Apo-
linis in Branchidis, sursum versus circi-
ter x11x. stadia. Incensum est à Xerxe,
ut & alia omnia templa, præter Ephe-
sium. Postea temporis Milesii templum
omnium maximum construxerunt,
quod ob magnitudinem sine culmine
mansit: nam ambitus delubri pagi am-
plitudinem æquat. Strabo.

Didymeum.] Vlpian. tit. xv. Deos
(inquit) heredes instituire non possumus
præter eos quos ex S. C. aut constitutioni-
bus Principum instituire concessum est,
sicuti Iovem Tarpeium, Apollinem Didy-
meum, Martem in Gallia. Torrentius.

Solem

peragere, in jugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum in Achaia perfodere. Miseratque jam ad demetiendum opus primipilarem. HACTE-²² NVS quasi de principe, reliqua ut de monstro narranda sunt. Compluribus cognominibus assumtis (nam & PIVS & CASTRORVM FILIVS, & PATER EXERCITIVM, & OPT. MAX. CÆSAR vocabatur) cum audiret forte reges, qui officii causa in urbem advenerant, concertantes apud se super cenam de nobilitate generis, exclamavit, Εἰς κοίραυ & ἔσω, εἰς βασιλεύς. Nec multum absuit quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, & principum & regum se excessisse fastigium, divinam ex eo maje-
sta-

Solem Ἀπόλλωνα διδυμογῆον vocant, quod geminam speciem sui numinis præfert ipse illuminando, formandoque Lunam. *Macrobius.*

Isthmum perfodere.] Cæs. cap. XLIV.

Hactenus quasi de principe.] Rerum, ut solet, non temporis ordinem sequitur. Quod cum ex aliis, tum etiam ex capitibus XIX. & XXXI. inter se collatis, manifestum est.

OPT. MAX.] Iovem cum optimum & maximum dicimus, cumque eundem salutarem, hospitem, sospitorem dicimus: hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela. *Cicero.*

Εἰς κοίραυ & ἔσω, εἰς βασιλεύς.] *Extat Iliad. 11.*

Nec multum absuit, quin statim diadema sumeret.] De diademate cogitanti, obtulit sese Appiani locus in Syriacis, quo narrat, Alexandro, lustranti navigio paludes, abreptum vento diadema, & arundinibus suspensum obtulisse: nautarum vero unum enatasse, & ad regem, capiti suo impositum, re-

tulisse. Quod minus mirum videbitur, si, quod jam aliis plurifariam notatum est, diademata veterum nil nisi fascias quasdam fuisse cogitemus. A diademate vero, ne plane regio nomine remp. occupare viderentur, sapienter, usque ad Aurelianum, Imperatores abstinere, quippe quorum intererat *sublatis inanibus vera potentia augere*, ut Tacitus ait. Vide Casaubonum sequenti nota. *Schildius.*

Speciemque principatus in regni formam converteret.] Speciem vocat insignia, quæ Tacitus *inania* alicubi dicit, D. Lucas, Polybius & Athenæus, *Φαυλασία*. Species principatus est ornatus imperatoris Romani, qui proprie princeps appellatur, & imperium principatus: sic enim initio Augustus instituit, ut ex Tacito norunt eruditi. Sic regni formam vocat insignia quibus reges olim utebantur ad indicandam majestatem regiam, puta diadema, purpuram, sceptrum, & cætera hoc genus. *Casaub.*

Divinam ex eo majestatem asserere sibi cepit.]

statem asserere sibi cœpit. Datoque negotio, ut simula-
 cra numinum, religione & arte præclara, inter quæ
 Olympici Iovis, apportarentur è Græcia, quibus capite
 demto suum imponeret, partem palatii ad Forum usque
 promovit, atque æde Castoris & Pollucis in vestibulo
 transfigurata, consistens sæpe inter fratres deos
 medium se adorandum aduentibus exhibebat: & qui-
 dam eum LATIALEM IOVEM consalutaverunt.
 Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes
 & excogitatissimas hostias instituit. In templo simu-
 la-

caepit.] Næpe ut Cretensis Iupiter cum
 Iunone, sic ipse quoque cum sororibus
 concubuit. Nec Iuppiter tantum, sed nunc
 Bacchus, nunc Hercules, nunc Neptu-
 nus quoque videri voluit. Quin & Dea-
 rum interdum habitum sumpsit. Nihil
 ergo Gallo illo quem Dio commemo-
 rat liberius atque urbanus. Is enim
 cum Iovis specie pro tribunali seden-
 tem intuitus subrisisset, interrogatus
 ab ipso Cajo quid esse illi videretur,
 μέγας ὁ Διὸς ἀδελφὸς respondit, hoc
 est, magnum deliramentum. De qua
 monstri hujus insania etiam Athenæus.
 Torrent.

Inter qua Olympici Iovis.] Iovem,
 qui à loco, in quo universis Græcis co-
 litur, cognominatur Olympius, opus
 Phidiæ Atheniensis statuarii, ausus est
 jubere in urbem transferri. Ajunt
 Memmium Regulum, cui demanda-
 tum erat hoc negotium, prodigiis fi-
 dem excedentibus vetitum, distulisse
 imperata facere: quæ ipse inseruit ex-
 cusantibus cessationem suam litteris.
 cumque capite luendum esset negle-
 ctum mandatum, interitus Caji homi-
 nem exemit periculo. Iosephus.

Capite demto.] Vid. Aug. c. LVIII.

In vestibulum transfigurata.] Ædem
 Castorum in foro fuisse cum ex aliis
 auctoribus, tum ex Suetonio ipso con-
 stat, Cas. cap. x, Partem igitur Palatii

ita in forum promovit Cajsus, ut Ca-
 storum ædes in vestibulo quodammodo
 esse videretur. Ædem vero non diruit,
 sed ea (ut scribit Dio) in duas partes
 divisa, ingressum per media Deorum
 fratrum simulacra in Palatium struxit,
 dicens se janitores habere velle Ledæ
 ac Iovis filios. Melius autem Sucto-
 nium & Dionem intelliget qui scive-
 rit in ea montis Palatini parte fuisse
 Tiberii domum ubi Romani postea
 Principes habitaverunt, quæ viam Sa-
 cram, & Pacis templum respicit, ut ex
 lamina plumbea in hortis Farnesianis
 cum Tiberii inscriptione reperta con-
 stat. Media autem ædes Castorum fuit.
 Porro quod Castores sibi janitores esse
 voluit Cajsus, ex Augusti somnio decla-
 ratur, de quo sup. capit. xci. Torren-
 tius.

Latialem Iovem.] Latialis Iupiter in
 Albano monte colebatur, cujus tem-
 plum constituit Tarquinius Superbus,
 sacrificiaque Latiali Iovi communia
 fiebant à Romanis, & Latinis populis:
 author Dionysius in VIII. historiarum.
 Refert Lactantius Latialem Iovem à
 Latinis coli solitum humano sanguine.
 Latias ferias Iovi Latiali in monte Al-
 bano indicere solebant Consules inito
 statim Consulatu, quod significat Li-
 vius l. XXI. Beroald. Pro Latialem. Cod.
 Salmal. Latialem, ut ante Parilia pro
 Palilia.

lacrum stabat aureum iconicum. Amiciebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque & ambitione & licitatione maxima, vicibus comparabat. Hostiæ erant phœnicopteri pavones, tetraones, Numidica, meleagrides, phasia-

Idæ,

Palilia. Vtrumque scriptoribus usurpatum invenies.

Simulacrum aureum iconicum.] Iconas vocabant imagines ad vivum expressas. Vnde iconicula Ner. cap. lvi. Sic statua iconica apud Plinium lib. xxxiv. cap. iv. & iconici duces. libro xxxv. cap. viii. ut ἀγάλματα εἰκονικά apud Athenæum lib. v. cap. vi. ubi de nave Philopatoris. Torrent.

Magisteria Sacerdotii.] Sic Domit. cap. xv. sorte ducti magisterio frangerentur. Capitolin. M. Antonino, Fuit in eo Sacerdotio & præsul, & vates & magister. Livius lib. xxxix. magistri sacerdotum. Idem.

Ditissimus quisque.] Sacerdotes addidit Cæsoniam uxorem suam, Claudium, aliosque ditissimos, centies sestertium à singulis eo nomine accipiens. Ipse etiam sibi sacerdos fuit, equumque suum collegam sacerdotii adscivit. Dio Cassius.

Phœnicopteri.] Avis, cujus linguam optimi esse saporis Apitius docuit, nepotum, ut Plinius ait, altissimus gurgis. Martialis libro xiiii.

Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis

Nostra sapit. quid si garrula lingua foret?

Sabellicus.

Tetraones.] Tetraones quæ sint aves, inventu res erat haud difficilis, nisi Plinianos in emendatissimos haberemus codices. Nam quod apud illum legitur lib. x. Hist. Nat. Decet Erythraonas suis nitor; hoc in vetustissimo exemplari de Medicæ gentis bibliotheca publica, pæne legitur emendate, Decet & troanas. Quare totum locum Politiano

autore sic legas: Decet tetraonas suis nitor, absolutaque nigritia. In superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vultuum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit: nec ulla avis, excepto struthocamelo, majus corpore implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilisprehendatur. Gignunt eas Alpes, & septentrionalis regio. Hactenus ille de Tetraonibus. Politianus.

Numidica.] Varronis tempore quæ gallicanas Africanas gibberas, quæ ex Numidia adportabantur, tantum noscent Romani, easdem cum Meleagridibus esse putarunt. Hinc Columella quoque nullum discrimen agnoscit inter Meleagridem & Numidicam, nisi de colore galeæ ac cristæ. Ideo Africanas scribit Varro Meleagrides Græcis vocari. Africanæ sunt, quas vulgo gallinas Guineæ vocitamus. In capite tuber habent sive gibbam rutilam. Vnde gibberas eas esse auctores ajunt. At in galinis indicis, quæ Meleagrides sunt Græcorum, insigne corporeum veluti clavus rotundus è capite exit, quod maribus ultra rostrum propendet, dum in venerem incitantur, & foeminas ambiunt. Salmasius.

Meleagrides.] Ætolix peculiare hoc avitium facit Menodotus Samius apud Athenæum, & inde in alias orbis partes translatum, ut pavones è Samo, & Persicas gallinas è Perside. Vt ex describuntur apud eundem Athenæum lib. xiv. verbis Clyti Milesii, gallinis his similes sunt, quos hodie vocamus indicas, sic ut eadem videantur esse, & plane sunt. τὸ ποικίλον illis tribuit nigris albisque plumis alternatum, ita ut rotundis maculis albis, Rhombi nigri di-

ne, quæ generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat assidue in amplexus atque concubitum: interdum vero cum Capitolino Iove secreto fabulabatur, modo insusurrans, ac præbens invicem aures, modo clarior, nec sine jurgiis. Nam vox comminantis audita est,

Eis γαῖαν Δαναῶν περιώσε,

donec exoratus, ut referebat, & in contubernium ultro invitatus, super templum Divi Augusti ponte transmissis, palatium Capitoliumque conjunxit. Mox

quo

gri distincti sunt. Multæ gallinæ nostræ indicæ hoc modo varias habent plumas, quædam ex iis absque notabili varietate totæ nigræ sunt. Reliqua descriptionis ferme conveniunt. Indicæ igitur vocamus non quod ex India primum advectæ sint, nam in Bæotia & Græcia passim nascuntur, sed quia quidquid ad nos transmarinum adfertur, Indicum vulgo appellamus. Idem.

Phasianæ.] Satis constat à Phasi fluvio Colchorum Phasianas nominatas, unde primum transportatam se phasianam testatur apud Epigrammatistam. Adrianus tetrapharmaco, vel potius pentapharmaco usus est, quod cibi regii genus est, quod constat ex rebus quinque, hoc est, sumine, phasiano, pavone, crustulato, & aprugna. Antoninus Geta prandia parari jubebat per singulas litteras, veluti per f. ut ita edulia omnia, quæ inciperent ab ea littera, apponerentur, ut fasianus, farrata, ficus, ficedula. modo per a. ut anser, anas. modo per p. ut pullus, perdix, pavo, porcellus. Alexander Romanus Imperator diebus tantum festis phasianum adhibuit in mensa. *Beroald.*

Generatim.] Per genera singula. verbi causa, ut hoc die Numidicæ, alio

die pavones, & alio Phœnicopteri immolarentur. Virgilius:

Quare agite, ô proprios generatim discite cultus,

Agricola. —

Græci Ἐπιώσε. Idem.

Lunam invitabat assidue in complexus atque concubitum.] Aliquando Cajus rem sibi esse cum Luna dixit, percontatusque est Vitellium, vidissetne se cum dea congredi: tum Vitellius quasi attonitus oculis in terram demissis tremens, exili voce: Solis, inquit, Domine, vobis diis licet invicem videre. Dio Cassius.

Cum Capitolino Iove.] Tale quiddam Scipio Africanus factitasse creditur, qui in Capitolium prius, quam dilucularet, ventitare solebat, atque ibi solus demorabatur, quasi consultans de Republica cum Iove. *Beroald.*

Eis γαῖαν Δαναῶν περιώσε.] Machinam habebat, qua tonitribus obstreperet, ac contra fulgura fulguraret: ac quoties fulmen decidisset, lapidem ejaculabatur, semper Homericum illud addens: Ἡ μὲν ἀνάδρα, ἢ ἐζώσε. Dio Cass. Illud Ἡ μὲν ἀνάδρα, ἢ ἐζώσε. hoc quoque loco clare Codex Salmasii exhibuit.

Argu-

quo propior esset, in area Capitolina nova domus fundamenta jecit. Agrippa se nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat: succensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarem insererent. Prædicabat autem matrem suam ex incesto quod Augustus cum Iulia filia commisisset, procreatam. Ac non contentus hac Augusti insectatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas pop. Rom. & calamitosas, vetuit solennibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam Vlyssæ stolatum identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistola arguere ausus est, quasi materno avo Decurione Fundano ortam: cum publicis monumentis certum sit, Avfidium Lingonem Romæ honoribus functum. Avia Antonia secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro præfectus. Ac per istius-

MO-

Augustus cum filia.] Attende, quod vulgo dici solet de Ovidii relegatione, id esse aliqua autoritate subnixum. Fama circumfert, Ovidium ideo ab Augusto relegatum, quod eum viderit cum Iulia filia incestum admittentem. Non me præterit, Sidonium insinuare amorem puellæ Cæsareæ fuisse causam relegationis: & alia dici solent parum consistentia. *Bersald.*

Feris solennibus.] Moris est, ut dies illi inter festos referantur, & solenniter celebrentur, quibus victoria ex devictis hostibus parata est, sicuti Bononienses jam multos annos celebrant divi Raphaëlis diem, cuiusque equorum perniciosissimorum exhibitur ad perpetuum victoriæ paratæ monumentum. *Idem.*

Vlyssæ stolatum.] Vafra, & astutam, ut fuit inter Græcos Vlysses. Stolatum vero foeminam dixit, quippe quæ stola amicitur. Erat id apud Ro-

manos pudicarum matronarum insigne. Martialis *stolatum pudorem* appellat. *Sabellius.*

Decurione Fundano.] Sueton. Tib. cap. v: natum cum Fundis multos credidisse scribit, quod avia ipsius materna, hoc est, Liviae mater, Fundana fuerit, Avfidii Lingonis, ut ex hoc loco colligimus, filia. Et sane gentem Avfidiam Fundanam fuisse, docet nos ille Horatii ex Sat. v. lib. i. versus:

*Fundos Avfidio Lusco Præture libenter
Liquimus. — Torrent.*

Lingonem.] Avfidiorum cognomina fuere Lusco, & Lingo, uti & Orestes, (Fasti Capitolini, & Varro lib. iiii. De re rustica) & Lusco apud Horatium, nisi more suo eum ridens sic vocaverit, cum vere Lusco esset. *Torrent.* Codex Salmasii *Lyrgonem*, unde Casaubono quoque *Lurconem* legi placet.

Præfectus.] Cohortium scilicet prætorianarum.

D d

Repente

modi indignitates & tædia, causa exstitit mortis : dato tamen, ut quidam putant, & veneno. Nec defunctæ ullum honorem habuit : prospexitque è triclinio ardentem rogam. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso tribuno militum, interemit. Silanum item socerum ad necem, secandasque novacula fauces, compulit: caussatus in utroque, quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus, ac spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset: ille antidotum oboluisse, quasi ad præcavenda venena sua sumptum: cum & Silanus impatientiam nausæ vitasset & molestiam navigandi, & Tiberius propter assiduam & ingravescentem tussim medicamento usus esset. Nam Claudium patrum non nisi in ludibrium reservavit. CVM omnibus sororibus suis stupri con-

sue-

Repente immisso tribuno militum, interemit.] Longe aliter Philo, cujus narratio plane miserabilis. mandatu Caji tribunos & centuriones quosdam venisse ad adolescentulum Tiberium: jussisse ut se ipse interficeret, neque enim fas esse ut soboles imperatoria per alium tolleretur: illum qui neminem adhuc occidi vidisset, & in summa rerum imperitia propter ætatem versaretur, primo ab iis qui venerant petiisse ut sibi aliquis cervices, quas protenderet, amputaret: dein cum irritæ ejus preces essent, orasse ut se docerent qua corporis parte ferrum immitteret, ut quam citissime moreretur. Ita, eductum ab iis, se occidisse. *Casaub.*

Silanum item socerum.] De Silano, etiam supra capite xii. Sed plura Dio. Cajus eum pecudem auream vocabat. *Torrent.*

Secandas fauces.] Eodem genere mortis periit Tigellinus, qui, autore Tacito, apud *Simuessanas* aquas sectis no-

vacula faucibus infamem vitam sedavit exitu sero & inhonesto. *Histor. i.*

Antidotum oboluisse.] Odorem remediæ contra venena exhalasset. Est enim obolere, graveolentiam, odoremque vehementiorem redolere. *Beroaldus.*

Nam Claudium patrum non nisi in ludibrium reservavit.] Attamen Iosephus *Antiq. lib. xix. c. i.* in hanc sententiam scribit: *Claudium ausus est Pollux mancipium ipsius rem facere: & Cajus sustinuit inter iudices audire dicentem caussam capitis, sperans sumpturum se de illo supplicium: quod tamen ei non licuit.*

Cum sororibus.] Refert Eutropius, Caligulam non solum constuprasse sorores, sed etiam ex una natam filiam cognovisse. Commodus Imperator, qui natus est eo die, quo Caligula, tanquam eundem haberet horoscopum, & ipse sorores constupravit, concubinasque suas sub oculis suis constuprari ab amicis jubebat. *Beroald.*

Singul-

suetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante. Ex his Drusillam vitiasse virginem, prætextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab avia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam abduxit, & in modum justæ uxoris propalam habuit. Heredem quoque honorum atque Imperii ager instituit. Eadem defuncta, justitium indixit: in quo risisse, lavisse, cœnasse cum parentibus, aut conjuge, liberisve, capitale fuit. Ac mœroris impatiens, cum repente nocturne profugisset ab urbe, transcurrissetque Campaniam, Syracusas petiit. Rursusque inde propere rediit, barba capilloque promisso. Nec unquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Dru-

sil-

Singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.] Sorores infra se, id est, in sinu collocabat, quasi justas uxores: legitima consorte, loco pulsa. Non aliud Cicero significat in Epistola quadam hilariore: *Intra Entrapelum Cytheris accubuit.* Lipsius. Uxori supra se cubanti locum dabat ut digniori digniorem. Sorores suas, quas unice diligebat & plus quam frater sororem debeat, infra se ponebat. Excepto consulari loco, qui infimus ultimusque fuit mediæ lecti, summus locus in unoquoque lecto semper honoratissimus habitus Romanis. Ideo miratur Plutarchus, cur honor & dignitas præcipua data illi consulari loco apud præscos fuerit, qui nec medius erat, nec summus. Qui soli duo loci videri poterant maxime honorem primatus mereri. Rationes hujus rei plures adfert. *Salmasius.*

Ac mœroris impatiens.] C. Cæsar a-

missa sorore Drusilla, is homo qui non magis dolere, quam gaudere principaliter posset, conspectum conversationemque civium suorum fugit, exequiisque sororis suæ non interfuit, justæ sorori non præstitit, sed in Albanum suum secessit. Idem ille Cæsar, furiosa inconstantia, modo barbam capillumque submittens, modo Italiæ ac Siciliæ cras errabundus permeiens, & nunquam satis certus utrum lugeri veller, an coli sororem. Eodem enim tempore, quo templa illi constituebat ac pulvinaria, eos qui patrum mœsti fuerant, crudelissima afficiebat animadvertione. *Seneca.*

Per numen Drusillæ.] Urbes per omnes divinis eam coli honoribus jussit: nec defuit Senatorii ordinis vir, qui juraret se eam vidisse in cœlum ascendentem: ac hoc juramento, uti prior ille, qui similiter de Augusto jurabat, vel potius pejerabat, decies sestertium meruit; ut

sillæ dejeravit. Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas saepe exoletis suis prostraverit. Quo facilius eas in causa Emiliæ Lepidæ condemnavit, quasi adulteras, & insidiarum adversus se conscias. Nec solum chirographa omnium requisita fraude ac stupro divulgavit, sed & tres gladios in necem suam preparados Marti ultori, addito elogio, 25 consecravit. MATRIMONIA contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium

auctor Dio in LIX. ex quo etiam cognoscimus, eam habitu Veneris, cognomine Panthæ consecratam: facile Lipsio assensero, eodem referenti veterem hanc inscriptionem: VENERI CAE-
ESTI AVGVSTAE SACR. MVMNIA
C. F. DORCAS S. P. F. C. Vossius.

Dejeravit.] Dejerare, est valde jurare: hæc enim particula, *de*, interdum valde significat, & *dejurium* ab Aulo Gellio eleganter dictum ipsum jusjurandum. Beroald.

Exoletis.] Adultioribus cinædis. Ab *exoleo* verbo deducitur *exoletus*. Plaut. *Domi reliqui exoletam virginem grandem*, id est, quæ exoleverat. *Idem.*

In causa Emiliæ Lepidæ.] Agrippinam puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admisisse dicit Tacitus Ann. XIV. Rutilius in Itinerario, de quatuor Lepidis: (regno,

Quartus Casareo dum vult irrepere Incesti poenam solvit adulterii.

Cur incestum ejus adulterium cum Agrippina & Livia? Ideo quia maritus Drusilla Lepidus, & cum Agrippina etiam sanguine junctus. Credo enim hunc Lepidum natum ex Emilio Paulo & Iulia nepte Augusti. At Iulia soror Agrippinæ, quæ mater Caii, & sororum. Hinc clarum cur Cæsar successorum illum imperii destinaverit, & quinquennio maturius quam per leges

liceret, magistratum capere voluerit: quod Dio tradidit lib. LIX. Erat enim sanguinis gentisque Augustæ, pari cum Caligula gradu. Lipsius.

Tres gladios in necem suam preparados Marti Ultori, addito elogio consecravit.] Ex veteri more, quo gladios destinatos insigni alicui facinori, aut per quos aliquid memorabile patratum esset, consecrabant. In Vitellio cap. X. Pugionem quo se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. Lucianus in Tyrannicida, ὅτι αὖ τὸ ἐίφθαι ἐν τοῖς ἰσποῖς αὐτὸν ἵνα τε; ὅτι αὖ μετὰ τῷ θεῷ ἐκείνῳ ἀγορευήσεται; Quod ait de addito elogio, intelligit titulum adjectum, ut fere semper fieri solitum in rebus consecrandis. Elogium est omnis brevis scriptio ut πικραίων, notoria, titulus statuæ, aut quicumque alius, & id genus omnia. Casaub. Tacitus de Nerone, post vindictam conjurationem, templum Salutis exstruere-
tur, eo loci ex quo Scevinus ferrum promiserat. Ipse enim pugionem apud Capitolium sacravit, inscripsitque IOVI VINDICTÆ. sub finem Ann. XV.

Marti Ultori.] Dicitur est superius quemadmodum Augustus exstruxerit ædem Marti cognomento Ultori, quam voverat bello Philip. pro ultione paterna suscepto.

Ad

cium & ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit: quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum cœna nuptiali, mandasse ad Pisonem, contra accumbentem, Noli uxorem meam premere: statimque è convivio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse, MATRIMONIUM SIBI REPERTVM EXEMPLO ROMVLI ET AVGVSTI. Lolliam Paullinam, C. Memmio consulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione avie ejus, ut quondam pulcherrima, subito ex provincia evocavit, ac perductam à marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Cæsoniam neque facie

Ad officium.] Absolute officium dicimus id, quod novæ nuptæ deducendæ, nuptialique pompæ celebrandæ impenditur. Iuven.

— *Officium erat*

Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.

Beroaldus. Ner. cap. xxvii. de Sporo: Cum dote & flammeo, per sollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se, pro uxore habuit.

EXEMPLO ROMVLI.] Historia notissima est, quemadmodum Romulus ex raptu Sabinarum sibi reperit uxorem nomine Hersiliam. Hæc in deam demutata est, quam *Horam* vocant: de qua intellexit Gellius in xii. scribens *Salaciam* esse *Neptuni*, *Horam Quirini*, *Nerivem Martis*. Beroald.

Lolliam Paullinam.] M. Lollii, de quo Tib. cap. xiii. neptem. Vide Plinium lib. ix. cap. xxxv. Suetonium Claud. cap. xxvi.

Ac perductam à marito conjunxit sibi,] Quemadmodum Augustus uxorem *Liviam* à priore viro *Nerone* abducens, eam tanquam à patre traditam accepit,

ita etiam Caligula Lolliam Paullinam à Memmio accipiens, coëgit eum sese illius patrem profiteri, & dotem dicere. Hinc Eusebius Num. mmlvi. Impellens eum, ut uxoris patrem esse se diceret. De Nerone Liviam Octaviano tradente Dio: ἐξείδωκε ἃ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ, ὡσαύτως πατὴρ. De Memmioidem: ἀγαλιπὼν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἔγημε Λολλίαν Παυλίαν, αὐτὸν δ' ἀνδρὰ αὐτῆς Μέμμιον Ρηγέλον ἐξυψῶσα ὁ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέχουσαν αὐτὴν παρὰ τὰ νόμιμα λάβῃ. Non poterat eam ducere nisi desponsatam: desponsare autem patris est. Patrem igitur matrem sese dicere coëgit. Ios. Scaliger.

Cæsoniam.] Orfiti, ut Plinius scribit, & Vestiliæ filiam, octavo mense natam. Creditur Caligula ab ea potio-natus amatorio medicamento. Juvenalis:

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Insudit. —

Caetera ad cap. i.

insigni, neque etate integra, matremque jam ex alio viro trium filiarum, sed luxurie ac lascivie perdita, & ardentius & constantius amavit, ut sepe chlamyde peltaque & galea ornatam, & juxta adequitantem, militibus ostenderit: amicis vero etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, uno atque eodem die professus, & maritum se ejus, & patrem infantis ex ea nata. Infantem autem Iuliam Drusillam appellatam, per omnium dearum templa circumferens, Minerva gremio imposuit, alendamque & instituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quam fertilitatis: qua illi quoque tanta jam tunc erat ut infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesset.

26 Leve ac frigidum sit his addere quo propinquos amicosque pacto tractaverit, Ptolemaum regis Iuba filium,

Neque etate integra.] Virgilius *Aeneidos* ix.

— atque integer avi

Ascanius. —

Integri xvi, id est, adulescens cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos xvi integros dicit, quibus multum xvi superest. *Servius.*

Chlamyde.] Quae postea Agrippinam quoque dehonestavit. Tacitus *Annal.* xii. quo loco naumachiam à Claudio editam describit: Ipse insigni paludamento, neque procul Agrippina chlamyde aurata praesedere. Plinius paludamentum, auro textili sine alia materie fuisse memorat. lib. xxxiii. cap. iiii.

Peltaque.] Pelta, & cetra admodum similia sunt: quod ut affirmem, his adducor argumentis. Livius lib. xxviii. Menippum quendam ex regis ducibus cum mille peltatis (pelta cetra haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Et libro xxxi. Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco

oportuno inter bina castra in insidiis abdidit. Iam quos idem Livius lib. xlii. & xlii. ex Persei Macedonum regis exercitu cetratos vocat, eosdem Plutarchus in *Aemilii* vita peltatos. Vtebantur eo scuti genere Amazones, Macedones, Afri, Hispani, Cretenses. *A. Manutius.* Sed forma peltarum non apud omnes eadem. Sic Thraciae erant quadrangulae, de quibus accipienda verba Suidae: πέλτα ἀσπίδα τετραγώνη. Vide & Dionys. Halicarn. lib. ii. at peltae Amazonicae hederæ folio similes erant. *Salmasius.*

Minerva gremio imposuit.] Iosephus *Antiquit.* lib. xix. cap. i. tradit, eo infantis proventum esse, ut natam sibi filiam in Capitolium delatam, in simulacri genua deponeret, quasi communem sibi cum Iove prolem, in medio se relinquere dicens iudicium, utro maiore parente esset genita.

lium, consobrinum suum (erat enim & is M. Antonii ex Selena filia nepos) & in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam, adjutores imperii: quibus omnibus pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est. Nihilò reverentior leniorve erga senatum: quosdam summis honoribus functos, ad essendum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & cœnanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare

suc-

Ex Selena filia.] Cleopatram Selenam appellat Suetonius, indito à matre cognomine. Quæ cum se Lunam, & Isidem, ut Antonius Bacchum se, atque Osirim, nominasset, filio etiam Alexandro & Cleopatraz filiaz Solis, ac Lunæ nomen dedit. Cleopatram vero vocant Dio lib. 21. & Plutarchus Antonio, ac nummus argenteus Iubæ junioris, ejusque uxoris. Porro quod Ptolemæum Cæii consobrinum vocat Suetonius, cum Cæius Antonii pronepos fuerit, Ptolemæus nepos, hic nempe ex ejus filia Cleopatra, ille ex nepote Germanico, Antoniaz Junioris filio, natus, larga vocabuli ejus significatione accipiendum est, cum ne apud L. Cæos quidem consobrini semper duarum sororum filios significant, sed etiam ulteriore gradu. *Torrentius.*

Adjutores.] Cap. XII.

Quosdam summis honoribus functos ad essendum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia.] Scribo accurrere. Id enim significat quod Græci verbo ὑπαγεῖν, ut Plutarchus in Lucullo de Tigrae. Appianus pro eo dixit ὑπαγεῖν III. Bellorum civil. & in Syriacis. Lucianus πρὸς τὸν Φορτίου. Iuvenalis eundem morem tangit satyra x.

—Hinc præcedentia longa

Agminis officia, & niveos ad frena Quirites.

Vide Suetonium libro VII. in Galba,

capite sexto: erant vero alii qui præcederent: de quibus alibi. *Casaub.*

Et cœnanti modo ad pluteum.] Isidorus: Sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior. sic lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, nec in medio essent positi, quod etiam hodieque solemus. sic illa pars quæ parietem spectabat, & pluteo muniebatur, & interior sponda vocabatur. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priorè sponda. In lectis tricliniaribus non minus quam in cubicularibus sponda ac plutei dicebantur, sed contrario modo: nam sponda pars interior lecti tricliniaris appellabatur, & quæ mensa admovebatur: exterior vero pluteus. ideo puellæ & pueri qui in deliciis, interiores accumbere dicebantur, cum in gremio amatorum suorum jacerent, nec pluteum tangerent. Scipio Africanus de Sulpicio Gallo: qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit. *Salmasius.*

Modo ad pedes.] Ad pedes stare solitos convivii ministros ostendit Seneca lib. III. De beneficiis cap. XXVII. Servus qui cœnanti ad pedes steterat. Suetonius Galb. cap. XXVI. ad pedes stantibus. *Torrentius.*

Stare succinctos linteo passus est.] In modum scilicet atriensis & ministratoris. falluntur enim, qui ad hunc locum notârunt, coquos & vilia tantum ministeria hoc habitu ministrasse. Græci

D d 4

οὐδδ-

succinctos linteo passus est: alios cum clam interemis-
set, citare nihilo minus ut vivos perseveravit, pau-
cos post dies voluntaria morte periisse mentitus.
Coss. oblitis de natali suo edicere, abrogavit magi-
stratum: fuitque per triduum sine summa potestate
Resp. Quæstorem suum in conjuratione nominatum
flagellavit veste detracta, subjectaque militum pedi-
bus, quo firme verberaturi insisterent. Simili superbia
violentiæque cæteros tractavit ordines. Inquietatus
fre-

σινδῶνας ejusmodi linteæ vocant, erant-
que cirrata. ideo δικροσά vocaban-
tur. Pollux: σινδῶν, ἐστὶν Αἰγυπτῖα μὲν
καλεῖσθαι δὲ αὖ ἐν τῷ ὕδατι δικροσῶν
καλεῖσθαι. ea plane tunica est linteæ
Pelusio districta cirris dependentibus,
qua atriensis ille succinctus apud Phœ-
drum:

Ex alticiunctis unus atriensibus,
Cui tunica ab humeris linteæ Pelusio
Erat districta, cirris dependentibus.

Cirri autem sunt fimbriæ, κροσσοὶ
Græcis: unde κροσσωτῶν vestes fim-
briatæ, vel cirratæ. Salmasius.

• Natali suo edicere.] Per edictum pu-
blicate diem suum natalem, ut scilicet
à populo Romano coleretur.

Fuitque per triduum sine summa pote-
state Resp.] Mansit id decus nomini
consulum usque ad ultimos fere Impe-
ratores. Jordanus De rebus Gothicis,
Factusque est consul ordinarius, quod sum-
mum bonum, primumque in mundo decus
edicitur. Similia his apud Cassiodorum.
Sed non prætermittendus S. patris
Chrysostomi locus in hanc rem exi-
mius, decima homilia super epistolam
ad Hebræos. Τί γάρ, αἰετ, εἰπέ μοι, μέ-
γας νομίζεις; ποῖον ἢ γὰρ μέγα ἀξίωμα
εἶναι; τὸ δὲ ὑπάταν εἶδεν γὰρ τίς τῶν
ἀξιώματι μείζον νομίζουσιν οἱ πολ-
λοί. dignitatem consularem statuit su-

pra omnes alias privatorum, nulla ex-
cepta. Simillimum est, quod apud
Procopium legimus Persicorum lib. 1.
de illo infelici Iohanne, quem vocat
ἀνδρα ἐς τὸ ὑπάτων ἀναβιβηχότα τὸ
διφρον' ἔμειζον εἶναι εἶδεν, ἕνεκα τῆς
Ρωμαίων πολιτείας ἀδικεῖ. Casaubonus.
Adde quod non semel, sub melioribus
principibus rerum, Consulatum fastigii
nomine Panegyristæ audent insignire.
Plinius ad Trajanum: Ac si quid forte
ex consulatus fastigio fuerit diminutum,
nostra hæc erit culpa, non seculi. licet
enim, quantum ad principem, licet tales
consules agere, quales ante principes erant.
Ausonius Gratiarum actione pro Con-
sulatu ad Gratianum: Ista autem sedes
honoris, sella curulis, gloriosa pompæ im-
perialis officii, in cuius me fastigio ex qua
mediocritate posuisti? Schildius.

Quæstorem suum.] C. Cæsar Sextum
Papinium, cui pater erat consularis, Be-
lienum Bassum quæstorem suum Pro-
curatoris sui filium, alios Senatores &
equites Romanos, uno die flagellis ce-
cidit, torisit, non quæstionis, sed animi
causâ. Deinde adeo impatiens fuit dif-
ferenda voluptatis, quam ingens cru-
delitas sine dilatione poscebat, ut in
xysto maternorum hortorum, qua por-
ticum à ripa separat, quosdam ex illis,
inambulans cum matronis atque aliis
senatoribus, ad lucernam decollaret. Se-
neca.

fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisique per eum tumultum viginti amplius equites Rom. totidem matrone, super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem & equitem causam discordiarum ferens, decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario apparatu, rabidis feris

vi-

Fremitu.] Discursu, & clamore loca in Circo per noctem occupantium. Subjacet enim Circus Palatio. *Sabell.*

Causam discordiarum ferens.] Iosephus de missilibus à Cajo sparsis loquens, ο Γάϊος ἰδὼν τὰς αἰμάτων ἐπιπέσει μάλιστα καὶ Ἀγριππῶνας, οἰκείων μὲν αὐτῷ ἔργων. De his pugnis propter missilia Seneca epistola LXXIIII. Prudentissimus quisque cum primum induci videt manuscula, à theatro fugit, & scit magno parva constare. *Casaubonus.*

Decimas maturius dabat, ut equestria ab infima quoque occuparentur.] Lego inter plebem & equitem, causam discordiarum ferens, tesseras decima maturius dabat. Videtur vox tesseras initio confusa fuisse cum præcedenti voce ferens propter aliquam soni similitudinem: deinde omissa ab iis qui locum voluerunt emendare: unde postea secuta depravatio vocis decimas pro decima. Sententia quam restitimus, appositissima est, ac, ut puto, vera: nam tesserae aliaque missilia non ante finitos ludos spargebantur. Ludis totum diem ad decimam usque fuisse occupatum, & per se probabile in illo tanto furore veterum circa ludos; & insuper probamus auctoritate Suet. lib. VI. cap. XXI. utque constitit peracto principio Nioben se cantaturum per Clinium Rufum consularem prænuntiavit, & in horam fere deci-

mam perseveravit. Sic Paulus Iuriconsultus tempus quo res aguntur in foro, ad decimam usque producit. Non collegisse autem sparsa missilia solos plebeios, sed etiam equites ac senatorii ordinis viros, docet Tranq. clare in Domit. cap. IIII. qui locus cum isto conferendus. *Idem.*

Equestria.] Sic popularia Domitian. cap. IV. Seneca etiam *Equestre* vocat De benef. VII. cap. XII. *Torrent.* Vide Lipsium ad Iul. Cæsarem.

Reductis velis.] Fortim integri solebat: quando gladiatoria spectacula edebantur. Unde ait Plin. Cæsarem totum Romanum forum intexisse: quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. Marcellus velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent. Carbasina vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Caligula, ut pestifer ex omni parte esset Romano populo, spectacula quoque, quæ voluptatis causa comparata sunt, convertebat in supplicium, cum sublatis, & complicatis velis spectaculorum spectatores æstu Solis ferventissimo conficerentur. *Beroald.*

Emitti quemquam.] Ne quis scilicet adversus Solem sese teget. Umbellis enim uti solebant, quod ex Martiale discimus lib. XIV. Epigr. XXVIII. Et tale aliquid facere potuit Cæsar cum totus insaniret, initio vero Principatus

vilissimos senioque confectos, gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subiciebat. Ac nonnumquam hor-
 27 reis præclusis, populo famem indixit. SÆVITIAM ingenii per hæc maxime ostendit. Cum ad saginam ferarum muneri preparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit: & custodia-
 rum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans,
 tan-

(ut Dio tradidit) & discalceatos spectare permisit, & adversus Solem usum pileorum Thessalicorum concessit. Quin & Senatoribus, qui nudis antea asseribus sedebant, pulvinos subiecit.
 Torrent.

Gladiatores quoque pegmares.] Nullus locus tenere magis criticos exercuit. Ego gladiatores pegmares interpretor quos de ruina arena dimisit, ut Petronius loquitur: qui in pegmate populo exhibiti, felici quodam sidere superstites ei spectaculo fuerunt. Pegmata in re ludorum dicta lignæ quædam moles, quæ machinamenti occultis attollebantur, deprimebanturque: super iis producti per ludos facinorosi homines, quales gladiatores fere erant, ut vel inibi pugnam inter se committerent, vel spectati à populo, mox solutis compagibus pegmatis, casu suo in foveam ubi vel ignis vel fera erant, populum oblectarent. Hoc ex Strabone, Petronio, Apuleio, & Claudiano probare possem, nisi occupassent viri doctissimi. qua autem derivatione, ajunt, quove exemplo à pegmate pegmares? enimvero ut *χῆμα*, *γλαυκωμα* & similia, duobus modis Latini enuntiant, sic & *πῆμα*: tamen enim *pegma*, *pegma*, quam *pegmatis* flectere possis. inde ergo *pegmaris*, certa analogia, ut à *palma* *palmaris*. Casaub. Codex Salmasii *pagmiores* exhibet. Quid si isthoc verbi non minus ex Græcia sit derivandum, quam alterum illud *pegmares*? *Παιγνία* &

παιγνίον, quod nemo nescit, ludicrum, lusum: item delectamentum puerile, Græcis notat. Sinto igitur gladiatores *pagmiores*, qui nullis flagitiis autorati, nullius imperio adacti, sed libidine pugnandi, vel principi gratificaturi, in arenam descenderunt. Hos immitissimus Cæsar, ut novo spectaculo oculos pasceret, rabidis feris subiecit: cum non magis tantam crudelitatem expectarent, quam vilissimi illi senioque confecti, & patres familiarum noti. Id sane ferociam Caji magis decuerit, quam homines facinorosos, & ad ferrum damnatos, bestiis permittere. *Pagmiores* autem eo jure à *pagmion* vel *pagmia* deducemus, quo *tricliniaris* à *triclinion*, & similia multa à similibus deducuntur. Non abhorre ab ejusmodi Græcicarum vocum usurpatione Suetonium, sciunt qui non otiose in monumentis ejus sunt versati. Hæc sic, varietate lectionis impellente, dicenda videbantur: cæteroquin à summo Casaubono dissentire, minime nobis volupe est. Schildius.

Custodiarum.] Supra Tib. cap. 121.

Nullius inspecto elogio.] Quid sit *elogium* jam docuimus. *Custodiarum* *elogia* sunt quæ Græci Jurisconsulti vocant *ὑποθημιαίως* iudicum inferiorum ut pedaneorum atque etiam prætorum. Ita videtur hic accipienda vox *elogium*: ut in lege sexta Dig. De custodiis & exhibit. reorum. At cum scribit Tertullianus in Apologetico: *Vestros con-*
 testa-

tantummodo intra porticum mediam, à calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit ab eo qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat: spectavitque ferro dimicantem: nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Alterum qui se periturum ea de causa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum insulatumque, qui votum reposcentes per vicus agerent, quoad precipitaretur ex aggere. Multos honesti

testamur actus, qui quotidie judicandis custodias præsidetis: qui sententiis elogia dispungitis. possumus id verbum aliter interpretari: ut sit elogium, non sententia inferioris judicis: sed commentariensis pittacium, quo judici breviter exponebat quicquid de reo comperisset. Ita enim fuit moris. Extat lex Impp. Gratiani, Valentin. & Theodosii A. A. A. cujus hæc sunt verba. Nisi intra tricesimum diem semper commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum clausorum ordinem, etatemque vincitorum, officium viginti auri libras arario nostro jubemus inferre. Casaub.

A calvo ad calvum.] Cum recognosceret custodias, duo forte aderant calvi, alter in summo, alter in imo, ut inter duos calvos omnes custodiæ continerentur: tunc Caligula stans in porticu, in qua agebatur recognitio carceratorum, jussit ut carnifices ducerent ad supplicium custodias omnes, incipiendo ab uno calvo, qui erat primus, & eundo ad alterum calvum, qui erat novissimus. Beroald.

Verbenatum.] Verberia proprie est herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur faciales & pater patratus foedera facturi, vel bella indicturi: abusive tamen etiam Verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus: ut Terentius: Ex ara hinc verbenas sumo. nam myrtum fuisse testatur Menander,

de quo Terentius transtulit. Servius. Horatius lib. i. Od. XIX.

Hic vivum mihi cespitem, hic Verbenas pueri ponite, thuraque Bimi cum patera meri.

Insulatumque.] Alciatus sic explicat: verum has irrisiones, cum quis per ora hominum cum insula defertur, Græci ὄψιδον ἢ ὄψιδον appellant. Nos sic: cum quidam pro salute Caligulae periturum se vovisset, ipse tanquam votum ejus reposcens insulatum victimæ instar ad supplicium duci jussit. Virgil. Georg. III.

Sape in honore deum medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur insula vitta.

Servius Æn. x. Insula fasciæ sunt in modum diadematum, à quibus dependent vitta ab utraque parte. Nemo est autem qui coronatas victimas præscos diis immolasse nesciat. Suidas: εἰσὶν ἡ Ἀθῆναις ἱερὰ φανώματα, ἃ ἄριστ' ἱερέων σφαιραδὸν ὀψιδον. Brodaus.

Ex aggere.] Aggerem Tarquinii intelligo, quo ad Orientem (ut lib. I. cap. v. describit Plinius) Vrbs claudabatur, opere inter prima mirabili. Celebrem fuisse locum ostendit Juvenal. Sat. VI.

Plebeium in Circo positum est, & in aggere satum.

Inde ergo, uti & de saxo Tarpeio, damnati dejiciebantur. Quanquam & peculiarem

sti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla aut ad viarum munitiones, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit, aut medios serra dissecuit. Nec omnes gravibus ex causis, verum male de munere suo opinatos, vel quod numquam per genium suum dejerassent. Parentes sup-

pliarum locum Cui cadibus destinatum intelligere possumus auctore Seneca lib. De tranquillitate vitæ c. xiv. his verbis. *Nec jam procul erat tumultus in quo Casari Deo nostro fiebat quotidianum sacrum. Torrent.*

Deformatos prius stigmatum notis.] Fronti forsitan inscriptis. Stigmatis alioqui notabant servos: & eos quoque qui militiæ erant adscripti. Vide Vegetium lib. i. cap. viii. & l. ii. cap. v. Igitur hoc non tam ignominiosum apud veteres haberi solebat, quam nunc nostris moribus solet. Idem fabricensibus fiebat. Cod. de fabric. Imperatores Arcadius & Honorius: *Stigmata, hoc est, nota publice fabricensium brachiis ad imitationem tironum infligantur, ut hoc saltem modo latitantes possint agnosci.*

Ad metalla.] Inter genera poenarum metalli poena numeratur. Apud Iuriconsultos fit differentia inter eos qui in metallum & eos qui in opus metalli damnantur: nam qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, levioribus. Plinius in Epistolis: *Erat sustibus casus, damnatus in metallum, strangulatus in carcere.* Beroald.

Aut ad bestias.] Paulus Iuriconsultus: *Ad bestias damnatos favore populi praesides dimittere non debent.* Antiqui bestiarios eleganter appellaverunt, qui cum bestiis depugnare damnati erant. Hinc à Seneca ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarii depugnabant: de quibus sic ait Tertullianus in Apologético: *Iupiter est Roma, quem ludis suis sanguine prolunt bestiariorum.* Idem.

Aut bestiarum more quadrupedes cavea

coercuit.] Confirmat & Dio, qui ita refert, exposito equitis cuiusdam illustris supplicio, *τόν τε πατέρα αὐτοῦ μηδὲν ἀδικήσαντα, ἔς τε γαλιάρων, ὄσπερ καὶ ἄλλας συχνῆς, καθείρξει, καὶ τῶν τε διέφθειρεν.* Græcorum imitatione videtur hoc factum à Cajo: nam Callisthenis, Lysimachi, Telephori Rhodii & aliorum Græcorum similes narrantur cruciatus. Præter historicos lege Senecam De ira lib. iii. cap. xvii. qui etiam libro eodem cap. iii. inter scivitæ exempla ponit, *inscriptiones frontis, & bestiarum immanium caveas.* Casaub.

Quadrupedes.] Id est, tam humili cavea clausit, ut bestiarum more pedibus, manibusque consistenterent. Sabell.

Aut medios serra dissecuit.] Medietatem accipe non longitudinis & staturæ: sed latitudinis corporis. Sic enim medios ducto à capite principio serra dissecabant. Vetus poëta apud Clementem Alexandrinum.

— κρατὸς ἐξ ἄκρου

Δεινὸς καὶ δειὸς πρίονας εἰς ἄκρου πλάσας.

Familiale olim Orientalibus, etiam Iudæis supplicium: quod ex sacra historia scimus & extranea quoque. Dio de rebellantibus in Africa Iudæis sub Traiano: *ποδῶν ἢ καὶ μέσος ἀπὸ κροφῆς διέπριον.* Hebræis serra dicitur *מגרה*. Inde nomen unius Furiarum *Misargos*. nam Furie suppliciorum praesides. Casaub.

Per Genium suum.] Per Genium Principis Romanos jurare solitos testes sunt

plicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni valitudinem excusanti lecticam misit: alium è spectaculo pœnæ, epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellana pœtam, ob ambigui joci versiculum, media Amphitheatri harena igni cremavit. Equitem Rom. objectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissaque lingua, rursus induxit. Revocatum quendam à veteri exsilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: Deos semper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares: opinans sibi quoque exsules suos mortem imprecari, misit cir-

CUM

sunt I. Cri. nostri, quemadmodum & per salutem principis, & per Principis venerationem, l. xlii. De jurejurando, l. xlii. De transact. & l. ii. C. De reb. cred. Eleganter Tertull. Apologet. cap. xxviii. Citius apud vos per omnes Deos quam per Genium principis pejeratur. Nec minus facete Minutius Felix libro qui Octavius inscribitur, Eorum numen invocant, ad imagines supplicant, Genium, hoc est, Dæmonem, implorant, & est eis tutius per Jovis Genium pejerare quam Regis. Crebra etiam Imperatorum, & quidem (quod miror) Christianorum quoque numinosa cum inscriptione, GENIUM AVG. uti & FORTVN. AVG. nam etiam per fortunam Cæsaris jurabant. Torrent.

Leticam misit.] Ut in jus vocatis, si morbo, aut ætate impediabantur, iumentum sterni ex xli. Tab. jubebatur. Gellius lib. xx. cap. i. Idem.

Epulis statim adhibuit.] Propinavit illi Cæsar heminam & posuit illi custodem. perduravit miser, non aliter

quam si filii sanguinem biberet. Vnguentum & coronas misit, & observari jussit an sumeret. sumpsit eo die, quo filium extulerat, imo quo non extulerat. Iacebat conviva centesimus, & potiones vix honestas natalibus liberorum, podagricus senex hauriebat: cum interim non lacrymas emisit, nec dolorem aliquo signo erumpere passus est. Cœnavit, tanquam pro filio exorâisset. Quæris, quare? habebat alterum. Seneca.

Atellane.] Tib. cap. xlvii.

Misit circum insulas qui universos contucidarent.] Eadem factam à Cajo exulum suorum, & in legatione ad Cajum, & contra Flaccum narrat Philocausam tamen vel occasionem quam Suetonius ait, apud illum non leges. Casaub. Satyricus pœta.

Aut maris Aegæi rupem, scopulosque frequentes

Exulibus magnis. —

Item:

Sed qui pene perit, cui vix in Cyclada

(mitti

Consi-

cum insulas, qui universos contrucidarent. Cum discerpi senatorem concupisset, subornavit qui ingredientem curiam, repente hostem publicum appellantes, invaderent, graphiisque confossum lacerandum ceteris traderent. Nec ante satiatus est quam membra & artus & viscera hominis tracta per vicos atque ante se congesta vidisset. Immanissima facta augebat atrocitate verborum. Nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat, quam, ut ipsius verbo utar, ἀδίατρεψία. Monenti Antonia avia, tanquam parum esset non obedire: Memento, ait, Omnia mihi & homini licere. Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum prœmuni medicamentis suspicabatur: Antidotum, inquit, adversus Cæsarem? Relegatis sororibus, non solum insulas habere se, sed etiam gladios minabatur. Prætorium virum ex secessu Anticyræ, quam valitudinis causa petierat, propagari sibi

COM-

Contigit, & parva tandem caruisse Seripho.

Corn. Tacitus, Plenum, inquit, exiliis mare, infecti cadibus scopuli.

Graphiisque confossum.] Quia σιδηροφορεῖν non licebat, & stilis & calamis ad necem inferendam abutebantur: sed illis frequentius. in historia Ecclesiastica & apud Prudentium multos martyres graphiis confossos beatam animam cœlo, unde acceperant, reddidisse legimus. & apud Plutarch. in Gracchis perit Antyllus quidam γραφείοις μεγάλοις κενέμενον, ἐπ' αὐτὸ τῆτο πεποιθὸς λεγόμενοις. Propterea cautum aliquando Romæ, ne ferrea graphia quisquam haberet, sed ossæ, ut Isidorus refert. Casaub.

Quam ἀδίατρεψίαν.] Salmasii quoque Codex adjicit interpretamentum, hoc est, in verecundiam, quod probat Ca-

saubonus. Αδίατρεψία, inquit, pertinacia in exsequendo malo semel cogitato. Similis vox ἀνεπισψία apud Arrianum in Diss. Epicteti lib. 11.

Omnia mihi & homini licere.] Cod. Salmas. & hominis. Vnde unius litterulæ immutatione fiet dominis. Ut se forte regibus adæquaverit, qui despotico imperio subditos premebant. A quo sensu non abhorrent ea, quæ de Cajo c. xxxi. memorantur. Aliæ tamen editiones, Omnia mihi in omnes licere. Schildius.

Ex secessu Anticyræ, quam valitudinis causa petierat.] In Maliaca Anticyra ferunt optimum elleborum nasci, in Phocensi autem melius apparari: ideoque multos ad hanc purgandi sanitatisque causa proficisci: nasci enim in Phocide medicamentum quoddam sesami simile, quo Oetæum temperent veratrum seu elleborum. Strabo.

Prepa-

commeatum sepius desiderantem, cum mandasset interimi, adjecit, Necessariam esse sanguinis missionem cui tam diu non prodesset elleborum. Decimo quoque die numerum puniendorum ex custodia subscribens, Rationem se purgare dicebat. Gallis Græcisque aliquot uno tempore condemnatis gloriabatur Gallogræciam sese subegisse. Non temere in quemquam, nisi crebris & minutis ictibus animadverti passus est: perpetuo notoque jam præcepto; Ita feri, ut se mori sentiat. Punito per errorem nominis alio quam quem destinaverat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde jactabat,

Oderint dum metuant.

Sape in cunctos pariter senatores, ut Seiani clientes, aut matris ac fratrum suorum delatores, invecus est: prolatis libellis, quos crematos simulaverat, defensioneque Tiberii sevitia, quasi necessaria, cum tot criminantibus credendum esset. Equestrem ordinem, ut scenæ harenæque devotum assidue proscidit. Infensus turbæ faventi adversus studium suum exclamavit: Vtinam

POP.

Propagari sibi commeatum.] Non solum igitur milites castris abesse sine commeatu non poterant, sed ne ab Urbe quidem & Magistratus, qui & magistratum gesserant, ut Prætorius iste.

Torrent.
Subscribens.] Subnotans. Aliter Africanus, Oblique, inquit, Cicero removere conatur Cæcilium etiam à subscribendi spe, id est, à subscriptoris officio. Erant enim subscriptores causidici, qui accusatorem adjuvabant: quo verbo Cicero in Divinatione utitur. Sabell.

Rationem se purgare dicebat.] Græcum est, ἀναγγιζέω λόγους, quod in Evangelio dicitur συναίρειν λόγον.

Sic τὸ ἀμφιλοχίαν ἀπεκαθήραυ apud Plutarch. in Commentario De amore inter fratres, & ἀνηγγιζέω καὶ ἀγγιζέω ἐπὶ ἀμφιλοχίας, in Agefilao, Casaub.

Ut se mori sentiat.] Ita in bello civili Mariano Marius quidam particulatim amputatus, diu vivere, vel potius diu mori coactus est, ut inquit eleganter Augustinus lib. 111. de c. D. de quo Lucanus in secundo Pharsaliæ: (sande Nil animæ lethale datum, moremque nefandum savitia perennis parcere morti. Beroaldus.

Quos crematos simulaverat.] Sup. c. xv. Faventi adversus studium.] Caligula

(ut in-

pop. Romanus unam cervicem haberet. *Cumque Tetrinius latro postularetur, & qui postularent, Tetrinios esse ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: cum occidi juberentur, unus resumta fuscina, omnes victores interemit. Hanc ut crudelissimam eadem & deflevit edicto, & eos qui spectare sustinissent, execratus est. Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat: quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. AVGUSTI principatum clade Variana: Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum: sui oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum cades, famem, pestilentiam, incendia, hiatus aliquem terre optabat. ANIMUM quoque remittenti, ludoque & epulis dedito, eadem dictorum factorumque sevitia aderat. Sape in conspectu prandentis vel comissantis serie quaestiones per tormentum*

(ut infra docebit Tranquillus) factioni Praefatae fuit addictus: ex quo cum turba popularis faveret alteri aurigarum factioni, quae Veneta nominatur, factum est, ut Cajus odio illos prosequeretur. *Beroald.*

Tetrinos esse ait.] Hoc est, dignos, qui ad ferrum & ipsi darentur.

Retiarii.] Arma Retiarii Iuvenalis cum cura descripsit, & velut ex professo. Ita autem docti Retiarii factique, ut arte quadam collectum suspensumque dextra manu rete in adversarii caput jacerent: & si errassent, effuse fugerent, donec forte iterum rete collegissent. Tridens sive fuscina illis pro gladio: inermes & in sola tunica. Tertullianus tamen spongiam iis attribuit, pectori nimirum regmen. *Lipsius.*

Tunicati.] Tunicati ab eo dicuntur,

quod in tunica digladiabantur. Hinc illud Satyrice dictum:

Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Beroaldus.

Totidem secutoribus succubuerant.] Secutor, ab insequendo Retiarium, dictus est. Arma Secutoris describit Isidorus, sed parum ex fide. Gestabat enim cuspidem seu gladium, clypeum, & galeam; quae communis plerisque gladiatoribus. Isidorus ipsi tribuit etiam massam plumbeam, quae adversarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret reti, iste superaret. *Lipsius.*

Comissantis.] De comissione, ad Vitellii cap. xiiii. dicitur.

Miles decollandi artifex.] Sub Imperatoribus inventum istud artificium: Lucanus lib. viii. de milite qui Pompeium decollavit:

Tunc

menta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscumque è custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significavimus, cum multos è littore invitasset ad se, repente omnes precipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisque detrusit in mare. Romæ publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut manibus abscissis, atque ante pectus è collo pendentibus, precedente titulo qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem, & spontè prostratum, confodit ferrea sica,

AG

Tunc nervos venasque secat, nodosaque
frangit

Offa diu: nondum artis erat caput esse
rotare.

Casaubon. Speculatores olim carnificis
officium peragebant. Salmas. ad cap.
xxvii. Aug.

Decollandi.] Apud veteres, ut inquit
Diomedes, hoc verbum decollo, signi-
ficat decipio: in quem sensum est il-
lud Plautinum ex Casina, act. ii. sce-
na iv. (culcitam.)

Si fors autem decollabit, gladium faciam
Et in Captivis, act. iii. scena i.

Est illhic una spes coenaticas

Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad
coenam asperam.

Vbi decollabit, significat decipiet. Be-
roaldus.

Ob detractam lectis.] Tricliniatae lecti
laminis argenteis, sive bracteis operie-
bantur. Plin in xxxiii. Lectos mulierum
jam totos operiri argento, & triclinia
quedam, quibus argentum addidisse pri-
mus traditur Carvilius Pollio eques Ro-
manus. Idem.

Precedente titulo.] Inscriptione, &
elogio: per quod significaretur cau-
sa supplicis. Paulo ante de elogio di-
ctum est.

Mirmillonem.] In scriptis Plinii sem-
per Mirmillo reperitur, aut Mirmilio
atque ita apud Festi abbreviatorem in
antiquissimo exemplari inveni scri-
ptum. Μορμυλιαρις Græce dicti vi-
dentur hoc genus gladiatores, quod
Μορμυγορ piscem in galeis effictum ge-
starent. Hinc Retiarius qui adversus
Murmilionem pugnabat, cantare soli-
tus erat: Non te peto, piscem peto, quid
me fugis Galle? Nam murmillones, ut no-
tat Festus, antea Galli vocabantur, quod
genere armaturæ Gallico uterentur.
Salmasius.

Eludo.] Vbi ad gladiaturam exerce-
bantur.

Rudibus.] Duplex in ludo Rudis.
Lanista sua, qua novitios gladiatores
aberrantes cadebat, velut legitimus
magister. Item tironibus sive exercen-
tibus sua, quæ diversa ab illa, & gladii
forma, fortasse ponderosior, gravior-
que. Lipsius.

Batuentem.] Milites ad palum se
exercebant. Qui locus veteribus Pala-
ria dicebatur, ut ait Charisius. Nam
alioqui cum singulari congressu duo se
exercebant, locus Batnalia, ipsi Batua-
tores dicebantur. Batueres enim, ferulis

E c

vcli-

ac more victorum cum palma discucurrit. Admotæ altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato al- te malleo, cultrarium mactavit. Lautiore convivio ef- fusus subito in cachinnos, Coss. qui juxta cubabant, quidnam videret blande querentibus: Quid, inquit, ni- si uno meo nutu jugulari utrumque vestrum statim
33 posse? Inter varios jocos, cum assistens simulacro Iovis Apellem tragædum consulisset, uter illi major videretur, cunctantem flagellis discidit: collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædulcem. Quoties uxoris vel amiculæ collum exoscularetur, addebat, Tam bona cervix, simulac jussero, de-

me-

velitari, aut verberare, ut in Vespasiano legimus. Tamen Cicero posuit inter *κακὴ φωνή* in erudita illa epistola ad Pætum. Quia Syracusane *βαλδύες* dicebatur cum mas inivit sceminam. Theocritus,

— *ὡς ἐστὴν τοῖς μικροῖς, οἷα βαλδύες;*

Ios. Scaliger.

Cum palma.] Gladiatoria. Victori- bus in certaminibus palma, ut signum victoriæ dari solebat: quoniam, ut Plu- tarchus, & Gellius tradiderunt, magni- tudini oneris urgenti non cędat, sed adversus pondus refutgat, sursumque nitatur. Romani, sicut docet Livius in x. palmas victoribus dare cœperunt Græcos imitati. Cum palma gladiato- ria discucurrit Cajus: sicut posterioribus temporibus palmas gladiatoriæ consecutus est ex occisis retiariis cer- taminibusque gladiatorum Commodus Imperator, qui Caligulam habuit veluti exemplar, quod imitaretur. Be- roaldus.

Poparum habitu.] *Popæ*, qui & *victi- marii* appellantur, bini plerumque ad- sunt, limo tantum pudenda texti, cæte- ra nudi. Quo habitu Romæ in Capitolii

area videntur. Vnde & Propert. lib. iv. Eleg. III.

Succinctisque calenti ad nova læra popæ.
Spartian. Geta. *Hostiam popæ, nomine Antiminus, percussit. Limum vero vo- cati quo se velabant auctor est Servius ad illud Æn. Velati limo. Utitur & Gellius lib. xii. cap. III. quanquam vulgati codices limum, & limum habent. Vide loeum, & Isidorum lib. xv. cap. xiv. Ery- mol. quæque notavi ad Horat. lib. III. Oda. xxxii. Torrent.*

Cultrarium.] Id est, cultrum sacrifi- canti subjicere solitum: aut certe qui hostiæ jugulo cultri admovebat. *Sabell.*

Cunctantem flagellis discidis.] Hic est Apelles Ascalonita tragædus in quem adeo invehitur Philo in legatione ad Cajum. De ejus cæde, ibidem haben- tur hæc verba: *Ὁ μὲν τὸν Γάϊος σιδή- ρω δὲθεῖς ἐφ' ἐπέρας αἰτίας καὶ σπεί- βλωρῶ καὶ προχιζόμερῶ ἐκ πι- ερατροπῆς ἄναρ ἐν ταῖς ἀπεροδίζε- σαις νόσαις.* Casaub.

Tam bona cervix, simul ac jussero, deme- tur] Dirissima immanitatis dictum. Sed in historia Turcorum factum legi- mus hoc etiam dicto crudelius. Capta Constantinopoli, reperta est inter cap- tivas

metur. *Quin & subinde jactabat, Exquisituum se vel fidiculis de Cæsonia sua, cur eam tanto opere diligeret. NEC MINORE livore ac malignitate³⁴ quam superbia sevitiaque pene adversus omnis ævi homines grassatus est. Statuas virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subvertit atque disjecit, ut restitui salvis titulis non valuerint. Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi consulto se & auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non licere, dicens, quod Platoni licuit, qui eum è*

ci-

ptivas virgo nobilis, exquisitissimæ formæ, cui nomen Irene. Hæc ad Sultatum Muhammed 1. r. adducta, ita illum cepit, ut per aliquot annos cura rerum omissa aut remissa, nihil nisi Irenen cogitaret. quum male audire apud suos eo nomine cœpisset; ejusque ignaviam Mustapha liberius increpauisset; tyrannus advocata concione, prodit in medium, Irenen cultu superbissimo adornatam manu tenens: deinde exposita omnium oculis ejus forma, ac verbis etiam dilaudata, ut se virum probaret, adversus omnes affectus fortem, prehensa misellæ coma, in ipso vestigio caput illi amputavit. *Idem.*

Exquisituum se vel fidiculis de Cæsonia sua.] Fidiculæ dictæ à fidibus seu chordis & nervis, quibus manibus post tergum revinctis, homines ad torturam funi alligabantur. Verum quia retro alligatis manibus torquendum in altum extollebant ligneo instrumento corcularis instar, *Torchiello* vulgo dicunt, & *Torchlea*, iccirco in fidicularum tormento adesse ligna bina aliqui dixerunt: alii, esse instrumentum ligneum. Quod vero fidiculæ hujusmo-

di non sint partes eculei, sed tormenti genus diversum, constat tum ex Val. Max. cap. de Patientia, tum ex Seneca, lib. 111. de Ira, sic scribente: *Torserat per omnia, que in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tribularibus, eculeo, igne.* Eleganter tormenti genus explicat Prudentius in Hymno D. Vincentii:

*Vinctum rotæ brachiis
Sursum ac deorsum extendite,
Compago donec ossium.
Divulsa membratim crepet.*

Marc. Donatus.

Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi consulto se & auctore poni.] Postea Claudius quoque, quoniam urbs imaginibus replebatur, (licebat enim omnibus qui vellent pictura, ære, lapideque suam publicare effigiem) plerasque illarum alio quo transtulit, sanxitque in posterum ne quis privatus sine permisso senatus id faceret: nisi si quis opus aliquod aut fecisset, aut etiam refecisset: his enim cognatisque eorum monumentum sui aliquod iis in locis ponere permisit. *Dio Cassius.*

Licuit.] Cod. Salmas. *licuisset.*

E c 2

Amo-

civitate, quam constituebat, eiecerit? *Sed & Virgii & Titi Livii scripta & imagines, paullum absuit quin ex omnibus bibliothecis amoverit: quorum alterum: ut nullius ingenii, minimæque doctrinæ: alterum, ut verbosum in historia negligentemque carpebat. De juris quoque consultis, quasi scientia eorum omnem usum aboliturus saepe jactavit, Se, mehercule effecturum, ne quid respondere possint præter*
 35 *eum. Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem: Cincinnato crinem: Cn. Pompeio stirpis antiquæ, Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli, & accersitum è regno, & exceptum honorifice, non alia de causa repente percussit, quam quod edente se munus, ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgore purpureæ abollæ*
 anim-

Amoverit.] Cod. Salmat. *amoveret.*

Respondere.] Author est Pomponius Jurisconsultus, ante tempora Augusti publice respondendi jus datum non fuisse Jurisconsultis: sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa signata dabant. Primus divus Augustus, ut major juris autoritas haberetur, constituit ut ex autoritate ejus responderent. *Beroald.*

Præter eum.] Lego *Aequum.* ita enim habent nonnullæ editiones. Dicebat ille quidem *Aequum*, verum ita, ut facile prudentiores intelligerent, eum *Eccum* pronuntiare: sicut apud veteres nullum pronuntiationis discrimen inter simplex E & diphthongum Æ fuisse comperimus, innuebat enim, se effecturum, ne responsa ab alio quam à Principe expectari possent. I. C. Tos igitur eo necessitatis redacturum, ut quoties consulerentur, nihil aliud respondere audeant, nisi hoc, quo clientes suos ad Principes remitterent, Ec-

eum. Quare & ipse Suetonius explicat, quasi eo significaret, se omnem eorum scientiam aboliturum. *Ratgerius.*

Torquato torquem.] Atqui Augustus Torquati nomen, quod Manliorum erat, C. Nonium Asprenatem, posterisque ejus ferre permisit, cap. XLIII.

Magni cognomen.] Huic Cn. Pompeio, reddito Magni nomine, Claudius postea filiam despondit. cap. XXVII.

Abollæ.] Tarentine βυλῆ, βόλλα & ἀναβόλη, ἀμείβω, unde Abolla. Quod Æolisimum sapit. *Ios. Scaliger.* Abolla militum erat, ut Nonio Marcello placet: unde jocus Martialis in Crispinum, qui posita abolla, togam sumplerat:

Nescit cui Tyriam dederit Crispinus abollam,

Dum mutat cultus induiturque togam. Et apud Iuvenalem non semel. *Brysius.* Sed inspicere etiam Martialis libro I. Epigramm. CXXXIII. qui & lib. XV. de Cynico philosopho sic:

animadvertit. Pulcros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat Esius Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem & speciem Colosseros dictus. Hunc è spectaculis deductum repente & in harenam deductum, Threci, & mox hoplomacho comparavit: bisque victorem constringi sine mora iussit: & pannis obsitum vicatim circumduci, ac mulieribus ostendi, deinde jugulari. Nullus denique tam abjectæ conditionis, tamque extremae sortis fuit, cuius non commodis obtrectaret. Nemorensi regi, quod multos jam annos potiretur sacer-

cer-

Cereæ quem nulli regit uxor Abella grabati,

Cui dat latratus obvia turba cibos.

Ob egregiam corporis amplitudinem & speciem colosseros dictus.] Vtrunque voce Colosseros eleganter exprimitur: amplitudo corporis priore parte compositæ hujus dictionis: forma venusta & amabilis, posteriore. Casaub. Mallem Colossens lic enim & Plin. lib. xxxv. cap. xii. Nero Princeps iusserat colosseum se pingi, & lib. xxxiv. cap. vii. Simulacrum colosseum, ut statuam colosseam ipse Sueton. Vesp. cap. xxi. & Spartian. L. Aelio. Sed & signum colossicon. Plin. lib. xxiv. cap. viii. ut opera colossicetera lib. x. Vitruvius, quæ ingentiora sint. Hinc igitur proverbium, *κολοσσῶν τὸ μέγαν*. Torrent.

Threci.] Thraces, vel (ut libri fideliores) Threces gladiatores à similitudine parmularum Thraciarum. Imo non ab armis solum, sed quia ipsi ex ea gente. Certe suo ingenio ea gens prona ad pugnas & cædes: & jam antiquitus ad rogam singulari certamine decertabat. Sane monomachia hæc ad gladiatores Threcas spectat, quorum sparsa in libris mentio. Lipsius.

Et mox hoplomacho comparavit.] Hoplomachi confundi possunt cum Myr-

millonibus, vel Samnitibus. Nam & in Myrmillonem vox Græca convenit, quia testus in armis. At verius fortasse in Samnitum, cujus nomen ante Ciceronem celebre, desisse sub Imperatoribus videtur, & abiisse in Hoplomachum: at res armaque eadem. Samnitium originem non celat nos Livius: Campani, inquit, odio Samnitium gladiatores eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt. Idem.

Comparavit.] Comparare Thraci dixit Sueton. ut committere, contendere, & componere, & quidem maxime proprie, cum par pari concreditur. Torr.

Nemorensi regi.] Strabo: τὸ δὲ Ἀρτεμίσιον, ὃ καλεῖται Νέμεος, ἐκ τῆς ἀριστέρας μέρους τῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ Ἀρκίας ἀναβαίνουσας τῆς δὲ Ἀρκίης τὸ ἱερόν. λέγεται δὲ εἶναι ἀφίδρυμος τῆς Ταυροπόλεως. Τὸ ἱερόν τῆς Ἀρκίης ἐστὶν τὸν πλὴν Διανῆς, quod Græcis Ἀρτεμίσιον dicitur, Latini vero Nemus proprie vocabant à nemore in quo erat situm. Hinc ipsam Dianam Nemorensē & sacerdotem ejus regem Nemorensē dicebant. ἀφίδρυμος τῆς Ταυροπόλεως Straboni est, quod Solino simulacrum Scythica Diana. Salmaf. De Nemorensi rege sic Ovidius:

cerdotio, validiorem adversarium subornavit. Cum quodam die muneris, essedario Porio, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti studiosius plausum esset, ita se proripuit è spectaculis, ut calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret indignabundus, & clamitans, Dominum gentium populum ex relevissima plus honoris gladiatori tributentem, quam
 36 consecratis principibus, aut præfenti sibi. PVDICITIE neque suæ, neque alienæ pepercit. M. Lepidum Mnesterem pantomimum, quosdam obsides dilexisse fertur, commercio mutui stupri. Valerius Catullus consulari familia juvenis, stupratum à se, ac latera sibi contubernio ejus defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, & notissimum prostitute Pyralidis amorem, non temere ulla illustriore fœmina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatas, præterque pedes suos transeuntes, diligenter, ac len-

Regna tenent fortes manibus, pedibusque fugaces,

Es perit exemplo postmodo quisque suo.

Validiorem adversarium subornavit.]

Etiam barbaricus ac Scythicus mos apud id templum obtinet: perfugæ enim sacerdos ibi constituitur, qui sacerdotem priorem sua trucidaverit manu: strictoque semper gladio paratus ad insultus propulsandos circumspicit. *Strabo.*

Essedario Porio.] Essedarii sunt, qui ex essedo pugnant, quamquam mixtim modo è curru, modo pedites præliati sint. Nam desiluisse, & pedibus pugnasse, præit ad suspicandum Seneca. Servum etiam habuisse videntur in pugna, qui pro auriga. *Lips. Claud. c. xxi.*

Calcata togæ lacinia.] Macrobius de Cæsare: Ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, veluti mollis incederet,

Cicero in Epist. ad Tironem: *Videor enim videre te eminentem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina.* Ab Hieronymo dicitur *disputatio laciniosa.* Ita Plinius lib. v. cap. xvi. Alexandriam *lacinosam* vocat. *Marc. Donatus.* Vide, quæ ad Neronem de lacinia dicentur.

Sibi.] Vis est in pronomine. Sibi, qui princeps erat. Sibi, qui deus videri volebat. Sibi, qui divino cultu venerabilis, & venerandus apparet. Sibi, qui se fratrem Iovis, ut inquit Iosephus, est ausus appellare. *Beroald.*

Prostituta.] Instar vulgaris scorti, & diobolaris. Dicitur enim diobolare scortum, quod duobus obolis conducitur. Erat itaque ob infamiam notissimus amor, quo Caligula efflictim amabat turpem, & prostitutam meretricem Pyralida. *Idem.*

lente, mercantium more considerabat: etiam faciem manu allevans, si qua pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maxime placitam se vocasset, paullo post recentibus adhuc lascivie notis, reversus vel laudabat palam, vel vituperabat: singula enumerans bona malave corporis atque concubitus. Quibusdam, absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, jussitque in Acta referri. NEPOTINIS sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit, commentus novum balnearum usum, portentosis-

Mercantium more.] Aug. c. cxxvii. & condiciones quas per amicos, qui matres familias & adultas ætate virgines denudarent, atque perspicerent, tamquam Thoranio mangone vendente.

Lascivie notis.] Quales supra Aug. cap. lxxix.

Bona malave concubitus.] C. Cæsar inter cætera vitia, quibus abundabat, contumeliosus mirabiliter ferebatur, omnibus aliquâ notâ feriendis, ipse materia risus benignissima. Immensum est, si velim singula referre, per quæ in patres avosque suos contumeliosus fuit, per quæ in universos ordines: ea referam, quæ illum exitio dederunt. Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, & vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in conviviiis, id est, in concione, voce clarissima, qualis in concubitu esset uxor ejus, objecit. Dii boni, hoc virum audire, Principem scire, & usque eo licentiam pervenisse, ut non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito Princeps & adulterium suum narret, & fastidium? Seneca. Asiaticus iste postea sub Claudio venas exsolvit, cum se honestius calliditate Tiberii, vel impetu C. Cæsaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri, & impudico Pithellii ore caderet. Ann. xi.

Absentium maritorum nomine repu-

dium ipse misit.] Perperam quidem Cæjus, qui maritis uxores eripuit invitis. Potuisse tamen inter absentes & repudium & divortium fieri, ex Hottomann. notavimus ad cap. xi. Tiberii.

Jussitque in Acta referri.] Etiam flagitia matrimoniorum, si ab illustribus essent commissa, digna adnotatu videbantur. Tacitus, qui Actorum fide imprimis nititur, initio lib. i. historiarum, ubi seriem futura narrationis explicat, *Polluta, inquit, carimonia. Magna adulteria.*

Nepotinis sumtibus.] Cæjus Cæsar, quem mihi videtur rerum natura edidisse ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, centies n. s. cœnavit uno die, & in hoc omnium adjutus ingenio, vix invenit quomodo provinciarum tributum una cœna fieret. Seneca. Cod. Salmaf. *Nepotatus.* Et sane *nepotatus*, & *nepotari* dixerunt veteres, etiam Plinius: Apulejus *nepotali luxu.* Apud Festum legimus, luxuriosæ vitæ homines nepotes appellati, quod non magis his rei suæ familiaris cura est, quam iis, quibus pater, avusque vivunt.

Commentus novum balnearum usum.] Plinius in unguenti libras ut minimum quadragenos supputat denarios. Si quis igitur solio aut lavacro ingerat 576. sextarios, quos dupondios recte existimat

siſſima genera ciborum, atque cœnarum: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur: pretioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet: convivis ex auro panes & opſonia apponeret: Aut frugi hominem eſſe oportere dictitans, aut Cæſarem. Quin & nummos non mediocris ſummæ è ſaſtigio baſilicæ Iuliæ, per aliquot dies ſparſit in plebem. Fabricavit & de cedris Libur-

mi-

mat Budæus, erunt 1152. unguenti libraz. Tot fuſſecerint ad unius folii expletionem, ut quis ſolus lavet (nam minuere magis libuit omnia, quam adaugere) ea ſumma per 40. multiplicata, faciet ſummam denariorum 46080. Rurſus ea per 10. diviſa, producit ſummam coronatorum 4608. Tanti unalotio, ut ita dicam, aut unius folii repletio ad lavandum conſtitit. *Glareanus.*

Ut calidis.] Neque enim antea uſitatum fuerat lavari in balneari ſolio unguentis calidis, frigidisque. Vnde Plinius hoc commentum Caii Caligulæ in XIII. taxat his verbis: *Nec non aliquem ex privatis audivimus juſſiſſe ſpargi parietes balnearum unguento, atque Cajum principem ſolitum lavari: ac ne principale videatur hoc bonum, & poſtea quendam ex ſervis Neronis. Beroald.*

Unguentis.] De compositione unguentorum, & nominibus lege quæ ſcribit Plin. in XIII. qui cum omnia diligenter, copioſeque explicaret, *Hæc eſt, ait, materia luxus è cunctis maxime ſupervacui: unguenta ilico exſpirant, & ſuis moriuntur horis.* Olim Licinius Craſſus, & Iulius Cæſar cenſores edixerunt, ne quis venderet unguenta exotica. *Idem.*

Margaritas liquefactas.] Clodius Tragicæ Aſopi filius, ut experiretur in gloria palati, quid ſaperent margaritæ, ſingulos uniones convivis abſorbendos dedit: ne luxu ſuo nimis ſuperbiat Cajus princeps hiſtrionis comparatus. Horatius in II. Sermonum: *(tella, Filius Aſopi detractam ex aure Me-*

ſcilicet ut decies ſolidū exſorberet, aceto Diluit inſignem baccam. —

Idem.

E ſaſtigio baſilicæ Iuliæ.] Meminit hujuſ baſilicæ Scholion Juvenalis in Sat. IV. Nefcio an eadem cum portica Iulia. Gloſſæ Perſii: *Fœneratores ad Puteal Scribonis Licinii, quod eſt in porticu Iulia, ad arcum Fabianum, convenire ſolebant.* Eam porticam vetuſtate collapsam à Vettio Probiano V. C. Prefecto Urbis inſtauratam fuiſſe, teſtis inſcriptio Romana. Augustus in ſuo indice: *FORVM. IVLIVM. ET. BASILICAM. QUAE. FVIT. INTER. AEDM. CASTORIS. ET. AEDTM. SATVRNI. COEPTA. PROFLIGATAQUE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECTI.* In alia inſcriptione T. *FLAVIVS. GENETHLIVS. NVMVL. DE. BASILICA. IVLIA. NATIONE. BESS.* *Ioſ. Scalig.*

De cedris.] Author eſt Plinius, reges in Ægypto, ac Syria ad naves conſciendas uſos eſſe cedro inopia abietis. Diodorus quoque teſtis eſt in II. Bibliothecæ ex cedris naves ingentes fabricatas fuiſſe à regibus Ægyptiacis. *Materia, inquit Plinius, cedri æternitas eſt: ideoque ſimulacra deorum ex ea factitate vident. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Solaſmus.* Teſtum templi Ephæſiæ Dianæ fuit ex Cedrinis trabibus. *Beroald.* Cod. Salmaf. *deceris, quam lectionem Turnebus quoque cum alicubi reperiret, dixiſſet, id eſt, decemremes inde extruxit.* Quale navium genus, ob ingentem magnitudinem, thermarum & tricliniorum capax fuit.

Inter

*nicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna
thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate,
magnaque etiam vitium & pomiferarum arborum
varietate: quibus discumbens de die inter choros ac
symphonias, litora Campaniæ peragraret. In exstru-
ctionibus pratoriorum atque villarum omni ratione
posthabita, nihil tam efficere concupiscebat quam quod
posse effici negaretur. Et jacta itaque moles infesto ac
profundo mari, excisa rupes durissimi silicis, & campi
montibus aggere equati, & complanata fossuris mon-
tium juga, incredibili quidem celeritate, cum moræ
culpa capite lueretur. Ac ne singula enumerem, im-
mensas opes, totumque illud Tiberii Cæsaris, vicies ac
septies millies HS. non toto vertente anno absumpsit.
EXHAUSTVS igitur atque egens, ad rapinas con-
vertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum*

38

*Inter choros & symphonias.] Tale quid
de L. Vero Ant. Capitol. & de Cleopa-
tra, Cydno amne subvecta, Plutarchus.*

Iacta moles.] Horat. lib. III. Od.

Contracta pisces aquora sentiunt.

Iactis in altum molibus. Huc frequens

Camenta demittit redemptor

Cum famulis, dominusque terra

Fastidiosus.

*Totumque illud Tiberii Cæsaris vicies
ac septies millies HS. non toto vertente
anno absumpsit.] Dio & in summæ nu-
mero, & in temporis spatio, quo hæc
opes sunt absumptæ, dissentit: scri-
bit enim sub initium libri LVIII.
πέντε γὰρ μυριάδας μυριάδων, καὶ
πεντακοσίας καὶ ἑξήκοντα χιλιάδας, ὡς
ἔτι προῖον ἄρχων τε καὶ δεκάχίλιαν, καὶ πεν-
τακοσίας τετρακοσιμυριάδας δίδων, ἡ-
δὲ ἐς τὸ τρίτον ἑξήκοντα μίρια ἀπὸ αὐ-
τῶν ἠδὲ δίδωσιν. Ex quibus verbis ap-
paret diverse tradi solitum pecuniarum*

*modum: quas Tiberius confiscatas re-
liquit: alii scribentibus fuisse vicies
ter millies sestertium: alii vicies &
ter millies sestertium. ita namque ef-
ferri Latine debent Græca verba Dio-
nis. Perperam has opes Nerone[m] ab-
sumpturum Sibyllæ vaticinium prædicit,
vel potius bonus ille vir, qui multo post
Neroniana tempora zelo propagandæ
religionis Christianæ sub nomine Si-
byllarum ea carmina fecit & publicavit.
Cassub.*

*Vicies septies millies HS.] Id est, sex-
centies septuagies quinquies centena
millia coronatorum, sive ut vulgo lo-
quuntur, LXXII. milliones cum dimidio.*

*Non toto vertente anno.] Sol signi spa-
tium, quod est duodecima pars mundi,
mense vertente vadens transit: ita duo-
decim mensibus duodecim signorum
intervalla pervagando, cum redit ad si-
gnum, unde cœperit, perficit spatium
vertentis anni. Vitruvius.*

& auctiorum & vectigalium genere. Negabat iure civitatem Romanam usurpare eos quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent. Neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum. Prolataque Divorum Iulii & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta deflebat. Arguebat & perperam editos census, quibus postea quacumque de causa quidquam incrementi accessisset. Testamenta primipilariū, qui ab initio principatus Tiberii, neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit. Item ceterorum, ut irrita & vana, quoscumque quis

di-

Sibi posterisque.] His verbis I. Cti. minores omnes intelligunt, etiam ultra trinepotes. At Cajus eis tantum filios comprehendit. Vide l. lxxxv. De legatis l. l. & l. l. De jure immunitatis. *Torrent.*

Iulii & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta deflebat.] Vel deflebat retineam, & cum Torrentio interprete de mimico gestu, quo solitus uti Cajus in elevanda auctoritate horum diplomatum: vel cum Lipsio scribam deflebat. quam scripturam sciolus aliquis inventam in optimo Memmii libro, corruerat: ita tamen ut illius clarissima invenerimus vestigia & certissima. Sic fere κατὰ φύσιν positum notabamus apud Epiphanium, libro primo κατὰ Μαρκσιών idem enim valet eo loco κατὰ φύσιν quod apud Sophoclem πλύνειν, & vulgo κατὰ πτύειν, aspernari, contemnere. Porro voce qua usus Caligula exprimitur gestus fastidientis & contemnentis: nam ita erat moris. In Martyrologio veteri id dicitur exsufflare: quam vocem Sulpicius Severus scriptor politissimus, negat satis Latinam. *Casaub.* Paulo ante c. xxx. Hanc ut crudelissimam eadem deflevit edito. *Cod. Salmas. deflebat.*

Arguebat & perperam editos census.] Lego, *perperam editi census.* considerat aliter sententia stare non potest. in censum omnia bona erant deferenda: qui fallebant, aut ærarii fiebant, & in Cæritum tabulas referebantur, aut vānabant ipsi bonaque eorum. eo spectavit Cajus, eo Suetonius. *Casaub.*

Testamenta primipilariū.] Imo omnium centurionum Dione autore. Similia alia fisci jura, aut injurias potius, historici & Jurisconsulti referunt. Videtur autem Suetonius primipilariū tantum fecisse mentionem, quia horum potissimum expetitur hæreditates: ut eorum ad quos pleraque commoda militiæ solita pervenire. Vegetium vide libro secundo, cap. xxi. Inter alia autem primipilariū commoda, ea fuerunt, quæ ex militum testamentis consequebantur. Fere enim milites qui in castris testamenta condebant amicis commilitonibus, in primis autem primipilariū sua relinquebant. *Casaub.* Primipilarem, ut consularem dici, pro eo videlicet, qui centurio primi pili fuit, alibi Beroaldus monuit.

Herede Casare.] Si quis diceret se ex aliquo audivisse quod ille hæredem sibi esse vellent principem, Cajus illius bona occupabat, rescissis testamentis, tanquam

diceret herede Casare mori destinasse. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam nuncuparetur, derisores vocabat: quod post nuncupationem vivere perseverarent, & multis venenatas macæas misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summa, ad quem conficiendum consideret, confecto demum excitabatur. Ac ne paullulum quidem moræ patiens, super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriatusque est expergefacta somno Casonia, quantum egisset, dum ea meridiaret. Auctione proposita, reliquias omnium

spe-

quam irritis, atque futilibus. Scribit Paulus Jurisconsultus titulo De testamentis, quod ejus bona, qui se Imperatorem facturum hæredem esse jactaverat, à fisco occupari non possunt. Beroald.

Ab ignotis.] Atqui numquam ex ignoti testamento capere aliquid Augustus voluit, cap. LXVI. Spartian. Hadriano, *Ignotorum hereditates repudiavit, nec notorum accepit, si liberos haberent.* Sed & Antonini duo id observarunt. Pertinax quoque professus est nullius se aditurum hereditatem quæ aut adulatione delata esset, aut lite perplexa, ut legitimi heredes & necessarii privarentur. Horum itaque principum exemplo recte Paullus I. C. *Imperatorem (inquit) litis causa heredem institui invidiosum est, nec calumniæ facultatem ex principali facultate capi oportet, l. xci. De hered. instit.* Ipse etiam Domitianus hac saltem in re bonos principes secutus est, (Suet. Domit. cap. ix.) *Cajum Commodus.* Torrent.

Heres nuncuparetur.] Nuncupare heredem proprie est non scripto quem quis sibi successorem velit nominare, sed verbis palam exprimere. Unde testamentum per nuncupationem, scripto op-

ponitur lib. vigesimo primo & vigesimo quinto De testam. Idem.

Et multis venenatas macæas misit.] Arnobius: *frustilla hæc parvula pro suavibus macæolis sumunt. Macæa in Martiale lib. x. Epigr. lxx. scribitur Græcorum more.* Hoc nomine ut ait lib. xiv. Athenæus, omnescitamentum, & omnis cupedia, jucundumque & pretiosum edulium censetur: cum tamen initio esset quædam maza. Turnebus.

Dum ea meridiaret.] Id soliti veteres. Varro de R. R. *tamen æstivum diem si non diffinderem meo insitio somno meridie vivere non possum.* sic lib. i. *æstate diem dividere meridie dixit, somno scilicet meridiano.* ita & *diffindere diem æstivum somno.* Apud Theocritum Pan τὸ μεσημέριον καὶ ἄδῃ. Salmasius.

Auctione proposita reliquias omnium spectaculorum subjecit & vendidit.] Reliquia spectaculorum sunt gladiatores, qui spectaculo superstites remanserant. Dio vertit, τὰς ἀειψομένους τὴν προνομίαν. Erant & quædam reliquie Circensium: quarum facit idem obscuram mentionem. *Subjicere ἀπὸ τῶν προsubjicere hasta.* Casaub.

Penas

spectaculorum subjecit, & venditavit: exquirens per
 se pretia, & usque eo extendens, ut quidam immenso
 coacti quaedam emere, ac bonis exuti, venas sibi incide-
 rent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia
 dormitante, monitum à Caio praconem, ne pratorium
 virum crebro capitis motu nutantem sibi prateriret:
 nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores
 39 HS. nonagies ignorantibus addicerentur. In Gallia quo-
 que, cum damnatarum sororum ornamenta, & sup-
 pellectilem, & servos, atque etiam liberos, immensis
 pretiis vendidisset: invitatus lucro, quidquid instru-
 menti veteris aulae erat, ab urbe repetiit: comprehen-
 sis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pi-
 strinensibus jumentis: adeo ut panis Romae saepe defice-
 ret.

Venas sibi inciderent.] Leni ac facili
 mortis genere. Itaque Seneca, ex sectae
 suae disciplina, tamquam promptissimam
 ad libertatem viam commendat. Quaeris
 igitur, quod sit ad Libertatem iter?
 Quaelibet in corpore tuo vena: lib. 111.
 de Ira, cap. xv. item Ep. lxx. scalpello
 aperiri ad illam magnam libertatem
 viam, & puncto securitatem constare.
 Frequentia hujuscemodi ἐξαρῶνς, ut
 iidem illi Stoici vocant, exempla Ta-
 cito memorantur.

Nutantem sibi.] Qui dormitat, ca-
 pite nutare identidem consuevit: &
 qui sic nutat, approbare videtur quod
 fit, diciturque. Vnde Caligula captans
 quantum ex Saturnino dormitante, ad-
 monuit praconem, qui praerat auctio-
 ni peragendae, ut illi tanquam motu ca-
 pitis innuenti se venalia emere velle,
 addiceret magno pretio. Bersald.

Quoad tredecim gladiatores us. nona-
 gies ignorantibus addicerentur.] Id est, du-
 centis & viginti quinque millibus co-
 ronatis.

Atque etiam liberos, immensis pretiis

vendidisset.] Valde id à vero alienum,
 Cajum eo protervix venisse, ut foro-
 rum liberos in Gallia venderet, atque
 eam labem, non tam sororibus, quam
 Augustae domui, inureret. Cod. Sal-
 mastii liberios. Lege libertos. Id opti-
 me cum ipsa narrationis serie cohaeret.

Quicquid instrumenti veteris aulae e-
 rat.] Idem etiam boni principes fecere,
 ne molesti subditis essent. Capitolinus
 in vita M. Antonini Philosophi, Cum
 ad hoc bellum omne ararium exhausisset
 suum, neque in animum induceret, ut ex-
 tra ordinem provincialibus aliquid impe-
 raret; in foro divi Trajani auctioem or-
 namentorum imperialium fecit, vendidit-
 que aurea pocula & crystallina, & myr-
 rhina: vasa etiam regia, & vestem uxo-
 riam sericam & auratam, gemmasque
 etiam, quas multas in repositoio sanctiore
 Hadriani repererat: & per duos menses
 hac venditio celebrata est.

Pistrinensibus jumentis.] Cxl. c. xxxi.
 Multis è proximo pistrino, &c.

Panis Romae saepe deficeret.] Ex hoc
 colligimus, molas molendinarias, quae
 aqua-

ret, & litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, caussa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiæ singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quam se: modo pœnitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat provincialem locupletem ducenta HS. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleste, tam magno estimari honorem cœnæ suæ. Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet: diceretque, cœnaturum apud Cæsarem, vocatu ipsius. Vectigalia nova at-⁴⁰ que inaudita, primum per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque pratorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributum aliquid imponeret. Pro eduliis quæ tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. Pro litibus atque judiciis ubicumque conceptis, quadra-

ge-

aquatiz sunt, non fuisse in frequenti usu apud Romanos. Scribit tamen Palladius, pistrina, si aquæ copia est, ita debere formari, ut constructis aquariis molis, sine animalium, vel hominum labore frumenta frangantur. *Beroaldus.*

Occurrere ad vadimonium.] Ex inopia vehicularum multi litigatores non poterant in tempore obire vadimonium, quo deserto, caussa cadebant. Est autem vadimonium sponso quædam sistendi, ut dici solet, comparendique in iudicio ad diem constitutum: quod deserere non licet. Hinc illud Plin. *Inscriptiones, propter quas vadimonium deserti possit.* Apud Ciceron. in oratione pro Quintio, longa est disputatio de vadimonii dilatis, atque desertis. *Idem.*

Ducenta rs.] Quinque coronatorum millia.

Vocatoribus.] Qui convivas invitabant. Plin. lib. xxxv. cap. x. vocatores suas ostendenti, ut diceret à quibus invitatus esset. Catullus Epigramm.

— mei sodales

Querunt in triviis vocationes.

Elegans Senecæ locus lib. 111. De ira cap. xxxvii. *Torrent.*

Ut per fallaciam convivio interponeretur.] Ammianus Marcell. lib. xlii. *Homines enim eruditos & sobrios, ut insanos & inutiles vitant quoque: accedente quod & nomenclatores assueti hac & talia venditare mercede accepta, cœnis quosdam & prandis inserunt substititios, ignobiles, & obscuros.* *Casaub.*

Ex

gesima summa, de qua litigaretur: nec sine pœna, si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava, ex capturis prostituerarum quantum quæque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico & quæ meretricium & qui lenocinium fecissent:

[Ex gerulorum diurnis quæstibus.] Geruli sunt οἱ μισθῶ φέροντες, ut vocat Appianus 1 v. Εμφυλ. Attici αργυροεικτες & αειδιους vocant. Latini etiam bajulos & gerones, ut Cicero in epistola quadam ad Atticum. *Idem.*

[Ex capturis prostituerarum.] Captura Latinis dicuntur mercedes artium sordidarum, & obscœnarum. Sic apud Valerium Max. libro 111. capite 1 v. lib. v 1. cap. x. & lib. 1 x. capite quarto. Græci μίσθωμα proprie vocant: docent enim Græci critici ita differre μίσθωμα & μισθόν, ut illud sit captura proprie, vel pretium flagitii aut sceleris. Atque ita distinguit eas voces Philo Contra Flaccum. Extrat ejusdem magni scriptoris & commentariolus, cujus index αειδῶ μίσθωμα πορνείας εἰς τὸ ἱερὸν μὴ αειδῶ δέχεται. In quo capturas hujusmodi λήμματα αἰχρά nominat. Sic accipienda vox μίσθωμα apud Ælianum Ποικίλης 1. 1 v. c. xii. alii Græci ἐμπολάς. Sic interpretor apud Athenæum titulum comœdiæ Epherri Εμπολή. Habet & lingua Hebræa propriam huic rei vocem, נאכה *enab*: unde Græci suum ἱερὸν derivarunt: quod donum amatorium significat, & præmium amoris, sed honesti: non enim est ab ἠδῶ, ut nugaces grammatici Græcorum somniant. *Casaub.* Bononiæ hoc etiam hac tempestate observatur, ut prostitueræ meretrices tributarie sint, hoc est, vectigal persolvant menstruum his magistratibus, qui vulgo præfecti bulletarum dicuntur. Si

Latine dici volumus, syngtapharum dici possunt. *Beroald.*

[Ut tenerentur publico & quæ meretricium, & qui lenocinium fecissent.] Vetus malum & probrum multarum Rerum-publ. pretio vendere honestatem publicam: nam & Athenis πορνικὸν τέλει fuit, ut ex oratione Æschinis contra Timarchum scimus: & Imperatoribus plerisque fuisse id genus lucri non ingratum, ex Lampridio in Alexandro Severo, & Jurisconsultis certum est. Vide legem v 11. Cod. De spectaculis, & scenicis, & lenonibus, & Novellam xiv. de lenonibus: cui non parum lucis attulerit qui cum capite xxxix. libri 111. Euagrii Scholastici eam contulerit. Similiter aliæ quoque artes & sordidæ & sceleratæ pretio tolerabantur, eratque beneficiariorum principis & curiosorum inquirere, atque in matriculas suas referre eos, qui tali de causa publico tenerentur. Vide Tertullianum & Justinum. Similiter mathematici & planetarii pretium dependebant, ut artem possent vanissimam profiteri. Habes exemplum apud beatum Augustinum libro 1 v. Confessionum capite tertio. Declarat & Suidas; ex quo discimus Alexandria, (qua in urbe frequens fuit id genus hominum) βλακενόμειον proprio nomine esse appellatum tale tributum: qua appellatione stultitia consultoribus Astrologorum exprobrabatur. *Casaub.*

[Meretricium fecissent.] Absolute meretricium appellat artem meretriciam. Etenim voluit eas quoque obnoxias esse legi, quæ olim meretricium quæ-

stum

sent: nec non & matrimonia obnoxia essent. Hujus-⁴¹modi vectigalibus indictis, neque propositis, cum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante pop. Rom. proposuit quidem legem: sed & minutissimis litteris, & angustissimo loco: uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio constituit: distinctisque & instructis pro loci dignitate compluribus cel-

lum exercuissent, quamvis in presentia ob senium, aliamve causam non exercerent. *Beroald.*

Lenocinium.] *Vlplanus* Jurisconsultus, *Lenocinium*, inquit, facit, qui quaestuaria mancipia, & prostituta habet: & talis notatur infamia, & lenocinii pena tenetur. *Idem.*

Nec non matrimonia obnoxia essent.] Apud antiquissimos Septentrionales populos id receptissimum invenio. In eorum legibus vocatur *Vectigal marchetae mulierum*. Nam *March* iis olim significabat equum, unde *Marchiones* & *marcheren*, & ejusmodi alia, quae adhuc in usu sunt, vocabula derivanda videntur. Hinc deducta metaphora ab equitando *Marcheta mulieris* dicitur virginalis pudicitiae prima violatio & delibatio. Hæc vetustissimis temporibus principibus omnibus viris & dynastis, qui *Domini Capitales* in legibus dicuntur, in suis ditionibus imple permissa, in omnibus novis nuptis, prima nuptiarum nocte. At invalescente religione Christiana mos ille paullatim sublatus, isque concubitus certo vaccarum numero & quasi pretio redemptus est. Inde in vetustis legibus Scotorum: *Quaecumque mulier fuerit, sive nobilis, sive serva, sive mercenaria, marcheta sua erit una juvenca, vel tres solidi: & rectum servientis tres denarii. Etsi filia liberi sit, & non Domini villa, marcheta sua erit una vacca, vel sex solidi.* Leguntur hæc in collectione legum antiquarum Scotiae,

quas nuper edidit nobilissimus *Skenaxus*. Ejusmodi vectigalia in quibusdam Belgii nostri ditionibus pagorum dominis adhuc hodie penduntur. Non igitur soli *Caligulae* ea placuere. *Boxh.*

Indictis neque propositis.] Publice scilicet. *Sup. Tib. cap. XLVIII.*

Multa commissa fierent.] Hoc est, (ut ego quidem interpretor) cum multa in commissum, seu in causam commissi caderent, sic enim loquuntur *L. Cti nostri*. Et committi dicuntur merces, prædia, resque aliae, quae in publicum deferuntur. *Torrent.*

Minutissimis litteris, & angustissimo loco.] Atque in locis celeberrimis, atque ubi de plano ab omnibus legi possent edicta proponebantur. *Ausonius Gratiarum* actione ad *Imp. Gratianum* huc alludit, cum ita scribit, *Hæc ego litteras tuas in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandavero.* Adde notas *V. D. P. R. L. P.* id est, unde de plano recte legi possit. *Idem.*

Manubiarum.] Pecuniarum quasi ex præda quadam principi quaesitarum: nam quid alioqui manubiae sint, diximus ad cap. XXVI. *Cæsi.*

Lupanar in palatio constituit.] Simile quid *Dio de Messallina*, item *Xiphilinus de Avito*. *Lampridius* quoque in *Heliogabalo*: *Lupanaria*, inquit, domi amicis, clientibus & servis exhibuit.

Pro loci dignitate.] Qualis erat dignitas ædium Palatinarum.

Cellis.]

cellis, in quibus matronæ ingenuique starent. Misit circum fora & basilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes senesque: præbita advenientibus pecunia fenebris, appositique qui nomina palam subnotarent, quasi adjuvantium Cæsaris redditus. Ac ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites Rom. locupletes sine mora corripere, confiscarique jussisset: exsultans rediit, gloriansque numquam se prosperiore alea usum. Filia vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. Edixit & strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo ædium Kalend. Ianuariis ad captandas stipes, quas ple-

Cellis.] Cellulas meretricias significat, quibus nomina, & tituli prostituerarum inscriberantur. Seneca lib. 11. Controversiarum: *Meretrix vocata es, in communi loco sterissi: superpositus est cellæ tuæ titulus: venientem accepisti. Idem: Deducta es in Inpanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est.* Hinc illud Satyricum exiti in Messalinam:

— Tunc nuda papillis

Constitit auratis titulum mentita Lyciscæ.

Et ab Epigrammatico poeta dictum est:

Intraſti quoties inſcripta limina cellæ.

Beroald.

Pecunia fenebris.] Fenerari autem apud majores non solum dedecorosum erat, sed detrimentosum. Nam, ut inquit M. Cato Censorius, *in legibus posuerunt furem dupli condemnari, feneratorum quadrupli.* Ex quo licet existimare

quanto pejorem civem existimaverint feneratorum, quam furem. Idem olim interrogatus, nunquid fenerari utile foret: *quid hominem,* inquit, *occidere?* Invenio apud authores, L. Genutium tribunum plebis tulisse ad populum, ne fenerari liceret. Idem.

Nunquam se prosperiore alea usum.] Alea quondam ludens, auditoque deesse pecuniam, Gallorum census indices poposcit, jussisque ex iis locupletissimis necari, ad collusores reversus, ipsos ob paucos ludere denarios inquit, at se jam nunc ad sexies millies sestertium coegisse. Atque hi quidem nulla de causa necati sunt, unusque eorum Julius Sacerdos, cognomeni similitudine mortem invenit. *Dio Cassius.*

Ædium.] Scilicet Palatinarum.

Kalend. Ianuariis.] Tiberius edixerat he strenarum commercium ultra Kal. Ian. exerceatur, cap. xxxiv. Vide Aug. cap. lvii.

Volu-

plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Novissime contrectanda pecunia cupidine incensus, saepe super immensos aureorum acervos patientissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus est. MILITIAM⁴³ resque bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed cum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset: admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanica impetum cepit: neque distulit, sed legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbissime actis, contracto & omnis generis comitatu quantum nunquam alius, iter ingressus est: confecitque modo tam festinanter & rapide, ut pratoriana cohortes contra morem signa jumentis imponere, & ita subsequi cogerentur: interdum adeo segniter & delicate, ut

Volutatus est.] Cod. Salmas. voluptatus est. Voluptari forte dixerint veteres, sicut & voluptarius, quod in Iul. Capitolini Vero, & voluptabilis, quod in Plauti Epidico legimus.

Neque ex destinato.] Nulla prius facta deliberatione super rebus bellicis.

Cum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset.] Virgilius 11. Georg.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus

*Victima, saepe tuo persusi flamine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.*

Clitumnus fluvius est in Mevania, quae pars est Umbriae partis Tusciae, de quo fluvio, ut dicit Plinius in historia naturali, animalia quae potaverint, albos foetus creant. Servius.

Admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat.] De Germanis, & inter eos Batavis, corpore

custodibus Caesarum, ad eunda lectoria sunt, quae ad cap. xxxiv. Neronis adferentur.

Quos circa se.] Tanquam *συμπετοφύλακες*. Latini prisco vocabulo latrones dixerunt, quasi laterones ab latere: quia ut interpretatur Varro, circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum. Dicitur jam est quemadmodum Augustus Caesar inter armigeros secum habuerit cohortem Germanorum usque ad cladem Variam: & cum Batavi populi Germaniae sint, eosdem habuisse Caligula significatur. Beroald.

Delectibus.] Tres libri dilectibus, ut fere in vetustissimis exemplaribus. Festus, *Dilectus militum, & in qui significatur amatus, a legendo dilecti sunt.* Atque ita in Pand. Florentinis scribitur. Quin & diligenter, id est, cum dilectu, interpretatur. Torrent.

octophoro veheretur, atque à propin quarum urbium plebe verri sibi vias, & conspergi propter pulverem
 44 exigeret. Postquam castra attigit, ut se acrem & se-
 verum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius
 ex diversis locis adduxerant, cum ignominia dimisit.
 At in exercitu recensendo, plerisque centurionum
 maturis jam, & nonnullis ante paucissimos quam con-
 summaturi essent dies, primos pilos ademit, caussatus
 senium cujusque & imbecillitatem: cæterorum incre-
 pita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad sex mil-
 lium summam rescidit. Nihil autem amplius quam Ad-
 minio Cinobellini Britannorum regis filio, qui pulsus à
 patre, cum exigua manu transfugerat, in deditiõnem
 recepto: quasi universa tradita insula, magnificas Ro-

MATI

Octophoro.] Lecticam, quæ ab octo
 servis lecticariis fertur, octophorum
 dixerunt, quod vestibulum proprie est
 delicatorum. Apulejus in II. Apolo-
 giæ: *Vestabatur octophoro: vidistis pro-*
fecto, qui affuistis, quam improba juve-
num circumspiciatrix, quam immodica sui
ostentatrix. Martialis:

Octophoro senus portatur, amice, Philip-
pus.

Beroaldus.

Conspergi propter pulverem exigeret.]
 Virtus, ut inquit Seneca, *pulverulenta*
est, colorata, & callosas habens manus. Ci-
 cero in oratione de suppliciis, castigat
 Verrem, & incescit facetosa quadam ur-
 banitate, quod itinerum laborem, qui
 vel maximus est in re militari, jucun-
 dum sibi per delicias reddiderit: qui
 non in equo, sed in lectica ferebatur,
 in qua erat pulvinus perlucidus Meli-
 tentis rosa fartus: qui quum ad aliquod
 oppidum venerat, eadem lectica usque
 ad cubiculum deferebatur. *Idem.*

Maturis jam.] Maturus vocat qui si-
 pendia impleverant. Tiberius (ut ante

dictum est) missiones veteranorum rat-
 issimas faciebat, ex senio mortem, ex
 morte compendium captans. Eadem
 ratio Cajum movit.

Commoda emeritæ militiæ.] Aug. ca-
 pite XXI V.

Ad sex millium summam rescidit.]
 Augusti definitionem, ex Dione habes,
 ad ejus vitam cap. XLIX. *Commoda au-*
tem militiæ quid differant à præmiis,
 Torrentius notat ad cap. XXI V. ejusdem.

Britannorum regis filio.] Pro Bri-
 tannorum Beroaldus malit *Batavorum.*
 Quia, inquit, Britannorum regis fi-
 lium in deditiõnem accipere non po-
 tuit, cum de Germanica expeditione
 Suetonius loquatur. At nihil obstat,
 quo minus è Britannia trajiciens Ad-
 minius, ad Cæsarem se receperit. Ideo
transfugisse eum Suetonius dicit. Præ-
terea Batavos eo tempore regibus pa-
ruisse, de eo vix est uti non deliberan-
dum censeat, qui Civilis illa verba ap-
pud Tacitum Histor. IV. pensitaverit:
Servire Syriam Asiamque, & suorum re-
gibus Orientem. Schildius.

Moni-

nam litteras misit : monitis speculatoribus ut vehiculo ad Forum usque & Curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente senatu, Coss. traderent. Mox 45 deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici, oculique trans Rhenum jussit : ac sibi post prandium, quam tumultuosissime adesse hostem nunciari. Quo factò, proripuit se cum amicis & parte equitum pratorianorum in proximam silvam : truncatisque arboribus, & in modum tropæorum adornatis, ad lumina reversus, eorum quidem qui secuti non essent, timiditatem & ignaviam corripuit : comites autem & participes victoria, novo genere ac nomine coronarum donavit, quas distinctas Solis ac Luna siderumque specie, exploratorias appellavit. Rursus obsides quosdam abductos è literario ludo, clamque premissos, deserto repente convivio cum equitatu insecutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit : in hoc quoque mimo præter modum intemperans. Re-

peti-

Monitis speculatoribus.] Militum quidem ferendis litteris frequens in historia usus, præcipue tamen ex cohorte speculatorum desumpti, ab eaque mente scriptum Tacito Historiar. II. *Vix credibile memoratu est quantum superbia Vitellio accesserit, postquam speculatores Syria, Indæque adactum in verba ejus Orientem nunciavere.* Torrent.

Vehiculo.] Vehicularem cursum Augustus instituit. Aug. cap. XXIIX.

In aede Martis.] Vbi de bellis, triumphisque Senatui consuli debere Augustus sanxit, cap. XXIIX.

Deficiente belli materia.] Eleganter Philostratus de bellicis rebus Caji, ὁ δεινοσφογιῶν, καὶ λυδίζων τὴν σὺλλῶν, καὶ πολέμους νεκρῶν σὸν ὄντων. Casaubonus.

De custodia.] Vel quos captos habe-

bat in custodia significat, vel quos habebat ad corporis custodiam. Beroaldus.

Equitum Pratorianorum.] Fuere ergo & equites inter Pratorianos. Sueton. Claud. cap. XXI. Xiphilin. Severo, Zonaras ubi de Diocletiano, vetera marmora. Torrent.

Ad lumina reversus.] Quasi in noctem protracta fuerit dimicatio. Vel eo refer, quod ardentibus tædis, ob rem prospere gestam, excipi non alienum ab illorum temporum institutis fuit. Dicitur hac de re ad cap. XIII.

In hoc quoque Mimo.] Perperam vulgatæ editiones, in hoc quoque minimo. Mimi enim nomen plurimis auctorum locis in affine plerumque degeneravit, quod ostensum nobis lib. I. Adversar. toto capite XVII. Pitheaus.

petita cœna renuntiantes coactum agmen, sicut erant, loricanos ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgilii versu, Durarent, secundisque se rebus servarent. Atque inter hæc absentem senatum populumque gravissimo objurgavit edicto, quod Cæsare præliante, & tantis discriminibus objecto, intempestiva convivia, circum, & theatra

& amœnos secessus celebrarent. Postremo, quasi perpetraturus bellum, directâ acie in litore Oceani, ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opi-

nan-

Sicut erant, loricanos ad discumbendum hortatus est.] Plerique militum non habebant loricas hamatas, sed partem æris aut ferri proculam, quæ summum pectus teget: nam ima ventris satis scutum muniebat. Lipsius.

*Intempestiva convivia.] Legitima convivii hora apud Romanos priscos, sol occasus. Postea decima haberi cœpta. Imo actuosi homines & forenses post decimam sæpe. quoniam res & judicia in foro exercita ad Decimam horam, uti ex Miloniana Aconii dicas. At labente imperio moribusque, octavâ horâ balnea cœpta, nona cœnæ. Hanc horam qui præveniebant, tempestive epulari dicebantur, & præmatore, & convivia eorum tempestiva. Tacitus: *Claudius domum regressus & tempestivis epulis delinitus. Qui in longum trahebant, inque noctem intempestam, jure eorum epulæ intempestivæ. Suetoniis de Nerone: Epulas à medio die ad mediam noctem protraherat. Curtius lib. vi. Intempestiva convivia & perpotandi pervigilandi que insana dulcedo. Lipsius. Codex Salmasii intempestivis conviviis substituit tempestiva, quæ, ex Lipsii descriptione, pulchre huic loco conveniunt.**

Amœnos secessus.] Quales imprimis Romanis erant illi, quos elegantissimis versibus celebrat Papinius in III. Sylv.

Hos Præneste sacrum, Nemus hos glaciali Diana,

Algidus aut horrens, aut Tuscula protegit umbra:

Tiburis hi lucos, Anienaque frigora capiant.

Beroaldus.

Perpetraturus bellum.] Ductare exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte & antique, ridentur à nobis, si diis placet. quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium: tamen vitanda, quatenus verba honesta moribus perdidimus, & evincitibus etiam vitiis cedendum est. Quintilianus.

Ballistis.] Ballista funibus, nervis, chordisque tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc est, quanto major fuerit, tanto spicula longius emittit: quæ si juxta artem mechanicam temperetur, & ab exercitatis hominibus, qui mensuram ejus ante collegerint, dirigatur, penetrat quodcumque percusserit. Vegetius.

Machinisque dispositis.] Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere: uti ballistæ torculariumque præla: Organa autem unius operis prudenti tactu perficiunt, quod propositum est: uti scorpionis, seu anisocyclorum

versa-

nantē quidnam cæpturus esset, repente ut conchas legerent, galeasque & sinus replerent, imperavit: spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita. Et in indicium victorie altissimam turrem excitavit:

versationes. *Vitruvius.* Ballista igitur Vitruvio inter machinas censetur. At Lipsius in Poliorcetico sic distinguit, ut vineas, pluteos, testudines, musculos, vectes, & similia, pro machinis habeat, ballistas inter tormenta referat. Suetonius quoque non obscure machinas à ballistis separat.

Vt conchas legerent.] Conchæ proprie non sunt pilces, præsertim quæ in littore leguntur, exuvia sunt & superficies animalis, non animal ipsum. Victor addidit & *umbilicos*, quos pariter cum conchis junxere Cicero & Val. Max. Sic Ovidius *conchas & teretes lapillos*. Hi teretes lapilli sunt calculi littorales ad instar umbilici, unde & sic appellati. *Veneris umbilicos* quibusdam appellatos notat alicubi Turnebus, sed fallitur. Herba est quam sic vocavere, quæ Græcis *Κοτυληδών*. *Salmas.*

Procerissimum quemque.] Qui tanto rectius aliquem è majoribus nostris poterat repræsentare: quippe quæis magna corpora Tacitus tribuit. Idem ex genere armorum, quibus utebantur, pareret. Germanicus enim Annal. 11. in orat. ad militem, *immensa eorum scuta, & enormes hastas* memorat. *Schildius.*

Altissimam turrem excitavit.] Fuere inter eruditissimos Batavorum, qui turrem istam Caligulæ non aliam existimarent, quam quæ postea, ut ipsi volunt, aliis usibus destinata, BRITANNICAE ARCIS nomen accepit: cujus hodieque ruinas, binis circiter ab hac urbe Lugdunensi miliaribus, Oceanus abscondit. Veruntamen in tanta vetustate, cum & autorum luculentiora testimonia desint, & violentia maris locorum faciem confuderit, opinari se quidem hoc doctissimi homines, cæterum scire minime profiteantur. At

quod iidem illi magno hæcenus assensu tradidere, turrem istam Caligulæ in Armamentarium conversam videri, id perquam infirmâ destinâ niti, nuper adeo comperimus, cum ad clarissimum virum Petrum Scriverium, in prædio suo suavissime rusticantem inviseremus. Lapidem enim, cujus inscriptio eos in hanc sententiam impulit, quique Septimio Severo ARMAMENTARI RESTITUTI gloriam tribuit, non ex arcis istius rudibus extractum, sed vero Rodanburgi inventum, patriarum antiquitatum callentissimus senex referebat, qui locus ab alia urbis parte situs, plusquam binis miliaribus à turri Britannica distat, & Agrippinæ quondam prætorium fuisse perhibetur. Cæterum, non plane à vero eorum opinionem dissidere, qui autorem & conditorem istius pyrgi Caligulam faciunt, illud quoque non minimo indicio fuerit, quod in Bataviæ littore concharum spolia stolidissimus Imperator legisse videtur. Tacitus Hist. 1 v. *Erat in Caninesatibus Brinio, claritate natalium insigni. pater ejus multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune spreverat.* Plane tum in Batavorum insula egisse Caligula videtur. Suetonius quoque paulo ante: *Mox deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici secusque trans Rhenum jussit: ac sibi post prandium, quam tumultuosissime adesse hostem nuntari.* Rhenum intelligo proprie dictum (medium Cl. Ptolemæus ostium appellavit) qui nunc quidem obstructus, olim apud turrem istam Cajanam in Oceanum irrumpebat. Adde quod Britannicam quoque idem Cæsar expeditionem minabatur, ut credibile sit ab ejus oppositu indidisse eum turri suæ deno-

vit: ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus, ignes emicarent: pronuntiatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: Abite, inquit, læti, abite locupletes. Conversus hinc ad curam triumphi, præter captivos & transfugas barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, & ut ipse dicebat, ἀξιόθελαιμύβδτον, ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam: coëgitque non tantum rutilare, & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere, & nomina barbarica ferre. Præcepit etiam triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam devehi. Scripsit & procuratoribus, Triumphum appararent quam minima summa; sed quantus numquam alius fuisset: quando

minationem. Suetonius cap. xix. de ponte Puteolano: ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis famam territaret. Tacitus in Agric. Agitasse C. Casarem de intranda Britannia satis constat. Denique nummi etiam, Caligulae nomen præferentes, hæc eruti ostenduntur. Sed nihil affirmamus. Bene qui conjecerit, vatem hunc perhibebo optimum. Schildius.

Coëgitq; non tantum rutilare.] *Ut germani scilicet Germani viderentur. Tacitus: Truces & carulei oculi, & rutila coma. Ideo Auricomi Batavi Silius: At puer auricomo jam formidate Batavo.

Vt Vandali χρυσοειδεις Procopio dicti. Ruffum colorem Sen. dixit III. De ira. Nec à natura solum rutilus hic crinis, etiam ab arte. Lavabant enim crebro, & medicamento rutilabant. Ammian. Videbat (Germanos) lavantes alios, quosdam comas rutilantes ex more. Romanæ etiam matronæ veteres amavere hunc colorem, & summa diligentia capillos ci-

nere rutilabant, ait Valerius lib. 11. c. 1. Posteriores magis avide, quæ capillitium ipsum emebant à Germanis, & pro comis suis supponebant. Ovidius ad puellam: (nes,

Iam tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphata munere gentis eris.
Lipsius.

Submittere.] Promitttere, & prolixiorum facere: quod proprium est Germanorum. Namque populi Septentrionales, ut Vitruvius, & Plinius tradiderunt, flavos habent crines, & promissos ex humoris copia: sicut è contrario Æthiopes vaporis efficacia capillos habent breves, & adustis similes. Beroald. Quod autem falsum è Germania triumphum Caligula adornavit, in eo imitatorum postea Domitianum habuit. Vide Tacit. in vita Agric. Persius Sat. v 1.

— missa est à Casare laurus
Insignem ab cladem Germanæ pubis. —
— jam lutea gausapa captis,
Essedaque, ingentesque locas Casonia
Rhenos.

do in omnium hominum bona jus haberent. Pri-⁴⁸
 usquam provincia decederet, consilium iniiit nefandæ
 atrocitatis, legiones quæ post excessum AVgusti seditio-
 nem olim moverant, contrucidandi: quod & patrem
 suum Germanicum ducem, & se infantem tunc obse-
 dissent. Vixque à tam precipiti cogitatione revocatus,
 inhiberi nullo potuit modo quin decimare velle perse-
 veraret. Vocatas itaque ad concionem inermes, atque
 etiam gladiis dispositis, equitatu armato circumfedit.
 Sed cum videret, suspecta re, plerosque dilabi ad re-
 sumenda, si qua vis fieret, arma, profugit concione:
 confestimque urbem petiit, deflexa omni acerbitate in
 senatum, cui animadvertendos tantorum dedecorum
 rumores palam minabatur: querens inter cætera, frau-
 datum se justo triumpho, cum ipse paullo ante, ne
 quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis pœna
 denuntiasset. Aditus ergo in itinere à legatis amplif-⁴⁹
 simi ordinis, ut maturaret orantibus, quam maxima
 voce, Veniam, inquit, veniam, & hic mecum:
 capulum gladii crebro verberans quo cinctus erat:
 Edixit & reverti se, sed iis tantum qui optarent
 equestri ordini & populo: nam se neque civem
 ne-

Ius haberent.] Lib. unus haberet. Non displicet tamen multitudinis numero legi. nam quæ à procuratore Cæsaris geruntur sic comprobantur, ut si ab ipso Cæsare gesta sint. Lib. i. Pand. De off. proc. Cæs. *Torrent.* Procuratores primo rei familiari sive fisco præfecti, sed imago imperii quibusdam adjuncta. Plura de procuratoribus ad lib. v. dicentur.

Quin decimare velle perseveraret.] Id vetustum supplicii militaris genus multo tempore omisium, reduxit Crassus

in bello adversus Spartacum, in quo pœnæ etiam turpitudine adest, multaque omnibus inspicientibus horrenda peraguntur. *Plutarchus.*

Cui animadvertendos.] Lib. duo *cnæ* ad *avertendos*, (quæ lectio Sabellici conjecturam confirmat; nam ad *avertendos* legendum putat) quasi à se amoliretur dedecora si in Senatum fureret. *Torrentius.*

Edixit.] Edicto reditum suum populo significavit.

neque principem senatui amplius fore. *Vetuit etiam quemquam senatorum sibi occurrere: atque omisso, vel dilato triumpho, ovans urbem natali suo ingressus est: intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, & aliquanto majora moliens. Siquidem proposuerat, Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo, alteri GLADIUS, alteri PUGIO index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinatorum. Inventa & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox à Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos aestus in proxima litora ejecit.* STATURA fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis & crurum, & oculis & temporibus concavis, fronte la-

Siquidem proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare.] De Antio supra, capite VII. de profectioe Alexandriam, Philo: τῆς ἡμετέρας ἐπιπέδου ἐν παλαιῇ πόλει, καὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας. ἀλεξίῳ γὰρ πρὸς αὐτὸν ἔργος καὶ εἶχε τὴν Ἀλεξανδρείαν, εἰς ἣν ἐπόδησεν ἀπὸ τῆς παλαιῆς πόλεως ἑξελθὼν, καὶ ἀφικόμενος πάλαιον γένον ἐνδοιαστήτηναι. causam consilii vide in sequentibus, meminit & Iosephus. Casaub.

Alexandriam.] Liber opt. Alexandream, ut apud Horat. lib. III. Od. XIV. Porius Alexandria supplex, &c. & Antiochea apud Aufonium De claris urbibus, & in nummis veteribus. Torr.

Alteri gladius, alteri pugio.] Dio Protopogenem quendam commemorat, Cajo in omnibus atrocissimis rebus

administrum, ὡς καὶ βιβλίοι ἀπὸ δύο περὶ φέρον, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ἐξελκίδιον ὀνομαζέται. De Sulcio & Caprio, qui cum libellis accusatoriis obambulabant, Horatius libro I. Sat. IV.

Pallido colore.] Cod. Salmat. quod aliis quoque repertum, expallido. Sic exalbidus apud Plinium. Vim & potestatem vocis præpositio amplificat.

Gracilitate maxima cervicis & crurum.] C. Cæsar, materia risus benignissima. Tanta illi palloris insaniam testantis foeditas erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium torvitas, tanta capitis destituti, & emendicatis capillis aspersi deformitas, adjecte obfessam fetis cervicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum. Senec.

Oculis & temporibus concavis.] Plin. rigen-

lata & torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacumque de causa capram nominare, criminofum & exitiale habebatur. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Validudo ei neque animi neque corporis constitit. Puer comitali morbo vexatus: in adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset. Mentis validudinem & ipse senserat: ac subinde de secessu deque purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus à Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod

in

rigentes ei oculos tribuit lib. xi. cap. xxxvii.

Fronte lata.] Aristoteles in i. de Hist. animal. οἷς μὲν μέτωποι πλατὺν, ἐκσάλκνγλ. quibus frons lata est, inquit, mente moveri idonei sunt. Plane Cajo convenit.

Capram nominare.] Causa præcedit, quod hirsuto corpore esset. Refert Ammianus Marcellinus, Julianum Imperatorem, cum esset hirsutus, appellatum fuisse à captoribus Capellam. *Beroaldus.*

Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat.] Id est, ad feritatem & terrorem omnem componebat. Sic argentum, in quo belluz expressæ erant, efferatum eleganter vocat Apulejus. Libet ipsum loquentem audire lib. v. *Mirus prorsum magna artis homo, imo semideus, vel certe Deus, qui magna artis subtilitate tantum efferavit argentum. Boethornius.*

Puer.] Scripsit Hippocrates, & ad stipulatur Galenus, epilepsiam, qui morbus caducus, sive comitialis dici-

tur à nostris, esse proprie infantium, & puerorum: qui adolescentes quoque infestat propter incontinentiam, & si fuerint famis, vigiliæ, caloris, algoris supra modum patientes. Cornelius Celsus author est, comitalem morbum ante pubertatem ceptum non ægre finiri. *Beroald.*

Comitali morbo.] Qui Cæsarem quoque Iulium infestabat. Relege quæ scribuntur ad cap. xlv. Cxi.

A Cæsonia uxore.] Iuvenalis:

— ut avunculus ille Neronis,

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pul-

li

Insudit —

Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,

Non aliter, quam si fecisset Iuno maritum

Insanum. —

Iosephus hoc nomine ait Cæsoniam à conjuratis interfectam: quia alienata potionibus principis mente omnium malorum fuisset causa. *Sabell.*

in furorem verterit. Incitabatur insomnia maxime : neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat : ac ne his quidem placida quiete , sed pavida miris rerum imaginibus : ut qui inter ceteras , pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Ideoque magna parte noctis vigilia cubandique tadio , nunc toro residens , nunc per longissimas porticus vagus , invocare identidem atque expectare lucem consueverat . Non immerito mentis valitudinē attribuerim diversissima in eodem vitia , summam confidentiam , & contra nimium metum. Nam qui deos tantopere contemneret , ad minima tonitrua & fulgura connivere , caput obvolvere , ad vero majora proripere se è strato , sub lectumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi , irrisis multorum locorum miraculis , repente à Messana noctu profugit , Aetnei verticis fumo ac murmure pavefactus. Ad-
ver-

Ad minima tonitrua & fulgura.] Non semper autem ita affectus fuit bonus hic Imperator : ausus enim interdum non solum vultum attollere : sed etiam τῆς βροντῆς ἐκ μηχανῆς πινθε ἀντιδρονταῖν , καὶ τῆς ἀστραπῆς ἀνταστραπτῆν , καὶ ὅποτε κεραινὸς καὶ ἰπίσοι , λίθον ἀντακροντίζειν : auctor Dio. Sed omittamus istum ἀπερτηρὸν , φρίνας ἢ λείαν , & notemus potius veterum consuetudinem admodum laudabilem : moris enim fuit cum tonaret , aut fulgeret , aut terra moveret , continuo pro mutua salute diis vota fundere. Didici ex Philostrato , cujus hæc sunt De vita Apollinii libro sexto : loquitur de Antiochensibus Syris , & terræ motu , qui , dum ipsi in concione sunt , factus est , σὺν ἡμῶν ἢ ἡμιναίῃσιν ἀπερτηρῶν ἢ πτηξάν , καὶ ἄλλῃσιν ἐν διο-

σημείας εἶωθεν , ὑπὲρ ἀλλήλων ἤνξαντο. Casaub. Vide adnotationem è Dione excerptam ad cap. xxii.

Connivere.] Illud *connivere* , minus est illis , quæ hic vult Suetonius. Quidam mss. habent, *conuere*. Sed id ferri non potest , cum sequatur , *caput obvolvere*. Lege , *contremere*. *Contemnerè Deos* , & *contremere ad minima fulgura* , optime hic inter se contenduntur. Non solus Caligula , omnes ad fulgura , etiam minima , *connivemus*. Non debuissent autem ad vulgatam lectionem , cum palam inepta sit , tam diu *connivere* eruditi. Boxhornius.

Aetnei verticis.] Pro *Aetnei verticis* quod sane non reprehendo , lego in pervetusto libro, *Aetnei crateris* : neminem autem paullo doctiorem fallit , spiracula , ignem evomentia , crateras dici. Turnebus.

Si vi-

versus Barbaros quoque minacissimus, cum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter essedo faceret, dicente quodam, Non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis appareat, equum illi-
 co conscendit: ac propere versus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis stipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiam audita rebellione Germaniæ, fugam & subsidia fugæ, classes apparabat: uno solatio acquiescens, transmarinas certe sibi superfuturas provincias, si victores Alpium juga ut Cimbri, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent: unde credo percussoribus ejus postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi ipsum sibi manus intulisse, nuntio malæ pugnae perterritum. VESTITVS
 calceatuque & cætero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, semper
 usus

Si victores Alpium juga occuparent.] Figura est, πρὸς τὸ σημασιολόγιον. præcessit enim, audita rebellione Germaniæ. at viri docti locum censent emendandum, & scribendum Germanorum, quibus non assentior. infinita sunt hoc genus apud optimos scriptores. notum apud summum vatem φίλι τέχνη. & quæ variis locis congerit Eustathius. Pausanias Arcadicis, νικῶσι ἢ πρὸς ἑλληδόντες Ἀχαιῶν στρατὸν, καὶ Ἀργείων ἡγεμόνα ἐπ' αὐτῶ. αἰτ' ἐπ' αὐτῶ quasi præcessisset, στρατὸν. Casaub.

Vestitu calceatuque.] Quamvis proprie & striete calcem appellarint id calciamenti genus, quod totum pedem & infime & superne tegebat, tamen omne genus calciamentum, & quidquid pedibus inducitur, calcei nomine nunquam venit. Nam & Græci quo-

que omne genus calceatus ὑπόδημα appellant: ut ut ὑπόδημα καὶ ἴλον vocent, quo pes totus tegitur & amicitur, ad differentiam sandaliorum sive solearum. Hesychius: κάλλει, ὑπόδημα καὶ ἴλον ἐν οἷς ἰπποδύσει. Vox Sicula κάλλι, de cavo & profundo calciamento. unde Latina calcium. Plutarchus quoties calcei Romani mentionem facit, fere semper reddit κάλλιον. Cæterum fere semper calcei aurati purpuream vestem sequebantur. Ita qui consulatum capiebant sub Imperatoribus, ut purpura sive Tyrio vestiebantur, ita & auro calciabantur. Sic mulieres, quibus purpura familiaris, etiam calceos inauratos habebant. Testis, præter Epictetum & Lucianum, Apulejus Miletiarum lib. xi. Salmassius.

Ac denique humane.] Quasi dicat, non conten-

usus est. Sape depictas gemmatasque indutus pannulas, manuleatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus, & cycladatus: ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnumquam

contentus pro patrio cultu peregrinum usurpasse, pro civili militarem, pro virili muliebrem: sed ne divino quidem abstinuit. Sabell.

Manuleatus.] Tunicis uti virum prolixis ultra brachia & usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. eas tunicas Græco vocabulo nostri *chiridotas* appellârunt: feminisque solis vestem longe lateque diffusam decorem existimaverunt, ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda. viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt *ἐξωμίδας*. Virgilius quoque *chiridotas*, quasi femineas ac probrosas criminatur:

Et tunica manicas, & habent velimicula vittas.

Gellius.

Aliquando sericatus.] Tacitus Ann. 11. sub Tiberio decretum narrat, ne vestis serica viros fœdaret. Postea quoque Tacitus imperator ut Fl. Vopiscus scriptum reliquit, holosericæ vestis usum omnibus viris interdixit. Est autem holoserica vestis, tota ex serico, nulla alia materia. Subserica vero, cujus substamen ex serico est. Holosericæ vestis pretium immensum fuisse, conicio ex eodem Vopisco in Aureliano, his verbis: *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blateo serico uteretur, ille respondit, Absit, ut auro fila pensentur. Libra enim auri, tunc libra serici fuit.* Iam ante conquestus fuerat Plinius, tam longinque orbe peti, ut in publico matrona transluceat. Baysius.

Et cycladatus.] Pallium & cyclas, habitus matronarum Romæ. Servius: *togas autem etiam feminas habuisse, cycladum & recini usus ostendit. recinus autem dicitur quod post tergum rejicitur.* Recinum togam vel togæ genus fuisse, etiam Festus ostendit. Cyclades erant, quas nunc *Zupas* vocamus: sunt enim plane pleneque rotundæ, & nullum habent angulum, quia undequaque clausæ per extremum ambitum. Salmas.

Ac modo in crepidis vel cothurnis.] Cothurni tragica calciamenta sunt, sublevato alius subere, ut mimi prisorum heroum in scena personas induentes, grandiores apparerent. Soccus vero humile est calciamentorum genus, in modum crepidarum, comœdis proprium: qui fortasse *Excalceati*, cum tragicis histrionibus collati, à Seneca Ep. viii. appellantur: *Quantum disertissimorum versuum inter mimos jacet? quam multa Publii, non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt?* Brodæus.

Speculatoria caliga.] *Speculatoriam* hoc loco Tranquillus addidit, quo majorem caligæ vilitatem ostenderet, inter milites enim alii aliis ornatiore caliga utebantur. Et speculatores quidem militum numero habebantur, verum ob laboris assiduitatem, ac discrimina quæ subibant, minus cultos incedere solitos credendum est, & fieri potest ut peculiari quodam calciamenti genere induerentur. Quæ *speculatoria* absolute dicitur à Tertulliano De corona militis cum ait, *Speculatoriam, morosissimam pedibus, absolvit.* Torrent.

Socco muliebri.] Et quidem ex margaritis. Plin. lib. ix. cap xxxv. & lib. xxxviii. cap. 11. Elegans etiam de Caji socco locus Senecæ lib. De benefic. 11. capite xii. & de socco muliebri

quam focco muliebri: plerumque vero aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut caduceum, deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestavit: interdum & Magni Alexandri thoracem repetitum è conditorio ejus. E DISCIPLINIS 53 liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus & promptus: utique si perorandum in aliquem esset, irato & verba & sententia

liebri Suetonii Vitellio. Haud frustra vero addidit muliebri. Nam præterquam; quod foccorum in palliatis comædiis usus esset, etiam Cynici eos induisse videntur. Plautus in Persa:

Cynica esse è gente oportet parasitum probum:

Ampullam, strizilem, scaphium, foccos, pallium.

Aurea barba.] Sicut Iupiter figuratur. Æsculapius quoque barba aurea olim spoliatus fuit à Dionysio. Beroaldus.

Caduceum.] In Mercurio solem colli, etiam ex caduceo claret, quod Ægyptii in specie draconum maris & foeminae conjunctorum figuraverunt Mercurio consecrandum. Hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur: primæque partes eorum reflexæ in circulum, pressis oculis ambitum circuli jungunt & postmodum caudæ revocantur ad capulum caducei, ornaturque alis ex eadem capuli parte nascentibus. Macrobius. Philo etiam talaria Mercurii sumfisse eum narrat: Πέδιλα Ἐρμῆς ὑποδείται πλερῶν θέρους ἔχοντα. Δὲ τὴν ἄρα ἔχ' ὅτι παροσῆκε τὴν ἔρμῆν καὶ παροσῆκε τὴν θείων, ἀφ' ἧ καὶ Ἐρμῆς ἀνόμασαι, τὰ ἀγαθὰ Διὸς γέλλοντα, ποδωκῆσάν τε εἶναι καὶ μονοὺς πῆλῶν φέρειν. Γὰρ ἴσθ' ὅτι παρὰ

πῆλα χρεῖαν πέδιλα ἀνιλάμβανεν; ἢ ἵνα τὰ δύσφημα καὶ δυσώνυμα θεῶν ἡσυχάζεσθαι, βοηδρομῆν, πῆχ' σιωπῆν πάντα σιωπήσῃν; Vide eum autorem de ἐκθεώσῃ & mirifico habitu Caji ubertim & eleganter differentem libro De Legatione ad Cajum.

Veneris cultu.] Qui alius alibi figurabatur: nam & barbata apud quosdam culta est. Sabell.

Repetitum è conditorio ejus.] Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit: ibique id sepeliit, & adhuc ibi jacet, non tamen in eodem alveo. Nunc enim vitreus est, ille in aureo condiderat. Aureum Ptolemæus cognomento Coccus & Subditivus rapuit, è Syria eo profectus: statimque dejectus nullam ex præda utilitatem percepit. Strabo.

E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit.] Ita lib. 11. de Octavio: Eruditione varia repletus Sphæri. Hoc est, φιλολογίαν καὶ πολυμαθειαν ἀσκήσεις, doctore Sphæro. Appello φιλολογίαν historiam & rerum antiquarum cognitionem, litterasque humaniores, quas qui tenent eruditi proprie vocantur, ut docet M. Tullius. Casaub.

Irato & verba & sententia suppetebant.] Sententia hujus loci flagitat, ut pro irato scribatur imperato. Mens enim Suetonio

tia suppetebant: pronuntiatio quoque & vox, ut neque eodem loci præ ardore consisteret & exaudiretur à procul stantibus. Peroraturus stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur: lenius comitisque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, commissiones meras componere, & harenam esse sine calce diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari: ac, prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare: equestri quoque ordine ad audiendum

Suetonii est, tam facundum promptumque Caligulam fuisse, ut si perorandum esset, imparatus non minore eloquentia, quam gravitate differeret. *Baxhorn.*

Tum maxime placentem.] Fuit illi vivo ingenium amœnum, & temporis ejus auribus accommodatum. *Tacitus.*

Commissiones meras componere.] Vocem *commissiones* & morem committendi exposuimus ad libri secundi caput lxxix. ea notione accipi hic quoque debet hæc dictio, certe potest. Vocantur enim scripta Senecæ *commissiones meræ*, ut si Græce dicas cum Isocrate, λόγος πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγωνίας γυμνασίου. Imo vero *commissiones* sunt ἀγωνίσματα. quo sensu dixit Thucydides de opere suo, κτῆμα τι ἐστὶν μᾶλλον ἢ ἀγωνίσματις τὸ παραχρημα ἀκρίβειν ξύκει. Ita accipit & philosophus in libro de Poëtice. Et Polybius lib. 111. in aureo dicto & dignissimo quod ubique non ibi tantum legatur: ἰσορίας γὰρ εἶναι ἀφέλη πρὸς καὶ ἀπὸ πᾶσι, ἐπὶ τὸν χρόνον ἐπὶ τὸν χρόνον, καὶ τὸ παραχρημα πότερα δὲ λόγον εἶναι τὸ πᾶσι, τὸ παραλειπόμενον αὐτῆς ἀγωνίσματις μὲν, μᾶθημα δὲ ἐπίγειον. Quod Thucydides voce pon-

derosa valde κτῆμα dixit, Polybius magis aperte μᾶθημα. *Casaub.*

Et harenam esse sine calce.] Credo, quod sententias plerunque loqueretur, breves & nulla admodum connexionione inter se coherentes. Tale quid voluit & Quintilianus, cum in Seneca reprehendit quod verum pondera minutissimis sententiis fregisset. de quo genere dicendi vide ejusdem doctoris iudicium libro viii. cap. v. Diversa ratio est cur dicat Epiphanius, hæreticos χοινία ἐξ ἁμμου πλέκειν ex harena funiculosnectere in suis scriptis, dum sacrae scripturae loca male componunt. *Idem.*

Magnorum reorum.] Exemplum insigne Domitii Afri, quem tantopere Seneca & Quintilian. celebrant, apud Dionem, is enim accusatus Caesaris oratione scripto prolata, non alia ratione periculum evasit, quam quod, tanquam auditor potius quam reus, tandem defensionis loco cum se magis ut oratorem quam ut Caesarem metuere respondit. *Torrent.*

Stylus cesserat.] Dicendi ratio successerat. Siquidem stylum, non causam secutus, eo detorquebat imperum, quo vis dicendi facilius inclinasset. *Sabellianus.*

Batue-

dum invitato per edicta. SED & aliorum generum artes, studiosissime, & diversissimas exercuit. Threx & auriga, idem cantor, atque saltator. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat exstructo plurifariam circo. Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus & tragædo pronuntianti concineret: & gestum histrionis quasi laudans vel corrigens palam effingeret. Nec alia de causa videtur eo die quo periit, pervigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu: & quondam tres consulares secunda vigilia in palatium accitos, multaque & extrema metuentes super pulpitem collocavit: deinde repente ma-

gno

Batuebat pugnatoriis armis.] Cum rudibus tantum in batualibus uterentur. Repete notas ad cap. xxxii.

Pervigilium indixisse.] Antiquos in sacris quibusdam pervigilio usos, passim legimus. Tacitus: *pervigilia celebrantur fœmina, quibus mariti erant.* Cicero *pervigilationes* vocat II. de Leg. Suetonius in Galba, de simulacro Fortunæ: *In parte adium consecratum, mensuris deinde supplicationibus & pervigilio anniversario coluit.* Nihilominus voluptatis etiam & hilaritatis causa pervigilia priscos egisse, ex hoc loco colligimus. Etiam Vitell. cap. x. Vitellii luxum describens, eum in Apennini jugis pervigilium egisse tradit. Id quod clarius docet Tacit. Hist. III. M. Donatus.

Super pulpitem collocavit.] Erat in scena proscenium, id est, locus ante scenam porrectus, ubi pulpitem excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita ut scena altior esset pulpito, pulpitem autem altius orchestra: quæ ipsa locus erat saltantium, ob id orchestra dicta, quasi saltatorium. Budans.

Magno tibiærum & scabellorum crepitu.] Saltatores & saltatrices præter iētū pedum varia instrumenta sono edendo apta adhibebant. fere enim jungebantur, ut Lucianus Περὶ ὀρχήσεως indicat, κρέμαλα, περιπέματα, & ποδῶν κτύπος. Inter alia organa ejus generis & scabelli fuerunt. Eam vocem non magis Latinam puto esse quam *barbitus*, *sambuca*, *nabla*, & alia pleraque omnia instrumentorum musicorum nomina: quæ simul cum usu rerum quas significant, in civitatem Romanam sunt admissa. Assentior autem doctissimo amicissimoque Scaligero, qui *scabellos* sive *scabella*, esse putat apud Suetonium & Arnobium quos Hispani & Aquitani *cascabellos* dicunt; quam dictionem Rabbi Iona usurpat in explicatione vocis Hebraicæ קק. Erat hoc unum è crepitaculorum generibus, quibus vel cum musicis organis, vel inopia eorum, ut notat scholiastes Aristophan. ad Ranas, utebantur. Talis fuit testarum crepitus, item acetabulorum tinnitus, sive ὄρυβάφων μεσοκῆ, & illa,

Aeg-

gno tiliarum & scabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari profiluit, ac desaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera, natate nesciit. Quorum vero studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur: ac si quis saltante eo vel leniter obstreperet, detrabi jussum manu sua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti, per centurionem denuntiavit abiret sine mora Ostiam, perferretque ad Ptolemaum regem in Mauritaniam codicillos suos. Quorum exemplum erat: Ei, quem istuc nisi, neque boni quidquam neque mali feceris. Threces quosdam Germanis corporis custodibus preposuit. Mirmillonum armaturas rescidit. Columbo victori, leviter tamen saucio venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellat

Ἀρχαῖον μουσικὴν, ἔ Φοινίκων κρύμα, de quibus multa notamus ad Athenarum. Casaubonus, Carol. Langius, vir doctissimus, scamillonum legebat, ut ea sint quæ nostro idiomate Scalmeyen vocamus. Quod sane probabile esse ostendit vetus inscriptio Spoleti, DIS SYRIIS. M. SEPTIMIO. M. F. HOR. SEPTIMIANO EQVO PVB. C. ALBICIVS C. I. RESTITVVS IIIIVIR. I. D. PRAEF. FABR. ROMAE DEC. IIIII. SCAMILAR. OPERAE VETERES A SCAENA PATRONO OB MERITA EIVS L. DDD. Cicero quidem Pro Cælio, Deinde (inquit) scabella concrepant, aulam tollitur. Sed ibi de fine mimi, hic de initio agitur. Torrent.

Cum palla.] Palla ab Horatio honesta dicta, mulierum erat, ut quidam opinantur. Martialis:

Fasciae te tunicaque tegunt, obscuraque Viebantur & citharœdi. Ovidius XI. Metam.

Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus,

Verrit humum Tyrio saturata murice Et tragœdi. Idem Amor. III.

Fronte comæ torva, palla jacebat humi.

Erat autem ad terram usque promissa, ut apparet in Ovidiano versu, quam ob id appellat longam Virgilius:

— pro longa tegmine palle.

Baysius.

Atque hic tam docilis ad cetera, natate nesciit.] In ipsa Urbe, aut ad Urbem hoc olim factum, & Romani veteres Campum Martium vicinum Tiberi ideo delegerunt, in quo juvenus post exercitium armorum, sudorem pulveremque dilueret. Lipsius.

Tumultuanti.] Tumultum excitanti, saltante Mnestore pantomimo.

Ptolemaum.] Consobrinum suum Sup. cap. xxvi.

Columbo.] Mirmilloni nempe, cum ipse Thracum factioni faveret, ut in Circo Praef.

Praef.

pellavit. Sic certe inter alia venena scriptum ab eo repertum est. Prasine factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in stabulo assidue, & maneret. Agitatori Cythico comissione quadam in apophoretis vicies HS. contulit. Incitato equo, cujus caussa pridie Circenses, ne inquietaretur, vicinie silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiam, & suppellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invi-

tati,

Prasine factioni.] Lege quæ ad illa Domitiani cap. VII. notantur: Duas Circensibus gregum factiones, aurati purpureique panni, ad quatuor pristinas adidit.

In stabulo.] Scilicet Prasinorum aurigarum.

Et maneret.] Adscripsit in Codice suo Ill. Salmasius, id est, pernoctaret. Ita Suetonius in Octavio: matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri caussa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscumque domesticorum cœnaculo manebat: id est, cubabat. Idem in eadem vita: ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme & æstate mansit, id est, cubuit. Eodem sensu id verbi usurpatur Senecæ lib. III. de Benef. cap. XV. τὸ ἀπὸ ἀλλοτρίου ἀπομείνειν contrarium est, ab aliquo manere, quod in Iulii Capitolini Marco Antonio reperitur.

Comissione quadam in apophoretis.] Hoc nomine existimo significari munera, quæ convivis dantur, ut ea donum referant, unde & nomen adepta sunt. Sed quis huic sententiæ est auctor & fundus? Luculentissimus omnium D. Ambrosius in exhortatione ad virgines ita scribens: Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum reportare consueverunt. Ego ad Bo-

noniense invitatus convivium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratia reservavi. Turnebus. Adi etiam Vesp. capite XIX. De propudio illo hominis Heliogabalo, sic in ejus vita Æ. Lampridius: Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas & rheadas: dedit & aureos millenos, & centena pondo argenti.

Vicies HS.] I. millia coronator.

Incitato equo.] Quendam suorum equorum, Incitatum nomine, ad cœnam quoque adhibebat, & inauratum ei hordeum apponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, salutem ejus ac fortunam jurabat, consulemque se cum creaturum pollicebatur: facturus, si diutius vixisset. Dio Cassius.

Præterequile marmoream, &c.] Similem, at non parem Cajaræ stultitiam refert in Vero Iulius Capitolinus: Volucris equo prasino aureum simulacrum fecerat quod secum portabat. Cui quidem passus uvæ & nucleos in vicem hordei in præsepe ponebat: cui mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam premium ceperunt equi aurei vel bravia postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei à populo prasiniæ nomen septem modius aureorum postularatur. Tantum prasinus color, cui Cajar quoque impensissime favit, oculos Veteris cepit.

G B

Potent-

tati, acciperentur: consulatum quoque traditur desti-
 56 *nasse*. ITA BACCHANTEM atque grassantem
 non defuit plerisque animus adoriri. Sed una altera-
 que conspiratione detecta, aliis per inopiam occasionis
 cunctantibus, duo consilium communicaverunt, perfe-
 ceruntque: non sine conscientia potentissimorum liber-
 torum praefectorumque praetorii: quod ipsi quoque, etsi
 falso, in quadam conjuratione, quasi participes nomi-
 nati, suspectos tamen se & invisos sentiebant. Nam
 & statim seductis magnam fecit invidiam, districto
 gladio affirmans sponte se periturum, si & illis
 morte dignus videretur: nec cessavit ex eo criminari
 alterum alteri, atque inter se omnes committere.
 Cum placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum me-
 ridie aggredi, primas sibi partes Cassius Charea tribu-
 nus cohortis praetoriae depoposcit: quem Cajus seniore
 jam, ut mollem & effaeminatum denotare omni probro
 consuevit: & modo, signum petenti, PRIAPVM
 ANT

Potentissimorum libertorum.] Hoc est, quod suis eum telis confossum dicit Plin. lib. xxxii. cap. ii. Adde, si lubet, Iosephum Antiquit. lib. xix. qui & Callistum conjuratis se junxisse narrat, quod nimium sibi pecuniosus, atque adeo invidiae principis tandem victima fore, videretur.

Cum placuisset Palatinis ludis.] In honorem Augusti institutis, de quibus sic Dio: Η Διαιτία ἰδὲ αὐτῶν δὴ πῶς αὐτῶν πανήγυρον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ἢ καὶ δόξο αἰεὶ ὑπὸ αὐτῶν ἢ αἰεὶ αὐτοκρατόρων τελευτῆς. Iosephus memorat, Cajum in iis ludis rem divinam Augusto fecisse.

Egressum meridie.] Ut solebant prandendi causa. Hinc Equitis illius dictum apud Quinctilian. lib. vi. cap. iiii. ad

quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus qui ei diceret, Ego si prandere volo domum eo, Tu enim (inquit) non times ne locum perdas. Adde Suetonium Claud. cap. xxxiv. dimisso ad prandium populo. Torrent.

Cassius Charea.] Hic ille est, qui centurio Germanici exercitus seditione, quam moverant excessu Augusti nuntiato, cum eum peterent ad mortem milites, ut reliquos centuriones, audacia singulari per medios ferro sibi viam patefecit, unde & salutem adeptus est, magna centurionum aliorum parte caesa. Bapt. Egnatius.

PRIAPVM ANT VENEREM dare.] Cherez, tribuno militum, sermo non pro manu erat, languidus sono & infracta voce suspectior. Huic Cajus signum petenti modo *Veneri*, modo *Priapi* dabat:

aut VENEREM dare: modo, ex aliqua causa agentigratias, osculandam manum offerre, formatam commotamque in obscœnum modum. Futuræ cedis 57. multa prodigia exstiterunt. Olympiæ simulacrum Iovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Cassius quoque nomine, jussum se somnio affirmans immolare taurum Iovi. Capitolium Capuæ Idibus Martiis de cœlo tactum est: item Romæ cella Palatini atriens-

dabat: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. Coëgit itaque illum uti ferro, ne sæpius signum peteret. Seneca. Aliter atque aliter exprobrans: exponit Lipsius: cum Venerem ei signum daret, ut foemina: Priapum, ut qui virum quæreret.

Osculandam manum offerre, formatam commotamque in obscœnum modum. Inter alios irridendi modos est quæ sanna propriè dicitur: cum gestu aliquo mimico exprimitur id quod volumus objicere ei quem ridemus. Tria earum genera notavit eleganter Persius satyra prima: manu pincentem ciconiam exprimere, opposito temporibus pollice auriculas asininas effingere, & linguam exertare instar sitientis canis. Similis hîc sanna intelligitur: quod Suetonius elegantissime exprimit per formatam & commotam manum in obscœnum modum. Qui meminerit eorum quæ de infami digito apud veteres leguntur, & eorum quæ de voce σκιμαλιζειν Græci scholiastæ notant, præsertim ad illa ex Pace Aristophanis, Καὶ τὸ ὀδρυξόον οἶον ἐσκιμαλιζειν; facile animo concipiet quale hoc sannæ genus fuerit. neque est operæ pluribus ista explicare. obscurius idem Suetonius similem Py-ladis sannam refert libro II. cap. XLV.

nam ita locus ille accipi debet. Casaub.

Quod dissolvi transferrique Romam placuerat. Illustris primum facta est Olympia oraculis quæ ibi Olympius edebat Iupiter: quæ postquam desierunt, nihilominus sua templo mansit gloria. Ornatum autem est donariis ex universa Græcia ibi dedicatis. Inter hæc est etiam Iupiter ex auro ductus, donum Cypseli Corinthiorum tyranni. Maximum in his fuit eburnum Iovis simulacrum, quod Pheidias Charmidæ filius Atheniensis fecit tantæ magnitudinis, ut quanquam templum est maximum, tamen videatur bonam proportionis rationem duxisse, quod sedentem finxit, ita ut vertice culmen propemodum tangat, & ex ipsa specie appareat, cum si surgisset seque erigeret, recto templum nudaturum esse. Strabo.

Capitolium Capuæ. Non Romæ solum Capitolium fuit, sed & aliis in locis: ac tandem ea voce omnes arces promiscue appellatæ videntur. Casaubon. Capuz Capitolium Tiberius dedicavit. cap. XI. Tib.

Cella Palatini atriensis. Viterb. Cod. palatini, minore p. recte: cum de atriensi intelligat palatii & domus imperatoris: non autem Apollinis Palatini. Cellas Latini vocant omnia gurgustiola infimæ sortis hominum. Tales erant cellæ servorum ut atriensis hujus

atriensis. Nec defuerunt qui conjectarent altero ostento periculum à custodibus domino portendi : altero , cædem rursus insignem , qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua , Sylla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit. Monuerunt & sortes Antiatinae ut à Cassio caveret. Qua caussa ille Cassium Longinum Asiae tum proconsulem occidendum delegaverat, immemor Cheream Cassium nominari. Pridie quam periret, somniavit consistere se in cælo juxta solium Iovis : impulsisque ab eo dextri pedis pollice, & in terras precipitatum. Prodigiis loco habita sunt etiam que forte illo ipsa die paullo prius acciderant. Sacrificans vesperus est phœnicopteri sanguine. Et pantomimus Mnester tragædiam saltavit, quam olim Neoptolemus tragædus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cum in Laureolo mimo, in quo a-

Et or

& janitorum: quæ erant adstructæ magnatum domorum aut insularum foribus. Earum mentio apud Vitruvium, Petronium, Suetonium in Vitellio & alios. quas Romani cellas meretricias, Græci vocant *ελιθία*, & *σιςας*, item *σις*, vel *τις*. Quare cum legis apud Græcos *πύριαι ἐπι τῆς*, vel *ἐπι σῆς ἐπι τῆς*, semper de cellulis meretriciis debes intelligere. *Casaub.*
Qualis eodem die.] Intellige Divi Iulii cædem.

Sortes Antiatina.] Gallici quidam codices *Fortuna Antiatina*, quam lectionem agnoscunt & interpretes. Sicque in veteri nummo Q. Rustii appellantur, ut *Fortuna Antiates*, in antiquo marmore, *Fortuna apud Antium* à Macrobo. lib. 1. Saturn. cap. xxiii. Qua de re latius ad Hor. notavimus l. 1. Od. xxxv.

O diva, gratum quæ regis Antium. *Torr.*

Phœnicopteri sanguine.] Ipse, ut videtur, sibi sacerdos, phœnicopterum numini suo immolavit. sup. cap. xxiii.

Tragædiam saltavit.] Cinyram, (Auctor Ioseph.) in qua ipse cum filia Myrrha occisus sit. Nota est fabula ex Ovidio & aliis. *Torrent.*

Neoptolemus trag.] Meminit hujus rei Stobæus Sermone xcvi. Plutarch. Demosthene, Diodor. Sicul. extremo libri xvi. ubi de Philippi regis morte, quanquam non nihil à Suetonio dissentiens. Meminit etiam Tertullianus De anima, & de Neoptolemo histrione ipse Demosthenes De pace. *Torr.*

Et cum in Laureolo.] Locus intricatus sic è Codice Salmasii restituendus: *Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proriprens se ruina sanguinem vomuit, (lego vomit) plures secundarum certatim experimentum artis darent.*

Laureolo mimo.] Iuvenallo:

Laureo-

Et or proripiens se ruina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit. Parabatur & in noctem spectaculum; quo argumenta inferorum per Ægyptios & Æthiopes explicarentur. Nono Kalendas Februarias, hora quasi septima, cunctatus an ad prandium surgeret, marcens adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati præpararentur, ut eos inspiceret hortareturque, restitit. Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac representare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt alloquenti pueros à tergo Cheream cervicem gladio cesim graviter percussisse, præmissa voce: Hoc age:

age:

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me vera dignus cruce.

Nævius in carcere Laureolum fabulam scripsit. Martialis:

Et ficta pendens in cruce Laureolus.
Sabell.

Plures secundarum certatim experimentum artis darent.] Cicero in Verrem: Ut in actoribus Græcis fieri videmus: sepe illum qui est secundarum partium, aut tertiarum, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat. Comœdia quinque actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur: secundarum & tertiarum, quæ minus minusque procedunt. Terentius in Phormione:

Quia, primas partes qui agit, is erit
Phormio.

Asconius.

Hora quasi septima.] Ὡρα ὡσεὶ ἑβδόμη. Nam ita & Græci loquuntur, at

in Mss. nostris fere non quasi. Casaub.

Pridiani cibi.] Pristini diei & hesterni. Ita supra pridiana, id est, superioris diei obsonia dixit apposita fuisse à Tiberio in solennibus coenis.

Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati.] Libro primo capite xxxix. Pyrrhica saltaverunt Asia Bithyniaque principum liberi. Iosephus: ἄμα καὶ παῖδας οἱ εἰσήκουσαν ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ ἠνοήσαν, πομπῆς αὐτῶν ἐκείθεν ἠνομήθη, ἐπὶ ὕμνοις μουσικαῖων, ἃ ἐπέτελλ' ἐνιοὶ ἢ καὶ πυρρικοὺς οἱ ἐν τοῖς θεάτροις ἴσθιντο. Dio evocatos è Græcia & Ionia scribit, ut hymnum de laudibus Caji factum canerent. Casaubon.

Præmissa voce: Hoc age.] Dum magistratus res divinas facerent vel auspicia captarent, à præcone inclamatum, HOC AGE. Plutarch. in Numa & in Martio Coriolano testatur. Quibus verbis juberi scribit: ἀγορεύει τοῖς

age. Dehinc Cornelium Sabinum, alterum è conjura-
tis tribunum, ex aduerso trajecisse pectus: alii, Sabi-
num, submota per conscios centuriones turba, signum
more militia petisse, & Cajo Iovem dante, Chaream
exclamasse: Accipe ratum: respicientique maxillam
ictu discidisse. Iacentem, contractisque membris
clamitantem se vivere, ceteri vulneribus triginta con-
fecerunt. Nam signum erat omnium, Repete. Qui-
dam etiam per obscæna ferrum adegerunt. Ad primum
tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accur-
rerunt: mox Germani corporis custodes: ac nonnullos ex
percussoribus, quosdam etiam senatores innoxios, inter-
emerunt: Vixit annis XXIX. imperavit triennio &
X. mensibus, diebusque VIII. Cadaver ejus clam in
hor-

ιστοῖς καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν με-
ταξὺ μηδὲν ἡρείων ἀχολίας. Huc et-
iam pertinet ille Syllæ crudelis & in-
humanus jocus: HOC AGAMVS: se-
ditiosi pauculi jussu meo occiduntur. At-
que eodem præsens Suetonii locus refe-
rendus est, tanquam nimirum victi-
mam Chærea immolaret. Extrema
quoque Galbæ vox percussoribus jugu-
lum offerentis hæc fuisse fertur, V T
HOC AGERENT, ac ferirent, si ita è rep.
videretur: quemadmodum ab eodem
Tranquillo, & à Tacito memoriæ pro-
ditum est. *Briffonius.*

Cajo Iovem dante, Chæream exclamaf-
se: Accipe ratum.] Nempe signum: qua-
si diceret; optas ut Iupiter, cujus nomen
das pro tessera, te seruet ac protegat:
(nam omnium semper ea mens est qui
nomina superum tessera loco dant:)
en votum tuum ratum. dictum εἰπον-
κῶς. vel etiam simpliciter & serio
absque ironia: quia Caligulæ, flagitiis
omnibus & sceleribus dedecorato,
non nisi morte poterat succurri, ut di-
ctum est de Nerone. vide quæ notamus

ad Tiberium capite LXVI. Potest etiam
ita accipi: Accipe ratum quod do nem-
pe, hoc est, mortem. sic mortem ratam
dixit Livius libro XLV. *Noxa liberati
interfectores; exilium pulsæ æque rationis
fuit, ac mors interfectis.* *Casaubon.*

Lecticarii cum asseribus.] Dicti lectica-
rii qui ad lecticam erant, homines ro-
busti, quales Liburni, Syri, Medi, Ger-
mani, Britanni, ut passim apud aucto-
res legimus. Lecticariorum Cæsaris
stationem alicubi in Palatio fuisse o-
stendit Tacitus lib. V. Extant & hæc
inscriptiones. TI. CLAVDIVS AVG.
L. QVADRATVS DEC. LECTICARIO-
RVN BRITANNICORVM. VIX. AN. LX.
& TI. CLAVDIO AVG. LIB. TIGRANO
EX CORPORE LECTICARIORVN CÆ-
SARIS VIX. ANNIS LXXXV. *Torrent.*

Cum asseribus.] Asseres ligna appel-
lat, quibus innixi lecticarii lecticam
bajulant. De his existimo intellexisse
Martialem illo versu,

Vt Canusinatus multo Syrus asseres sudet.
Beroaldus.

Hortos Lamianos.] Lamia gens clara
& illustris haud unius poetarum testi-
monio.

hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustum levi cespite obrutum est: postea per sorores ab exilio reversas erutum, crematum, sepultumque. Satis constat, prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos: in ea quoque domo in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Perit una & uxor Cæsonia, gladio à centurione confossa: & filia parieti illisa. Conditionem temporum illorum etiam per hæc existimare quivis possit. Nam neque cæde vulgata statim creditum est. Fuitque suspicio, ab ipso Cajo famam cædis simulatam & emissam: ut eo pacto erga se hominum mentes deprehenderet. Neque conjurati cuiquam imperium destinaverunt. Et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut C O S S. primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium convocarent. Quidam vero sententiae loco abolendam Cæsarium memoriam ac diruenda templa censuerunt. Observatum autem notatumque est in primis, Cæsares omnes, quibus Caji prænomen fuit, ferro periisse, jam inde ab eo qui Cinnanis temporibus sit occisus.

monio. Iuvenalis:

Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Horatius:

Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

A Lamo, qui Cajetæ regnavit, gens ipsa orta dicitur. Silius Italicus:

Et regnata Lamo Cajetæ. —

Sabellicus.

In asserenda libertate.] Iosephus prodidit, cum, nocte procedente, Chærea signum à consulibus petiisset, illos LIBERTATEM dedisse.


Iulia vocabatur.] Inter postremos, maximosque delatos à Senatu Cæsari Dictatori honores, decretum etiam il-

lud, ut nova Curia, quæ in locum Hostiliae fieret, Iulia appellaretur. Quam Triumviri extruxerunt, Augustus vero post bella Aëtiaca dedicavit. *Torrent.*

Caji prænomen.] At Cæjus certe Augusti filius, Lucii frater, ferro non periit. Ne Dictatoris quidem Cæsaris pater, qui dum calceatur matutino, nulla evidente causa, subito Pisis exanimatus est. *Idem.*

Cinnanis temporibus sit occisus.] De hoc Cicero tertio De oratore, & in Bruto. Vide & Appianum Εμφυλίαν libro 1.

T. CLAVDIVS DRVSVS CÆSAR.



I NVNC, IACENTEM LVDE CLAVDIVM, ROMA,
ET VILE CAIO, VILE COPREIS NOMEN
NON CREDE VESTRIS DESTINARIER POENIS,
SERVO FVTVRA SERVA, STIPITI STIPES.

J. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER V.

A.V.C.
DCCXIV.

TIB. CLAVDIVS DRVSVS CÆSAR.

PATREM Claudii Caesaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænominē, Livia, cum Augusto gravida nupsisset, intra mensem tertium peperit: fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς Ὀτυχῆσι καὶ τεύμνω παυδία.

Is Drusus in questura præturaque honore, dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit: transque Rhenum fossas novi & immensi operis effecit, que
nunc

Neronem prænominē.] Nero & prænomen, & cognomen esse nemo vel mediocriter in litteris versatus ignorat. Huius autem Drusi prænomen fuisse & nummi, & lapides ostendunt, in quibus NERO CLAVDIVS DRVSVS inscribitur. *Torrent.*

Cum Augusto gravida nupsisset.] Nerone marito eam, tanquam patre, despondente. Ad Calig. cap. xxv. Drusum autem, domi suæ natum, Tiberio patre reddidit Augustus. Ad Tib. capite 1 v.

Τοῖς Ὀτυχῆσι, &c.] Quidam codices habent: τοῖς κρινολεχίπυ, ex quibus verbis satis aptus sensus ad rem, de qua sermo, elici potest. *P. Vrsinus.*

Dux Rhetici.] Hinc pulcherrima Horatii Oda illa lib. 1111. *Qualem ministrum fulminis alitem, &c.* Vid. Tib. c. 1x.

Oceanum Septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit.] Subit igitur mirari, cur Vellejus lib. 11. post excessum Drusi, Tiberio in Germania agente, mira felicitate & cura ducis, temporum quoque observantia, classem, qua Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito, atque incognito ante mari, flumine Albi subvectam prædicet. Nam si frater Drusus illam gloriam navigandi Septentrionalis Oceani præcepit, quid opus erat hanc tantam laudem Tiberii temporibus transcribere? Certe aut partes antea nemini tentatas intelligit, aut præpostero adulandi studio abreptus, etiam ea, quæ falsa esse sciebat, ad Tiberii sui felicitatem refert. *Schilidius.*

Fossas effecit.] Sæpe Imperatores ad discutendum torporem militarem, milites occupatos detinent in fossa facien-

nunc adhuc DRVSINÆ vocantur. Hostem etiam frequenter casum, ac penitus in intimas solitudines actum, non prius destitit insequi, quam species barbare mulieris humana amplior, victorem tendere ultrâ sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi jus, & triumphalia ornamenta percepit: ac post praturam

con-

da aliisque similibus: hoc fecit Drusus olim. Corbulo quoque inter Mosam Rhenumque trium & viginti millium spatio fossam perduxit: ut ita miles orium exueret. *Beroald.* Propiorum causam Tacitus hanc *Annal. xi.* aperuit: quo incerta Oceani vetarentur. Hodie de *Wliet* ab Hollandis appellatur, ac paulum infra *Leydam* è Rheno derivata, postea *Delphos* prætexens, inde porro *Mosam* petit.

Novi & immensi operis.] Nimis amplificare magnitudinem rei *Suetonius* videtur. *Cod. Salmas.* *navi & immensi operis.* *Festus:* *Navus, celer ac strenuus.* *Immensum* autem veteres dixere quidquid insigni magnitudine videretur. Sic *Tacitus* *Frisios ambire immensos lacus:* & *Chaucos immensum terrarum spatium implere* ait, *lib. de Mor. Germ.* Idem *Annal. xi.* *Mosam immenso ore in Oceanum effundi* dixit. *Schildius.*

Quæ nunc adhuc DRVSINÆ vocantur.] Fossa *Drusina* continuat ad duo aut tria milliaria, Rhenumque novæ *Iselæ* nomine donatum deducit præter *Doesburgum* oppidulum forte à *Drusi* nomine dictum, quasi *Drusoburgum*. Quæ causæ eum impulerint ad fossam illam deducendam, ignoramus. Si objectu novi alvei hostilem furorem paravit excludere, ut aliqui opinantur, nã ille *ficulnum* auxilium & invalidum comparare aggressus est. Sin fossam duxit ad commoditatem bellici apparatus in externos hostes, Romanorum commodis, quam provincie servavit magis, dum *Bataviam* antea (loquor de universo insulæ corpore) peninsulam,

rescindit, & à continente deripit. Restat ut palustri ac humili regioni semper in stagni modum natanti, laborantique à gurgite & inundatione *Rheni*, consulere voluerit. Sed, utut hic scopus illi propositus fuerit, certe dictura est aliud *Transiselana* & *Cisrhenana Frisia*, quarum fines adesse & consumi, hinc *Rheno*, illinc *Oceano*, in mare conversi sunt. Hanc fossam, teste *Tacito*, *Germanicus Cæsar* ingressus post vota *Druso* patrifacta, lacus inde *Rheni* & *Oceanum* ad *Amisiam* usque flumen, præcipiti alveo & secunda navigatione pervectus fuit. *H. Junius.*

Species barbara mulieris.] Qualis in *Hadriani* nummis cernitur, cum inscriptione, *GERMANIA*. Pulchre historiam narrat *Dio lib. lv.* *Torrent.* Videndum an ad *Veledam* deam, peculiare numen Germanorum, de qua meminere *Tacitus*, & *Stattius*, sint referenda. *F. Visinus.*

Humana amplior.] Semper ita antiqui, ut fidem divinitatis adstruant ejuscemodi idolis. *Tacitus Ann. xi.* de *Curtio Rufo*, in *Africa* versante: *Obolata ei species muliebris, ultra modum humanum.* *Plinius* super eodem miraculo: *offertur ei muliebris figura, humana grandior pulchriorque.* *Virgilius:*

Visa mihi ante oculos & notâ major imago.

Itaque *Dio* etiam hoc loco: *τοῦτο τις μείζων ἢ καὶ ἀνθρώπου φύσει.* Id quod *Xenophon* libro octavo *Cyripæd.* *κρείττων τις ἢ καὶ ἀνθρώπου,* dixit.

Merbo

confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit, in æstivis castris, quæ ex eo Scelerata sunt appellata. Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad urbem devectum, sepultum est in Martio campo. Ceterum exercitus honorarium ei

tu-

Morbo obiit.] In Epitome Liviana lib. cxi. sic habetur. Ex fractura equo super crus ejus collapsa, xxx. die quam acciderat, mortuus est.

Scelerata appellata.] Ad calamitatem, infortuniumque indicandum ex obitu Drusi, Scelerata dicta sunt castra: sicut olim porta Romæ Scelerata est appellata, qua Fabii egressi ad amnem Cremeram ad unum omnes cæsi sunt à Veientibus. Et campus quoque Romæ Sceleratus dictus prope portam Collinam, quo virgines Vestales ob incestum vivæ defodiabantur. Fuit & vicus Romæ Sceleratus dictus à Tullia impietate. Beroald.

Per municipiorum coloniarumque primores.] Ab æstivis castris ad hiberna gestarunt tribuni & centuriones: deinde susceperunt οἱ καὶ ἐκείνων πόλιν πρῶτοι. Dio libri xv. initio. corpus toto itinere pedibus prægrediente Tiberio. libro tertio, cap. vii. Casaub.

Scribarum decuriis.] Scribæ, (ut Festus tradidit) sic dicti, quod rationes publicas scribebant in tabulis, non Quæstoribus tantum, sed aliis quoque Magistratibus apparebant, in quorum rationibus monumentisque versabantur. Ingens itaque eorum numerus Romæ. Qui distincti per decurias, ordinem obtinebant Equestri proximum. De quo multa Cic. Verr. v. Sicut igitur Augusti corpus Equites Rom. sic Drusi Scribæ à Decurionibus exceptum in urbem detulere. Torrent. Philippus Amyntæ filius Eumenem habuit ad manum scribæ loco. id multo apud Græjos honorificentius est, quam apud Ro-

manos. nam apud nos re vera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur. at apud illos è contrario, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide & industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum cum esse participem. Corn. Nepos.

Ad urbem devectum.] Ad hoc loco, valet in: nam urbi fuisse illatum, non ad urbem tantum, doceo argumento certo funebris laudationis, quam ei de more pro Rostris peregit Tiberius. at Augustus non in urbe, sed ad urbem eum laudavit in Circo Flaminio. Caussam docet nos Dio, ἐξῆρατ' αὐτῷ ἡ, inquit, καὶ ὅτι καὶ οὐκ ἔστιν οἱ ὅστιον μὴ εἶπε καὶ ἡγήθη καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ στρατὸν παρ' αὐτῷ τῶν εἰσῶν ἔπισημῶν εἰσοδῶν ἐπιτελέσαι. quia res bello gesserat, fas ei non erat ea prætermittere quæ post bella confecta in ipso pomærii introitu de more præstabantur. quid intelligat Dio non est obscurum, vel utcumque versatis in historia Romana lectione. præcipua siquidem cura urbem ingredientibus post victoriam partam fuit, Iovi Capitolino aliisque diis gratias in ipsorum templis agere. quod Augustus, funesta ipsius domo facere non poterat: ideo ad urbem mansit. Casaub.

In Martio campo.] Epitome Liviana: Corpus Romanum pervectum, & in C. Iulii tumulo conditum.

Exercitus honorarium tumulum.] Lamprid. Alexandro, Cenotaphium in Gallia, Romæ amplissimum sepulcrum meruit. Quale etiam nobis Virgil. describit Æneid. 111.

— Mane

tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. Præterea senatus inter alia complura, marmoreum arcum cum tropæis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipsi posterisque ejus. Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam civilis animi.

Nam

— Manesque vocabat
Hæctorem ad tumulum, viridi quem
cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat
aras.

Torrentius. Tacitus Ann. II. Tumulum nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disjecerant. restituit aram (Germanicus) honorique patris princeps ipse cū legionibus decurrit. Dio: ἡμεῖς γὰρ εἰσόντων γὰρ αἰψὶδὸν κενόταφον τε πρὸς αὐτῷ τῷ Πήνῳ λαβάν. Nescio an huic tumulo adjuncta ara: apparet, quia Suetonius ait, supplicarent. Volunt id cenotaphium ad Moguntiacum fuisse. repugnat Tacitus, qui constituit inter Lupiam & Rhenum. Sed & Ravennæ sepulcrum Drusus habuit, à Claudione ejus F. an ab Augusto exstructum? cujus memoria in Lapide prisco ibi: TIB. CLAUDIVS. DRVSI F. CAES. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SVI. DEC. VII. COLLEGGII FAER. N. R. HS. ∞. N. LIBERALITATE. DONAVIT. SVB. CONDICIONE. VT. QVOTANNIS. ROSAS. AD. MONVMENTVM. EIVS. DEFERANT. ET. IBI. IPVLENTVR. DVMTAXAT. IN. V. ID. IVLIAS. QVOD. SI. NEGLEXPRINT. TVNC. AD. VIII. EIVSDEM. COLLEGGII PERTINERE. DEBERIT. CONDICIONE. SVPRADICTA. Lipsius.

Circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret. In funeribus clarorum virorum milites suis instructi armis & tanquam in procinctu, gradu

militari & exercitatione quadam ludicra decurrebant. Id Virgilius xii. Æn. in funere Pallantis imitatus est:

Ter circum accensos, cincti fulgentibus
armis,

Decurrere rogos.

Sed lævos orbes agere, circumque in sinistram decurrere primum solebant: deinde ut expiarent contagionem funeris, in dextram decurrebant. Papius lib. vi.

— Iustrantque ex more sinistro

Orbe rogos. —

Deinde subjicit:

— hinc luctus abolere, novique

Funeris auspiciam, vates, quanquam
omina sentit

Vera, jubet dextro gyro & vibrantibus
armis

Hac redeunt. —

Turnebus.

Marmoreum arcum.] Quales duos Romæ conspeximus, in quibus tropæa fabrefacta visuntur. Beroald. Qualem in vetustis numismatibus tam æreis, quam argenteis cernimus, cum titulo GERMANICI, & DE GERMANIS. Torrent.

Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam civilis animi.] Drusus Claudius, frater Neronis, adolescens tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria percipit: cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus suffecerit artibus, in incerto est. Morum certe dulcedo ac suavitas, & adversus amicos æqua ac par sui æstimatio inimitabilis fuisse dicitur. Pellejus.

Opima

Nam ex hoste super victorias, opima quoque spolia captasse, summoque sæpius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus: nec dissimulasse umquam pristinum se Reip. statum quandoque restitutum, si posset. Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto, revocatumque ex provincia: & quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum aut verisimile putem: cum Augustus tanto opere & vivum dilexerit, ut coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est: & defunctum ita pro concione laudaverit, ut deos precatus sit, Similes ei Cæsares suos facerent: sibi que tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent. Nec contentus elogium tumulo ejus versibus à se compositis insculpsisse, etiam vitæ memoriam prosa oratione composuit. Ex Antonia minore complures qui-

Opima quoque spolia captasse.] Opima spolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipse agrorum cultor habetur, nominatus à fatu, tenensque falcem effingitur, quæ est insigne agricolæ. Itaque illa quoque cognominatur Consiva, & esse existimatur terra. Ideoque in regia colitur à populo Romano, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Ergo & opulenti dicuntur, terrestribus rebus copiosi & hostiæ opimæ præcipue pingues: & opima magna, & ampla. unde spolia quoque, quæ dux populi Romani duci hostium detraxit, opima dicuntur, quorum tanta raritas est, ut intra annos paullo trina contigerint nomini Romano. Festus.

Quandoque restitutum, si posset.] Codex Salmæ, quandoque posset restitutum.

rum. Hac de re datas ab eo ad Tiberium litteras, atque Augusto proditas, alio Tranquillus loco significavit.

Cæsares suos.] Filios Cajum, & Lucium quos domi adoptaverat.

Etiam vitæ memoriam.] Memoria pro commentario rerum gestarum, vel vitæ Ephemeride. Fuit etiam inter officia domus Augustæ, *memoria magister*. Et *Memoriales* qui ad memoriæ officium apparebant, *σι Μνηστικάριοι*. Inde & *memoria* cippus vel columna mortui tumulo imposita, in qua elogium ejus inscriptum visebatur, quod nomen, patriam, parentes, professionem, artem, ætatem, mortis genus continebat. Salmæ.

Antonia minore.] Calig. cap. i. vide, & Ner. cap. v. De Livilla Tib. c. 1211. Antoniam illam nunquam exspuisse, Plinius, Solinusque prodiderunt.

Lugdun-

quidem liberos tulit: verum tres omnino reliquit, Germanicum, Livillam, Claudium. CLAUDIUS natus est, Iulio Antonio, Fabio Africano COSS. Kalend. AVgustis, Lugduni, eo ipso die quo primum ara ibi AVgusto dedicata est: appellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox fratre majore in Iuliam familiam adoptato, Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus à patre, ac per omne fere pueritia atque adolescentie tempus, variis & tenacibus morbis conflictatus est: adeo ut animo simul & corpore hebetato, ne progressa quidem etate, ulli publico privatove muneri habilis existimaretur. Diu, atque etiam post tutelam receptam, alieni arbitrii, & sub pedagogo fuit: quem Barbarum & olim superjumentarium, ex industria sibi

Lugduni.] Cod. Salmas. Lugduni. Sic in marmoribus quoque ejus loci antiquis, & in numismatibus legi, Geographi testantur. At Batavorum Lugdunum non Lugdunium, sed Lugodinum appellatum invenimus.

Ara ibi Augusto.] De hac ara Calig. cap. xx.

Atque etiam post tutelam receptam.] Hoc est, postquam sui juris effectus in tutorum esse potestate desuisset, peculiari Jurisconsultis loquendi formula, apud quos pupillus suae tutela effici, & in tutelam venire dicitur cum pubertatis annos attigit. Quibus verbis usus etiam sic Cicero est. Et impuberum quidem cura ad tutores spectat, adolescentium vero, uti & aliorum qui rebus suis superesse non possunt, quales sunt furiosi, prodigi, fatui, ac perpetuo aliquo morbo impediti, proprie curatores dicimus, accuratorem ipsorum munus. Torrent.

Barbarum & olim superjumentarium.] Jumentarius dicitur qui praest jumentis eaque curat, ut asinarius ὁ ἐπὶ τῷ

όνων, vel ὁ πρὸς τῇ ὄνων ἐπιμελεία, ut quidam auctores loquuntur: possis & magistrum jumentorum dicere, ut apud Victorem, magister pecoris camelorum. qui & camelarius dicitur apud Victorem Vticensem. at superjumentarius est is, qui praefectus est jumentariis. Ut Graeci ἐπὶ usurpant in officiis denotandis, ita Latini super aut supra. sic qui in Caesarum aulis obvenientes hereditates administrabat, aut vigesima hereditatum praepositus erat, dictus super vel supra hereditates, ὁ ἐπὶ τῷ κληρονομιῶν. Scribonius Largus capite xli. Hoc Anteros Tiberii libertus supra hereditates remediatus est, similiter supra velarios, in veteri inscriptione quae Neapoli visitur, SUPRA. VELARIOS. DE. DOMV. AVG. qui & Praepositus velariorum dicebatur. alius lapis, TIB. CL. THALLVS. PRAEPOSITVS. VELARIORVM. DOMVS. AVGVSTANAE. FECIT. SIBI. ET. FILIIS. SVIS. L. L. POST. EORVM. Denique ut primicerius jumentariorum dicitur hic superjumentarius: sic statio-

sibi appositum, ut se quibuscumque de causis quam sævissime coërceret, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valitudinem & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoria patris edebat, palliolatus novo more præsedit: & togæ virilis die, circa mediam noctem, sine solenni officio lectica in Capitolium latus est. Disciplinis tamen liberalibus ab ætate 3 prima non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cujusque etiam publicavit. Verum ne sic quidem quidquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum: ac si quem socordia argueret, stultiozem ajebat filio suo Claudio. Avia Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari, nisi rarissime: non monere, nisi acerbo & brevi scri-

stationariorum de quibus multa in Codice, præpositum vocabant *superstationarium*. ejus mentio apud Optatum Milevitanum libro primo. *Casaub.* Sic & *superpositus medicorum* in veteri item inscriptione dicitur, qui *super medicos* poterat dici. *Salmasius.*

Memoria patris.] Ritu, exemploque majorum: qui in funere patrum gladiatoria spectacula edere solebant. Valerius lib. 11. dictorum, factorumque memorabilium testis est, gladiatorum munus primum Romæ datum esse in foro Boario, Appio Claudio, Quinto Fulvio Consulibus: dederunt autem Marcus, & Decius filii Bruti, funebri memoria patris cineri honorando. *Bevoaldus.*

Palliolutus novo more præsedit.] Cincti & molles capita semper pileolis aut palliolis tecta gerebant. Trimalcio ille Petronianus: *adrasum pallio incluserat caput.* Palliolum & focalia in o-

ratore solam valitudinem excusare scribit Quintilianus; nam qui ægrotabant, ut hic Claudius, etiam capite tecto solebant esse. Rutilius Lupus de figuris sententiarum in characterismo hominis ebrioli: *tunicatus sine pallio, soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendens.* Ovidius lib. 1. artis amatoriz: *Aegrum tu facito ut simules, nec turpe putaris,*

Palliolum nitidis imposuisse comis.

Palliola quoque mulierum, & præcipue meretricum, quibus caput tegebant: ut ex Martiale & Juvenale constat. Cæterum mitra, pileus, cucullus, galerus, palliolum, capitis tegmina erant, ut reapse haud multum diversa, sic nomine plerumque ab auctoribus confundi solent. *Salmasius.*

Sine solenni officio.] Sine ullo honore, ut sup. Calig. cap. x.

In Capitolium.] Cum in forum deduci solerent.

Nam

scripto, aut per internuncios, solita. Soror Livilla, cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam & tam indignam sortem populo Rom. palam & clare detestata est. Nam & avunculus major Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistolis posui: Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. Consentit autem uterque nostrum, semel esse nobis statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est ἀρετή, ut ita dicam, ὁλόκληρη, quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos & gradus producendus sit per quos frater eius productus fuit? Sin autem ἡλαπίωνος sentimus eum, καὶ βεβλάφθαι, καὶ εἰς τὴν ἑσώματι καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀεικλίαν, præbenda materia deridendi & illum & nos non est hominibus, τὰ ποιαῦτα σκώπειν ἐμοὶ κηρίζην εἰωθόσιν. Nam semper æstuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μή ποῦ ποικιλύς ἡμῶν posse cum gerere honores arbitremur nec ne. In præsentia tamen quibus de re-

bus

Nam & avunculus major Augustus.] Avunculum Claudii majorem Augustum vocat, quia Octavia, utriusque Antonie mater, Augusti soror fuit. De Augusti Epistolis August. capite LXXVI.

Ludis Martialibus.] Eos intelligo qui in Circo Kal. Augusti, quod ea die Martis ædes consecrata fuit, quotannis celebrabantur. De quibus Dio lib. IX. cum etiam sub Claudio celebratos refert, non quod ipse eo die natus esset, sed ob templi illius consecrationem. Possimus etiam ludos eos intelligere, qui veteri in Calendario, Augusti tem-

poribus proposito, IV. EID. MARI annotantur, Marti Ultori sacri. Torrentius.

Ἀρετή.] Cod. Salmas. Latinis litteris exaratum habuit, *artius*, ut ita dicam, *holoclerus*.

Quin per eosdem articulos & gradus producendus sit per quos frater eius productus fuit.] Sic ποικιλύς & ποικιλύς vocabula Stoicorum Cicero vertit *producere ad dignitatem*, & *producta*. *Articulos & gradus* vocat quæ M. Tullius puncta, cum dicit, *omnibus punctis honorem colligere*. Casaub.

Tricli-

bus consulis? curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum, non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio, homine sibi affini, admoneri, ne quid faciat quod conspici & derideri possit. Spectare eum Circenses ex pulvinari non placet nobis. Expositus enim in prima fronte spectaculorum conspicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis, aut esse Romæ Latinarum diebus. Cur enim non præficitur urbi, si potest fratrem suum sequi in montem? Habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui: ne semper inter spem & metum

Triclinium sacerdotum.] Hoc propter Salios dictum existimo, qui erant sacerdotes dicati Marti: & soliti erant celebratis ludis lautissimas cœnas conficere. Vnde *Saliarum cœna*, pro opiparis. *Beroald.* Firmet opinionem *Beroaldi*, quod cap. xxxiii. lego: *Ictus indore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur.*

Ab Silani.] Hoc nomen gentis Iuniarum tribus sub Augusto Consulatus celebre fuit, ac postea etiam Cajus M. Silani filiam duxit. *Calig.* cap. xii. & xxiii.

Ex pulvinari.] Ex hoc loco discimus quid pulvinar fuerit. *Aug.* capite xlv.

Cur non præficitur Urbi.] Sensus est: Si talis habendus est, ut sine maiore nostro rubore cum fratre Albanum sacrorum causa venire possit, non video qua ratione non etiam civitati eum præficere possimus: absentibus enim magistratibus, qui civitati per eos dies præfesset, creabatur. *Pomponius Iureconsultus*, *Quoties*, inquit, *Reipublica magistratus proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat, qui præfectus olim constituebatur: postea Latinarum feriarum*

causa introductus est, & quotannis observatur. *Sabellicus.* Moris fuit ut summo loco nati adolescentes utrique huic muneri præficerentur: sic enim *Iulius Capitolinus*. *M. Antonino*, *Virilem togam sumpsit xv. ætatis anno, nec multo post Præfectus feriarum Latinarum fuit.* Alterum exemplum est apud *Dionem*, cum *Claudius* Principem permisisset scribit generos suos, *L. Iunium Silanum*, & *Cn. Pompeium Magnum*, Præfectos Urbi feriis fieri, ferias enim Latinas intelligo. His adde locum *Suetonii Ner.* cap. vii. & quod de quadrigarum certamine in Capitolio Latinis feriis scribit *Plin.* lib. xxvii. cap. vii. *Torrent.*

Si potest fratrem suum sequi in montem.] Scilicet Albanum: ubi Consules soliti erant sacrum facere Iovi Latiali. Ex quo intelligimus, Augustum hæc scripsisse eo tempore, quo Consul erat *Germanicus Claudii* frater: qui quum esset facturus in monte solenne sacrum indictis Latinis feriis, quærebat *Livia* ab Augusto, an una mittendus esset *Claudius* cum *Germanico* fratre Consule *Beroald.* Plura de feriis Latinis ad cap. lxxix, *Cæsaris.*

tum fluctuemus. Licetbit autem, si voles, Antonia quoque nostrae des hanc partem epistolae hujus legendam. *Rursus aliis litteris*: Tiberium adolescentem ego vero, dum tu aberis, quotidie invitabo ad coenam, ne solus coenet cum suo Sulpicio & Athenodoro: qui vellem diligentius, & minus μετεώρως, deligeret sibi aliquem, cujus motum & habitum & incessum imitaretur miscellus:

Ἄτυχῆϊ πάνυ ἐν τοῖσι παρδαιίοις λίαν.

Vbi non aberravit ejus animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἀγύφια. *Item tertiis litteris*: Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream, nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, quī possit, cum declamat, σαφῶς dicere quae dicenda sunt, non video. *Nec dubium est quin post haec Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum: ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac pane extraneos, e parte sexta nuncuparit: legatoque non amplius octingentorum sestertiorum profecutus.*

5 TIBERIVS patruus petenti honores consularia ornamenta

Ἄτυχῆϊ, &c.] Versus is (sive è veterere quopiam poeta est, sive Augusteus, quales unus & alter referuntur Aug. c. xcviij.) dictionem πάνυ & λίαν trajecerim, atque ita legerim Ἄτ. λίαν, aut λίαν γ', ἐν τ. παρ. πάνυ. Torrent.

Auguralis sacerdotii.] Briffonium vide ad cap. xij. Calig.

Nisi inter tertios.] Qui secundis heredibus substituebantur: quippe quibus nulla pene spes erat hereditatem aliquando adeundi. Sabell. Aug. cap. ultimo.

Extraneos heredes.] Qui testatoris

juri non sunt subiecti, extranei appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes à nobis instituti, extranei heredes dicuntur: servus quoque à domino institutus, extraneorum numero habetur. Scribunt Jurisconsulti, extraneis heredibus deliberandi potestatem esse de adeunda hereditate, vel non adeunda. Beroald.

E parte sexta.] Ex Sextante. Cod. Salmas. ne parte sexta.

Legitimos.] Scilicet honores. Aliud est Consulatum gerere, aliud ornamenta Consularia impetrare: cum Consulatus

menta detulit. Sed instantius legitimòs flagitanti, id solum codicillis rescripsit, Quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria misisse ei. Tunc demum abjecta spe dignitatis, ad otium concessit, modo in hortis & suburbana domo, modo in Campania secessu delitescens: atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitie notam, ebrietatis quoque & alea infamiam subiit. Cum interim, quamquam hoc modo agentis, nunquam aut officium hominum, aut reverentia publica defuit. Equeſter ordo bis patronum eum perferenda pro se legationis elegit: semel cum deportandum Romam corpus AVGUSTI humeris suis à COSS. exposceretur: iterum cum oppressum Sejanum apud eosdem gratularetur. Quin & spectaculis advenienti assurgere, & lacernas deponere solebat. Sena-

latus sit legitimus honos, & magistratus: Consularia vero ornamenta per indulgentiam principis etiam illis dentur, qui nunquam ad Consulatum aspiraverunt: sicut insignia quaestoria, & ornamenta praetoria decreta Narcisso, & Crispino fuisse legimus. Beroald.

In Saturnalia & Sigillaria misisse ei.] Quem morem Spartian. in Caracalla ostendit cum ait, *Quae à parentibus gratia Sigillariorum acceperat, vel clientibus, vel magistris sponte donavit.* Idem Hadriano: *Saturnalia, & Sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab eis libenter accepit.* Quo loco novè his vocabulis usus est. Torrent. Traditum, ut cerei Saturnalibus missitarentur, & sigilla arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur: quae homines pro se atque suis piaculum pro Dite Saturno facerent. Ideo Saturnalibus tallium commerciorum celebritas coepta, septem occupat dies, quos tantum feriatos facit esse, non festos omnes. Macrobin.

Exposceretur.] Cod. Salmas. *exposce-*

rent, sensu liquidiori.

Lacernas deponere.] Equidem id reverentiae causa advenientibus Principibus fieri consuevisse crediderim, nam & oraturi Deos panulas deponebant. Auctor Tertullian. lib. De oratione. *Torrent.* Birrus five lacerna, communis fuit sub imperatoribus, & in communi usu versata vestis jam inde à temporibus Augusti, qui cum in concione lacernis indutum vidisset Pop. Romanum, exclamavit, *En Romanos rerum dominos gentemque togatam?* jussitque deinceps omnes positis lacernis, togatos consistere. Hoc apud Suetonium legitur, quod tamen vix post illum obtinuit. Rarus exinde togarum apud Romanos usus: in salutationibus matutinis tantum, & officiis ceteris celebrandis sumebantur: omni alio tempore lacernati, hoc est, birris amicti vel panulati ibant. Senatores omnium ultimi togam retinere, quam tamè postea in totum abdicarunt, adeo ut Constantini temporibus chlamydes, hoc est,

natus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adjiceretur, censuit: & mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaque inter consulares sententia jus esset. Quod decretum aboliturum est, excusante Tiberio imbecillitatem ejus, ac damnum liberalitate sua refarturum pollicente. Qui tamen moriens, & in tertius heredibus eum ex parte tertia nuncupatum; legato etiam circa sestertia vicies prosecutus, commendavit insuper exercitibus, senatui populoque Rom. inter ceteras necessitudines nominatim. Sub Cajo demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, honores auspiciatus, consulatum gessit una per duos menses: evenitque ut primitus ingredienti cum fascibus Forum, prætervolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est & de

lacernas passim induerent, quod vetitum illis fecit lex Constantini. Cod. Theod. quo habitu uti oportet intra urbem, jussitque terrorem chlamydem deponere. Tandem penes solos iudices, cum judicarent, & advocatos cum causas perorarent, toga hæsit. Unde togati Augustorum, togati præfectorum, de causidicis, qui apud Augustum, aut præfecturæ sedem causas elaborabant, in antiquis inscriptionibus, & rei Agrimensoriæ auctoribus reperiuntur dicti. Advocatos tamen etiam pænulatos aliquando fuisse cum causas agerent, legitur apud auctorem de causis corruptæ eloquentiæ. Salmasius.

Ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adjiceretur.] Annus A. V. C. DCCCLXVII. novas eximias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat. sorte ducti è

primoribus civitatis unus & viginti. Tiberius Drususque, & Claudius, & Germanicus adjiciuntur. Tacitus.

Dicendaque inter consulares sententiæ jus esset.] Ante legem, quæ nunc de senatu habendo observatur, ordo rogandi sententias varius fuit. alias primus rogabatur, qui à censoribus princeps in senatum lectus fuerat, alias qui designati consules erant. quidam è consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat, honoris gratia, extra ordinem sententiam primum rogabant. observatum tamen est cum extra ordinem fieret, ne quis quemquam, ex alio quam ex consulari loco, sententiam primum rogaret. Gellius.

Ex parte tertia.] Ex triente.

Circa sestertia.] V. C. habet: Circiter sestertiū vicies. F. Ursinus. Sunt coronat. i. millia.

Dexteriore.] Non omnes aves ab eadem

de altero consulatu in quartum annum, præseditque nonnumquam spectaculis in Caji vicem, acclamante populo, Feliciter, partim patruo Imperatoris, partim Germanici fratri. Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam & si paullo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset, non nisi agre, & circuito demum triclinio recipiebatur. Et quoties post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur: interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur à copreis. Solebant & manibus stertentis socci induci, ut repente expergefactus faciem sibi confricaret. Sed ne discriminibus quidem caruit: primum in ipso consulatu, quod Neronis & Drusi, fratrum Cæsaris, statuas segniùs locandas ponendasque curasset, pene honore submotus est: deinde extraneo vel etiam domesticorum ali-

dem parte ratum faciunt auspiciam: sed sicut à sinistra cornix, & picus faciunt ratum, sic à dextera corvus & aquila. Hinc illud Plautinum ex asinaria: Picus & cornix est ableva: corvus parro ab dextera consuaret. Beroald.

Sortitus est & de altero consulatu.] Ea quæ sortitio fuerit ignoro, nisi Cajum dicamus in annos aliquot sorte consulles designasse, quo tempore etiam equo suo Incitato Consulatum destinavit. Torrent.

In quartum annum.] Hoc est, ut post primum Consulatum, quarto demum anno ini ret secundum,

Acclamante populo, Feliciter.] Fautis acclamationibus plane familiaris vox. Domit. cap. XIII. Domino & Domina Feliciter. Cic. lib. XIII. ad Att. Faciam quod volunt. Feliciter, velim, inquam. Florus lib. III. cap. de Bello Cimbrico: frequensque in spectaculo rumar victoria Cimbrica, Feliciter, di-

xit. In sponsalibus etiam idem acclamatum, Iuvenalis Satyra prima indicat:

Signata Tabula: dictum, Feliciter. Eiusmodi erant Socij illæ & EvΦpiay, de quibus Appianus lib. x. de B. C. cum de Antonii & Octaviæ sponsalibus agit. Brissonius.

Interdum ferula flagrove velut per ludum excitabatur à copreis.] De his copreis sentit Tacitus Annalium lib. XII. Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus ignavia animi, & deridiculo corporis juxta despicendus: sed Claudio per quam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. legitimus enim cum Lipsio: cujus emendationem habemus pro verissima. Castub.

Neronis & Drusi.] Eos Tiberius fame necaverat, cap. LV. Cælius ipsozorum memoriam restituit, cap. XV.

Domesticorum aliquo.] Callig. c. XXXII.

aliquo deferente, assidue varieque inquietatus. Cum vero detecta esset Lepidi & Gatulici conjuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vite periculum adiit: indignante ac fremente Cajo, patrum potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint qui traderent, precipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat. Atque ex eo numquam non in senatu novissimus consularium sententiam dixit, ignominia causa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo & ipse signaverat. Postremo etiam sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam arario fidem liberare non posset, in va-

CUUM

Cum vero detecta esset Lepidi & Gatulici conjuratio.] Ad hunc locum pertinet fragmentum lapidis Fratrum Arvalium, in quo est A. D. VI. K. NOVEMB. . . . OB. DETECTA. NEFARIA. CO. VM. CN. LENTULI. GAE Apparet autem ex his reliquiis, Fratres Arvales, ob detecta nefaria consilia Cn. Lentuli Gatulici in Claudium, immolasse hostias alicui deo, cujus nomen in eo lapide incisum erat. F. Ursinus.

Patrum potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendam.] Patrum in nepotes, seu peculiaris genuinaque severitas, proverbio locum dedit, Ne sis pater mihi. Horatius:

— sive ego prave

Seu recte hoc volui, ne sis pater mihi —

Idem in Odis:

Metuentis patrua verbera lingua.

M. Tullius adversus Herennium: Fuit in hac causa quidam pater, censor, magister. Objurgavit M. Caelium sic, ut neminem unquam parens. Erasimus.

Sestertium octogies pro introitu novi sa-

cerdotii coactus impendere.] Postquam cepere imperatoribus tanquam diis templa exstrui, redempta statim sunt ab improbissimis adulatoribus sacerdotia ista vi magna pecuniae, non in urbe solum, quod testatur haec historia: sed etiam per provincias. declarat Arrianus, item vetus ille lapis quem Capuz descripsisse ajunt viri docti, positus a quodam qui gratis eum honorem esset consecutus: quod haec verba indicant: HVIC. ORDO. DECVRIONVM. OB. MERITA. EIVS. HONOREM. AVGVSTALITATIS. GRATVITO. DECREVIT. Casaub.

Novi sacerdotii.] Quod ipse sibi instituerat. sup. Calig. cap. xxii.

In vacuum.] In vacuum, quod cum neque ipse certa die solveret, neque quisquam pro eo satisfaret, tanquam vacua, aut vacantia, (ut Jurisconsulti vocant) hoc est, sine domino ac possessore, esse videbantur; donec in fiscum cogerebantur. Quo sensu Horat. lib. i r. Sat. i v. in vacuum venire appellat, quando primi heredis morte vacantem hereditatem is qui substitutus est apprehendit.

Sole-

cum lege prædatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. PER HÆC ACTALIA, maxima ætatis 10 parte transacta, quinquagesimo anno Imperium cepit, quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caji, cum quasi secretum eo desiderante turbam submoverent, in diatam, cui nomen est Her-

MAUM,

Solere autem intervenire amicos, tabulasque seu libellos quibus suspensa erant bona dejicere, Cicero non uno in loco in orat. Pro Quintio ostendit, & Seneca lib. iv. De benefic. cum ait, *Suspensis amici bonis, libellum dejicio, pro eo me obligaturus.* Quo facto, nomen tabulis eximi dicebatur. *Torrentinus.*

Lege prædatoria. Cum præfectis ærarii suam fidem obligasset, & oppignorasset omnia sua prædia, ea lege, ut nisi ad certum diem solveret, vendi possent: neque cum dies cessisset, solvisset, *lege prædatoria*, id est, lege ea & conditione, qua obligata & opposita prædia fisco vel ærario fuissent, sub titulo pependisse venalem Claudium ait: pependisse, id est, venalia ejus prædia pendenti erant titulo & libello proscrip-ta: nam vendi videtur, cujus fortuna & bona veniunt. Sic *comedi senem* dicit Plautus, cujus bona comeduntur. *Turnebus.* Meminit & Cicero *juris prædatorii* oratione pro C. Balbo: & *prædatorum* ad Att. libro xii. sed à prædibus, ut videtur, non à prædiis sic appellat.

Venalis pependerit sub edicto præfecto-rum. Videtur ex veteri jure servatum in causis fiscalibus, ut qui non solverent, ipsi bonaque ipsorum venum exponerentur edicto præfectorum ærarii. hi sunt qui pependisse dicuntur: non quorum bona solum in tabula proscrip-ta fuerunt. *Casaub.*

Eo desiderante. Scilicet Caligula: qui cum esset intra regalia, rectum dimisit iter, deflectens ad locum angustum, ubi

inspecturus erat pueros arti scenicæ præparatos. *Beroald.*

In diatam. Diata Græcum est, unde & *Διατροφή*. Varro tamen inde dici vult, quod in ea per diem edatur. Frequens apud Jurisconsultos pro habitatione quæ amoenitatis causa in hortis extructa sit. l. xliiii. De legatis l. i. pænult. De donat. inter virum & vx. Quamvis etiam pro quocunque cenaculo accipitur. Quin & *diatas hypocautas* dicebant ad aliarum differentiam, quibus hieme utebantur. l. lv. De legatis l. i. *Torrent.* Paulus Sent. lib. i. *Domo cum omni jure suo sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices, & vestiarii, & Zetarii, & aquarii iidem domui servientes, legato cedunt.* Qui hic Zetarii, alibi diatarii appellantur: ex quo apparet Zetam & Diatam idem valere, sicut Zabolum (qua voce utuntur sæpe Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Paulinus) & diabolum, item Zacynthum, & diacynthum, Zaconum & diaconum. Iidem vero videntur esse atrienses & diatarii. Nam veteres Glossæ, ex libris De officio proconsulis, atrienses interpretantur esse diatarios & diatarchas. *Cujacius.*

Cui nomen est Hermaum. Hermaum dixit, ut *Iseum, Serapuum, Museum,* & similia, non pro templo tantum, sed quocunque loco dei nomine insignito recte dicuntur. Hic certe diatæ nomen est, quale illud, *canare in Apolline.* Servi quoque diatarii, ut *topiaris, & aquarii,* ab Ulpiano vocantur quibus commissa erat diatæ cura l. xlii. De inst. leg. Torr. Hac etiam tempestate

meum, recesserat. Neque multo post rumore cædis exterritus, prorepfit ad solarium proximum: interque pratenta foribus vela se abdidit: latentem discurrens forte gregarius miles animadversis pedibus è studio sciscitandi quisnam esset, agnovit, extractumque, & præ metu ad genua sibi accidentem, IMPERATOREM salutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, nec quidquam adhuc quam frementes perduxit. Ab his lectica impositus, & quia servi diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est, tristis ac tre-

pi-

in ædibus principum sunt cubicula varii nominis: ut aliud psittaci, aliud columbarum vocitetur. A nominibus quoque divorum nominamus cubicula, & cœnationes: ut Apostoli Petri, ut Pauli: & consimiliter. Beroald. Lampridius in Alexandro Severo: *In matrem Mammam unice pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret dietas nominis Mammae, quas imperitum vulgus hodie ad Mammam vocant.* Casaubonus, ut domum Gelotianam lib. iv. cap. xviii. sic & Hermæum inhabitatum à parte familiaritatis Cæsariani putat, teste inscriptione: SYMPHORO. TESSERARIO. SER. CAESARIS. DE. DOMO. GELOTIANA. FECIT. PHILODESPOTVS. SER. CAESARIS. EX HERMAEO. FRATRI. B. M.

Prorepfit ad solarium proximum.] In antiquissimis membranis regis bibliothecæ, Memmii & Cujacii, *solarium* scribitur. An fuit aliquis in Vrbe locus eo nomine? an destinatum habendæ scholæ locum, cujusmodi fuit domus Catilinæ in Palatio Augusti, vocabant *scholarium*? eadem analogia *vestiarium* dixerunt & similia. Quidam, *scalarium*. Casaubonus. *Solarium* locum fuisse in ædibus, ubi solem excipere & apricari solebant, non solum Macrobius de Augusti dictis locus ostendit lib. ii. Saturn. cap. iiii. sed, & Ulpian. l.

xvii. De servit. urb. præd. ubi *helio-caminum* & *solarium* loca vocat quibus sol sit necessarius. Nec male hoc dicitur proximum solarium describitur. Vtitur eo etiam Plautus Milite. *Torrentius.*

Pratenta foribus vela.] Hinc *velarii* inter officia domus Augustæ, in antiquis inscriptionibus, & *velares anuli* apud Plinium libro xiii. capite ix. ex Theophrasto, qui *σπυργαίης* vocat. Quibus adde Iuriconsultos lib. xiii. De instru. legato, l. xviii. De act. empti, quodque *velo levato causas cognosci* dicunt, quæ, cum leviores sint, nec magna disquisitione indigeant, palam admissis populo pertractantur. sic enim Honorius & Theodosius l. v. De naufragiis lib. xi. De *submersis navibus, decernimus ut levato velo istæ causæ cognoscantur.* Cujus consuetudinis meminit Clemens Romanus Pontifex Constitut. Apostol. cap. lvi. quem locum vide. *Torrent.*

In castra delatus est.] Nummum servo aureum pulcherrimum, & similem argenteum. Parte una effigies Claudii, altera vero castra Prætoria, cum inscriptione, IMPER. RECEPTI, quasi per Prætorianos imperium recepisset. Ut vero hic *succollantibus, sic succollatis* dixit Otho capite vi. *Idem,*

Intra

pidus, miserante obviam turba, quasi ad pœnam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernoctavit, aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu & cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occuparunt, asserturi communem libertatem: accitusque & ipse per Tribunum pleb. in curiam ad suadenda quæ viderentur, vi se & necessitate teneri respondit. Verum postero die, senatus segniore in exsequendis conatibus, per tadium ac dissensionem diversa censentium, & multitudine quæ circumstabat, unum rectorem jam & nominatim exposcente, armatos pro concione jurare in nomen suum passus est: promisitque singulis quinadena HS. primus Cæsarum fidem militis etiam premio pigneratus. IMPERIO^{II} stabilito nihil antiquius duxit quam id biduum quo de mutando Reip. statu hæsitatum erat, memoria eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum sanxit, ac præstitit: tribunis modo ac centurionibus paucis è conjuratorum

in

Intra vallum.] Castra prætoria significat.

Per Tribunum plebis.] Tribunis pl. vocandi Senatus veteri instituto jus erat.

Promisitque singulis quinadena HS.] Hujus liberalitatis nulla apud Dionem mentio. fallitur enim qui huc refert verba accuratissimi ejus scriptoris, quibus centenos nummos militibus prætorianis ait fuisse donatos. Nam ejus donationis alius fuit titulus: nempe natalis imperii ejus: quem diem soliti Imperatores prosequi aliquo donativo. neque primo die imperii ea summa data, sed anno primo vertente mos ille institutus, & deinceps per singulos annos imperii Claudiani servatus, hoc vero munus quod hic narratur & apud

Iosephum, quasi merces fuit traditi imperii, & proinde statim est perfolutum. Casaub.

E conjuratorum in Cajum numero interentis.] Chærea rogavit militem, num exercitatus esset ad cædes, & num acutum haberet gladium: postulavitque eum quo ipse Cajum interfecerat, denique uno ictu feliciter periit. Lupus autem dejecto animo parum fortiter cervicem præbens pluribus ictibus demum confectus est. Paucis post diebus, quando solenne parentandi tempus rediit, pop. Rom. dum suorum quisque manes honoraret, eadem opera etiam Chærea suam partem in ignem conjiciebant, apprecati ut propitius non irasceretur ipsorum ingratitude. Ioseph.

in Cajum numero interementis, exempli simul causa, & quod suam quoque eadem depoposcisse cognoverat. Conversus hinc ad officia pietatis, iusjurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit, quam PER AVGVSTVM. Avia Livia divinos honores, & Circensium pompa currum elephantorum AVgustino similem discernendum curavit. Parentibus inferias publicas, & hoc amplius, patri Circenses annuos natali die: matri carpentum quod per Circum duceretur: & cognomen AVgustæ, ab avia recusatum. Ad fratris memoriam per omnem occasionem celebratam, comædiam quoque

Gra-

Iusjurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit, quam PER AVGVSTVM.] Sive ut frequentior formula fuit, PER GENIVM AVGVSTI. sic per genium Casaris aut salutem jurabant, jam inde ab Augusti temporibus, quando hoc primum institutum, ut notissimus Horatii versus probat; *Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.* Casaub.

Avia Livia divinos honores.] Druso patri, & Antonie matri ludos equestres eorum natalibus instituit: translatis iis ludis, qui in eos dies incidissent, in aliud tempus, ne simul fierent. aviam Liviam præter hunc honorem, etiam immortalitati adseruit, dedicavitque ejus effigiem in templo Augusti, ac rem sacram ei fieri à Vestalibus mandavit, mulieresque per nomen ejus jurare iussit. *Dio Cassius.* Similia de sorore Drusilla Cajus decrevit.

Currum elephantorum AVgustino similem.] Designatur currus elephantum, in quo Augustus ramum Lauri manu gerens vehitur in argenteo ejus denario. *S. Vrsinus.*

Matri carpentum.] Quale in vetustis Agrippinæ nummis conspicitur, de quo Calig. capite xv. proprium nempe matronis vehiculum, ut mox cap. xvii.

Currum ejus Messallina uxor carpento secuta est. *Torrent.*

Et cognomen AVgustæ, ab avia recusatum.] Scribendum, ab avia recusatum. Ad matrem Antoniam hæc referuntur, non ad aviam: uti docet vel ἀρχαία sermonis. Quæ viva donata AVgustæ nomine à Caligula (παύτῳ τε ᾧ Ἀυγύστου διῆς καὶ ἱερίας ἔ Ἀυγύστου ἀποδείξαι, ait Dio) id sprevit: & mortua nunc per Claudium recepit. Itaque in lapidibus Claudiani xvi, ANTONIAI. AVG. DRVSI. sculptum hodieque. *Lipsius.* Adi etiam, si lubet, annotationes ad cap. ult. Augusti.

Neapolitano certamine docuit.] De quinquennali Neapolitano certamine (Græci ἀγωνία vocant) gymnico, & Musico Strabon. lib. v. Gymnici meminit Sueton. Aug. cap. xcviii. Musici hic, De quo etiam Papinius in Silvis non uno loco. Docere quoque comædiam dixit, ut διδάσκειν δράμα Græci. Unde κωμωδοδιδάσκαλοι, & τραγωδοδιδάσκαλοι. Cicero-Bruto: *Livius, qui primus fabulam C. Clodii, & M. Tuditani coss. docuit.* Horat. quoque De arte: *Et qui prætextas, & qui docere cotatas, pro edere, seu publicare.* *Torrent.*

Neapo-

Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia iudicium coronavit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit: testatus quondam per edictum, Tanto impensius petere se, ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset & avi sui Antonii. Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeii theatrum, decretum quidem olim à senatu, verum omissum, peregit. Caji quoque, & si acta omnia rescidit; diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri. Ac in semet augendo parcus atque civilis, prænomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit; sponsalia filie, natalemque geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione, transegit. Neminem exsulum, nisi ex senatus auctoritate; restituit: ut sibi in curiam præ-

fectum

Neapolitano.] Neapoli sane omnino tanquam privatus egit, quum ipse ac familia ejus Græco more viverent, ac in Musicis ipse ludis pallium & soleas, gymnics purpuram & auream coronam ferret. *Dio Casius.*

Ac de sententia iudicium coronavit.] Id est, coronam retulit. Eleganter nonnunquam activa pro passivis Latium admittit. Plurima ejus rei exempla celeberrimo Vossio adferuntur *Artis Grammaticæ lib. v. cap. 111.*

Ne Marcum quidem Antonium.] Erat hic Claudii maternus avus, utpote pater Antoniz, quæ mater fuit Claudii, quam ex Octavia Augusti sorore susceperat. Hinc ait ipse Claudius apud Senecam: *M. Antonius avus meus nullo minor, nisi eo, à quo victus est, fratrem interfectum audivit.*

Sponsalia filia.] Sponsalia à spondendo dicta esse, inter omnes convenit: propterea quod veteribus plerumque moris fuit, stipulari & spondere sibi uxores futuras. Vnde sponsorum &

sponsorum nomina: ut ait l. r. l. r. l. r. l. r. D. h. t. Quod idem Serv. Sulpicius tradit *Agell. lib. 1 v. cap. 1 v.* Ejusque consuetudinis exempla in l. si stipul. xxxv. D. de verb. obl. & apud Plautum in *Pœnulo.* Item in *Trinummio* tale:

— *LYS. Sponden ergo*

Tuam gnatum uxorem mihi? CHRÆ.

Spondeo, & mille auri

Philippum dotis. LYS. Istac lege filiam tuam sponderi mihi,

Uxorem dari? CHRÆ. Spondeo. LYS.

Et ego spondeo idem hoc.

Dixi autem, plerumque interponi stipulationes. Nam interdum etiam antiquissimis temporibus sola pactio & consensu nudo ea conventio fiebat: unde pacta puellæ dicebantur. Hottomannus.

Vt sibi in Curiam præfectum Prætorii tribunosque militum.] Hoc primus Ti-

berius petierat & impetraverat post eandem Sejani. Tacitus libro vi. *Dein redditis absentia causis admodum vagis flexis ad graviora, & offensiones ob Rempt captas:*

etum Prætorii, tribunosque militum secum inducere liceret, utque rata essent quæ procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. Ius nundinarum in privata prædia à consulis petiit: cognitionibus magistra-

captas: utque Macro præfectus, tribunorumque & centurionum pauci, secum introirent, quoties curiam ingrederetur, petiit. factumque large & sine præscriptione generis aut numeri, senatusconsultum.

Utque rata essent quæ procuratores sui in iudicando statuerent.] Provinciarum quædam Cæsaris minores non Legatos aut Proprætores, sed Procuratores saltem accipere. Quorum præcipuum ac proprium munus, ut reditus ac tributa colligerent, aliaque quæ ad fiscum: sed quoniam, nullo alio Præfide, res sæpe cogebat jus inter provinciales dici, etiam in re criminum, factum ut jurisdictionem aliquam sibi sumerent, Præfidum exemplo. Dico, sumerent: revera enim non habebant. Equites quia erant aut liberti. Itaque nec iudicia nec acta eorum rata, vocarique poterant ad disquisitionem Principis aut Senatus: quoniam lege apud eos agi nefas. Inter equites excipio unum Præfectum Ægypti, apud quem, ut Tacitus notat, lege agi permisit Augustus, decreto quodam singulari. Attamen procuratores illi provinciis præerant, & jus sæpe in crimine & causa capitis dicebant. Exemplum in Pontio, qui Iudex procurator (non enim illi provinciarum proprie Præfes) sententiam tulit de capite nostri capitis, Christi servatoris: exempla in Petronio, Cumano, aliisque vulgo apud Iosephum: Idemque in cæteris minutis provinciis factum, quibus regendis solus Procurator. Suetonii igitur locum, & comparem Taciti, ad hos Procuratores refero. Hinc Tacitus indignatur, quod iudicatio communicata cum equitibus & libertis: de quo toties inter ordines certatum seditione aut armis erat. Addo,

procuratores solius rei familiaris Rationales postea dictos, ut à prioribus illis distinguerentur. Lipsius.

Precario exegit.] Recte precario. nam Præfectus Prætorio ex Equestri ordine sumebatur, inf. Tit. cap. vi. ac proinde in Senatum venire non poterat. Torrent.

Ius nundinarum.] Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi, vendendique causa, cumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Festus.

In privata prædia.] Plin. libro v. Epist. 1111. *Vir Prætorius à Senatu petiit, ut sibi institueret in agris suis nundinas permitteretur.* Sed & Cicero Philipp. 11. conqueritur domesticis Antonii nundinis non vestigalia solum, sed etiam imperium P. R. deminutum esse. Torrent.

Cognitionibus magistratum.] Quos magistratus potissimum intelligat, declarat Dionis de eadem re locus, *πολλάκις ἢ καὶ τοῖς ὑπὸ τοῖς τοῖς τε στρατηγῶν, καὶ μάλιστα τοῖς τῶν διοικήσεων ἔχουσι συνέξει πέριξ, καὶ ὀλίγα πλεοντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπίκειται.* Miratus sum aliquando prætermissum in hoc albo prætorem urbanum, cuius maxima fuit in urbe iudicatio: verba tamen Dionis alio trahere non possis: nam *στρατηγῶν αἰ τῶν διοικήσεων ἔχοντες*, vel *οἱ ἐπὶ τῶν διοικήσεως* semper apud eum scriptorem de prætoribus ætarii intelligendū. Casaub.

Ut ius è consiliariis.] Et Tiberius magistratibus pro tribunali cognoscens plerumque se offerebat consiliarium. cap. xxviii.

stratum, ut unus è consiliariis frequenter interfuit. Eosdem spectacula edentes, surgens & ipse cum cætera turba, voce ac manu veneratus est. Tribunis pleb. ad-euntibus se pro tribunali excusavit, quod propter an-gustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam periisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus, & militem quasi proditorem, & senatum quasi parricidam, diris exse-crationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter, & mox plures à magistratibus in Rostra producti, salvum & appropinquare confirmarent. NEC tamen expers insidiarum usquequaque perman- 13 sit, sed & à singulis, & per factionem, & denique ci-vili bello infestatus est. E plebe homo nocte media ju-xta cubiculum ejus cum pugione deprehensus est: re-perti & equestri ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes, alter ut egressum thea-tro, alter ut sacrificantem apud Martis adem adorire-tur. Conspiraverant autem ad res novas Gallus Asi-nius

Excusavit quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes.] Atqui hic mos videtur fuisse servatus, ut qui prin-cipem alloquerentur, starent. Quare etiam consules in senatu verba ad illum facturi, de curuli surgebant aut descen-debant. quos tamen civiliter admo-dum solitos excipi à Claudio, notatum Dioni reperio. ἢ ὑπ' αὐτῶν, inquit, ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ αὐτῶν ποτὲ ἀπὸ ἢ διφραγνῶν ἵνα ἀλεχθῶσιν αὐτῶν, ἀπειξάνεισι τε, καὶ ἀνπιπείσῃσθε σφίσι. Eodem pertinent & quæ se-quantur paullo post: ubi notat idem Dio, Claudium, si quando aliquid in curia recitaret, solitum propter corpo-

ris imbecillitatem sedere: sed, si qui sur-gebant in senatu, diutius steterunt, cum quoque assurrexisset. Casaub.

Cum dolone.] Virgil. Æn. VII.

Pila manu ferrosque gerunt in bella do-lones:

Et tereti pugnant mucrone, verique Sa-bello.

Dolo est flagellum, intra cujus virgam latet pugio. Aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro brevissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Et multi volunt per teretes mucrones, dolones dici: per veru Sabellum pila significari. Ser-vius.

Ennius

nus & Statilius Corvinus, Pollionis ac Messallæ oratorum nepotes, assumtis compluribus libertis ipsius atque servis. Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatia legatus, verum intra quintum diem oppressus est, legionibus quæ sacramentum mutaverant, in pœnitentiam religione conversis, postquam denunciato ad novum Imperatorem itinere, casu quodam, an divinitus, neque aquila ornari, neque signa 14 convelli moverique potuerunt. CONSVLATUS super pristinum quatuor gessit: ex quibus duos primos junctim: sequentes per intervallum, quarto quemque anno, semestrem novissimum, bimestres ceteros, tertium autem, novo circa principem exemplo in locum demortui successus. Ius & consul & extra honorem
la-

Furius Camillus Scribonianus.] Meminit ejusdem Sueton. infr. c. xxxv. & Oth. cap. 1. Plura Oros. libro vii. & nonnihil Plin. lib. iii. Epist. xvi.

Oppressus est.] Milites, quum eis Camillus nomen populi obtenderet ac pristinae libertatis restitutionem polliceretur: veriti, ne iterum molestias ac mutationes intolerandas haberent, dicto ei audientes non fuerunt. Itaque metuens eos Camillus in Issam insulam delatus est, ibique mortem voluntariam oppetiit. Claudius in tanto metu fuerat, ut paratus ultro ei principatu cedere esset. *Dio Cassius.*

Aquila ornari.] Aquila (ut scribit Plin. lib. x. cap. 1 v.) Romanis legionibus à C. Mario secundo ejus Consulatu dicata, magna in veneratione apud milites fuit, & quidem in sacello collocata. Unde eam efferri, nisi movente exercitu, nefas erat. Stabat autem imposita hastæ, cujus pars inferior acuta in solum figebatur. Ad ornatum autem spectat quod tradit Plin. lib. xiii. cap. 111. his verbis, *Aquila certe, ac*

signa pulverulenta illa, & custodiis horrida, inunguntur festis diebus. Hac nimirum mercede corrupta terrarum orbem devicere Aquila. Torrent.

Neque signa convelli moverique potuerunt.] Virgil. Æn. xi.

— ubi primum vellere signa

Admuerint superi.

Vellere proprie dixit, quia Romana signa figebantur in castris: & cum ad bellum eundum fuisset, captatis auguriis avellebantur è terra: nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, si avellentem facile sequerentur, adeo ut cum filio, Orodii bello sit Crassus occisus, qui iturus ad Parthiam avellere signa vix potuit. Quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperasset signa tolli, eaque non possent moveri, effosso solo in quo erant fixa, vi magna extrahi præcepit, & infeliciter apud Thrasymenam pugnavit. Servius.

Super pristinum.] Præter illum priorem, quem cum Cajo adhuc privatus gessit per duos menses.

Suis,

laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnumquam festis quoque antiquitus, & religiosis. Nec semper præscripta legum secutus, duritiam lenitatemve multarum, ex bono & equo perinde ut afficeretur, moderatus est. Nam & iis qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones: & in maiore fraude convictos, legitimam pœnam supergressus, ad bestias condemnavit. IN cognoscendo autem ac decernendo, mira varietate animi fuit, modo circumspectus & sagax, modo inconsultus ac præceps: nonnumquam frivolus amentique similis. Cum decurias rerum actu expungeret, eum, qui dissimulata vacatione quam beneficio liberorum habebat,

Suis, suorumque diebus.] Multi dies in Fastis legebantur solennes, & festi: qui dicati erant partim Claudio, partim Cæsaribus Claudii antecessoribus, partim Druso, & Germanico, reliquisque Gentis Claudie majoribus. Hinc est illud Nasonis ex libro 1. Fastorum:

Invenies illic & festa domestica vobis:

Sape tibi pater est, sape legendus avus:

Quaque ferunt illi pictos signantia fastos,

(feres.

In quoque cum Druso præmia fratre Beroaldus.

Privatos iudices.] Id est, rerum privatarum iudices, qualis Prætor, & Centumviri. Torrent.

Plus petendo formula excidissent, restituit actiones.] Iustinian. libro 17. Institut. tit. 11. Si quis agens intentione sua (sic libellum vocat) plus complexus fuerat quam ad eum pertinebat, cadebat, id est, rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur à Præatore, nisi minor erat annis 25. & paulo post, Plus autem quatuor modis petitur, tempore, loco, causa, re. Idem ferme Paulus Iurisconsultus l. 1. sent. c. 10. Qua de re sæpe etiam Ci-

cero, maxime l. 1. De oratore. Eleganter Ep. 1111. Seneca ad eos qui sophismatum argutiis abutuntur, Quid enim aliud agitis cum eum quem interrogatis scientes in fraudem inducatis, quam ut formula excidisse videatur? Sed quemadmodum illum Prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Quod ergo formula excidere dicit Sueton. id ego ex Iustiniano interpreto pro causa cadere, aut rem amittere. quoniam enim certæ ac solennes quædam constitutæ erant formulæ ad agendum, ne quis aberraret, hinc factum est ut formula apud optimos quosque auctores pro actione accipiatur. Sic formula injuriarum Vitell. capite 111. cadere formula, errare formula. Idem.

Decurias rerum actu.] De rerum actu sup. Aug. cap. 1111. Expungere autem decurias dicit, pro dispungere, seu ordinare qui retinendi essent in numero iudicum, quive non. Verbum in rationibus usurpatum. Vnde eleganti translatione Seneca libro 1111. De beneficium munere expungere dixit, & expungere stipendiis militem. Paullus l. penult. De re militari. Idem.

Respon-

bat, responderat, ut cupidum iudicandi dimisit: alium interpellatum ab adversariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere causam confestim apud se coëgit, proprio negotio documentum daturum, quam equus iudex in alieno negotio futurus esset. Fœminam non agnoscentem filium suum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio juvenis. Absentibus secundum presentes facillime dabat, nullo delectu, culpa ne quis an aliqua necessitate cessasset. Proclamante quodam, præcidendas esse falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra mensaque lanio-

Responderat.] In recognoscendo iudicum albo nominatim ciebantur, uti & Equites cum recognoscebantur. Sup. Calig. c. xv i. Quoniam ergo is de quo hoc loco Sueton. vocatus responderat, neque cum immunis esset, sese excusaverat, Claudius eum, ut iudicandi cupidum, dimisit atque expunxit. *Idem.*

Negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse.] Ordinarium jus est, cum Prætor, aut qui iurisdictioni præest, dat iudices, neque de re ipse cognoscit. Igitur sibi dari iudices ille à Cæsare volebat, ut ordinarium jus postulat, neque enim rem esse, de qua deberet extra ordinem cognoscere: nam de quibusdam rebus majoribus, aut ad Rempublicam, aut exemplum pertinentibus, iudicem non dabant, sed ipsi cognoscebant: quæ res cognitionis dicebatur. *Turnebus.*

Absentibus secundum presentes.] Concisa, ac proinde obscura oratio est. Sentit Claudium sæpe temere, altera parte absente, cum comperendinare satius foret, secundum presentem pronunciaffe, hoc est, pro eo qui comparuerat. sic enim veteres loquebantur, nec solum dare litem, dare sententiam, pro litem iudicare, ac sententiam dicere, sed da-

re, absolute. Vlpian. l. xxvii. De liberali causa, contra libertatem dabit. Plin. lib. vii. Epist. vi. secundum reos dedit. Cic. quoque, quod huc propius spectat. Verr. iv. Utatur instituto suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum presentem iudicare. Atque adeo apertius locutus fuisset Sueton. si de absentibus dixisset. *Torrent.*

Falsario.] Qui testamentum, aut quid aliud falso signarat. Falsarius lege Cornelia intelligebatur, non solum qui falsum testamentum scripserat, sed qui etiam signasset, recitasset, subiecisset, vel adulterinum signum fecisset, aut sculpsisset: pœna in servos ultimum supplicium, in liberos deportatio. Hæc Iureconsultus. *Sabellicus.*

Cum machæra mensaque lanionia.] Græci ἐλαῖον vel ἐπιχέπειον una voce dicunt, item ἐπιζώνον, ut apud Aristophanem in Acharnensibus,

Κ' αὖ γε μὴ λίσσω δίχρα, μὴδὲ τῷ
πλήθει δοκῶ,

Ἵπὲρ ἐπιζώνος θελήσω τιῷ κίφα-
λῶ ἔχων λίσσον.

Vnde apparet ex more veteri esse, quod mensæ lanionis in hos usus adhibentur. Cassandra apud Æschylum in A-

game-

nionia flagitavit. Peregrinitatis reum, orta inter ad-
 vocatos levi contentione, togatumne an palliatum dice-
 re causam oporteret, quasi æquitatem integram osten-
 tans, mutare habitum sæpius, & prout accusaretur de-
 fendereturve, jussit. De quodam etiam negotio ita ex
 tabella pronuntiasse creditur, SECUNDVM EOS
 SE SENTIRE QUI VERA PROPOSUISSENT.
 Propter quæ usque eo eviluit ut passim ac propalam
 contemptui esset. Excusans quidam testem è provincia
 ab eo vocatum, negavit præsto esse posse. dissimulata
 diu causa, ac post longas demum interrogationes,
 Mortuus est, inquit, Puteolis. Alius gratias agens,
 quod reum defendi pateretur, adjecit: Et tamen fieri
 solet. Illud quoque à majoribus natu audiebam, adeo
 caussidicos patientia ejus solitos abuti, ut descendentes
 è tribunali non solum voce revocarent, sed & lacinia
 togæ retenta, interdum pede apprehenso retinerent.
 Ac ne cui hæc mira sint, litigatori Graculo vox in
 altercatione excidit, καὶ οὐ γέρον εἶ, καὶ μωρός. Equitem
 qui-

gamemnone, de suo supplicio loquens:

Βωμῆ πατρῶα μὲ ἀντεπιζῆλων μί-
 ρει

Θεσμῶν ἡγορίας φωνῆν ἀεὶ ὡς φά-
 μαλ.

Casaub.

Peregrinitatis reum.] Peregrini vo-
 cantur qui cives Romani non sunt. Vl-
 pian. tit. v. Institut. & l. vi. de here-
 dib. institut. Inde peregrinitas dicitur
 cum jus civium amittitur. Torrent.

Prout accusaretur defendereturve.] Ut
 videlicet pallium indueret, habitū pe-
 regrinum, quando accusabatur tanquam
 peregrinus: togam vero Romanum
 vestimentum, quando defendebatur,
 tanquam civis Romanus. Ita fiebat

res ridicula, cum idem in judicio sæ-
 pius cogeretur mutare vestem, quum
 accusatores non semel, sed pluries, ac-
 cusatoris munus obirent, & identidem
 defensores defensionis munia capesse-
 rent. Beroald.

Ex tabella pronuntiasse creditur.] Per-
 tinet ad eas tabellas, quæ judicibus in-
 ferenda sententia dabantur, de quibus
 Cicero sæpe in Orationibus, & Pedia-
 nus. F. Ursinus.

Mortuus est, inquit, Puteolis.] Al-
 puto, licet. Quæ scriptura plus aceti
 atque acuminis videtur habere. Atque
 hoc regis bibliothecæ antiquissimus
 codex firmat, ubi sic liquido scriptum:
 nec multo aliter in regis aliis duobus
 antiquæ item manus. Casaub.

quidem Romanum obscœnitatis in fœminas reum, sed falso, & ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari adversus se, & audiri pro testimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitia & savitia exprobratione jecisse in faciem ejus, ut genam
 16 non leviter perstrinxerit. GESSIT & censuram intermissam diu post Paullum Plancumque censes: sed hanc quoque inæqualiter, varioque & animo & eventu. Recognitione equitum juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum. Alium corruptelis adulteriisque famosum, nihil amplius quam monuit ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius. Addiditque, Quare enim ego scio, quam amicam habeas? Et cum orantibus familiaribus demisset cuidam appositam notam,

Li-

Obscœnitatis in fœminas.] Tib. capite XLV.

Gessit & censuram.] Ad hanc Claudii censuram refero verba Eusebii in Chronico Num. MMLXI. ex interpretatione Hieronymi: *Descriptione Romæ facta sub Claudio inventa sunt civium Romanorum LXVIII. centena, XLIIII. millia. Græca habent XCVII. millia amplius: quod discrimen haud exigui momenti est. Cæterum hoc gestum totidem verbis Cassiodorus conjicit in Consulatibus Asiatici & Cornelii: quamvis ibi numerus mancus est, & male Cornelii pro Corvini, id est, Messallæ, numero MMLXII. Ios. Scaliger.*

Post Paullum Plancumque.] Censes fuere Paullus Æmilius Lepidus, & L. Munatius Plancus A. V. C. DCCCXXI. At Claudii Censuram refert. Plin. l. x. cap. II. ad A. V. DCCC.

Hanc quoque inæqualiter.] Ob hanc

Claudianam censuram dixit Sidonius: *Et caligas Caji Claudi censura secuta est.* Beroaldus. Codex Salmas. inæqualiter.

Cum orantibus familiaribus demisset cuidam appositam notam, Litura tamen, inquit, extet.] Quid adeo ridiculi visum fuerit Suetonio contineri hoc Claudii dicto, equidem non intelligo: nam mens certe illius patet optima fuisse. Cum enim precibus amicorum condonaret isti censoriam notam; sui tamen judicii cupiit extare aliquod testimonium. neque dubium est, idem variis rationibus factum sæpius à censoribus. Simile est quod narrat Dio lib. XI. de Appio censore. qui cum nota dignum Curionem censeret, ac notæ tamen gratiam rogatu quorundam facturum se promisisset, sententiam de eo suam in senatu prius aperuit. *Ca-faubonus.*

Quod

Litura tamen, inquit, exstet. Splendidum virum, Græciaque provincie principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono, rationem vite passus est reddere. Notavitque multos, & quosdam inopinantes, & ex causa novi generis, quod se inscio ac sine comœatu Italia excessissent: quendam vero & quod comes regis in provincia fuisset, referens, majorum temporibus, Rabirio Postumo, Ptolemæum Alexandriam, crediti servandi causa, secuto, majestatis crimen apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo majore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscumque cælibatum aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidem, qui sibi met vim ferro intulisse arguebatur, illesum corpus veste deposita ostentante. Fuerunt & illa in censura ejus notabilia, quod essedum argenteum sumtuose fabricatum ac venale ad Sigillaria, redimi concidique

CO-

Quod se inscio ac sine comœatu Italia excessissent.] Livius lib. xxxvi. P. Cornelius edixit, qui senatores essent, quibusque in Senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum ab urbe abiret, quam uno eod die redire posset, neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent. Dio quoque scribit, nulli senatorum, citra veniam impetratam, alio proficisci, quam in Siciliam, Galliamque Narbonensem licuisse. Sed & Tacit. An. xii. prodidit, Gallie Narbonensi ob egregiam in Patres reverentiam datum, ut senatoribus ejus provincie, non exquisita principis sententia, jure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. Marc. Donat. me.

Crediti servandi causa.] Cælius Rabirius Posthumus Ptolemæo regi Alexandrino, cum regno pulsus Romam venisset, egenti, & roganti, grandem pecuniam credidit: cui & regnanti crediderat absens: nec solum suam pecuniam credidit, sed & amicorum. Postquam autem in regnum reductus est Ptolemæus, Alexandriam profectus est Posthumus, causa pecunie exigenda: ubi diocetes fuit regius, hoc est, dispensator. Præterea coactus est suscepta regia dispensatione vestitum, habitumque mutare. Ex hoc accusatus, tanquam majestatem populi Romani læsisset, & à Cicerone defensus est. Beroald. Ad Sigillaria.] Nomen vini, cujus

coram imperavit: quodque uno die xx. edicta proposuit: inter quæ duo, quorum altero admonebat, ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur: altero, nihil æque facere ad viperæ morsum quam
 17 taxi arboris succum. EXPEDITIONEM unam omnino suscepit, eamque modicam. cum decretis sibi à senatu ornamentis triumphalibus leviolem majestati principali titulum arbitraretur, velletque justis triumphis decus, unde acquireret, Britanniam potissimum elegit: neque tentatam ulli post Divum Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab Ostia navigaret, vehementi Circio bis pane demersus est, prope Liguriam, juxtaque Stœchadas insulas. Quare à Massilia Gessoriacum usque pedestri itinere

Gellius quoque meminit.

Bene dolia picarentur.] Plinius, *Pice*, inquit, & *resina condire musta vulgare Italia est*. Toto etiam capite xxiiii. libro xii. Columella *De pice*, quæ utuntur *Allobroges ad condituram vini picati*. Idem prolixè cap. xix. ejusdem libri docet, quomodo dolia, & seriaz, cæteraque vasa ante quadragesimum vindemiz diem picanda sint, atque aliter ea, quæ demersa sunt humi, aliter quæ stant supra terram. Ipsum consule.

Ad viperæ morsum.] Proprie sic Lucanus:

Morsu virus habent, fatumque in dente minantur:

Pocula morte carent. —

Vehelementi Circio.] A tabulis Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Catægis, Galliam Circius. Cui ædificia quassanti tamen incolæ gratias agant, tanquam salubritatem cœli sui debeant ei. Divus certe Augustus templum illi cum in Gallia moraretur & vovit, & fecit. Seneca.

Juxtaque Stœchadas insulas.] Ante

angustias, factò à Massiliensibus initio, sitæ sunt Stœchades insulæ, tres earum memorabiles, duæ exiguæ. agros earum colunt Massilienses. antiquitus etiam præsidium ibi erat contra prædonum incursiones. habent & portus suos. Strabo. Stœchades à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis Proten & Meseu, quæ & Pompejana vocatur, tertia Hypæa. Plinius.

Gessoriacum usque pedestri itinere confecto.] Variant, ut in plerisque talibus, eruditorum suspiciones. Gessoriacum ponit Turnebus apud Audomarum recens opidum: in vico Saaci dicto. Scalliger ad Ausonium vult Gessoire opidum nomen retinere. Petrus Scriverius Vir Clarissimus iis accedere se innuebat, qui cum Gessoriacò Bononiæ comparant (incolæ Bologne, vocant) dictumque existimabat, quasi *Cæsarietium*. Portum enim Ictium, eundem cum Gessoriacò sibi videri. In Codice Salmasiano *Gessoriacum*, quod aliquanto propius ad *Cæsarem* accedit. In Panegyrico Maximiano Imper. dicto est,

vere confecto, inde transmisit: ac sine ullo praelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insula in deditio-
nem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam
rediit, triumphavitque maximo apparatu. Ad cu-
jus spectaculum commeare in urbem non solum præsi-
dibus provinciarum permisit, verum etiam exsulibus
quibusdam: atque inter hostilia spolia, navalem coro-
nam fastigio Palatinae domus juxta civicam fixit, tra-
jecti & quasi domiti Oceani insigne. Currum ejus
Messallina uxor carpento secuta est. Secuti & trium-
phalia ornamenta eodem bello adepti, sed cæteri pedibus
& in prætexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in
veste palmata, quod eum honorem iteraverat. VR-18

BIS

est, Gesorigia. Cæsarietium vero sic dici
putem, ut *Cæsaraugusta* Plinio, *Cæsaro-*
dunum Ptolemæo, *Cæsaremagnus* Antoni-
no & Ptolemæo dicuntur. *Schildius.*

Parte insula.] Vide quæ ex Taciti
Agricola notantur ad cap. xxv. Iulii
Cæsaris.

Præsidibus provinciarum.] Cum alio-
qui præsi- abuoctare non liceat extra
provinciam, permisit præsidibus Clau-
dius, ut Romam venire possent causa
spectandi triumphum. Martianus Iu-
risconsultus: *illud observandum est, ne*
qui provinciam regit, ejus fines excedat,
nisi voti solvendi causa. Beroald.

Juxta civicam.] Cujus perpetuo ha-
bendæ usus jam antea fuerat Imperato-
ribus concessus. Plinius: *Dedit hanc*
Augustus coronam Agrippæ, sed civicam
à genere humano accepit ipse. Sabell.

Secuti & triumphalia ornamenta eo-
dem bello adepti.] Iam enim invaluerat
mos, ut ex eodem bello vel trium-
phos, vel triumphalia certe ornamenta
comites expeditionum consequerentur.
non ita olim, ut diximus ad libri secun-
di caput xxxviii. Hic vero notat Dio
triumphalia ornamenta adeptos esse per

Claudium, non solum consulares vi-
ros ex senatoribus: sed alios quoque
dignitate longe inferiores. *Cæsarbo-*
nus.

In prætexta.] Prætextati scilicet se-
quuti sunt. Author est Eutropius, Clau-
dium, devicta Britannia, per Cn. Sen-
tium & Aulum Plautium illustres &
nobiles viros, triumphum celebrem e-
gisse, qui circa quosdam amicos tam
civilis extitit, ut etiam Plautium trium-
phantem ipse prosequeretur, & con-
scendenti Capitolium lævus incederet.
Beroald. Sed inspicere cap. xxiv.

Crassus Frugi.] Primus apud Roma-
nos Lucius Piso cognominatus est Fru-
gi. Cicero in Tusculanis quæstionibus:
Reliquas etiam virtutes frugalitas conti-
net: qua nisi tanta esset, & si his angu-
stis, quibus plerique putant, teneretur,
nunquam esset Lucii Pisonis cognomen
tantopere laudatum. In Crassorum fa-
milia fuisse cognomentum Frugi indi-
cat etiam Spartianus, cum ait: *Cras-*
sum Frugi occisum fuisse à procuratore A-
driani injussu ipsius, quasi res novas mo-
lientem. Idem.

In veste palmata.] Palmata, ut refert

BIS annonæque curam sollicitissime semper egit. Cum *Æmiliana* pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit: ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit: ac positis ante se cum pecunia fiscis, ad subveniendum hortatus est, representaturus pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annonæ ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio Foro à

TUR-

Servius, utebantur illi, qui palmam merebantur: unde palmata dicta. Hinc illud luculenter dictum à Sidonio in Panegyrico: *Post palmam palmata venit.* Non prætereundum est, quod tradit Iulius Capitolinus, qui de Gordiano scribens, ait: *Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit: cum ante, Imperatores etiam, de Capitolio acciperent, vel Palatio.* Idem.

Æmiliana.] Locus is fuit Romæ, sed extra portam, in continentibus (ut loquuntur Icti) Urbis ædificiis, & quidem (ut ex hoc loco colligitur) non procul à campo Martio. Varro lib. 111. De re rustica cap. 11. *eorum ædificia qui habitant extra portam Frumentariam, aut in Æmilianis.* Tacit. lib. xv. ubi de Neronis incendio, *Plus infamie id incendium habuit, quia prædis Tigellini Æmilianis eruperat: quo loco in Æmilianis legendum puto, ut apud Varro nem.* Erat & vicus Æmilianus regione VII. via lata. Rufus. Torrent.

In diribitorio.] *Diribere* idem quod distribuere est. Vnde *Diribitores* dicti qui Romanis in suffragia euntibus tabellas ministrabant, uti & rogatores qui cistam deferrebant in quam tabellæ mittebantur, & custodes qui observabant ne quid fraudis admitteretur. Cic. orat. Post reditum in Senatu. *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis?* Nam de divisoribus August. cap. 111. *Diribitorium* igitur locus fuit

ad diribitorum munus serviens, & quidem apud Septa, regione Circi Flaminii, ut Victor tradidit. De quo sic Dio lib. 111. *Diribitorium, domus omnium que uno culmine fuerunt maximam, Agrippa imperfectum reliquit.* Atque hoc est quod interdum ob calores æstivos munera, ludosque in diribitorio edi consueffe legimus. Idem.

Positis ante se cum pecunia fiscis.] *Fiscis*, id est, pecuniæ receptaculis. Ita enim accipiendum, & hic locus ostendit, & Aconius ad Prozm. Act. in Verrem, demonstrat.

Arctiore annonæ.] Dux fames notabiles sub Claudio: altera Claudio Aug. II. C. Licinio Cæcina Coss. altera Consulibus suffectis Rufo, & Pompejo Silvano, Imperatore Claudio Consule 111. designato. quo tempore regina Adiabæ Helena, coempta ex Ægypto annonæ, famem Iudææ levavit, auctore Iosepho lib. xx. cap. 111. Atque hæc est fames illa, quam prædixit Agabus in Actis Apostolorum. Triennium interest inter utriusque famis tempus. Ios. Scalig.

A turba convitiis fragminibusque panis instr.] Non desunt in historia Augustorum exempla similis furoris. Marcellinus Comes Indictione 1111. consulatu Antiochi & Bassi: *Hoc tempore dum ad Horrea publica Theodosius processum celebrat, Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab orientis populo lapidibus impetitus est.* Casaub.

Posti-

turba, convitiisque ac simul fragminibus panis ita instratus, ut egre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit: nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus. Nam & negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset: & naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit. Pro conditione cuiusque, civibus vacationem legis Papie Poppeæ: Latinis jus Quiritum: fœminis jus quatuor liberorum: que

Postico.] Quod Tranquillus posticum vocat, id eleganti vocabulo ψευδοθύρον, quasi falsum ostium Paulus Orosius appellat. Quin etiam Tullius pseudothyrum Latinitate donavit, sic scribens in Verrinis: *Eā quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum revertantur, tabulis vobis, & testibus, iudices, planum faciam.* Ammianus quoque Marcell. eadē dictione usus est. *Beroald.*

Suscepto in se damno.] Simillimum est quod Livio memoratur lib. xxiii. impetratum fuisse, ut, quæ navibus imponerentur, ad exercitum Hispaniensem deferenda, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent. Sed insignis publicanorum fraus, naufragia eminentium, eidem lib. xxv. pluribus recensetur.

Pro conditione cuiusque, civibus.] Corripisse hunc locum fœdissime qui Suetonium in capita distinxerunt, recte Torrentius monuit: nam ad navium fabricatores, de quibus ante dictum, hæc Claudii constitutiones sunt referendæ: leget, qui me audiet, quæ super his eruditissime observata sunt à clarissimo amplissimoque viro Petro Fabro Semestrium libro 1. cap. xxv. Totum autem locum sic scribe, & naves mercaturæ causa fabricantibus, magna commoda constituit pro conditione cuiusque: civibus, vacationem legis Papie Poppeæ. *Casaub.*

Civibus vacationem legis Papie Poppeæ.] De lege Papia Aug. cap. xxxiv. Civis appellatione hoc loco intelligo eum qui jus civitatis Romanæ adeptus sit, iusta ac plena libertate manumissus: nam qui Latinæ tantum conditionis erat, ac proinde cive deterior, is nave non vacationem legis Papie consequeretur, (neque enim poterat ut putaretur necdum civis, aut plene liber) sed jus Quiritium, quo civis fieret. *Torrent.*

Fœminis jus quatuor liberorum.] Olim apud Romanos fœminæ à successione ab intestato sic excludebantur, ut ne inter matrem quidem & filium, filiamve ultro citrove hereditatis capiendæ jus esset. Primus Divus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hereditatem. Postea vero Divi Hadriani temporibus S. C. Tertulliano cautum est, ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, etiam si in potestate esset, ad bona filiorum ab intestato mortuorum admitteretur, ut hæc narrat plenissime Iustinian. Institut. lib. iii. tit. iii. Ad S. C. Tertullianum. Et ea quidem quæ sub Hadriano constituta sunt, ad Claudium referri nequeunt, his tamen, quæ diximus, manifestum est fœminis jus trium, quatuorve liberorum habentibus, multa quocunque tempore privilegia fuisse, quæ omnia Claudius naves fabricantibus

10 *quæ constituta hodieque servantur. Opera magna potius quam necessaria, quam multa perfecit: sed vel præcipua, aqueductum à Cajo inchoatum: item emissarium Fucini lacus, portumque Ostiensem: quamquam sciret ex his alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum, alterum à D. Iulio sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum: Claudia aqua gelidos & uberes fontes, quorum alteri Ceruleo, alteri Curtio & Albulino nomen est: simulque rivum Anienis novi lapideo opere in urbem perduxit, diuisitque*

competere voluit. De præmiis vero hujusmodi negotiatorum, ac naves annonæ causa habentium, pulchre Scævola, & Callistratus, l. III. De vacatione & excus. munerum, & l. v. De jure immunitatis. Quæ in re notandum est quod addidit Scævola, Senatores eam ob naves vacationem non habuisse, quoniam ne habere quidem navem ex lege Julia repetundarum illis liceret: nam etiam ante leges Julias Senatori ædificare navem non licebat, sed veteres leges pæne mortuas novæ revocant. Cicero Verr. v. *Noli metuere, Hortensi, ne quarum qui licuerit ædificare navem Senatori. Antiqua sunt istæ leges, & mortuæ (quemadmodum in sales dicere) quæ vetant.* Idem.

A Cajo inchoatum.] Vide quæ ex Plinio notantur ad Calig. cap. XXI. qui ter millies sestertium erogatum in id opus refert.

Item emissarium Fucini lacus.] Perfecisse scribit, quod miror. Verum est, tentatum quidem à Claudio, sed frustra. Dio: τὴν ἢ λίμνῳ, τὴν Φηκίῳ, τὴν τῶν Μαροσῶν ἠθέλησεν μὲν εἶς τῶν Τίβερων ἐξαγαγεῖν, ὅπως ἦτι χιμαρὴ ἢ ἀεὶ αὐτῶν γαυρηῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσίπορος μάλιστα γήνηται. *μάτην ἢ δὴ ἔδοκεν ἡγήσθαι.* Sed & Seneca quæstiones suas sub Nerone scri-

bente, lacus ille erat in rerum natura. *Ios. Scaliger.* Adi & Ponzanum Comitum ad caput XLIV. Iul. Cæs.

Alterum à D. Iulio sæpius destinatum.] Pro alterum E. Ursinus in V. C. reperit *ceterum*: ut emissarium Fucini lacus & ab Augusto petentibus Marsis negatum, & à Iulio destinatum intelligas. Adi sis hujus vitam cap. XLIV. Erant autem Maris finitimi Fucino. Strabo in V.

Curtio & Albulino.] Fontem Curtium binominem fuisse arbitror, ut etiam Albulinus vocaretur. Plin. enim lib. XXXVI. cap. XV. duos tantum, Curtium & Cæruleum, commemorat, sicut & hæc inscriptio. IMP. CAESAR VESPASIANVS. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. III. DESIG. IIIII. P. P. AQVAS CVRTIAM ET CAERVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSAQVE PER ANNOS NOVEM SVB PECVNIA VRBI RESTITVIT. Albulini tamen fontis meminit Frontinus quoque. *Torrent.*

Rivum Anienis novi lapideo opere.] Passim apud veteres Claudia aqua & Anio novus conjunguntur, ut in sequenti inscriptione, TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIF. MAXIM. TRIBVNICIA. PONT. TESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR.

que in plurimos & ornatissimos lacus. Fucinum aggressus est, non minus compendii spe quam glorie, cum quidam privato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absoluit agre, & post undecim annos, quamvis continuis triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiæ extruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, & ad introitum profundo jam solo mole objecta: quam quo stabilius fundaret,

XXVII. PATER. PATRIAE. AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CAERULEVS. ET. CVRYIVS. A. MILLIARIO. XXXV. ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. PERDVENDAS. CVRAVIT. Casaub.

In plurimos & ornatissimos lacus.] Quod si quis diligentius æstimaverit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, curiis, hortis, suburbanis, villis, spatioque adventantis extructos arcus, montes perfossos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Plinius.

Fucinum.] Ferunt hunc lacum aliquando usque ad montana impleri, rursusque subsidere, ita ut palude obducta loca rursus detegantur, & agriculturæ sint commoda: sive isti affluxus sunt humore qui in profundo est, mutatione loci rursus se efferente, rursusque in imum conflente: sive prorsus deficient fontes atque stipantur: quod Amerinano flumini evenire perhibent, per Catanam fluenti: qui, per aliquot annos destitutus aquis, deinde iterum fluit. Strabo.

Partim effosso monte, partim exciso.] Eiusdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis destitutum successoris odio, montem per-

fossam ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, & operariorum multitudine per tot annos: cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egeretur in vertice machinis, aut silex caderetur, omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo, nisi ab his, qui videre, neque humano sermone enarrari possunt. Plinius.

Ad introitum profundo jam solo.] An potius solo? nam portum ἀγῶνῶν intelligit, cui proprium est profundum salum. Casaub. Idem Sabellico placet.

Stabilis fundaret.] Scribit Plinius, ex Puteolano pulvere exedificatas fuisse à Claudio turres Hostiensis portus. De hoc pulvere Vitruvius: *Est genus pulveris admirandum, nascitur in regionibus Bajanis, quod commissum cum calce, & cemento non modo cæteris adificiis præstat firmitates, sed etiam moles constructæ in mari sub aqua solidescunt.* Sardonius Panegyrico:

Numque dicæchea translatus pulvis arena

Intratis solidatur aquis. Beroald.

Navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus.] Abies admirationis præcipue visa est in navi, quæ ex Aegypto Caji principis iussu obeliscum in Vaticano Circo statutum, quatuorque truncos lapidis eiusdem ad-

ret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrin in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.

21 Congiaria populo saepius distribuit. SPECTACULA quoque complura magnificaque edidit, non usitata modo, ac solitis locis, sed & commentitia, & ex antiquitate repetita, & ubi praeterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompejani theatri quod ambustum restituerat, è tribunali posito in orchestra commisit, cum prius

sustinendum cum adduxit: qua nave nil admirabilius visum in mari certum est. cxxx. M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatii obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere laevo. Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Plinius.

Qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus.] Thebis inter labra ingentia, diversasque moles figmenta Aegyptiorum numinum exprimentes, obeliscos vidimus plures, aliosque jacentes & comminutos: quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati, montium venis vel apud extremos orbis incolae perferutatis excisos erectosque, diis superis in religione dicant. Est autem obeliscus asperimus lapis, in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam; utque radium imiteret, gracilescens paulisper specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artificis. Formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas; quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiae vetus insignivit autoritas. Ammianus Marcellinus.

Quod ambustum.] Sub Tiberio incensum fuisse auctor Euseb. Chronicis. Atque illud quidem partim Tiberius ipse,

partim Cajus jam ante restituerant, sup. Tib. cap. xviii. & Calig. cap. xxi. sed iterum incensum fuisse, & à Claudio restitutum indicat hoc loco Sueton.

Cum prius apud superiores ades supplicasset.] Prostibula per ludos publicos in scenam introduci solent, & exponi omnium non libidini solum, sed licentiae. Nō ergo mirum, si Theatrum, lasciviae illa sedes, Veneri olim sacrum. Tertullianus: Et Pompejus Magnus theatro suo solo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoria sua censoriam animadversionem, Veneris adem superposuit: & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit: cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum. Ex hoc loco clara lux Suetonio. Intelligit enim supplicasse Claudium apud templum Veneris superpositum theatro, ideo recte, superiores ades. Et quia gradus spectaculorum, id est, cavea & orchestra, subjecta aedi bene addit, descendisse eum inde per mediam caveam ad orchestram. Interpretibus ante me hic caligo. Si quid mutandum, legerim ipse, apud superiorem adem. At de sententia, quam dixi, non muto. Lipsius.

Perque mediam caveam.] De cavea, loco in spectaculis depressiori, Casar Scaliger ad cap. xiv. Augusti.

prius apud superiores aedes supplicasset, perque medianam caveam sedentibus ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit & seculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempore reservatos: quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redelegisse. Quare vox præconis irrita est, invitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cum superessent adhuc qui spectaverant, & quidam histrionum producti olim, tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam interjecta per quinos missus venatione. Circo vero ma-

xi-

Silentibus.] Nullo plausu, & favore excipientibus, quum soleret alioqui populus Cæsarem venientem plausu, & favore excipere. Martialis:

Quotque sonant pleno vocesque, manusque theatro,

Quum subiti populus Cæsaris ora videt. Sabellic.

Fecit & seculares.] Oppianus Hælicutica sua Caracallæ obtulit sub tempore ludorum secularium, qui à patre Severo Aug. & Antonino Caracalla filio celebrati sunt, ut ex illis constat:

Πολλαῖς ἐνδεκὰ δέσσι ἐλισσομένων ἐνιαυτῶν.

Nam seculum Romanum est periodus δέκα ἐνδεκὰ δέσσι ἐλισσομένων ἐνιαυτῶν, annorum undenū decies vertentium circulus. Horatius:

Certus undenis decies per annos

Orbis ut cæcus referat.

Ideo illa apud Martialem, jactat se vixisse decies undenos annos:

Bis mea Romana spectata est vita Terrento.

Non utique quod binos seculares ludos vidisset. Nam intervallum inter Secu-

laria Claudii & Domitiani perexiguum est: sed dicit se tot annos vixisse, quot satis sunt ad bis spectandum secularia. Neque locus Martialis vulgo bene capitur, neque ille Oppiani ab ullo hætenus animadversus. Ios. Scaliger. De secularibus etiam ad cap. xxxi. Aug. Politianus.

Nec spectaturus esset.] Falsum: siquidem Domitiani secularia vix annorum 2. interstitio, disjuncta à Claudianis fuere. Vide Dom. cap. 17. & quæ inibi ex Onuphrio Panvinio adferuntur.

Quidam histrionum.] Id de Stephatione testatur Plinius. Anni autem ab Augusti Secularibus ad eos quos fecit Claudius, LXXII. fuere.

Per quinos missus.] Singulis missibus quatuor mittebantur quadrigæ, quæ septem spatiis circum metas evolutis, quæ prior metam in septimo curriculo circumflexisset, ea palmam adipiscebatur. Hujusmodi missus una die viginti quatuor exhiberi legitimum ac solemne fuit, quibus nonaginta sex quadrigæ currebant. olim vigesimus quintus missus addebatur, qui & *ararius* vocatur, quia de collatione populi exhibebatur.

Viginti

ximo marmoreis carceribus, auratisque metis, quæ utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina, Trojæ lusus exhibuit, & Africanas conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus tribunis, ipsoque præfecto: præterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia

Cir-

Viginti quinque missus centum curribus constabant, quia singuli quatuor.

Salmastius.

Marmoreis carceribus.] Sidonius Apollinaris:

*Hæc est janua consulumque sedes,
Ambit quam paries utrimque senis
Cryptis porticibusque fornicatus.*

Ostium Aufonii quod ad medium Circii spatium patet, idem prorsus est cum hac janua & consulum sede Sidonii, quæ utrimque senos carceres fornicatos habebat. ea sunt ostia Circi, ἰπποφίσις ψαλιδωταί. Sola sex ostia, quæ à latere dextro illius mediæ januæ erant, necessaria mittendis quadrigis fuere, quia à dextra ad sinistram curricula sua peragebant. An igitur ad ornatum atque ut æqualis esset architecturæ facies, totidem ostia in alio latere facta, quæ ut ipsa eodem machinarum artificio, eodemque tempore pandebantur, quamvis nulli inde currus emitterentur? Ex illis porro senis ostiis quæ ad dextram fuere primarum metarum, sola quatuor prima quadrigas emittebant quatuor certaturas, singula singulas. Quod ab eo tempore obtinuit, quo in quatuor colores & greges tota Circi factio divisa est. Salmastius.

Tophina.] Ex topho lapide. Vulgaris lapis, & in primis circa urbem. Iuvenal.

Et ingenitum violarent marmora tophum.

Papinius in 1 v. Sylvar.

Coclo pulvere, sordidoque Topho.

Sabellicus.

Propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis.] Spectabant qui-

dem jam in circo separatim & per se singuli ordines, senatorum, equitum, & plebis, ex quo primum id institutum fuit: non tamen certi loci singulis ordinibus assignati fuerant. At tunc secrevit Claudius senatoribus eas sedes quas nunc quoque obtinent; fecitque ipsis potestatem, si vellent, alio quocumque loco in vulgari veste spectandi.

Dio Cassius.

Africanas.] Ad Caligulæ caput vigesimum tertium.

Conficiente turma Equitum.] Sic confectores ferarum, Aug. cap. xliii.

Qui feros tauros per spatia Circi agunt.] In altera parte vetusti denarii Iulii Cæsaris caput impressum est: in altera taurus concitatus ac furens, quo id spectaculi genus indicatur, cum his litteris: L. LIVINEIVS: qui fortassis iis ludis præfuit. F. Visin. Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadripedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar Dictator. Plinius. Verba hæc Plinii absque dubio mendosa sunt. nam quid est, cornu intorta cervice tauros necare? nos scimus moris fuisse Thessalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitan-tes, injecto in cornua vinculo, eos cer-nuare, & humi procumbere magna vi cogere, legendum igitur apud Plinium: cornu intorto vestibus, vel, retibus. πλέγμα & ἀμμογὴ dixit in eadem re Philippus, qui hanc taurorum venationem Thessalis familiarem ita describit hoc epigrammate:

ΘΙΟΝΑ-

Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Anniversarium in castris prætorianis, sine venatione apparatusque, justum atque legitimum in Septis, ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit Sportulam; quia primum daturus edixerat, velut ad subitam condictamque cœnulam invitare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata

Sini-

Θεοσαλίας Δ'ιππῶ ὁ ταυρελάτης
 χερὸς ἀνδρῶν
 Χερσὶν ἀτρυχίτοις θηρσὶν ὀπλι-
 ζόμενῶ
 Δειδροτυπεὶ πάλλυς ζούζι σκιετή-
 ματι ταύρων,
 Ἀμφιβαλεῖν ἀπὸ δῶδων πλέγμα
 μετωπίδιον.
 Ἀκρότατον δ' ἐς γλυῶ κλίνας ἄμφω κ'
 ὄροπον ἄμφω (βίαν.
 Θερὸς πλὴν τῶστω ἐξεκύλισε
 Artemidorus quoque ostendit, in Thes-
 salia qui generosissimi essent, & nobi-
 lissimi, taurorum venationi operam
 dedisse. *Salmasius.*
Plurifariam.] Pro, pluribus locis.
Calig. cap. lvi. exstructo plurifariam
Circo.
Anniversarium in castris prætorianis.]
In memoriam recepti illic Imperii.
Iustum, atque legitimum.] Scilicet
cum venatione, & reliquo apparatu.
Ad subitam condictamque cœnulam.]
Condicere, apud I. Ctos. est denunciare.
Hinc condicere cœnam, cum quis alteri
denunciat se cum eo cœnaturum. Ut
convivæ, non convivatoris sit. Tib.
cap. xii. cœnam ea lege condixit. Condi-
cta igitur cœnula hîc pro subita ac sine
apparatu, qualis amicis qui seiplos in-
vitant apponitur. Quam non illepide

Sportulam vocabat Claudius. *Torrent.*
Nec ullo spectaculi genere communior
aut remissior erat.] Hoc est, μᾶλλον κρι-
τὸς καὶ ἐπιεικὴς ἰσῶ, ut de eodem
Claudio loquitur Dio: magis tamen
explicat hunc locum quod paullo post
de eodem principe scribit ξυζητητικῶς
ille diligentissimus, σφίσι κριτῶς τι εἰς
τῆ θεία σωλῶ, & παρῆσαν ὅσα ἐδύ-
λωντο. Quorum locorum comparatio-
ne confirmatur vulgata lectio hujus
loci, quæ in omnibus quoque scri-
ptis existat, communior non comior:
ut videri queat, atque adeo visum qui-
busdam legendum esse; sicut in Vespas-
fiano cap. xxii. & super cœnam autem
& semper alias commississimus, multa joca
transigebat. Verum ibi quoque Viterb.
cod. præfert communissimus. Servius,
COMMUNEMQUE VOCATE DEVM.
humanam, beneficam, φιλανθρωπον.
unde & communes homines dicimus. Cal.
Adeo ut oblatos victoribus aureos.] Mo-
ris fuit victoribus aurigis aurum po-
stulare: quod postea etiam equis vi-
ctoribus ceptum postulari. Capitoli-
nus in Vero Imperatore. Casaubonus.
Locum habes ad Calig. cap. lv. Huc
refer illum Iuvenalis versum è Saty-
ra vii.

Accipe victori populus quod postulas
aureas.

Voco

sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos idemtidem appellans, immistis interdum frigidis & accersitis jocis: Qualis est, cum Palumbum postulantibus, daturum se promisit, si captus esset. Illud quoque plane quantumvis salubriter & in tempore, cum essedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum, quantopere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatorum praesidio gratiaeque esse. Edidit & in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, & deditioem Britanniae regum, praeseditque paludatus. Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis, Ave Imperator, morituri te salutant, respondisset, Ave te vos: neque post hanc vocem, quasi venia data, quisquam dimicare vellet, diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, tandem

Voce digitisque numeraret.] De ratione per digitos numerandi, veteribus usurpata, multa erudite observavit Lilius Gyraldus, Dialogismo 11. Sic numeros ab uno usque ad centum sinistra manu denotabant, à centesimo autem numero dextra deinceps numerabant. Ideo de Nestore Sartyricus ait:

— dextra jam computat annos.

Lilium vide.

Palumbum postulantibus.] Iocus est in nomine. Nam palumbus nomen est avis notissima: & eodem nomine gladiator famosus nuncupabatur. Populus Romanus petebat exhiberi gladiatorem nomine Palumbum. Claudius alludens ad nomen alitis, Dabo, inquit, si captus fuerit. Beroaldus. Ut hic Pa-

lumbus, sic Columbus quoque gladiatoris nomen Calig. cap. 17.

Essedario.] Lipsius ad c. xxxv. Calig.

Ad imaginem bellicam.] Erat enim cernere vastari, totas interfici acies hostium, & alios fugere, alios captivos duci. Temporibus nostris edita sunt talia spectacula à principibus: ut civitas è ligno formata oppugnaretur forinsecus, propugnaretur intrinsecus. Beroald.

Ave te vos.] Cod. Salmas. aut non, subintellige, morituri. quasi dubium foret, an omnes isto praelio essent consumendi. Id aliter à naumachiariis acceptum. Atque adeo hæc lectio magis, quam vulgata, causam hallucinationis ostendit. Schildius.

Non

dem è sede sua profiluit: ac per ambitum lacus, non sine fœda vacillatione, discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singula, exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat. QVÆDAM 22 circa cerimonias, civilemque & militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit: observavitque sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias advocata con-

C10-

Non sine fœda vacillatione.] Cap. xxx. Caterum & ingredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse quid vel seris agentem multa debonestabant.

Duodenarum triremium singula.] Numerus est aperte corruptus: Dio, Οἱ ἰ ναυμαχίσαυτες πανάτω δὴ καὶ δεδρατμῶι ἦσαν, καὶ πινήκοντα ναῦς ἰκρίτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδοι, οἱ ἰ Σικελοὶ ὀνομαδίοντες. ita fuerit legendum quinquagenarum. Casaubonus. Tacitus undeviginti hominum millia armasse Claudium refert. An censem scilicet centenarum triremium classem non plus Corneliana summa cepisse? Nugæ, & si nautas consulimus, satis singulæ quingenis capitibus, quod notari mihi volo ad sequentia. Enimvero hæc ipsa Corneliana hominum multitudo ut in triemes utrimq; duodenas sit imposita, quod dictum auctori nostro, non à me impetro, ut vel verisimile videatur. Igitur (quod unum reliquum est) Tacitum ad Suetonii partes traxerim, & capiendo illi numero triemes duodevicens hinc inde frabricet, id est, quæ utrimvis duodevigies quingena capita, seu novem hominum millia conduxerint. Torrent.

Exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat.] Duplex hîc artificiû: quod repente è medio lacu excitatur Triton: & quod prodit iste non murus sed canorus, ac buccina sonans. Illud per machinam factum adnotat Suetonius: hoc vero rationibus artis hydraulicæ organarii effecerunt quos scimus aquæ vi & impulsu omnis generis voces atque organa suavissima imitatione exprimere, sicut ex Herone novimus & Vitruvio. Atque hoc spectaculum transtulit Claudius in nau-machiam suam è theatris. Nam ibi soliti produci Tritones buccina mugientes. Cornelius Severus in Ætina.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro,

Pellit opus collectus aqua, victusque movere,

Spiritus, & longas emugit buccina voces,

Carminaque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,

Qua tenuem impellens animam subremigat undam. Casaub.

Ferias indiceret.] Quænam esse causa videatur, quamobrem terræ motus fiant, ne inter phycas quidem philosophias

cione prator indiceret: utque dira avi in urbe aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse jure Max. Pont. commonito pro Rostris populo prairet, submotaque operariorum servorumque turba. Rerum actum divisum antea in hibernos aestivosque menses

CON-

sophias satis constitit. propterea veteres Romani, ubi terram movisse senserant nuntiatumve erat, ferias ejus rei causa edicto imperabant; sed dei nomen, ita uti solet, cui servare ferias oporteret, statuere & edicere quiescebant: ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. eas ferias si quis polluisset, piaculoque ob hanc rem opus esset: hostiam *SI. DEO. SI. DEAE.* immolabat. *Gellius.* Ob crebros terræ motus denuntiatos, Decemviros libros Sibyllinos adire iustos, Livius lib. xxxi v. refert.

[*Dira avi in urbe aut in Capit. visa.*] *Diram avem* incendiariam intelligo, de qua Plin. lib. x. cap. xiiii. Sed & ob bubonem, quod Capitolii cellam ipsam intrasset, lustratam fuisse Urbem refert Plin. lib. x. cap. xii. Lamprid. Commodo, *Ante lucem fuerant etiam incendiarie aves dira.* Vide quæ notavi in Horat. l. iiii. Od. i. *Torrent.*

Obsecratio haberetur, eamque ipse jure Max. Pont. commonito pro Rostris populo prairet.] Obsecrare est opem à sacris petere. *Festus.* Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid verborum pretereatur, aut preposterum dicatur, de scripto preire aliquem, rursusque alium custodem dari qui attendat, alium vero preponi, qui favere linguis jubeat: tibicinem canere, ne quid aliud exaudiat. *Plinius.*

Submotaque operariorum servorumque turba.] Autor est Halicarnassæus lib. i i. *Antiquit.* opificum multitudinem vili in pretio apud veteres Romanos fuisse, qui artes sellularias & ignavas à peregrinis ac servis excoli malebant, quam

ut natos in bella animos iis exercendis hebetarent. Idem lib. vi. ubi de septimo lustro differit, aliquot post regifugium annis, numerum servorum, & sordidas artes exercentium, disertim à civili turba dirimit. Nihilominus crescente libertate & *ισομερία* reipublicæ, civium eos loco fuisse, id est, in tribus receptos, & ad honores ac suffragia admissos, Romani juris scientissimis viris est probatum. At vero sub imperatoribus ad idem rursus vilipendium decidisse videntur, quod sub regibus olim & ambitiosis patriciis toleraverant, ut ex hoc Suetonii loco intelligere licet. Sane etiam Aristoteles in Politicis, servire eos servitutem quandam, sed limitatam ait, propterea quod manibus eorum atque opera non, ut mancipiorum, ad res omnes, sed ad unam quandam, utimur: ut haud frustra cum servis eos composuerit *Tranquillus.* Idem l. i i i. c. v. τὸ βάνωσον vetustis temporibus apud quosdam fuisse δῦλον, ἢ ξενικόν, & suo etiam *απο* plerosque tales inveniri, testatur. Cujus & illa ibidem vox est: *Ἡ ἵ βελτίση πόλις ἔ ποιήσῃ βάνωσον πολίτην.* *Schildius.*

Divisum antea.] Observatum fuisse videtur ante Claudium ut alia æstivis, alia hibernis mensibus agerentur. Ipse instituit ut prout res inciderent promiscue & indifferenter tractarentur. Atque huc fortassis spectat beneficium Claudii de quo Galb. cap. xiv. ne iudices hieme, initioque anni ad judicandum evocarentur. Spectat & alter Suetonii locus August. cap. xxxi i. *Torrentius.*

Arist-

conjunxit. Jurisdictionem de fidei commissis quotannis, & tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Capiti Papia Poppeæ legis, à Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, abrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à Coss. darentur, utque hi, quibus à magistrati-

bis

Jurisdictionem de fidei commissis.] Hac de re Pomponius l. 11. De orig. juris, Divus (inquit) Augustus xvj. Praetores constituit, post deinde Divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent. Ex quibus unum Divus Titus detraxit. Multa Justinian. 11. tit. xxiii. Sed libet ascribere Vlpiani verba Institut. tit. xxv. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata, sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Praetoris qui fideicommissarius vocatur, in provinciis vero Praesidem provinciarum. Et merito quidem Claudius fideicommissorum, quæ sola fide niterentur, peculiarem cognitionem extra ordinem esse voluit. Vide l. clxxviii. De verborum signific. Torrent.

A Tiberio Cæsare.] Relatum fuisse sub Tiberio de moderanda Papia Poppea, atque adeo exsolutos tum aliquot ejus legis nodos auctor est Tacit. l. 111. Annal. Verum id quod hic refert Suet. legis acerbiter auget magis quam imminuit. Et alioqui satis aperte ex Jurisconsultis nostris constat, ipsa lege Papia cautum fuisse ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nubere, aut vir lx. annis minor quinquagenariam uxorem duceret. Ac proinde legis ipsius interpretatione sexagenarii generare non possunt. Cui Capiti Claudius obrogavit, permittens ut etiam sexagenario quinquagenaria minor nubere. Verba igitur à Tiberio Cæsare ab imperito aliquo adjecta sunt. Nostram conjecturam confirmant verba Seneca relata à Lactantio lib. 1. Divinar. insti-

tut. cap. xyi. Quid ergo est quare aput poetas salacissimus Jupiter describit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia sibi lata imposuit? An impetravit jus trium liberorum? Idem.

Tutores à Coss. darentur.] Antè Claudii tempora si pupillus neque ex patris testamento, neque ex lege XII. tabularum tutorem accepisset, quem vel testamentarium appellabant, vel legitimum, illum pro patris arbitrio, hunc agnatum proximum, tunc lege Atilia jus dandi tutoris habebat Romæ Praetor cum majore parte Tribunorum plebis, in provincia vero Praeses lege Julia Titia. qua de re præter Jurisconsultos etiam Livius lib. xxxix. Sed & Cicero vocem illam Verris Praetoris commemorat, pupillos, & pupillas certissimam esse prædam Praetoribus. Claudius igitur, quo tutore indigentibus melius prospiceretur, curam illam Consulum esse voluit. Idque Trajani quoque temporibus obtinuisse docet nos Plin. l. 11. Epistol. ad Quadratum. Idem. Postea de M. Antonino sic Iul. Capitolinus Praetorem tutelarem primus fecit, quàm ante tutores à Consulibus exposcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.

Hi quibus à magistratibus.] Locum hunc illustrat quod à Callistrato traditur libris βασιλικῶν, relegatum, sive interdictum patria sua à Praeside provinciae, etiam Romæ, quæ communis sit patria abstinere debere, nec solum Romæ, sed & ea civitate in qua princeps agit, qui pater patriæ est. Cui non absimile quod prodit Maccr. l. xxi. De re

bus provincia interdicerentur, urbe quoque & Italia submoverentur. Ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe. De majore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas, tribunatio subsellio sedebat. Com-
 24 meatus à senatu peti solitos beneficii sui fecit. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulgit. Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affir-
 mas-

mil. eos qui ignominiose missi sunt, neque Romæ, neque in facto comitatu agere posse. Idem.

[*Ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe.*] Simile exemplum legitur in sacris: I Reg. II. commate xxxvii.

[*De majore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas, tribunatio subsellio sedebat.*] Dabunt, & accipient magnam lucem collata cum hoc loco Dionis verba, loquentis de supplicio affectis à Claudio, *κακίοντο δ' ἐν τῷ σιωδρίῳ, τῷ τε Κλαυδίῳ, τῷ ἐπιέρχων τε καὶ τῷ ἐξελεύθερον αὐτῶν παρόντων. τὴν μὲν δ' εἰσηγήσειν ἐν μέσῳ τῷ ὑπάτων ἐπὶ δίφρῳ δὲ γινέσθαι ἢ ἐπὶ βάνηρα* (tribunicium subsellium intellige ex Suetonio) *καθήμενον ἐπιείρη. καὶ τῷ αὐτῶν τε ἐπὶ τῷ σιωδρίῳ ἔδραν μετηρῆσθαι ἐκείνοις οἱ δίφροι ἔδραν. καὶ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλων τῷ μεγίστων* (Suetonius de majore negotio acturus) *ὁμοίως ἐγγίνετο.* Ex ejusdem auctoris lib. xlii. didicimus, Casari Dictatori summi honoris loco decretum fuisse à senatu, ut in subselliis tribuniciiis sedere ei liceret: qui honos postea etiam aliis est delatus. Casaub.

[*Commeatus à senatu peti solitos beneficii sui fecit.*] Senatus enim consultum curavit Claudius faciendum, quo ea sibi potestas concederetur. Auctor Dio. e-

legans est dicendi genus quo utitur hic Tranquillus. sic apud Iustinum l. xlii. *Et ut munus imperii beneficii sui faceret.* libro xxiv. non quoniam eripere his regnum; sed quod id facere muneris sui vellet. & alibi non semel. Idem.

[*Procuratoribus ducenariis.*] Ducenta & centena dignitates sunt in schola agentium in rebus, & in officio sacrarum largitionum. I. I. C. Theod. de Cesar. I. I. C. Th. de muril. I. V. C. Th. de decur. Euseb. vii. de Samosateno: καὶ ὑπερῆ) κροσμησὶ ἀξιώμασιν ὑποδουλόμην, καὶ θυκηνάεισιν. μακρὸν ἢ ἐπίσκοπον. ἦλθον κολεῖαδ. Procuratores ducenarii dicuntur à Cypriano in Epistolis: *Actis*, inquit, publice habitus apud procuratorem ducenarium. An igitur sic videntur appellati ducenarii & centenarii, itemque sexagenarii (de quibus lib. x. Cod. Justin. de exact. tribut.) à numero pecuniarum eis commissarum? qua ratione procuratoribus Cesaris indita fuisse nomina Dio scribit lib. xlii. Καὶ τοῖσιν ἐπιπέσοις καὶ αὐτῶν τῶν ἀξιώμασιν ὄνομα δὲ τῶν δριβμῶν τῶν ἀδομῶν αὐτοῖς χρηματικῶν αἰσθῆνε). Casaub.

[*Senatoriam dignitatem recusantibus.*] Vel oblatam quoties senatum legeret Claudius, vel jure acquisitam, quando aliquis tribunatum gesserat: vide l. ii. cap. xi. Casaub.

masset non lecturum senatorem, nisi civis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. At sic quoque reprehensionem verens, etiam App. Cacum generis sui proauctorem, censorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii & deinceps aliquandiu libertinos dictos; non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorum munus iunxit: detractaque Ostiensi & Gallica provincia, curam ararii Saturni reddidit, quam medio tempore pra-

10-

In senatum allegisse.] Ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus Appii collega C. Plautius, censura se abdicavit. Livius.

Detractaque Ostiensi & Gallica provincia.] Hæ sunt provinciæ in quas solitus mittere quaestores Augustus. Docuit me Dio libro LV. *πεμύιος ἐν τε τῇ ὠκεθλία τῇ πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐν ἐπιπέροις πρὸ τῆς ἰπυλίου χειρῶν ἀρχαῖς ἐπιπέροις. καὶ τὰς ἐπὶ πόλει ἐπιπέροις.* Id est, Quaestores praefecit ora maritima ad urbem. (hæc est Ostiensis provincia) & quibusdam aliis Italia locis, idque in plures annos ab eo servatum. Inter ista Italia loca pars aliqua Gallia Cisalpinæ fuit. Atque hæc est Gallica provincia quaestoria, quam Suetonius hoc loco intelligit. Casaub. Tullius etiam in oratione pro Murena mentionem facit Ostiensis provinciæ quaestoriae, quam ait esse non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam.

Aerarii Saturni.] Cur Saturni templo utuntur loco ararii, ibidemque contractuum monumenta adservant? An quia obtinuit opinio, regnante Saturno avaritiam apud homines injustitiamque locum non habuisse, sed fidem & justitiam? Aut quia deus ille

fructuum, atque agriculturæ præesse creditur? Ex ubertate autem frugum & venditione, pecuniæ crescit copia. Primus autem ædem Saturni ærarium fecit post exactos reges Valerius Poplicola, cum sentiret locum istum & conspicuum, atque ab insidiis tutum. Cæterum legati quoque, undecunque Romanam missi, ad Saturni ædem accedunt, ibique nomina sua dant præfectis ararii. Plutarchus.

Quam medio tempore prætores aut utique prætura functi sustinuerant.] Olim ærario præpositi Quaestores. Causa immutandi sub Julio Cæsare orta. Quia enim absente Cæsare Quaestores creati nulli, ærarii cura Ædilibus duobus commissa est: donec Augustus prætorios substituit. Claudius quaestoribus reddidit. Ita tamen, ut honores iis extra ordinem permitteret, ne metu offensionum segnius consulereint, ait Tacitus. Quem Dio explicat in Claudio. Ex quo discas, honores extra ordinem iis datos fuisse præturas. Sed id ipsum immutans rursus Nero, rediit non ad Prætores (non enim ita appellati amplius) sed ad Præfectos, quos è Prætoriiis elegit. In iure crebra mentio Præfectorum ærarii, ut l. xli. De his quæ ut indignis. l. xv. & xliii. De iure filii. Lipsius.

tores aut utique pratura functi sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano filia sua sponso nondum puberi dedit. Majoribus vero natu, tam multis, tamque facile, ut epistola communi legionum nomine exstiterit, petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quærerent. A. Plautio etiam ovationem decrevit: ingressoque urbem obviam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti latus texit. Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit. 25 Equestreis militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiaque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur

[*Ut epistola communi legionum nomine exstiterit.*] Curtius Rufus in agro Mattiaco recluserat specus quærendis venis argenti: unde tenuis fructus, nec in longum fuit: at legionibus cum damno labor, effodere rivos, quæque in aperto gravia, humum infra moliri, quis subactus miles, & quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum rogantium imperatorem, ut quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret. Tacitus.

[*Gabinio Secundo.*] De Gabinio Secundo dubito. Nam quæ contra Caucos, seu Chaucos, ut eos vocat Tacit. (Dio Chauchos) gesta sunt sub Claudio, Cn. Domitio Corbuloni attribuuntur. Torrentius.

[*Equestreis militias ita ordinavit, &c.*] Ala eo tempore, quo Suetonius scripsit, non nisi equitum fuit. Unde & alarii equites, ut plurimum auxiliares, eoque nomine distincti à legionariis. Inter equestres milites, alæ & cohortis præfecturam posuit, ut & tribunatum le-

gionis, quia Tribuni legionum equites, & equo merebant, item præfecti cohortium & alarum. *Alæ*, ut dixi, proprie de equitibus auxiliariis, & *cohortes* de auxiliariis peditibus. Ideo hic à legione distinguuntur, id est, à legionariis militibus. Hoc ordine igitur promotionem equestris militiæ faciebat Claudius, ut post cohortis auxiliarium præfecturam, daret præfecturam alariorum equitum, sive alæ equitum auxiliarium, & post alæ præfecturam Tribunatum legionis, id est, præfecturam unius cohortis in legione. Hæc pluribus ita esse in nostro de Militia Commentario docemus. Militiæ autem equestres, quia, ut dixi, equo merebant omnes hi præfecti. *Salmasius.*

[*Instituit imaginariæ militiæ genus quod vocatur Super numerum.*] Ita MSS. vulgo *supra numerum*. Diversi ab his sunt supernumerarii illi equites peditesque, quorum meminit Vegetius: item illi *ὑπεραριθμοὶ χολαῖοι* quos instituisse Iustinianum in ordinanda militia Palatina, refert Procopius. Mentio habetur

tur Super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutandi causa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit. Ingratos & de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem: advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum jus dicturum. Cum quidam agra & affecta mancipia in insulam Aesculapii tadio

me-

habetur supernumerariorum in Codice Theodosiano, De palatinis sacrarum largitionum & rerum privat. lege xv. & xvii. *Casaub.* In nummo veteri, NERO, CLAUD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT. SACERD. COOPT. IN. OMN. CONL. SVpra NUM. EX S. C. id est, Sacerdos cooptatus in omnia collegia supra numerum ex S. C. *Torrent.*

Libertinos publicavit.] Id est, bona eorum proscripsit, atque in fiscum cogi iussit, quemadmodum sup. cap. viii. *venalem pependisse* dicit Claudium, cuius bona sic exposita fuerant. *Lamprid.* Alexandro: *Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari iussit.* *Tertullian.* De fuga: *Publicaris? Bonum tibi est, qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Deo.* Non repugnaverim tamen, si quis de personarum etiam proscriptione hæc intelligat, præcipue Tertulliani locum. Nam libertinorum pro Equitibus se gerentium, ac mulierum infamium factis equidem gravis est poena, si bonis exuantur, aut his salvis in exilium agantur, ut sup. Tib. cap. xxxv. *Torrent.*

Ingratos.] Hoc ex instituto Atheniensium transtulit Claudius, apud quos convictus à patrono libertus ingratus, jure libertatis exuebatur. *Super sedeo,* inquit patronus, *habere te civem tanti muneris impium aestimatorem: abi igitur, & esto servus, quoniam liber esse nescisti.* Apud Massilienses quoque tres in eodem manumissiones rescindi per-

mittebatur, si ter ab eodem deceptum dominum cognovissent, quarto errori subveniendum non putabant. *Beroald.*

Revocavit in servitutem.] Ergo ex constitutione Claudii omnes ingrati potuerunt in servitutem revocari? cave putes, neve temere assentiaris Suetonio; qui rem certa conditione concessam laxè & *ἀνδραγαθῶς* enunciavit. Unus enim tantum est casus, quo libertus redigitur in servitutem patroni, ex hac constitutione Claudii: si delatores submiserit, qui patrono libertatis facerent questionem. vide legem v. Dig. de jure patr. *Casaub.*

Adversus libertos ipsorum.] Quando videlicet indigni essent, qui eo jure sublevarentur, quod nuper oppugnassent. *Sabell.*

Cum quidam agra & affecta mancipia tadio miedendi exponerent.] Antiquorum hæc fuit dira immanitas, ut & recens natos infantes liceret vel tollere vel exponere ad eadem: & liberos aut servos ægrotos exponere tadio curandi. Atque hoc jus tam barbarum non statim sustulerunt Christiani Imp. sed cum progressu temporis. vide in Cod. Theodosiano titulum De expositis. *Casaubon.*

In Insulam Aesculapii.] In qua ægri ad captandum somnum exponebantur. Strabo libro viii. Plautus Gurgulione Act. ii. Scena i. & tabellæ marmoreæ Romæ apud Maffios. quibus etiam miracula quædam enarrantur. *Torrent.*

ximo marmoreis carceribus, auratisque metis, quæ utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina, Troja lusum exhibuit, & Africanas conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus tribunis, ipsoque præfecto: præterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia

Cir-

Viginti quinque missus centum curribus constabant, quia singuli quatuor.

Salmastius.
Marmoreis carceribus.] Sidonius Apollinaris:

*Hæc est janua consulumque sedes,
Ambit quam paries utrimque senis
Cryptis partibusque fornicatus.*

Ostium Aufonii quod ad medium Circii spatium patet, idem prorsus est cum hac janua & consulum sede Sidonii, quæ utrimque senos carceres fornicatos habebat. ea sunt ostia Circi, ἰππιφίσις ψαλιδῶται. Sola sex ostia, quæ à latere dextro illius mediæ januæ erant, necessaria mittendis quadrigis fuere, quia à dextra ad sinistram curricula sua peragebant. An igitur ad ornatum atque ut æqualis esset architecturæ facies, totidem ostia in alio latere facta, quæ ut ipsa eodem machinarum artificio, eodemque tempore pandebantur, quamvis nulli inde currus emitterentur? Ex illis porro senis ostiis quæ ad dextram fuere primarum metarum, sola quatuor prima quadrigas emittebant quatuor certaturas, singula singulas. Quod ab eo tempore obtinuit, quo in quatuor colores & greges tota Circi factio divisa est. *Salmastius.*

Tophina.] Ex topho lapide. Vulgaris lapis, & in primis circa urbem. Iuvenal.

Et ingenitum violarent marmora tophum.
Papinius in 1 v. Sylvar.

Cocto pulvere, sordidoque Topho.
Sabellicus.

Propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis.] Spectabant qui-

dem jam in circo separatim & per se singuli ordines, senatorum, equitum, & plebis, ex quo primum id institutum fuit: non tamen certi loci singulis ordinibus assignati fuerant. At tunc fecerit Claudius senatoribus eas sedes quas nunc quoque obtinent; fecitque ipsis potestatem, si vellent, alio quocumque loco in vulgari veste spectandi.

Dio Cassius.

Africanas.] Ad Caligulæ caput vigesimum tertium.

Conficiente turma Equitum.] Sic confectores ferarum, Aug. cap. xi. iii.

Qui feros tauros per spatia Circi agunt.] In altera parte vetusti denarii Iulii Cæsaris caput impressum est: in altera taurus concitatus ac furens, quo id spectaculi genus indicatur, cum his litteris: L. LIVINEIVS: qui fortassis iis ludis præfuit. *F. Ursin.* Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadripedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar Dictator. *Plinius.* Verba hæc Plinii absque dubio mendosa sunt. nam quid est, cornu intorta cervice tauros necare? nos scimus moris fuisse Thessalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, injecto in cornua vinculo, eos cernuare, & humi procumbere magna vi cogerent, legendum igitur apud Plinium: cornu intorto vestibus, vel, retibus. τῶν ἰσθμῶν & ἀμμοῦ dixit in eadem re Philippus, qui hanc taurorum venationem Thessalis familiarem ita describit hoc epigrammate:

ΘΙΕΤΑ-

Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Anniversarium in castris prætorianis, sine venatione apparatusque, justum atque legitimum in Septis, ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit Sportulam; quia primum daturus edixerat, velut ad subitam condictamque cœnulam invitare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata

Sini-

Θιασάλις δ' ἔπειτα ὁ ταυριλάτης
 χερὸς ἀνδρῶν
 Χερσὶν ἀτρυχάτοις θηρσὶν ὀπλι-
 ζόμενος
 Διυδροτυπέϊ πάλυς ζείδι σπριτή-
 ματι τῶρων,
 Ἀμφιβαλεῖν ἀδύδων πλίγμα
 μετωπίδιον.
 Ἀκρόβιτον δ' ἐς γλῶ κλίνας ἄμφ' κ'
 ἄροπον ἄμμο (βίαν.
 Θηρὸς πλὴν τῶστω ἐξικύλιοντι

Artemidorus quoque ostendit, in Thes-
 salia qui generosissimi essent, & nobi-
 lissimi, taurorum venationi operam
 dedisse. *Salmastius.*

Plurifariam.] Pro, pluribus locis.
 Calig. cap. LVII. exstructo plurifariam
 Circo.

Anniversarium in castris prætorianis.]
 In memoriam recepti illic Imperii.

Iustum, atque legitimum.] Scilicet
 cum venatione, & reliquo apparatu.

Ad subitam condictamque cœnulam.]
 Condicere, apud I. Ctos. est denunciare.
 Hinc condicere cœnam, cum quis alteri
 denunciat se cum eo cœnaturum. Ut
 convivæ, non convivoris sit. Tib.
 cap. XII. cœnam ea lege condixit. Condi-
 cta igitur cœnula hîc pro subita ac sine
 apparatu, qualis amicis qui seipos in-
 vitant apponitur. Quam non illepide

Sportulam vocabat Claudius. *Torrent.*
 Nec ullo spectaculi genere communior
 aut remissior erat.] Hoc est, μᾶλλον κρι-
 τὸς καὶ ἐπιεικὴς ἢ ὡ, ut de eodem
 Claudio loquitur Dio: magis tamen
 explicat hunc locum quod paullo post
 de eodem principe scribit ἐνθεσφῶς
 ille diligentissimus, σφίσι κριτῶς πὲρ
 τῆς θεᾶς σωλῶ, ἔπαρτιον ὅσα ἐβύ-
 λοντο. Quorum locorum comparatio-
 ne confirmatur vulgata lectio hujus
 loci, quæ in omnibus quoque scri-
 ptis existat, communior non comior:
 ut videri queat, atque adeo visum qui-
 busdam legendum esse; sicut in Vespas-
 iano cap. XXI. & super cœnam autem
 & semper alias comissimus, multa joco
 transigebat. Verum ibi quoque Viterb.
 cod. præfert communissimus. Servius,
 COMMUNEMQUE VOCATE DEVM.
 humanam, beneficam, φιλανθρωπον.
 unde & communes homines dicimus. Cal.
 Adeo ut oblatos victoribus aureos.] Mo-
 ris fuit victoribus aurigis aurum po-
 stulare: quod postea etiam equis vi-
 ctoribus ceptum postulari. Capitoli-
 nus in Vero Imperatore. *Casaubonus.*
 Locum habes ad Calig. cap. LV. Huc
 refer illum Iuvenalis versum è Saty-
 ra VII.

Accipe victori populus quod postulas
 aureas.

Voco

sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret, ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos idem appellans, immistis interdum frigidis & accersitis jocos: Qualis est, cum Palumbum postulantibus, daturum se promisit, si captus esset. Illud quoque plane quantumvis salubriter & in tempore, cum essedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum, quantopere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatoris praesidio gratiaeque esse. Edidit & in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, & deditorem Britanniae regum, praeseditque paludatus. Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis, Ave Imperator, morituri te salutant, respondisset, Avete vos: neque post hanc vocem, quasi venia data, quisquam dimicare vellet, diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, tandem

Voce digitisque numeraret.] De ratione per digitos numerandi, veteribus usurpata, multa erudite observavit Lilius Gyraldus, Dialogismo 11. Sic numeros ab uno usque ad centum sinistra manu denotabant, à centesimo autem numero dextra deinceps numerabant. Ideo de Nestore Satyricus ait:

— dextra jam computat annos.

Lilium vide.

Palumbum postulantibus.] Iocus est in nomine. Nam palumbus nomen est avis notissima: & eodem nomine gladiator famosus nuncupabatur. Populus Romanus petebat exhiberi gladiatorem nomine Palumbum. Claudius alludens ad nomen alitis, Dabo, inquit, si captus fuerit. Beroaldus. Ut hic Pa-

lumbus, sic Columbus quoque gladiatoris nomen Calig. cap. LV.

Essedario.] Lipsius ad c. xxxv. Calig.

Ad imaginem bellicam.] Erat enim cernere vastari, totas interfici acies hostium, & alios fugere, alios captivos duci. Temporibus nostris edita sunt talia spectacula à principibus: ut civitas è ligno formata oppugnaretur forinsecus, propugnaretur intrinsecus. Beroald.

Avete vos.] Cod. Salmaf. aut non, subintellige, morituri. quasi dubium foret, an omnes isto praelio essent consumendi. Id aliter à naumachiariis acceptum. Atque adeo hæc lectio magis, quam vulgata, causam hallucinationis ostendit. Schildius.

Non

dem è sede sua profiluit: ac per ambitum lacus, non sine fœda vacillatione, discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singula, exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat. QVÆDAM¹² circa cerimonias, civilemque & militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit: observavitque sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias advocata con-

cio-

Non sine fœda vacillatione.] Cap. xxx. Caterum & ingredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse quid vel serio agentem multa debonestabant.

Duodenarum triremium singula.] Numerus est aperte corruptus: Dio, Οἱ ἰ ναυμαχίαισι δὲ πανάτω δὴ καὶ ἀδιδιχατῆροι ἦσαν, καὶ πειρήματα ναῶς ἐκείτεροι εἶχον, οἱ μὲν ῥόδοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομαζόμενοι. ita fuerit legendum quinquagenarum. Casaubonus. Tacitus undeviginti hominum millia armasse Claudium refert. An censem scilicet centenarum triremium classem non plus Corneliana summa cepisse? Nugæ, & si nautas consulimus, satis singulæ quingenis capitibus, quod notari mihi volo ad sequentia. Enimvero hæc ipsa Corneliana hominum multitudo ut in triemes utrimq; duodenas sit imposita, quod dictum auctori nostro, non à me impetro, ut vel verisimile videatur. Igitur (quod unum reliquum est) Tacitum ad Suetonii partes traxerim, & capiendo illi numero triemes duodevicensas hinc inde frabricet, id est, quæ utrimvis duodevigesies quingena capita, seu novem hominum millia conduxerint. *Torrent.*

Exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat.] Duplex hinc artificiū: quod repente è medio lacu excitatur Triton: & quod prodit iste non mutus sed canorus, ac buccina sonans. Illud per machinam factum adnotat Suetonius: hoc vero rationibus artis hydraulice organarii effecerunt: quos scimus aquæ vi & impulsu omnis generis voces atque organa suavissima imitatione exprimere, sicut ex Herone novimus & Vitruvio. Atque hoc spectaculum transtulit Claudius in nau-machiam suam è theatris. Nam ibi soliti produci Tritones buccina mugientes. Cornelius Severus in Ætna.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro,

Pellit opus collectus aqua, victusque movere,

Spiritus, & longas emugit buccina voces,

(trā Carmineque irriguo magni cortina thea-
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,

Quæ tenuem impellens animam subremigat undam. Casaub.

Ferias indiceret.] Quænam esse causa videatur, quamobrem terræ motus fiant, ne inter phycas quidem philosophias

cione prator indiceret : utque dira avi in urbe aut in Capitolio visa , obsecratio haberetur , eamque ipse jure Max. Pont. commonito pro Rostris populo prairet , submotaque operariorum servorumque turba. Rerum actum divisum antea in hibernos aestivosque menses

CON-

sophias satis constitit. propterea veteres Romani , ubi terram movisse senserant nuntiatumve erat , ferias ejus rei causa edicto imperabant ; sed dei nomen , ita uti solet , cui servare ferias oporteret , statuere & edicere quiescebant : ne alium pro alio nominando , falsa religione populum alligarent. eas ferias si quis polluisset , piaculoque ob hanc rem opus esset : hostiam *SI. DEO. SI. DEAE.* immolabat. *Gellius.* Ob crebros terræ motus denuntiatos , Decemviros libros Sibyllinos adire iustos, Livius lib. xxxi v. refert.

[Dira avi in urbe aut in Capit. visa.] *Diram avem* incendiariam intelligo, de qua Plin. lib. x. cap. xiii. Sed & ob bubonem, quod Capitolii cellam ipsam intrasset , lustratam fuisse Urbem refert Plin. lib. x. cap. xii. Lamprid. Commodo , *Ante lucem fuerant etiam incendiaria aves dira.* Vide quæ notavi in Horat. l. iii. Od. i. *Torrent.*

Obsecratio haberetur , eamque ipse jure Max. Pont. commonito pro Rostris populo prairet.] Obsecrare est opem à sacris petere. *Festus.* Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem, rursusque alium custodem dari qui attendat , alium vero præponi , qui favere linguis jubeat : tibicinem canere, ne quid aliud exaudiat. *Plinius.*

Submotaque operariorum servorumque turba.] Autor est Halicarnassus lib. i i. Antiquit. opificum multitudinem vili in pretio apud veteres Romanos fuisse, qui artes sellularias & ignavas à peregrinis ac servis excoli malebant, quam

ut natos in bella animos iis exercendis hebetarent. Idem lib. vi. ubi de septimo lustro differit, aliquot post regifugium annis, numerum servorum , & sordidas artes exercentium , disertim à civili turba dirimit. Nihilominus crescente libertate & *ισομοιρία* reipublicæ , civium eos loco fuisse , id est, in tribus receptos, & ad honores ac suffragia admissos, Romani juris scientissimis viris est probatum. At vero sub imperatoribus ad idem rursus vilipendium decidisse videntur, quod sub regibus olim & ambitiosis patriciis toleraverant, ut ex hoc Suetonii loco intelligere licet. Sane etiam Aristoteles in Politicis, servire eos servitutem quandam, sed limitatam ait, propterea quod manibus eorum atque opera non, ut mancipiorum, ad res omnes, sed ad unam quandam, utimur : ut haud frustra cum servis eos composuerit Tranquillus. Idem l. i i i. c. v. τὸ βάναισσι vetustis temporibus apud quosdam fuisse δῦλον, ἢ ξενικόν, & suo etiam ævo plerosque tales inveniri, testatur. Cujus & illa ibidem vox est : Ἡ δὲ βελπίση πόλις εἰ ποιήσῃ βάναισσι πολίτιν. *Schildius.*

Divisum antea.] Observatum fuisse videtur ante Claudium ut alia æstivis, alia hibernis mensibus agerentur. Ipse instituit ut prout res inciderent promiscue & indifferenter tractarentur. Atque huc fortassis spectat beneficium Claudii de quo Galb. cap. xiv. ne iudices hieme, initioque anni ad judicandum evocarentur. Spectat & aliter Suetonii locus August. cap. xxxi i. *Torrentinus.*

Arist-

conjunxit. Jurisdictionem de fidei commissis quotannis, & tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Capiti Papia Poppeæ legis, à Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, abrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à Coss. darentur, utque hi, quibus à magistrati-

bus

Jurisdictionem de fidei commissis.] Hac de re Pomponius l. 11. De orig. juris, Divus (inquit) Augustus xvj. Praetores constituit, post deinde Divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent. Ex quibus unum Divus Titus detraxit. Multa Justinian. 11. tit. xxiii. Sed libet ascribere Vlpiani verba Institut. tit. xxv. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata, sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Praetoris qui fideicommissarius vocatur, in provinciis vero Praesidem provinciarum. Et merito quidem Claudius fideicommissorum, quæ sola fide niterentur, peculiarem cognitionem extra ordinem esse voluit. Vide l. clxxviii. De verborum signific. Torrent.

A Tiberio Cæsare.] Relatum fuisse sub Tiberio de moderanda Papia Poppea, atque adeo exsolutos tum aliquot ejus legis nodos auctor est Tacit. l. 11. Annal. Verum id quod hic refert Suet. legis acerbiter auget magis quam imminuit. Et alioqui satis aperte ex Jurisconsultis nostris constat, ipsa lege Papia cautum fuisse ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, aut vir 15. annis minor quinquagenariam uxorem duceret. Ac proinde legis ipsius interpretatione sexagenarii generare non possunt. Cui Capiti Claudius obrogavit, permittens ut etiam sexagenario quinquagenaria minor nuberet. Verba igitur à Tiberio Cæsare ab imperito aliquo adjecta sunt. Nostram conjecturam confirmant verba Senecæ relata à Lactantio lib. 1. Divinat. insti-

tut. cap. xvi. Quid ergo est quare apud poetas salacissimus Jupiter deserit liberos tolleret Verum sexagenarius factus est, & illi lex Papia sibi imposita? An impetravit jus trium liberorum? Idem.

Tutores à coss. darentur.] Antè Claudii tempora si pupillus neque ex patris testamento, neque ex lege XII. tabularum tutorem accepisset, quem vel testamentarium appellabant, vel legitimum, illum pro patris arbitrio, hunc agnatum proximum, tunc lege Atilia jus dandi tutoris habebat Romæ Praetor cum majore parte Tribunorum plebis, in provincia vero Praeses lege Julia Titia. qua de re praeter Jurisconsultos etiam Livius lib. xxxix. Sed & Cicero vocem illam Verris Praetoris commemorat, pupillos, & pupillas certissimam esse pradam Praetoribus. Claudius igitur, quo tutore indigentibus melius prospiceretur, curam illam Consulum esse voluit. Idque Trajani quoque temporibus obtinuisse docet nos Plin. l. 12. Epistol. ad Quadratum. Idem. Postea de M. Antonio sic Jul. Capitolinus Praetorem tutelarem primus fecit, quam ante tutores à consulibus exposcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.

Hi quibus à magistratibus.] Locum hunc illustrat quod à Callistrato traditur libris βασιλικῶν, relegatum, sive interdictum patria sua à Praeside provinciae, etiam Roma, quæ communis sit patria abstinere debere, nec solum Roma, sed & ea civitate in qua princeps agit, qui pater patriæ est. Cui non ab simile quod prodit Macer. l. xxi. De re

bus provincie interdicerentur, urbe quoque & Italia submoverentur. Ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe. De majore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas, tribunatio subsellio sedebat. Com-
 24 meatus à senatu peti solitos beneficii sui fecit. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulgit. Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affir-
 mas-

mil. eos qui ignominiose missi sunt, neque Romæ, neque in sacro comitatu agere posse. Idem.

Ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe.] Simile exemplum legitur in sacris: I Reg. II. commate xxxvii.

De majore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas, tribunatio subsellio sedebat.] Dabunt, & accipient magnam lucem collata cum hoc loco Dionis verba, loquentis de supplicio affectis à Claudio, ἐκείνον δὲ ἐν τῷ σινοδρίῳ, τῷ τε Κλαυδίῳ, τῷ ἐπιέρχοντι καὶ τῷ ἐξελαθῆραι αὐτῷ παρόντων. τὴν μὲν ἢ ἐσήγησιν ἐν μέσῳ τῷ ὑπάτων ἐπὶ δίφρῳ δρχικῷ ἢ ἐπὶ βάνῳ (tribunicium subsellium intellige ex Suetonio) καὶ ἡμῶν ἐπιείρη. καὶ δὲ τῷ αὐτῷ τε ἐπὶ τῷ σινοδρίῳ ἔδραν μετάρχειν ἔκείνοις δὲ δίφροι ἔδθεν. καὶ ταῦτε καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλων τῷ μεγίστων (Suetonius de majore negotio acturus) ὁμοίως ἐγένετο. Ex ejusdem auctoris lib. xlii. didicimus, Cæsari Dictatori summi honoris loco decretum fuisse à senatu, ut in subselliis tribuniciiis sedere ei liceret: qui honos postea etiam aliis est delatus. Casaub.

Commeatus à senatu peti solitos beneficii sui fecit.] Senatus enim consultum curavit Claudius faciendum, quo ea sibi potestas concederetur. Auctor Dio. e-

legans est dicendi genus quo utitur hic Tranquillus. sic apud Iustinum l. xlii. & ut munus imperii beneficii sui faceret. libro xxiv. non quoniam eripere his regnum; sed quod id facere munus sui vellet. & alibi non semel. Idem.

Procuratoribus ducenariis.] Ducenta & centena dignitates sunt in schola agentium in rebus, & in officio sacrarum largitionum. l. i. c. Theod. de Cæsar. l. i. c. Th. de muril. l. v. c. Th. de decur. Euseb. vii. de Samosateno: καὶ ὑπερῆ) κρομικῶν ἀξιωματικῶν ὑποδουμένων, καὶ δακηνάων. μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπο) δέλων καλεῖται. Procuratores ducenarii dicuntur à Cypriano in Epistolis: Actis, inquit, publice habitis apud procuratorem ducenarium. An igitur sic videntur appellati ducenarii & centenarii, itemque sexagenarii (de quibus lib. x. Cod: Iustin. de exact. tribut.) à numero pecuniarum eis commissarum? qua ratione procuratoribus Cæsaris indita fuisse nomina Dio scribit lib. xlii. Καὶ τοῖσδε ἐπιτροπῶν καὶ αὐτῷ τῷ ἀξιωματικῷ ὀνομα δὲ δρχικῶν τῷ ἀδουμένων αὐτοῖς χρηματικῶν αἰσθάνε). Cujacius.

Senatoriam dignitatem recusantibus.] Vel oblatam quoties senatum legeret Claudius, vel jure acquisitam, quando aliquis tribunatum gesserat: vide l. i. cap. xi. Casaub.

masset non lecturum senatorem, nisi civis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam App. Cæcum generis sui proauctorem, censorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii & deinceps aliquandiu libertinos dictos; non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorum minus injunxit: detractaque Ostiensi & Gallica provincia, curam ærarii Saturni reddidit, quam medio tempore præ-

10-

In senatum allegisse.] Ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus Appii collega C. Plautius, censura se abdicavit. Livius.

Detractaque Ostiensi & Gallica provincia.] Hæ sunt provinciæ in quas solitus mittere quaestores Augustus. Docuit me Dio libro LV. *παμίαις ἐν τε τῇ τῷ Ὀστιά τῇ πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐν ἐπίφοις πρὸ τῆς ἐπιπέλας χωρίοις ὄρησιν ἐποίησε. καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ πάλαι ἐπιποίησε.* Id est, Quaestores præfecit ora maritima ad urbem. (hæc est Ostiensis provincia) & quibusdam aliis Italiae locis, idque in plures annos ab eo servatum. Inter ista Italiae loca pars aliqua Gallia Cisalpinæ fuit. Atque hæc est Gallica provincia quaestoria, quam Suetonius hoc loco intelligit. Casaub. Tullius etiam in oratione pro Murena mentionem facit Ostiensis provinciæ quaestoriæ, quam ait esse non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam.

Ærarii Saturni.] Cur Saturni templo utuntur loco ærarii, ibidemque contractuum monumenta adservant? An quia obtinuit opinio, regnante Saturno avaritiam apud homines injustitiamque locum non habuisse, sed fidem & justitiam? Aut quia deus ille

fructuum, atque agriculturæ præesse creditur? Ex ubertate autem frugum & venditione, pecuniæ crescit copia. Primus autem ædem Saturni ærarium fecit post exactos reges Valerius Poplicola, cum sentiret locum istum & conspicuum, atque ab insidiis tutum. Cæterum legati quoque, undecunque Romam missi, ad Saturni ædem accedunt, ibique nomina sua dant præfectis ærarii. Plutarchus.

Quam medio tempore prætores aut utique prætura functi sustinuerant.] Olim ærario præpositi Quaestores. Causa immutandi sub Julio Cæsare orta. Quia enim absente Cæsare Quaestores creati nulli, ærarii cura Ædilibus duobus commissa est: donec Augustus prætorios substituit. Claudius quaestoribus reddidit. Ita tamen, ut honores iis extra ordinem permitteret, ne metu offensionum segnius consulerent, ait Tacitus. Quem Dio explicat in Claudio. Ex quo discas, honores extra ordinem iis datos fuisse præturas. Sed id ipsum immutans rursus Nero, rediit non ad Prætores (non enim ita appellati amplius) sed ad Præfectos, quos è Prætoribus elegit. In iure crebra mentio Præfectorum ærarii, ut l. xlii. De his quæ ut indignis. l. xv. & xliiii. De iure fisci. Lipsius.

tores aut utique pratura functi sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano filia sua sponso nondum puberi dedit. Majoribus vero natu, tam mulis, tamque facile, ut epistola communi legionum nomine exstiterit, petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quærerent. *A. Plautio etiam ovationem decrevit: ingressoque urbem obviam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti latus exit. Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit.*

25 *Equestris militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiaque instituit, & imaginaria militiæ genus, quod vocatur*

Ut epistola communi legionum nomine exstiterit.] Curtius Rufus in agro Matiaço recluserat specus quærendis venis argenti: unde tenuis fructus, nec in longum fuit: at legionibus cum damno labor, effodere rivus, quæque in aperto gravia, humum infra moliri, quis subactus miles, & quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum rogantium imperatorem, ut quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret. Tacitus.

Gabinio Secundo.] De Gabinio Secundo dubito. Nam quæ contra Caucos, seu Chaucos, ut eos vocat Tacit. (Dio Chauchos) gesta sunt sub Claudio, Cn. Domitio Corbuloni attribuantur. Torventius.

Equestris militias ita ordinavit, &c.] Ala eo tempore, quo Suetonius scripsit, non nisi equitum fuit. Unde & alarii equites, ut plurimum auxiliares, eoque nomine distincti à legionariis. Inter equestris milites, ala & cohortis præfecturam posuit, ut & tribunatum le-

gionis, quia Tribuni legionum equites, & equo merebant, item præfecti cohortium & alarum. Ala, ut dixi, proprie de equitibus auxiliariis, & cohortes de auxiliariis peditibus. Ideo hic à legione distinguuntur, id est, à legionariis militibus. Hoc ordine igitur promotionem equestris militiæ faciebat Claudius, ut post cohortis auxiliariorum præfecturam, daret præfecturam alariorum equitum, sive alæ equitum auxiliariorum, & post alæ præfecturam Tribunatum legionis, id est, præfecturam unius cohortis in legione. Hæc pluribus ita esse in nostro de Militia Commentario docemus. Militiæ autem equestris, quia, ut dixi, equo merebant omnes hi præfecti. Salmastius.

Instituit imaginaria militiæ genus quod vocatur Super numerum.] Ita MSS. vulgo supra numerum. Diversi ab his sunt supernumerarii illi equites peditesque, quorum meminit Vegetius: item illi ὑπεράριθμοι ἠολάριοι quos instituisse Iustinianum in ordinanda militia Palatina, refert Procopius. Mentio

habe-

tur Super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutandi causa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit. Ingratos & de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem: advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum jus dicturum. Cum quidam agra & affecta mancipia in insulam Aesculapii tadio

me-

habetur supernumerariorum in Codice Theodosiano, De palatinis sacrarum largitionum & rerum privat. lege xv. & xvii. *Casaub.* In nummo veteri, NERO. CLAUD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT. SACERD. COOPT. IN. OMN. CONL. SVpra NUM. EX S. C. id est, Sacerdos cooptatus in omnia collegia supra numerum ex S. C. *Torrent.*

Libertinos publicavit.] Id est, bona eorum proscripsit, atque in fiscum cogi jussit, quemadmodum sup. cap. viii. *venalem pependisse* dicit Claudium, cujus bona sic exposita fuerant. *Lamprid.* *Alexandro: Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari jussit.* *Tertullian.* De fuga: *Publicaris? Bonum tibi est, qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Deo.* Non repugnaverim tamen, si quis de personarum etiam proscriptione hæc intelligat, præcipue Tertulliani locum. Nam libertinorum pro Equitibus se gerentium, ac mulierum infamium satis equidem gravis est poena, si bonis exuantur, aut his salvis in exilium agantur, ut sup. Tib. cap. xxxv. *Torrent.*

Ingratos.] Hoc ex instituto Atheniensium transtulit Claudius, apud quos convictus à patrono libertus ingratus, jure libertatis exuebatur. *Superfedeo, inquit patronus, habere te civem tanti muneris impium a stimatorem: abi igitur, & esto servus, quoniam liber esse nescisti.* Apud Massilienses quoque tres in eodem manumissiones rescindi per-

mittebatur, si ter ab eodem deceptum dominum cognovissent, quarto errori subveniendum non putabant. *Beroald.*

Revocavit in servitutem.] Ergo ex constitutione Claudii omnes ingrati potuerunt in servitutem revocari? cave putes, neve temere assentiaris *Suetonio*; qui rem certa conditione concessam laxè & *à severo* enunciavit. Unus enim tantum est casus, quo libertus redigitur in servitutem patroni, ex hac constitutione Claudii: si delatores submiserit, qui patrono libertatis facerent questionem. vide legem v. Dig. de jure patr. *Casaub.*

Adversus libertos ipsorum.] Quando videlicet indigni essent, qui eo jure sublevarentur, quod nuper oppugnassent. *Sabell.*

Cum quidam agra & affecta mancipia tadio m. dendi exponerent.] Antiquorum hæc fuit dira immanitas, ut & recens natos infantes liceret vel tollere vel exponere ad eadem: & liberos aut servos ægrotos exponere tadio curandi. Atque hoc jus tam barbarum non statim sustulerunt Christiani Imp. sed cum progressu temporis. vide in Cod. Theodosiano titulum De expositis. *Casaubon.*

In Insulam Aesculapii.] In qua ægri ad captandum somnum exponebantur. *Strabo* libro viii. *Plautus* Gurgulione Act. ii. Scena i. & tabellæ marmoreæ Romæ apud *Mafæos*. quibus etiam miracula quædam enarrantur. *Torrent.*

medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet quam exponere, cædis crimine teneri. Viatores ne per Italia oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis & Ostiæ singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. Peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina, dumtaxat gentilitia. Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Provincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transfulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se

Prima Epidaurus Æsculapio Messenio, ob medicæ artis principatum, statuit fanum, sed extra urbem, ut est apud Pausaniam in Corinthiacis. Exemplum Epidauriorum secuta mox reliqua Græcia, ut ex Tullio constat. Imo & Romani; sed itidem extra urbem, in insula Tiberina. In inscriptionibus antiquis crebro junctim reperias, ΑΣΚΛΗΠΙΩ, ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ: item ÆSCVLAPIO ET SALVTI. Ac interdum subieitur, σωτηρῶν πολιούχοις, vel θεῶν ἐπιπροσώπων. Vosius.

Cædis crimine teneri.] Recte Claudius. Sic enim lex Cornelia de sicariis cum punit qui hominem occiderit, etiam si servus sit. Quem ne domino quidem occidere, neque ad bestias dare sine iudice licuit. Quod etiam Hadrianum sanxisse auctor est Spartian. Torr.

Viatores.] Hujus edicti causam fuisse puto, ne viæ corrumperentur. Spartian. Hadriano; Vehicula cum ingentibus sarcinis Urbem ingredi prohibuit, sederi in equis in civitatibus non sivit. Et Capitolinus M. Antonino: Sederi in civitatibus vetuit in equis, sive vehiculis. Idem.

Puteolis & Ostiæ singulas cohortes ad

arcendos incendiorum casus collocavit.] Sub Othone stationem habebat Ostiæ cohors septimadecima. Tacitus Historiarum libro 1. Septimadecimam cohortem, colonia Ostiensi in Urbem acciri Otho iusserat.

In campo Esquilino securi percussit.] Tacitus: In P. Marcium Consules extra portam Esquilinam, cum clasticum canere iussissent, animadvertere. & iterum: Sumptum est more prisco extra Esquilinam de nocentibus supplicium. Hanc portam aliquando Mæciam vocatam fuisse, ex Plauto conjici potest, quod idem de porta Mæcia scribat Plautus quod de Esquilina Horatius. Plautus in Casina: Illum ad eam videre ardentem extra portam Mæciam

Credo ecastor velle. —

Horatius vero v. Epod.

Post insepulta membra different lupi,

Et Esquilina alites.

In quem locum annotavit Porphyrio, in regione aggeris extra portam Esquilinam solita fuisse pauperum corpora vel comburi, vel projici: combusta fuisse indicat Plautus, projecta Horatius. Onuphr. Panvin.

Senatui reddidit.] Vid. & Aug. cap.

XLVII.

Illeu-

discordias libertatem ademit: Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit. Iliensibus, quasi Romana gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit: recitata vetere epistola Græca senatus populique R. Seleuco regi amicitiam, & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Iudeos impulsore CHRESTO assidue tumultuantes Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum & fiducia motus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos & Armenios sedentes in senatu,

Iliensibus quasi Romana gentis auctoribus.] Sic Virgil.

— *Et Troia Cynthius auctor.*

Roma itaque Trojanorum colonia habitata est. Adeo Romani Ilienses, tanquam consanguineos suos, magna semper benevolentia prosecuti sunt. Horat. lib. III. Od. III.

Sed bellicosus fata Quiritibus

Hæc lege dico, ne nimium pii,

Rebusque fidentes avitæ

Tecta velint reparare Troiæ.

Iliensium vero causam actam à Nerone narrat Tacit. lib. XII. & Sueton. Ner. cap. VII. *Torrent.*

Seleuco.] Fuit is Syriæ rex, & Antiochi pater, qui uxorem propriam, ut Appianus ait, filio concessit, cum illius amore deperire sensisset. Sabell.

Iudeos.] Sic Christianos aliquando appellatos frustra negitant quidam. Docet hic locus, & præterea iste Arriani lib. II. cap. IX. ὅταν πινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἰδῶμεν, εἰώτα μὲν λέγειν, ὅτι ἐστὶν Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ὑποκρίνεσθαι. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος, τὸ βεβαμμένος καὶ ἡραμμένος, τότε καὶ ἐστὶ τὸ ὄντι καὶ καλεῖσθαι Ἰουδαῖοι. Ait, βεβαμμένος, qui ergo tincti & baptisati præter Christianos? Lipsius.

Impulsore CHRESTO.] Tertullianus & Lactantius docent, Christum Servatorem nostrum mutato I in E, CHRESTVM per contumeliam homines impios appellare solitos, quemadmodum & de Pertinace tradit Capitolinus, Chrestologum vocatum fuisse, quod bene loqueretur, maleque faceret, blandusque esset verbis, re non item. Cum autem Tacitus Ann. XV. scribat, Dominum nostrum imperante Tiberio supplicio affectum, Suetonius non de persona ejus, sed de doctrina per Apostolos disseminata intelligendus est. Cæterum in marmoribus etiam antiquis pluries CHRËSTI nomen inscriptum observamus, unde apparet inter nomina Romana illud fuisse. M. Donat.

Germanorum legatis.] Hoc Tacitus in Neronis principatum conjicit: qui & verba eorum in hunc modum refert: NULLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE. Augustus Romæ legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere: cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. cap. XLIV.

In popularia.] Gradus theatrales, in quibus populus sedens spectare solebat.

In Senatu.] In Equite pro inter Equi-

tu, ad eadem loca sponte transfierant, nihilo deterio-
 rem virtutem aut conditionem suam predicantes. Druida-
 rum religionem apud Gallos dira immanitatis, & tan-
 tum civibus sub AVgusto interdictam, penitus abole-
 vit. Contra, sacra Eleusina etiam transferre ex Atti-
 ca Romam conatus est. Templum quoque in Sicilia

Ve-

res spectare dixit Sueton. Domit. cap. v 111. ut hic sedere in Senatu pro in Senatorum sedibus, & quod magis receptam lectionem firmat, inf. Ner. cap. x 11. In orchestram Senatumque descendit.

Druidarum.] Cod. Salmas. Dri-
 darum.

Dira immanitatis] Cruore captivo adolere aras, & hominum fibris consulere Deos, fas habebant. Tacitus. Plura de ἀνθρωποθυσία Druidum Cæsar de B. G. Commentario sexto, & Strabo Geogr. lib. iv.

Penitus abolerit.] Abolere penitus voluit, non potuit. Itaque apud posteriores etiam scriptores de durante hac superstitione legas, non in Britannia modo hostili, sed Gallia ipsa: ut liquet è Lampridii Alexandro, Vopisci Aureliano, nec non Taciti vita: Eusebio item, qui conqueritur de sacris istis in 1 v. Præparat. Euang. & incerto Theodosiani, ut videtur, ævi scriptore in Querulo sive Aulularia: ubi sub robore ab iis capitales ait ferri sententias. Origo vocabuli *Druidarum* peti debet è lingua Celtica: qualis & Britannica, ac Gallica vetus. Britannis vero, uti & Germanis, *Dru*, fides, pro quo alii *trou* dicunt. Vnde & Deus veteribus Germanis *Drutin*, sive *Trudin*: ut videre est ex Othfridi Evangelio. Itaque *Drutin* signet *divinus*, aut *fidelis*. Vtraque vox sacerdotibus conveniens. *Vossius*.

Sacra Eleusina etiam transferre ex Attica Romam conatus est.] Videretur innuere Aurelius Victor, *Eleusina sacra per Hadrianum Romam fuisse translata*,

sed id prorsus falsum est. Ceteris quidem sacra jam olim de Græcia assumpta longe ante Hadrianum Roma percoluit: sed illa quæ Eleusina dicebantur, nunquam Romæ percepta sunt, sed in Attica. confundit igitur Aurelius sacra Cereris cum Eleusinis initiis. Eleusina autem sacra usque ad Valentinianum & Theodosium mansere. sub quibus imperatoribus penitus deserta sunt & abolita. *Salmasius*. Sacra Cereris (non tamen Eleusina) diu ante Ciceronis ætatem admessa in Urbem fuisse, ex iis abunde constat, quæ ad Aug. c. xciii. ex oratione ejus pro C. Balbo notantur. In eo capite, cum Augustus de privilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognovisse dicitur, de Eleusina accipiendum videtur, ut causam sacerdotum, quanquam in Attica religionum suarum sedem habentium, Romæ tractatam intelligas. Sequitur enim: *cum secretiora quadam proponerentur*. Sed & ipse Augustus Athenis initiatus fuerat, ut paullo ante Suetonius inibi memorat. Pro *Eleusina* Cod. Salmas. habuit *Eleusina*, imitatione Græcorum, quæ in Ελευσινια hæc mysteria vocantur.

In Sicilia Veneris Erycina.] Est & nummus apud me C. Considii Noniani, cum Veneris imagine parte una, altera vero ipsius templi in monte positi. Asscriptum, ΕΡΥΧ. Fuit ejusdem Veneris etiam Romæ templum apud portam Collinam, de quo non uno in loco Livius, & Ovid. 1111. Fastor. Bene ergo additum à Suetonio, in Sicilia. Torrentius. Eryx mons est ad mare, in

Veneris Erycinæ vetustate collapsum, ut ex arario populi Rom. reficeretur, auctor fuit. Cum regibus fœdus in foro icit, porca cesa, ac vetere fecialium præfatione adhibita. Sed & hæc & cætera, totumque adeo ex parte magna principatum, non tam suo, quam uxorum libertorumque arbitrio administravit: talis ubique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet. SPONSAS admodum adolescens duas habuit: 26
Emiliam Lepidam, AVgusti proneptem: item Liviam Medullinam, cui & cognomen Camillæ erat, è genere antiquo Dictatoris Camilli. priorem, quod pa-
ren-

eo Siciliæ latere quod Italiam spectat, inter Drepana & Panormum: qua Drepana contingit magis inaccessus, omnes Siciliæ montes præter Ætnam longe superans. habet hic in vertice planitiem cui imposita est Veneris Erycinæ ædes, omnium sine controversia, quæ tota hac insula spectantur, & divitiis & reliquo cultu longe clarissima. *Polybius.*

Fecialium.] Quorum collegium à Numa Pompilio institutum est, qui de belli pacisque & fœderum jure consulerentur: itaque & ad eos de bello indicendo referebatur, & bellum ipsi piis verbis conceptis indicebant: fœderaque etiam sanciebant, in quibus si quid, de quo ambigeretur, ortum esset, referri ad eos consueverat. Hinc priusquam indicerent bellum iis, à quibus, injurias factas sciebant, Feciales Legatos repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. *Hottomannus.*

Vetere præfatione.] Fœdera, alia aliis legibus, cæterum eodem modo omnia fiunt. Inter Tullum Hostilium & Albanos ita factum accepimus, nec ullius vetustior fœderis memoria est. Fecialis regem Tullum ita rogavit: *Iubesne me, rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagramina, inquit, te rex postq. Rex ait, Puram tollito. Fe-*

tialis ex arce graminis herbam puram attulit: postea regem ita rogavit: *Rex, facisne me tu regium nuntium populi Rom. Quiritium, vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea populi Rom. fiat, facio. Fecialis erat M. Valerius: is Patrem Patratum Sp. Fulum fecit, verbena caput capillosque tangens (Pater Patratus ad jusjurandum patrandum, id est, sancendum fit) fœdus multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, Audi, inquit, Jupiter, audi pater patrato pop. Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima postrema ex illis tabulis, cætere recitata sunt, sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus populus Rom. prior non deficiet. Si prior defexit, publico consilio, dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum Rom. sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. *Livius.**

Emilianam Lepidam AVgusti proneptem.] Julia, Augusti neptis, L. Emilio Paulo, Censoris filio, nupsit, unde hæc Emilia, Claudii uxor, Aug. cap. LXVIII.

Parentes ejus AVgustum offenderant.] Mater

rentes ejus *AVgustum* offenderant, virginem adhuc repudiavit: posteriorem, ipso die qui erat nuptiis destinatus, ex valitudine amisit. *Vxores* deinde duxit *Plautiam Vrgulanillam*, triumphali, & mox *Æliam Petinam*, consulari patre. Cum utraque divortium fecit: sed cum *Petina*, ex levibus offensis: cum *Vrgulanilla*, ob libidinum probra & homicidii suspicionem. Post has *Valeriam Messallinam*, *Barbati Messalla* consobrini sui filiam in matrimonium accepit. Quam cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora, *C. Silio* etiam nupsisse, dote inter auspices consignata,

sup-

Mater Julia ob vitæ turpitudinem, pater ob conspirationem in *Augustum*. Aug. cap. XIX. & LXV.

Plautiam Vrgulanillam.] Via Tiburtina ad pontem *Lucanum* ex *Plautiorum* sepulcro eruta extat hæc inscriptio M. PLAVTIUS M. F. A. N. SILVANVS COS. VII VIR EPVLON. HVIC SENATVS TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT OB RES IN ILYRICO BENE GESTAS. LARTIA CN. F. VXOR A. PLAVTIVS MF. VRGVLANIVS. VIXIT ANN. Adde locum *Taciti* lib. IV. *Annal.* ubi *Vrgulaniam*, *Plautii Silvani*, tunc *Prætoris*, aviam, commemorat. *Torrent.*

Barbati Messalla consobrini sui.] Dissimulant hic interpretes, quomodo hic *Messalla Claudio* consobrini. Dicam ego. Ex *L. Domitio* & *Antonia* majore natus est *Cn. Domitius* pater *Neronis* principis, & item *Lepida* amita ejusdem. Hæc *Lepida* est illa ipsa quæ nupta *Valerio Messallæ*, & quæ *Messallinæ* mater. At *Claudius* natus ex *Druso* & minore *Antonia*, uti clarum. Vides ergo *Claudium* & *Lepidam Domitiam* (id enim duplex illi nomen) vere consobrinos. Atque hac ratione fortean maritum ipsum *Lepidæ*, *Suetonius* dixerit *Claudii* conso-

brinum. Tamen tutius putarim legi, *Barbati Messalla* & consobrini sue filiam. *Lipius.*

Super cetera flagitia atque dedecora.] *Sextus Aurelius*: *Claudii* uxor *Messallina* primo clam, mox passim quasi jure adulterii utebatur: ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt: dehinc atrocius accensa nobiliores quasque nuptas & virgines scortorum modo secum proposuerat: coactisque mares ut adessent: quod si quis talia horrerat, adfecto crimine in ipsam, omnemque familiam scirebat, ut magis videretur sub *Imperatore* vir, quam *Imperatori* nupta esse.

C. Silio.] *Juvenalis* Sat. X.

— Optimus hic & formosissimus idem
Gentis patritiæ rapitur miser extin-
guendus

Messallinæ oculis.

Dote inter auspices consignata.] Haud sum ignarus fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara & nihil reticente, nedum consulem designatum cum uxore principis, prædicta die, adhibitis qui obsignarent velut suscipiendorum liberorum causa convenisse, atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud deos, discubitum inter convivas, oscula, complexus, no-

tæm

Supplicio affecit : confirmavitque pro concione apud pratorianos, Quatenus sibi matrimonia male cederent, permanfurum se in coelibatu : ac nisi permansisset, non recusaturum se confodi manibus ipsorum. Nec durare valuit quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Petina, quam olim exegerat, deque Lollia Paullina, qua C. Cæsari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippina, Germanici fratris sui filiae, per jus osculi & blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit proximo senatu qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi Reip. maxime interesset : dandamque cæteris veniam talium conjugiorum, qua ad id tempus incesta habebantur.

Item denique actam licentia conjugali.

Tacitus. Iuvenalis:

— dudum sedet illa parata

Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis

Sternitur, & ritu decies centena dabuntur

Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.

Hac tu secreta & paucis commissa putabas?

Non nisi legitime vult nubere. —

De conditionibus continuo tractavit.]

Aug. cap. lxxix. condiciones quasitas per amicos.

Lollia Paullina.] Calig. cap. xxv. Eam Agrippina occidit, quam Cajo Memmio Caligula ademerat : cui dimissæ perpetuo alterius concubitu interdixerat.

Per jus osculi.] Quia sæpius, & aperte ut fratris filia in Claudii complexus, & oscula sese effundebat. Vetus præterea est, nec à Romanis, ut Cato, & Plinius docent, tantum, sed à peregrinis quoque gentibus servatum, ut necessitudine conjunctas osculo viri exciperent. Ovidius:

Oscula aperta dabis, oscula aperta dabo.

Sabellicus.

Subornavit proximo senatu qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem.]

Plane istum Claudii mimum multis post seculis retulit Michaël Imperator: qui uxore mortua coelibatum initio professus, mox in Euphrosinæ virginis Christo devotæ amorem pellectus, ne levitatis notam subiret, subornavit qui cogendum Imperatorem censeret ad ducendum uxorem. Vrgere igitur senatus : ille recusare & abominari. quid multa? vix tandem multis senatus precibus exorari se passus Imperator est. Lege Cedrenum. Casaub.

Qui censeret.] Id Vitellium fecisse volunt. Vide Tacitum, Zonaram.

Qua ad id tempus incesta habebantur.]

Apud Romanos quidem. Ideo Tacitus, Nova, inquit, nobis in fratrum filias conjugia : at aliis gentibus solennia, nec lege ulla prohibita. Athenis id sicuisse ostendit Iseus & Lysia vita Plutarchus. Imo ejus facti apud Hebræos exstant exempla. Talem namque Abrahamo Saram fuisse Iosephus putat. Idem post datam legem exempla nobis dat

tur. *Ac vix uno interposito die, confectis nuptias: non repertis qui sequerentur exemplum excepto libertino quodam, & altero primipilari, cujus officium nuptiarum & ipse cum Agrippina celebravit. LIBEROS ex tribus uxoribus tulit: ex Vrgulanilla Drusum & Claudiam: ex Petina Antoniam: ex Messallina Octaviam, & quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Drusum Pompejis impuberem amisit, pyro per lusum in sublime jactato, & hiatu oris excepto strangulatum: cui & ante paucos dies filiam Sejani despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent, fraude à Sejano necatum. Claudiam ex liberti suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam, alique cæptam, exponi tamen ad matris januam, & nudam jussit abjici. Antoniam Cn. Pompejo Magno, deinde Fausto Sylle, nobilissimis juvenibus, Octaviam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsatam. Britannicum vigesimo imperii die, inque secundo consulatu natum sibi parvulum etiam tum, & militibus pro concione manibus suis gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se retinens, assidue commendabat, faustisque ominibus cum acclamantium turba prosequeretur. E generis Neronem adoptavit: Pompejum atque Silanum non recusavit modo, sed & interemit. LIBERTORVM præcipue*

dat in Herode, qui fratris filiam duxerat, & suam filiam fratri Pherotæ desponderat. Vide cum Antiquæ historiæ libro xii. & xvi. Phineo patruo promissa Andromede; Ovidius metamorphosæ v. Id igitur apud Romanos vetitum, permisit Claudius: vetuit Nerva: permisit Heraclius. Hugo Grotius.

[Pompejis.] Vrbe Campaniæ. Meminit Strabo in quinto.

[Strangulatum.] Cod. Salmat. *Strangulatum*, ob affinem $\overline{\text{T}} \text{V}$ & Y pronunciationem. Vide supra ad xiv. Tib.

[Possidem spadonem.] Juvenalis Satyræ xiv.

— Græcis longæque petitis

Mar-

suspexit Posidem spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit. Nec minus Felicem, quem cohortibus & alis, provinciaeque Iudææ præposuit, trium reginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbem vehendi, spectaculaque publice edendi jus tribuit. Ac super hos Poly-

Marmoribus vincens Fortuna atque Herculis ædem,

(fides.)

Ut Spado vincebat Capitolia nostra Po-Balneas exstruxit magnificas in littore Bajano. Unde aquæ Posidianæ in Bajano appellatæ. Plin. lib. xxx. cap. 11.

Hasta pura.] Virgil. v. 1. Æn.

Ille (vides) pura juvenis qui nititur hasta:

Pura, id est, sine ferro. Nam hoc fuit præmium apud majores ejus, qui primum vicisset in prælio: sicut ait Varro in libris de gente pop. Rom. Servius.

Trium reginarum maritum.] Ad amores vagos Felicis eruditi homines referunt. ita simile fuerit illi de Julio Cæsare, omnium mulierum virum fuisse. at maritum heic Suetonius ait, non virum. hoc igitur sine dubio significare voluit, pullo huic Veneris tres diversis temporibus nupsisse regio sanguine prognatas mulieres. Drusillam Iudæam Agrippæ regis sororem ductam in uxorem à Felice, Iosephus narrat lib. xx. Antiquit. Sunt qui existiment de altera ejusdem uxore loqui Tacitum, in quinto Historiarum sic scribentem: Antonius Felix, per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio in Iudæa provincia exercuit. Drusilla Cleopatæ & Antonii nepte in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset. neque potest dubitari quin vera sit hæc sententia: nisi probetur Agrippa Magnus præter Cypron Phæseli filiam, alteram quandam uxorem habuisse, Cleopatæ & Antonii filiam: quod nemo veterum opinor scriptum reliquit. Casaub.

Harpocran.] Existimo hunc esse illum, qui alio nomine Callistus nominabatur, quem Plinius Claudii libertorum potentissimum fuisse dicit: quem Seneca in primis memorat: cujus mentio multa est apud Tacitum: qui plurimum etiam polluit sub Caligula. Nam quum Tranquillus nullam faciat mentionem Callisti, qui inter alios est memoratissimus, adducor facile ut credam eum alio nomine à Tranquillo significari, tanquam esset binominis. Beroald. Et quod sciam, Harpocræ solus meminit Suetonius, ut valde vero similis sit conjectura Beroaldi.

Spectacula publice edendi jus tribuit.] Id enim juris promiscui non fuit, sed ratio census habita: extat namque apud Tacitum Senatusconsultum, quo cautum ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res esset. lib. 17. Annalium. Spectata etiam persona: neque enim id fuit libertini generis hominibus permissum, saltem in Vrbe, ut declarat hic locus: neque alias vilibus hominibus, unde illa indignatio duorum æqualium poetarum, Iuvenalis Satyra 111.

Quondam hi cornicines, & municipalis arena.

Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,

Munera nunc edunt:

Et Martialis,

Das gladiatores futorum regule cerdo:

Quodque tibi tribuit subula, sica rapit. Casaubonus.

Polybium à studiis.] Reperitur de altero Claudii liberti à studiis hæc inscri-

lybium à studiis, qui saepe inter duos COSS. ambula-
bat. Sed ante omnes, Narcissum ab epistolis, & Pal-
lantem à rationibus: quos decreto quoque senatus non
præmiis modo ingentibus, sed & quaestoriis prætoriis-
que ornamentis ornari libenter passus est: tantum præ-
tere. acquirere & rapere, ut querente eo quondam de
fisci exiguitate, non absurde sit dictum, Abundatu-
rum, si à duobus libertis in consortium recipere-
tur. His, ut dixi, uxoribusque addictus, non princi-
pem

scriptio, TIB. CLAVDIVS LEMNIVS
D. CLAVDI AVG. LIB. A STUDIIS.
Torrent. Polybius is est, quem Seneca
consolatur in morte fratris. In eo li-
bro inter alia abjecte & demisse scripta
(quippe in exilio scripsit) hæc quoque
cap. xxv. leguntur. Magnam tibi perso-
nam hominum consensus imposuit: hæc
tibi tuenda est. Omnes scient, quomodo
te in isto tuo gesseris vulnere: utrumne sta-
tim percussus arma submiseris, an in gra-
du steteris. Olim te in altiore ordinem
& amor Casaris extulit, & tua studia
deduxerunt: nihil te plebejum decet, ni-
hil humile. Sed de ministerio ejus in
aula Claudii, imprimis inspiciendum
est cap. xxvi.

Inter duos Consules.] E. contrario
laudant Historici Adrianum princi-
pem, qui cum quondam servum suum
inter duos Senatores ambulantiem vi-
disset, misit qui colaphum daret, & di-
ceret: Noli inter eos ambulare, quorum
adhuc potes esse servus. Beroaldus.

Narcissum.] Iuvenalis Sat. xiv.

Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica
regna

Sufficient animo, nec divitiæ Narcissi,
Indulsi Caesar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis uxorem occidere iussus.

Is Narcissus Annal. xii. Ita de se meri-
tum ait Casarem, ut vitam usui ejus im-
penderet.

Pallantem.] Plinius lib. vii. Epist.

XXIX. Est via Tiburtina intra primum
lapidem monumentum Pallantis ita inscri-
ptum. HVIC. SENATVS. OB. FIDEM.
PIETATEMQUE. ERGA. PATRONOS.
ORNAMENTA. PRAETORIA. DECRE-
VIT. ET. SESTERTIVM. CENTIES.
QUINGAGIES. CIVIS. HONORE.
CONTENTVS. FVIT. Subjicit deinde:
Sed quid indignor? videre fatius est, ne
se magnam aliquid adeptos putent, qui
huc felicitate pervenerunt, ut rideantur.
Idem Plinius lib. viii. Ep. vi. false
commentatur in ipsum S. C. quod qua-
sivisse se scribit, & invenisse tam co-
piosum & effusum, ut ille superbissimus
titulus modicus atque etiam demissus
videretur.

His, ut dixi, uxoribusque addictus.]
Elegantissime Philostratus ait, de
Claudio loquens in vita Tyanei lib. v.
ἀλλὰ κακῆν ἔπαθε καὶ μελόβατον
Ἰουαίσις πλὴν δὲ χλὴν ἀνῆκεν. Et ite-
rum paullo post, ἐπὶ τῷ Κλαύδιον
ὡς ἐπὶ Ἰουαίαν ἐμβροτη-
θεὶς, ἐπιλάθην τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν
ζῆν. Venustissime etiam Iulianus: qui
Claudium absque uxore & libertis suis
ait esse instar earum personarum quæ
in fabulis mutæ introducuntur. id e-
nim δορυφόρημα Græci vocant in
hoc proverbio. ἴππ γῶ, ait, ἐκείνου
δὲ

pem se, sed ministrum egit. Compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est: & quidem insciens plerumque & ignarus. Ac ne sigillatim minima quæque enumerem, revocatas liberalitates ejus, judicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos; App. Silanum confocerum suum, Iuliasque, alteram Drusi, alteram Germanici

nici

διχα τῆς τ' τρασυδίας τὸ δορυφόρημα μικρῷ δια φάνας καὶ ἀψυρον. Simillime Plutarchus in extremo Alexandro, Aridæum, qui mortuo illo aliquandiu aliis, sibi nunquam rex fuit, δορυφόρημα regiae majestatis vocat, quasi dicas, simulacrum & mutam imaginem. Casaub. Nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium, non odium, nisi indita & iussa. Tacitus.

Ejus judicia rescissa.] Nihil turpius. Philippus Macedonum rex, cum Machetæ causam inique iudicasset, cognovissetque paullo post se inique iudicasse, iudicium quidem non rescidit, sed estimationem litis ipse persolvit. Bevoaldus.

Datorum officiorum codicillos.] Principes enim officia deferebant, missis traditive codicillis. Postea adjecta sunt codicillis etiam insignia, de quibus multis locis Iustinianus in Novellis, & affatim in notitia utriusque Imperii, & in eorum temporum historicis persæpe. Græci interdum Latina voce utuntur, & κωδικέλλας vocant, interdum πινάκιδας. Cassiodorus non semel chartas. Suetonius in Vespasiano cap. viii. litteras. Symmachus epistolarum libro secundo, sacras litteras. Ad hujusmodi codicillos dignitatum alludens Basilus in homilia de hominis fabrica. οὐ μὲντοι, inquit, παρὰ θεῶ ἐλάβες ὅσα ἐν ξύλοις γρηραμμένω, εἰδ' ἐν

πινυξὶ φαρταῖς σητῶν ἀδυνακωμάτων (δρχῆς ἐξουσίας) ἀπὸ ἀνάγκης ὡς ἢ φύσις ἔχῃ τὴν θείαν φωνὴν. Ἀρχέτωσαν. Sic litteris missis traditive dignitatem adimebant, ut apud Zosimum libro quarto de Valentiniano Arbogastem exauctorante, δίδωκεν αὐτῷ γράμματα τ' δρχῆς ἀδυνακωμάτων. Unde est, epistolam vel codicillos ab aliquo auferre, pro exauctorare & dignitate spoliare. ut in lege xx. Cod. Theodos. De decurionibus. in historia veteris Ecclesiæ ἀγαπίμπιν κερθαυρῆκεν hoc sensu non raro legere memini. Casaubonus.

App. Silanum confocerum suum.] Is ergo M. & L. pater fuit. De Appii vero hujus morte inf. cap. xxxvii. Addit Dio matrem Messallinæ ei nupsisse, atque inde natum odium, quod cum nuru concumbere noluerit. Fuit ergo & confocer Claudii ob conjunctos matrimonio utriusque liberos, & socer ratione conjugis Messallinæ. Torrent.

Iuliasque.] Iuliam filiam Drusi, Tiberii filii, quæ uxor Neronis, Germanici filii, fuerat, amulatione ductus, & alteram Iuliam, Germanici filiam, interemit. Dio Cassius. Hoc tantum monendus est lector. Iulia Germanici filia etiam Livilla vocatur à Suetonio Calig. cap. vii. cum eandem hic Iuliam vocet, ut semper Dio & Cajetanus nummus æreus, quem, præter alios bene

nici filiam, crimine incerto, nec defensione ulla data, occidit. Item Cn. Pompejum, majoris filia virum, & L. Silanum minoris sponsum. Ex quibus Pompejus in concubitu dilecti adolescentuli confossus est. Silanus abdicare se prætura ante quartum Kalend. Ianuarias, morique initio anni coactus, die ipso Claudii & Agrippina nuptiarum. In quinque & triginta senatores, trecentosque amplius equites Rom. tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renuntiante centurione, Factum esse quod imperasset, negaret quidquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret: affirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionem Imperatoris ultro procurrissent. Nam illud omnem fidem excefferit, quod nuptiis, quas Messallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipse consignaverit: inductus, quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum quod imminere ipsi per quedam ostenta portendebatur. AVCTORITAS dignitasque forma non defuit

bene multos, videre nuper mihi contigit apud civem quendam hujus reip. In eo nummo stolata, tres Caji sorores representabantur.

Renuntiante centurione.] Similis locus Tib. cap. xxxi.

Ad transferendum periculum.] Sensus est: Ex quibusdam portentis harioli prædixerant periculum imminere Imperatori: quod ut Claudius propulsaret, in alterumque transferret, permisit ut Messallina nuberet Silio, ut ita in Silium, tanquam in Imperatorem periculum ipsi imminens transferretur. Nam quemadmodum licebat apud antiquos Consuli, & Prætori pro se alium civem devovere, ita periculum transferri posse putabatur ab uno ad alte-

rum. Beroald. Neron. cap. xxxvi. Et Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta eade aliqua illustri expiare, atque à semet in capita procerum depellere.

Auctoritas dignitasque forma non defuit vel stanti vel sedenti.] Eginhartus de Carolo Magno, unde forma auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima inerat. Radevicus de Ederico I. Imperatore: Talis corporis forma & dignitas & auctoritas tam stanti quam sedenti acquiritur. Porro dignitas forma in viro idem quod pulchritudo in foemina, ut observat Agrætius è Ciccone pro Cælio: atque ita Iacobus Cujacius interpretatur dignitas certa apud Papirium: Iustum leg. pen. D. de decurionibus. Vellejus Paterculus de Pom-

fuit vel stanti vel sedenti, ac precipue quiescenti. Nam & prolixo, nec exili, corpore erat: & specie canitieque pulcra, opimis cervicibus. Caterum & ingredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant. Rissus indecens: ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus: praterea lingua titubantia, caputque, cum semper, tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum. Valitudine sicut olim gravi, ita princeps perprospera usus est, excepto stomachi dolore. Quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit. CONVIVIA agitavit & ampla & assidua, ac fere patentissimis locis, ut plerumque sexcenteni simul discumberent. Convivatus & super emissarium Fucini lacus, ac pane submersus, cum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni cæna & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Convivæ, qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur, revocato in diem posterum, calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditat^{us} edictum, quo veniam daret flatum

cre-

Pompeio, Fuit hic forma excellens, non ea qua flos commendatur ætatis, sed ex dignitate constanti. Casaub.

Opimis cervicibus.] Quod signum esse hominis ἀναισθητός consentiunt omnes ἰστοριογράφοι αὐτῶν auctores, & confirmat unice hoc exemplum. Caterum antiqui, quorum subinde æmulator est Suetonius, itidem cervices plurali numero dicebant. Hinc Varro tanquam nove dictum arguit in Hortensio, quod cervix pro cervices usurpasset. lib. VII. & IX, de L. L.

Spumante rictu.] Hinc de Agripinæ bolet^o loquens Juvenal. Sat. VI.

Tremulumque caput descendere jussit

In calum, & longam manantia labra salivam.

Sexcenteni.] Vide cap. XII. lib. VI.

Ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.] Sic Aug. cap. LXIII. nec cœnavit una nisi ut imo lecto assiderent. De Augusti liberis loquitur. Imum igitur lectum illic quod hic fulcra lectorum vocat.

Flatum crepsumque ventris in contrivio emittendi.] Vere docuit ad Catullum Scaliger ex Cicerone & optimo Glossario, flatum hunc proprio nomine visionem Latinis dici, & τὸ ἐδέρψιν

Ll

visere,

crepitumque ventris in convivio emittendi: *cum*
periclitatum quendam præ pudore ex continentia repe-
 33 *risset. Cibi vinique quocumque & tempore & loco appe-*
tentissimus. Cognoscens quondam in Augusti foro, ictus-
que nidore prandii, quod in proxima Martis æde Sa-
liis apparabatur, deserto tribunali, ascendit ad sacerdo-
tes, unaque discubuit. Nec temere umquam triclinio
abscessit, nisi distentus ac madens: & ut statim supino,
ac per somnum hianti, pinna in os inderetur, ad exo-
nerandum stomachum. Somni brevissimi erat. Nam
ante mediam noctem plerumque evigilabat, ut tamen
interdium nonnumquam in jure dicendo obdormisceret,
vixque ab advocatis de industria vocem argentibus
excitaretur. Libidinis in fœminas profusissima, ma-
rium

visire, vel visire. Probat hoc ipsum veteris commentatoris elegans & acuta nota ad Horatii ista verba in Arte, *Quamvis est monitas.* hic scribit ille, *Quamvis est, pro quamvis sit, propter cacemphaton:* ut Maro, *quamvis sit rustica Musa.* Plane cacemphaton quod intelligit vetus hic magister, est ejusmodi quale Cicero notat in voce *divisio.* quorum neutrum assequetur qui veterem hanc vocem ignoraverit. *Casaubonus.*

Proxima Martis æde.] In Augusti foro cognoscenti proxima erat Martis Ultoris ædes. Cæterum huc spectat quod ante de Claudio legitur c. 1111. ludis Martialibus cutasse eum triclinium Sacerdotum.

Salii.] Salii erant duodecim juvenes forma longe omnium præstantissimi, quos Numa ex ordine patritio delectos creârat, quorum sacra sunt in Palatio, ipsique Palatini appellantur. Nam Agonales, qui à nonnullis Collini Salii vocantur, quorum sacrarium est in Collino tumulo, post Numæ o-

bitum à rege Hostilio instituti fuerunt, ob votum quoddam quod in bello contra Sabinos voverat. Isti omnes Salii sunt quidam saltatores & laudatores deorum illorum, qui armorum sunt præsides. *Dionys. Halicarn.*

Pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum.] Fit hodie, & factum olim, Apud Suidam scriptum ex Aristophanis scholiis, *εὐχόμενοι οἱ δυσμεῖντες πλερῶν χεῖρας πρὸς τὸ διχρῶς ἐμίσσαι.* Galenus & alii Græci medici, *πλερῶν χειρῶν εἰς ἐμῆρον παροξύνει τὴν γαστέρα.* vide ad Athenzum lib. xi. c. x. *Casaubonus.* Hac consuetudine freta Agrippina, cum boleto parum proficere videretur, medici opera, tanquam vomitum provocatura, pinnam rapido veneno illitam faucibus demisit, qua de re Tacit. extremo l. xii. De pinnæ usu Martial. lib. 111.

*Stat exoletus, suggeritque ructanti
 Pinnae rubentes, cuspidesque lentisci.*
Torrentius.

rium omnino expers. Aleam studiosissime lusit: de cuius arte librum quoque emisit: solitus etiam in gestatione ludere, ita effedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. SÆVVM & sanguinarium natura³⁴ fuisse, magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta quæstionum, pœnasque parricidarum representabat, exigebatque coram. Cum & spectare antiqui moris

Sup-

Aleam studiosissime lusit.] Ideo Seneca: Αποκαλοκωπιος.

*Cadite mœstis pectora palmis,
O Causidici, venale genus,
Vosque Poëtæ lugezete novi,
Vosque in primis, qui concusso
Magna parâstis lucra fritillo.*

Solitus etiam in gestatione ludere.] Gestatio veteribus Romanis crebro vel assiduo potius in usu, exercitii & valetudinis gratia: idque fere sub balnei aut cœnæ tempus. Quia, inquam, exercitii: ideo Glossæ veteres explicant Gestationem, γυμνασιον; itemque Gestatorem, γυμνασιον. Pressius meliusque eadem alibi: Αιωρα, Gestatio, & Αιωρα; Gestatur. Quia autem crebra, imo assidua hæc Gestatio, curæ fuit, ut locus esset in urbe aut villis duplex, apertus & tectus. Et apertæ quidem Gestationes arboribus claudebantur ad latera: tectæ vero porticibus, opere & manu factis. Vtrumque genus Iuvenalis tetigit Sat. I V.

Quid refert igitur, quantis iumenta fatiget

Porticibus & quanta nemorum vectetur in umbra?

Atque ex porticus, fortasse & viridaria, plerumque rotundæ, & in orbem ibant. Inscriptio marmoris: GESTATIO. CIRCINI. EXTERIOR. A. DIAETIA. APOLLINIS. AD. DIAETIAM. EANDEM. IN. CIRCVITV. P. ∞. CC. LXXVII. Has tales, ditiores etiam in ipsa urbe habebant, suisque domibus. nec Martialem aliter exaudio lib. XII.

*Et rus in urbe est, vinitorque Romanus,
Intraque limen clausus effedo cursus.*

Lipsius. De triplici modo gestandi, ex eodem Lipsio dicetur ad cap. XVI. Vitell.

Pœnasque parricidarum.] Videbis sæpe committi, quæ sæpe vindicantur. Claudius plures intra quinquennium culleo insuit, quam omnibus seculis insutos accepimus. multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi viri, & rerum naturæ peritissimi maluerunt, velut incredibile scelus, & ultra audaciam positum præterire, quam dum vindicant, ostendere posse fieri. Itaque parricidæ cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monstravit. pessimo loco pietas fuit, postquam sæpius culleos vidimus, quam cruces. Seneca.

Representabat.] Hoc est, sine dilatione exigebat. Valerius Maximus I. VI. cap. V. cum liceret culpam vel dissimulare vel errore defendere: pœnam tamen representare maluit, ne qua fraus fieret iustitia. Ab hac mente interpretor in Apologetico Tertulliani potestatem representantem, potestatem representandi pœnas contemptorum Imperatoris majestatis. Casaub.

Exigebatque coram.] Tac. Agric. Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre & aspicere.

Antiqui moris suppliciorum.] Ner. cap. XLIX. Domit. cap. XI.

supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab urbe vesperam usque operiri perseveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos jugulari jubebat: maxime retiarios, ut exspirantium facies videret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora jussit. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie, dimisso ad prandium populo, persederet:

præ-

Exspirantium facies.] Erat enim aperta, & nuda facies retiariorum, qui solo pileo recti digladiabantur. Hinc illud Satyricum de retiario:

—*Tota fugit agnoscendus arena.* Beroald.

Par quoddam.] Duo gladiatores inter se compositi ad depugnandum.

Bestiariis.] Bestiarios vocabant eos qui cum bestiis pugnabant, sive judicis sententia bestiis objicerentur, sive ad id conducti, aut alioqui confisi viribus, & (ut Vlpiani utar verbis) virtutis ostentandæ causa ultro in arenam descenderent, sive etiam servi à dominis ad bestias darerentur. Qua in re tamen advertendū est, non omnibus noxiis permissum fuisse, ut pugnando se defenderent, sed pro delicti modo nunc ad ludum tantum bestiarium damnari sole- re, ut ibi exercerentur, nunc illico ad bestias dari, idque ut vel pugnam committerent, seque defenderent, vel alligati palis, interdum etiam plures simul innexi, ab atrocissimis bestiis discerperentur, ut ex Vopisci Aureliano manifestum est. Et hæc peculiaris erat Christianorum pœna, tunc mitissima cum tantum ad arenæ ministeria, seu ad bestiarum curam damnabantur. Quod etiam de servis addidi, id ante legem Petroniam, & Senarum consulta ad eandem rem spectantia, obtinuit. his enim verabantur domini servos pro arbitrio

ad bestias tradere. Oblati vero ante judicem, si justa erat domini querela, tunc demum pœnæ nomine tradebantur, ut eleganter Modestin. I. C. l. xi. De sicariis. Torrent.

Meridianisque.] Cum munera edebantur, matutinis fere horis bestiarii producebantur, inde gladiatores, venationesque circa meridiem edebantur, postea vero jucundiora quæque spectacula, ut populus à sanguine recrearetur, atque inde læti omnes discederent. De matutinis igitur Martial. lib. x. Epigr. xxv. *In matutina nuper spectatus arena, &c.* & Xenii Epigr. xcvi. *Matutarum non ultima præda ferarum Sævus Oryx.* & Seneca Epist. x. *Nuper in ludo bestiariorum unus è Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, &c.* Paulatim vero ad mitiora procedi solere idem Seneca ostendit Epist. vii. *Cum in meridianum incidi, lusus expectatis, & sales, & aliquid levamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant, contra est.* & post pauca, *Mane leonibus, & misit homines, meridia spectatoribus suis objiciantur.* Quo etiam spectat Suetonii locus Aug. c. xliiii. & quod Augustin. lib. viii. Confess. spectaculum Circensium pomeridianum appellat. Et hæc quidem ut plurimum sic fiebant, interdum vero aliter observatum. Idem,

Dimisso

præterque destinatos, etiam levi subitaque de causa, quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si αὐτομάτῳ vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit & unum è nomenclatoribus suis, sicut erat togatus. SED NIHIL æque quam timidus ac diffidens fuit. ³⁵
Primis imperii diebus, quamquam, ut diximus, jactator civilitatis, neque convivium inire ausus est, nisi ut spiculatorum cum lanceis circumstarent, militesque vice

mi-

Dimisso ad prandium populo.] Sup. Calig. cap. LV I.

Si αὐτομάτῳ.] Cum Suetonius Latinis litteris scripsisset *automatum*, perperam librarii plerique ex eo *aut ornatum* fecere. Automata vero appellari solita, quæ ita mechanici fabricantur, ut sua sponte efficere quippiam, velut ignara causa, viderentur. Qualia nunc aut horologia sunt, aut versatiles quæpiam machinæ, in quibus imagunculas occulta vi cursitantes, ludibundaque miramur. Quales etiam vel fontes, vel ignes ipsi quodam artificioso temperamento, specieque nova, certis intervallis aquas, flammæve jaculantes. Homerus in 11. Rhapsodia, venisse ad dapes Menelaum dicit *αὐτομάτῳ*, id est, ut Eustathius exponit, non cujuscumque vocatu, quasi à semet impulsam. Philosophus Heron in Pneumaticis, aquam exprimi ait in sublime *αὐτομάτῳ*, id est, spontalem, de sphaera concava, quam describit: sicuti cornicem quoque confingit, quæ se ad aviculas itidem factas convertat *αὐτομάτως*. Ut omnia quo diximus intellectu sint audienda. Politianus. cap. XXI. *exiiente buccina tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat.*

Vel pegma.] Pegmata appellarunt machinas quasdam è ligno, quibus usus in Theatris aut Arenis. Glossæ præscæ *πίεμα* interpretantur *Confixum*: &

docte Apulejus *confixilem machinam* dixit, allusione ad vim ipsam verbi. In his pegmatis varia inventa, & stupendulus ingeniorum, de quibus Augustinum loqui sentio: *Ad quam stupenda opera industria humana pervenit: quæ in Theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia, faciendæ & exhibendæ molita est?* Lipsius. Vide & Casauboni notam ad cap. XXVI. Calig.

Induxit & unum ex nomenclatoribus suis.] Principes viros Romanos servos habuisse Nomenclatores, notissimum est. Habebant & Censores. Romæ in Ara cæli exstat tabella marmorea cum inscriptione hujusmodi. L. VOLVSI O VRBANO NOMENCLATORI CENSORIO. Utebantur iis & candidati, in petendis honoribus. Horatius in Epist.

Mercentur servum qui dicet nomina,
lævum

Qui sodiat lævus, & cogat trans pendera
dextram

Porrigere, hic multum in Fabia valet, ille
Velina.

Imperatoris autem nomenclatores meliore, quam servos, conditione fuisse, ex eo patet, quod hunc Claudii togatum fuisse Suetonius scribit. Marc. Donatus.

Iactator civilitatis.] Cæf. c. LXIII. Aug. cap. 11.

Spiculatores cum lanceis.] Lib. probatissimus speculatores. Extant etiam hæ inscriptiones: P. ABBIO MVCLA-

ministrorum fungerentur: neque agrum quemquam
 visitavit nisi explorato prius cubiculo, culcitisque, &
 stragulis pertentatis, & excussis: reliquo autem tempo-
 re saluatoribus scrutatores semper apposuit, & qui-
 dem omnibus, & acerbissimos. Sero enim, ac vix remi-
 sit, ne fœminæ prætextatique pueri & puellæ contre-
 ctarentur, & ne cuius comiti aut librario calamariæ
 aut graphariæ theca adimerentur. Motu civili cum
 eum Camillus non dubitans etiam citra bellum posse
 terri, contumeliosa & minaci & contumaci epistola
 cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata
 re agere: dubitavit, adhibitis principibus viris, an ob-
 36 temperaret. Quasdam insidias temere delatas adco
 expavit, ut deponere imperium tentaverit. Quodam,
 ut supra retuli, cum ferro circa sacrificantem se de-
 prehenso, senatum per præcones properè convocavit: la-
 crymisque & vociferatione miseratus est conditionem
 suam, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico absti-
 nuit. Messallinæ quoque amorem flagrantissimum,
 non tam indignitate contumeliarum, quam periculi
 me-

NO SPEC. LEG. II. ADIVT. VITA-
 LIANVS ET VITALIS AVNCVLI.
 Altera, SCHOLA SPECVLATORVM LEG.
 I. ET. II. ADIVTRICVM PIARVM
 FIDELIVM. Torrent. Addidit cum lan-
 ceis, ut δεξιόχειρος, Græcum nomen,
 expressius significaret. F. Visinus.

Scrutatores.] Vespas. cap. XII. Con-
 suetudinem salutes scrutandi, &c.

Aut librario.] Perperam vir doctus
 librarium fuisse antiquis interpretatur,
 qui à studiis, vel à Bibliotheca diceba-
 tur. At vero illi ea perferiebant, quæ
 ab aliis dictabantur, vel ab aliis litteris
 exarata transcribebant. Italis *Scriptori*
 & *Copisti*. Cicero orat. contra Rullum:

concurrunt jussu meo plures uno tempore
 librarii, descriptam legem ad me afferunt.
 In epist. Famil. Sed peto à te, ut quam
 celerrime mihi librarius mittatur, maxi-
 me quidem Græcus, qui mihi exscribat
 Hypannemata. Et ad Atticum: Legi
 litteras non tuas, sed librarii tui. Scævola
 IC. I. XCII. D. de reg. jur. Si librarius
 in transcribendis stipulationis verbis errâs-
 set. Marcellus Donatus.

Graphariæ theca.] Ne graphiis pete-
 retur. nam & Cæsar Cassii brachium
 graphio trajecit, & Cajus Senatorem
 graphiis in Curia confodi curavit.

Ut supra retuli.] Capite decimo ter-
 tio.

metu abiecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset: quo tempore factum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via, quam essetne sibi salvum imperium, requirens. Nulla adeo suspicio, nullus au-
 37
 etor tam levis exstitit, à quo non mediocri scrupulo injecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus, seducto in salutatione affirmavit se vidisse per quietem, occidi eum à quodam: deinde paullo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem adversarium suum demonstravit: confestimque is pro deprehenso ad pœnam raptus est. Pari modo oppressum ferunt App. Silanum: quem cum Messallina & Narcissus conspirassent perdere, divisis partibus, alter ante lucem, similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se, vim ei ab Appio illatam: altera, in admirationem formata, sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus obversari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset preceptum erat, quasi plane representaretur somnii fides, arcepsi statim ac mori iussus est. Nec dubitavit postero die Claudius ordinem rei gestæ perferre ad senatum, ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dor-

miens

Ap. Silanum.] Confocerum suum, de quo ante cap. xxix.

Arcepsi statim &c.] Al. accersi. Sed arcepsi legendum est: arcessere enim etiam accusare significat. Arcessere aliquem capitis, arcessere iudicio, arcessere crimine, apud Cic. Iam ante vero Appius vocatus fuerat. Volueritque Princeps, minime malus (abfuisse modo libertis, & uxoribus obsequendi ignavia) instar aliquid iudicii, aut cognitionis intercedere, ut videretur scilicet

specie tenus saltem & accusatus, & condemnatus Silanus. Torrens.

Excubaret.] E contrario insomnium attulit perniciem illustri equiti Romano, tanquam secundum quietem vidisset Claudium pampinea corona, vel, ut alii prodidere, spicæ corona evinctum, spicis retro conversis: adeo illo tempore non solum vigiliæ, sed etiam somnia erant pestifera, & exitialia, tam sua, quam aliena, tam vera, quam commentitia. Beroald.

38 *miens excubaret. IRÆ ATQVE iracundia conscius sibi; utramque excusavit edicto: distinxitque, pollicitus alteram quidem brevem & innoxiam, alteram non injustam fore. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint, graviter correptis, eaque cum invidia, ut in ordinem se coactum conscriberet, repente tantum non satisficientibus veniam modo dedit. Quosdam in publico parum tempestive adeuntes manu sua repulit. Item scribam questorium, itemque prætura functum senatorem, inauditos & innoxios relegavit: quod ille adversus privatum se intemperantius affuisset: hic, in ædilitate inquilinos*

Ira atque iracundia.] Accurate hæc duo distinxit. Ita philosophus aliter *ὀργή*, aliter *ὀργιλότης* definit.

Quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint.] Scapha non solum naviculam significat, sed etiam vas concavum, quod etiam nunc nomen retinet apud Venetos. Si quis navem cum instrumento emerit, præstari ei debet scapha, secundum Labeonem in tractatu De fundo instructo: etiamsi Paulus id noret, dicatque scapham mediocritate, non genere à nave differre. Erat longarum navium. Cæsar 17. de B. G. *Quod quum animadvertisset Cæsar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri iussit.* Strabo 1. Geogr. *δίκωπος σκαφίδα* vocat scaphas parvas, quæ agerentur tantum duobus remis. Tullius 11. de Invent. *Postea aliquanto ipse quoque tempestas vehementius jactare cepit, usq; adeo ut dominus navis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret.* *σκαφίς* autem in neutro accipitur pro communi navium cujuscunque generis vocabulo. Baysius.

Tantum non satisficientibus.] Optimus omnium Mss. *tantum non satisfi-*

pre-
cientis modo veniam dedit. Ut sensus sit, Claudium tam vehementer irascentem, ita mox se repressisse, ut ipse inter ignoscendum satisfacere quodammodo ac factum deprecari videretur. *Torrent.* Eandem scripturam Cod. Salmas. tuc-tur. De verbo *satisfacere* plura Mur-tus ad cap. LXXXIII. Cxf.

Manu sua repulit.] Id in Principe indecorum.

Scribam questorium.] Vespasiani capite 111.

Adversus privatum se intemperantius affuisset.] Irroboravit inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio ejus, quod dicitur, *hic illi superest*; cum dicendum est, *advocatum esse quem cuipiam, causamque ejus defendere.* Memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte assistere; atque ibi advocatum non incelebrem sic postulare, ut extra causam diceret, remque, quæ agebatur, non attingeret. Tunc præto-rem ei, cuja res erat, dixisse, *advocatum eum non habere: & cum is, qui verba faciebat, reclamasset: ego illi V. CL. super-sum: respondisse prætorem festiviter: tu plane superes, NON ADES.* Gellius.

In ædilitate multasset.] Officium erat Ædilium hoc in primis, punire eos, qui

prædiorum suorum contra vetitum coacta vendentes multasset, villicumque intervenientem flagellasset. Qua de causa etiam coërcitionem popinarum adilibus ademit. Ac ne stultitiam quidem suam reticuit, simulatamque à se ex industria sub Cajo, quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec ante persuasit quam intra breve tempus liber editus sit, cui index erat $\mu\omega\rho\omega\tilde{\nu}$ ἀνάστασις: argumentum autem, stultitiam neminem fingere. INTER CÆTERA in 39 eo mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam: vel, ut Græce dicam, $\mu\epsilon\tau\omega\rho\iota\alpha\tilde{\nu}$ καὶ ἀβλεψίαν. Oc-

cisa

qui venderent cibaria cocta contra legem. Græci ἀρρογνόμους appellant. Bevoald.

Cocta vendentes.] Libri Ms. omnes coacta vendentes, & ascriptum uni, id est, collecta. Sed cocta legendum. quod enim de Claudio scribit Dio, tabernas eum, quo potantes commeabant, demolitum fuisse, atque edixisse ne quis carnem elixam, aut aquam calidam venderet, id & ante Imperium Claudii, præsertim sub Tiberio, cautum fuisse credendum est. nam & Nero interdixit nequid in popina cocti præter legumina & olera veniret, (Suet. Ner. cap. xvi.) & idem fecisse Vespasianum Xiphilin. tradit. Torrent. Cocta scriptum in Cod. Salm.

Stultitiam.] Sueton. Ner. c. xxxiiii. Morari eum inter homines desisse, produta prima syllaba jocabatur: multa que decreta & constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Summum ejus stuporem, in festivissimo Ludo, illis imprimis verbis Seneca traducit: Claudius ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. Et tamen fuere, qui sapientiam eum nomine commendarent. Sarisberiensis Polieratici libro viiii. cap. x. Sed & in his quæ palam dicentur,

fileliter exsequendum erit, quod in primo libro de Analogia scripsit Claudius Cæsar, vir excellentis ingenii magna que prudentia. Tam pulchram de se opinionem doctrinæ debuit, qua non leviter eum tinctum fuisse constat. Infra cap. xi. principi neque insacundo, neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito. item toto cap. xli. Schil- dius.

Μετewορία καὶ ἀβλεψία.] Theophrastus ἀνασθησις vocat. nam plane ἀνασθησις Theophrastæ exempla sunt quæ hoc loco commemorantur. quare merito irrita illa olim sive Senecæ sive Neronis orationis pars, qua laudabatur providentia sapientia que Claudii, ut refert Tacitus initio libri xiiii. Idem magnus scriptor oblivionem vocat in fine xi. quam Suetonius μετewορία καὶ ἀβλεψία. vocem ἀβλεψία usurpat & Servius: apud quem sic lego, ad libri octavi Æneid. versum, Primus in it bellam. Notat ibi Servius: & scienda est poetæ affectatio: nam ablepsiam nefas est dicere. Non multum differt ἀπὸ τῆς μετewορίας. quam vocant iidem Græci ἐμβροτησις: cuius datur hoc exemplum ab

occisa Messallina, paullo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit. Multos ex iis quos capite damnaverat, postero statim die & in convivium & ad alea lusum admoveri iussit: & quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Durus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit

omni

Athanasio: medicus ad ægrotum ex vulnere vocatus ubi venit ὡς μὴ χέειν εἰσηλθε σιωπᾶ. ἦ ἢ ἄλλων, ὡς ἴσται ἔστι χρεία αὐτῷ ἀγαλῆναι. Casaub.

Occisa Messallina, paullo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requisivit.] Videamus ne verior causa sit, amoris, nondum penitus extincti, impatientia: nam idem plane accidit Herodi Magno, principi nihil minus quam μετῴρω καὶ ἀνασθῆται, cum uxorem suam Mariamnen occidisset. Iosephus Originum lib. xv. cap. xi. τοῦτον, inquit, ἠπλήρωσεν πάθος, ὥστε αὐτὸν ἤδη καλεῖν τὴν Μαριάμην πρὸς τὴν ἐπιπέτασιν τοῖς ὑπερέτασι, ὡς ζῶσαν ἐπὶ καὶ διωαμνῶν ὑπακῆν. Casaubonus.

Cur domina non veniret.] Nomen inter conjuges haud insolens. Sic apud Nasonem Fastorum lib. 11. Lucretia de marito absente:

Mittenda est domino (nam nunc prope-
te puella)

Quam primum nostra facta lacerna
manu.

De sponso suo Dido apud Virgilium:

— dominum Aenean in regna recepi.

Epicteus: αἱ γυναῖκες ὁμοῦς ἀπὸ πρῶτον καὶ ἰδὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίως καλεῖν. Sed & obvios vulgo, Dominos vocabant. Seneca: Quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Lusit in eo more eleganter poëta Græcus in Anthologia:

Ἦν, ὁ φίλος πλάσθη, δόμινε φρά-
στε, ὁμοῦς ἔγραψεν.

Ἦν δὲ αὐτὸ μὴ πλάσθη, τὸ φράστε
εἶπε μόνον.

Ὦντα γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. αὐ-
τὰρ ἔγραψε

Οὐκ ἐθέλω δόμινε, ἢ γὰρ ἔχει δό-
μιναι.

Postero statim die, & in convivium & ad alea ludum admoveri iussit.] Dio simpliciter verbo ἐπιζητεῖν hoc ipsum significavit, & causam simul adjecit: nam hoc illi solitum evenire quoties metu percussus, aliquem repente in illa subita animi perturbatione duci iussisset: πολλὰ αἰς, inquit, ἐξαπιναιῶς ἐκπλασεῖς, ἐκελεύσας πινὰ ἐκ τῆς παραχρῆμα φειδῆς ἀπολείπειν, ἐπέτασεν ἀνεπισκῶν καὶ ἀναφρονήσας, ἐπιζητεῖτε τε αὐτὸν, καὶ μαθῶν τὸ μέγεθος, ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. Est & apud Tacitum similis ex parte historia initio libri xi. Messalina, inquit, ad perniciem Poppææ festinat, subditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Casare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum ejus Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubisset. Casaub.

Non cessavit omni oratione filiam & alumnam & in gremio suo natam atque educatam predicare.] Quid hoc stultius aut magis absurde poterat dici? nam qui nuptias appetunt personarum sibi conjunctarum, id potius agunt, ut cognationem dissimulent, aut penitus negent. at Claudius tam fatuus fuit, ut Agrippinam subinde filiam & alumnam appellitans, sua ἀτομίας & flagi-
tium cir-

omni oratione filiam & alumnam, & in gremio suo natam, atque educatam predicare. Adsciturus in nomen familiae suae Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto jam filio privignum adoptaret, identidem divulgavit, neminem umquam per adoptionem familiae Claudiae insertum. SERMO-40
NIS vero rerumque tantam saepe negligentiam ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quoque tempore, ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Cum de laniis ac vinariis ageretur, exclamavit in curia: Rogo vos, quis potest sine offula vivere? descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde

so-

tii circumstantes sedulo admoneret. Filiae nuptias appetere, nefas est omnium maximum, proximum huic, alumnae, quae quidem filiae γνησίας loco fuerit habita. Imperatoris Iustiniani sunt verba: Nec enim homo sic impius invenitur, ut quam ab initio loco filiae habuit, eam postea in suo collocet matrimonio. vide legem xxvi. Cod. De nuptiis. Idem.

Quod adulto jam filio privignum adoptaret.] Pallas stimulabat Claudium, consuleret Reip. Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud Divum Augustum quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos, à Tiberio super propriam stirpem Germanicum assumptum. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capeffituro. His evictus, biennio majorem natu Domitium filio anteponebat, habita apud senatum oratione in eundem, quem à libertato acceperat, modum. Tacitus.

De laniis, aut vinariis.] Graece κρεωπωλάει & οἴνοπωλάει. Sed vinarii nomen apud Latinos rarius, quo tamen etiam Plautus est usus. Apud Lampridium quoque Alexandro lego corpus vinariorum. Eademque ratione in ve-

tustis marmoribus pomarios & olearios memini legere, pro his qui poma, aut oleum vendunt. Ulpian. De Aedilic. edicto vinarios vocat servos vino deditos. Torrent. Cicero in orat. pro Fonteio, meminit portorii vinarii, & criminis vinarii, hoc est, vectigalis, & fraudis in eo factae.

Unde solitus esset vinum olim & ipse petere.] Apud veteres vilissimum tantum hominum fuit è taberna vinum petere, non è cella sua. Cicero in L. Pisonem: pister domi nullus, nulla cella: panis & vinum à propola atque de cura. Plutarchus in Timoleonte, loquens de Dionysio juniore Corinthi in summa tenuitate post amissam tyrannidem, degente: εἰδὲν γὰρ ἕτε φύσεως ὁπότε κερὰς, ἕτε πέχνης, ὅσον ἐκεῖνο τύχης ἔργον ἐπιδείξασθαι, τὴν Σικελίας ὀλίγην ἰμπεραθεῖν τύραννον, ἐν Κορίνθῳ ἀγαθίζοντα πρὸς τὴν ὀψόπωλιν, ἢ κερὰν ἐν μεροπωλίῳ πίνοντα κερὰ κερὰ μόνον ἀπὸ τῆς κερὰ πηλείων. Hic locus Plutarchi, & quid sit vinum de cura apud Ciceronem, explicat; & quam insulse Claudius princeps hæc de se verba apud senatum fecerit. Aliud est petere vi-

solitus esset vinum olim & ipse petere. De questore quodam candidato inter causas suffragationis suae posuit, quod pater ejus frigidam ægro sibi tempestive dedisset. Inducta teste in senatu, Hæc, inquit, matris meæ liberta & ornatrix fuit: sed me patronum semper existimavit. Hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo mea qui me patronum non putant. Sed & pro tribunali, Ostiensibus quiddam publice orantibus, cum excanduisset, Nihil habere se vociferatus est, quare eos demeretur: si quem alium & se liberum esse. Nam illa ejus quotidiana, & plane omnium horarum & momentorum erant, Quid, ego tibi Theogonius videor, & λογώται?

mul-

ve vinum de cuppa apud beatum Augustinum libro nono Confessionum, capite octavo. Vise locum. Casaub.

Quod pater ejus.] Vid. Neron. cap. xvii. *Inducta teste.]* Hoc contra leges factum videtur, quæ à dicendo testimonio fœminas excludunt: nisi fuerit crimen læsæ majestatis: tunc enim mulieres audiuntur: & conjurationem Catilinæ Fulvia mulier detexit, & M. Tullium Consulem indicium ejus instruxit. *Beroald.*

Ornatrices.] Differunt ornamenta muliebria, qualia sunt inaures, armillæ, viriolæ, à vestimentis, ut I. Crî nostri tradunt l. xxvi. & xxxviii. De aur. arg. Quæ ergo ornamenta servabant, aut ornandi officium præstabant, ornatrices vocabantur. Quo vocabulo usus Marcian. l. xv. De delegatis iii. & Festus in *Acus*. Sed & in marmoribus antiquis ornatrices, tonsrices, sarcinatrices, ab ornamentis, à veste, à mando muliebri, inter muliebria officia invenias. *Torr.*

Ego tibi Theogonius videor?] Tanquam per interrogationem diceret Claudius, se videri ex diis genitum: hoc enim significat Theogonius. quod videtur

quadrare cum sequente λογώται. *Beroald.* Scribe cum Pithœi libris *Telegemius*. Inter gentes Romanas fuit & isto nomine una. Lapis vetus, cujus mihi testis & index Iosephus Scaliger: *DIIS MANIBVS C. FLEGGINNI OPTATI. non dubito*, inquebat idem Scaliger, *quin hæc vera apud Suetonium lectio*. Fuit autem Telegemius hic notæ aliquis faruitatis homo per illa tēpora. *Casaub.* Legi in perversto codice: *Quid, ego tibi telæ Genius videor?* Omnibus rebus Genium antiqui præficiant. erit igitur *tela Genius* dictum, pro infimo & abjecto: ut Iovis contra Genium diceretur de eximio & præstantissimo. *Turnebus.*

Λογώται.] Lego, *λάλις καὶ μὴ δίψατος*, ex antiquis & archetypis libris: quod est, loquere, sed verberibus parce: parum autem pro dignitate & imperio loquebatur Claudius ista usurpans, quasi plagas & verbera veritus, ut jure inconsiderati hominis verba à Tranquillo notentur. *Idem.* Eiusdem lectionis non obscura vestigia in Cod. Salmas. deprehendo.

multaque talia etiam privatis deformia, ne dum principi, neque infacundo, neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito. HISTORIAM ⁴¹ in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavio etiam adjuvante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset, agre perlegit, refrigeratus saepe à semetipso. Nam cum initio recitationis defractis compluribus subselliis, obesitate cujusdam, risus exortus esset: ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque revocaret. In principatu quoque & scripsit plurimum & assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumsit historia post cadem Cæsaris Dictatoris. Sed & transiit ad inferiora tempora, cæpitque à pace civili: cum sentiret neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe & à matre & ab avia. Prioris

ma-

Historiam.] Historiarum Claudii meminuit Plin. lib. xii. cap. xvii. Sueton. sup. xxi. Sed & quod scripsisse Claudium refert Plin. lib. vii. cap. iiii. hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse, ex historiis ejus sumptum fortasse est.

Auditorio commisisset.] Hoc est, veluti in certamen ac contentionem varie judicantium coniecisset. hoc enim est committere. De quo Aug. cap. lxxxix. & Calig. cap. xiiii.

Refrigeratus saepe à semetipso.] Id est, sibi ipse in causa cur minore studio audiretur, ob cachinnos scilicet qui inter recitandum subinde ei recurrerent. Ab eadem mente scriptum Plinio lib. vi. Epist. xv. Interim Paulo (de recitante loquitur) aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. Torrentius. In vita Lucani legitur, Lucanus agre ferens recitante se subito ac nulla refrigerandi sui

caussa indicto senatu cum recessisset Nero, neque verbis adversus principem neque factis extantibus temperavit. Vocem frigus ita usurpat Seneca pater Controversiarum libro secundo: Nec alienum est, ab hoc loco, quod notant Græci grammatici, οἱ ἀρχαῖοι, inquit, τὴν μὲν ἀνδρῶν καὶ λυπηρῶν ἀπὸ τοῦ ψυχρῶν ἀνόμασον· τὴν δὲ τῆς ἰδίας καὶ περὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ θερμῶν. Casaubon. Adde quæ notantur Aug. cap. lxxvi. ad illa, rigoris suspitione.

À matre & ab avia.] De matre Antonia, iiii viri filia, satis constat. Aviam quoque, maternam intelligo, Octaviam, Antonii uxorem, de cujus erga maritum affectu præclare Plutarch. Quanquam ne Livia quidem fortassis scribentem æquo animo tulerit, cujus ante Augustum maritus & ipse Antonii partes secutus sit. Torrent.

Pri-

materia duo volumina, posterioris unum & quadraginta reliquit. Composuit & De vita sua octo volumina, magis inepte quam ineleganter. Item Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros, satis eruditam. Novas etiam commentus est litteras tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit ut in usis quoque promiscuo essent. Exstat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis titulisque operum. Nec minore cura Græca studia secutus est, amorem præstantiamque lingue occasione omni professus. Cuidam barbaro

Græ-

Prioris materia.] Historiæ scriptæ à eadē Cæsaris.

Posterioris.] Materix: quam cœpit à pace civili.

De vita sua.] Vt alii multi Principes, de quibus Aug. cap. LXXXV.

Adversus Asinii Galli libros.] Asinius Pollio ille luculentus orator filium habuit Asinium Gallum: quem, ut author est Seneca in Declamationibus, reliquit magnum oratorem. Is libros scripsit de comparatione patris, & Ciceronis: in quibus patrem Ciceroni longe anteponit: quod significat Plinius sic scribens in VII. Epistolarum: *Cum libros Galli legerem, quibus ipse patenti ausus de Cicrone dare palmam decusque. Claudius adversus hos Asinii Galli libros condidit instat Apologetici defensionem Ciceronis. Bevoaldus. De Asinio Pollione, & Asinio Gallo, qui Cicronem insectati ambo, inde eruditionis & eloquentiæ gloriam captarunt, sæpe Quintilian. Gell. quoque lib. XVII. cap. I. & passim Seneca Declamation. & Controvers. libris.*

Novas etiam commentus est litteras tres.] Totidem etiam Tacitus ait. Planissime tres Claudius repperit. Æolicum Digamma, cujus facies litteræ &

inversa. Quintilianus: Nec inutiliter Claudius Æolicam illam ꝑ ad hos usus litterarum adjecerat. Hanc tamen non Claudius solus inter litteras habendam censuit, sed & Varro: si credimus Annæo Cornuto. Hoc digamma etiam hodie in lapidibus: TERMINAVIT AMPLIARITQVE. &, DISI AVGVSTI. De hac ergo clarum. Secundam etiam è Prisciano lib. I. S. & P. loco Græca ꝑ fungitur. Pro quo Claudius Cæsar antisigma hac figura ꝑc. scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare. Antisigma ideo, quia duo sigmata obverso dorso ꝑc. Hac enim semilunæ figura, prisca Græci sigma formabant. In tertia littera hæremus, nec auxilio est Grammaticorum manus. Lipsius.

In plerisque libris ac diurnis.] De libris actorum intelligo, non de privata scriptura. Vt fortassis in libris actorum diurnorum legendum sit, quod Sueton. veterum more dimidiatis dictionibus ACT. DIVR. exaraverit. De quo lector cogitet. Sic nimirum & apud Tacitum Annal. IIII. scriptura actorum diurna, & acta Urbis diurna lib. XIIII. Sed & absolute populi Romani diurna dixit lib. XVI. Sæpe etiam Plin. invenitur in actis, legitur in actis. Torrent.

CMS

Græce & Latine differenti, Cum utroque, inquit, sermone nostro sis peritus. Et in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi provinciam ait, communium studiorum commercio. Ac sepe in senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Quoties quidem hostem vel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti, non temere aliud dedit quam,

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθ, ὅτε τις πρὸς Χαλεπῶνῃ.

Denique & Græcas scripsit historias, Τυρρῶνικῶν ΧΧ. Καρχηδονιακῶν VIII. Quarum causa veteri Alexandria Museo alterum additum ex ipsius nomine:

176-

Cum utroque sermone nostro sis peritus.] Cod. Salmas. paratus.

Oratione.] Scilicet Græca, & hoc cōtra institutum antiquorum, qui perseveranter custodiebant, ne Græcis unquam nisi Latine responsa darent: quin etiam ipsos Græcos per interpretem Latine loqui cogebant, nulla in re togam pallio subjiciendam arbitrantur. Beroald.

Non temere aliud dedit.] Mirum integrum Homeri versum pro signo ab Imperatore Rom. datum: nam plerumque uno, aut altero verbo signum dabant. Qualia, Victoria, Palma, Triumphus, Virtus, Iupiter, Mars, Venus, Cupido, Priapus, Æquanimitas, Optima mater, & similia. Idem tamen refert Dio, & tessera huic non dissimilis apud Sueton. Galb. cap. vi. Torrent.

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθ.] Exstat Odysea II.

Καρχηδονιακῶν.] Conditores Carthaginiensium fuere Xorus & Carchedon: ut autem Romani ipsique Carthaginenses existimant, Dido. Appianus.

Veteri Alexandria Museo alterum additum ex ipsius nomine.] Museum (vel

Musium ut scribitur in antiquis libb. & hic & apud alios) Alexandria appellatum est collegium doctorum virorum, qui publico sumtu ibi alebantur, ut litterarum studiis vacarent. Philostratus in vita Dionysii Milesii sophistæ: τὸ ἰ Μουσεῖον τράπεζα Αἴγυπτικὰ ξυμμελεῖσαι τὰς ἐν πάσῃ τῇ γῆ ἑλλογιμὰς. Idem in Polemone κατέλεξε ἰ αὐτὸν Hadrianus, καὶ τῷ Ἐ. Μουσείῳ κύκλω ἐς τὴν Αἴγυπτικὴν σίτησιν. Vide & Dionem Chrysostomum in Oratione Alexandriae habita. Musei hujus institutio antiquissima est: ac videtur à Ptolemæo Philadelpho, qui Biblia Græce vertenda curavit, & bibliothecam illam admirabilem comparavit, institutum: redacta vero Ægypto in provinciæ formam, non minore liberalitate doctos ibi Augustus, Tiberius, ceterique principes fovērunt. Exstat & Tyaneî Apollonii epistola missa τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ τοφοῖς. Huic Museo alterum à Claudio adjectum Claudium est appellatum. Meminit ejus, quod sciam, præter Sueton. unus Athenæus libro sexto. Casaub.

Britan-

institutumque ut quotannis in altero Τυρρλωνικῶν libri,
 altero Καρχηδονιακῶν diebus statutis, velut in auditorio,
 43 recitarentur toti à singulis per vices. SUB EXITU
 VITÆ, signa quædam nec obscura pœnitentis de ma-
 trimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione dederat.
 Siquidem commemorantibus libertis, ac laudantibus co-
 gnitionem, qua pridie quandam adulterii ream conde-
 mnauerat: sibi quoque in fatis esse jaçtavit omnia
 impudica, sed non impunita matrimonia. Et subinde
 obvium sibi Britannicum arctius complexus, hortatus
 est, ut cresceret, rationemque à se omnium facto-
 rum acciperet, Græca insuper voce profecutus, ὁ ἔργω
 δὲ ἐπέειπε). Cumque impubi teneroque adhuc, quando
 statura permitteret, togam dare destinasset, adjecit:
 ut tandem pop. Rom. verum Cæsarem habeat.
 44 Non multoque post testamentum etiam conscripsit, ac
 signis omnium magistratuum obsignavit. Prius igitur
 quam ultra progredetur, præventus est ab Agrippi-
 na, quam præter hæc, conscientia quoque, nec minus
 delatores multorum criminum arguebant. Et veneno
 quidem occisum convenit: ubi autem & per quem dato,
 dis-

Britannicum arctius complexus, hor-
 tatus est ut cresceret.] De Narcisso idem
 Tacitus narrat.

Ὁ ἔργω δὲ ἐπέειπε).] Hæc scriptu-
 ra est cod. Viterbiensis, & veteris Ro-
 manæ editionis. Memmii, Pithœi &
 Lissæi præferunt quod Turnebus vulga-
 vit, ὁ πρῶτος πείσει). Placet vero uni-
 ce quod Petrus Victorius divinavit: ὁ
 πρῶτος καὶ ἰάσει). proverbium est ex
 oraculo natum, quod olim Telepho est
 editum. Eustathius: ὡς ἔστι τὸ Τηλέφῳ
 τὸ ἱερῶμα εἶχεν ἀπὸ τῆς πύλης ἑσθῆ).
 καὶ ὁ ἑσθῆ μὲν ἀνέειπε τὸ ἱερῶμα.

ρον, ὡς ἄρα ὁ πρῶτος ἰάσει). ea-
 dem verba apud Lycophronis Græcum
 interpretem. Casaub.

Delatores multorum criminum.] Nar-
 cissus in primis criminabatur Agrippi-
 nam, eique impudicitiam objectabat,
 cum Pallante adultero potiretur.

Vbi autem, & per quem dato, discre-
 pat.] Vt Taciti narratio est, non Ro-
 mæ, sed vel Sinuessæ, vel in itinere quo
 Sinuessam pergebat occisus, prima frō-
 te videatur: sed attendenti quæ de A-
 grippina narrantur Tacito, mortuum
 Claudium in palatio non erit dubium.
 Casaub.

Hals-

discrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum sacerdotibus, per Halotum spadonem prægustatorem: alii, domestico convivio, per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. Etiam de subsequenter diversa fama est. Multi statim hausto veneno obmutuisse ajunt, excruciatumque doloribus nocte tota, defecisse prope lucem. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente evomuisse omnia, repetitumque toxico, incertum pultine addito, cum velut exhaustum refici cibo oporteret, an immisso per clysterem: ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur. MORS ejus celata est, donec circa successorem omnia 45 ordinarentur. Itaque & quasi pro agro adhuc vota suscepta sunt, & inducti per simulationem comædi, qui velut desiderantem oblectarent. Excessit III. Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola COSS. LXIII. etatis, imperii XIIII. anno. Funeratus est

Halotum spadonem prægustatorem.] De quo Tacitus: Is, inquit, inferre epulas, & gustu explorare solebat. Exstat & hæc Romæ in hortis Iulii III. Pont. Max. inscriptio: HIS MANIBVS TI. CLAVDI AVO. LIB. ZOZIMI PROCVRAT. PRÆGVSTATORVM CLAVDIA ENTOLIS CONIVX VIRO BENERENTI ET CLAVDIA EVSTACHYS ELLIA PATRI PIENTISSIMO. Haloti autem hujus mentio inf. Galb. cap. xv. Torrentius. Quæ boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat.] Boleti per se non occidunt. κατὰ τὴν βολετην μὲν γὰρ, inquit Galenus, ἡ δὲ ἐκ τῆς ἐστὸς τεθνεώσας. at Claudii boletus medicatus fuit, ut omnes scribunt. De hoc scribit Bolemaus Hephæstionis F. ὡς Κλαυδίου

κύβωτος ἢ μήτηρ, βολετηνὴν τὰς μύκητας ἐπιθυμῆσαι τοὺς Φάρισ. καὶ Κλαυδίου μύκητας πεφάρμακω μὲν φαρμάκων, ἀποδιδόνη. Casaub. Hinc titulus libelli Senecæ ἀποκρυφολογικῶν τῶν σενεκάων, & quod boletos Deorum cibum appellabat Nero. Sed & Juvenal. Sat. v. (edit Boletus domino, sed qualem Claudius Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit. Cui simile illud Martialis, Boletum, qualem Claudius edit, edas. Torrentius. Aviola.] Aviolam consularem virum in rogo revixisse: & quoniam subveniri non poterat, prevalente flamma, vivum crematum esse, Valerius, Pliniusque prodiderunt. LXIII. etatis, imperii XIIII. anno.]

est solenni principum pompa, & in numerum deorum relatus. Quem honorem, à Nerone destitutum abol-
 46 tumque, recepit mox per Vespasianum. Prasagia mortis
 ejus præcipua fuerunt: exortus crinita stella, quam
 cometen vocant: tactumque de cælo monumentum

Drusi

Tempus vitæ nec Dio nec Suetonius exacte notarunt: quippe dum ambo ἀπαρμολογῶσιν, ambo veritatem deserunt. Sed hic fere Suetonii mos est, ut annum inchoatum pro pleno numeret. quare male ariolantur qui ex Dione volunt scribi in nostro LXXIII. aetatibus. nam præter omnes veteres codices tuentur vulgatam Eutropius, Prænius, & alii qui è Suetonio acceptum eum numerum servant. Vixit autem Claudius κτ̄ τ̄ ἀκριβῆ λογιζμὸν annos LXXIII. menses duos, dies XIII. Casaubonus.

Et in numerum deorum relatus.] Plinius in Pan. Dicavit cælo Tiberius Augustum: sed ut majestatis numen induceret; Claudium Nero, sed ut irideret; Vespasianum Titus, Titum Domitianus; sed ille, ut Dei filius, hic frater ut videretur. in sideribus patrem (Nervam) intulisti. Quibus vero ritibus Deorum ordinibus inferere Cæsares soleant, ex parte dicit Dio in consecratione Augusti lib. LVII. Sed accurate imprimis, atque eleganter, rem omnem describit Herodianus lib. IV. Quod vero miremur, in numismate veteri habemus & consecrationem Constantini M. licet Christiani. In eo anima ejus linteo velata, cætero nuda, in cælum vehitur quadrigis, brachioque exserto excipitur à brachio cœlitus porrecto. Subscriptum vero, CONS. hoc est, CONSECRATIO. Sed hanc, Christiano sensu accipere malo, non de immortalitate in terris à mortalibus collata; sed de cælorum gloria donata divinitus. Vossius. Lepidissime de Claudii consecratione Dio: Ἀγριππία ἢ καὶ ὁ

Νέρων κινθεῖν ἀποσεισῆντο ὃν ἀπικτόισαν, ἴς τι τ̄ ἕρπον ἀνήγαγν, ὃν ἐκ τ̄ συμποσίε φοργίδω ἐξενήχσαν. Templum illi in Britannia dicatum, ex Senecæ Ludo discimus. Parum est, inquit, quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt, & ut deum orant. De eo sic Tacitus Ann. XIV. Ad hæc templum divo Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis adspiciebatur; delectique sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant. Quod autem divinitatis honorem, à successione destitutum, recepisse per Vespasianum dicitur, eo pertinet, quod is templum Claudii in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone prope funditus destructum, excitavit. Vesp. cap. IX. Schil- dius.

Exortus crinita stella, quam cometen vocant.] Cometæ Græci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidas. Terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule, iterumque Pompeii & Cæsaris bello. In nostro vero ævo circa beneficium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu ejus, assiduum prope ac sævum. Plinius.

Tactumque de cælo monumentum Drusi patris.] Exitus Claudii à cometa tam diu viso, pluvia sanguinolenta, fulmine in signa prætorianorum militum delato, spontanea templi Iovis Victoris apertione, examine apum conglomerato, præmonstratus fuit. Dio Cæs-

Drusi patris: & quod eodem anno ex omnium magistratum genere plerique mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse, aut dissimulasse ultima vite sue tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam & cum Coss. designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designavit: & in senatu, cui novissime interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, utriusque etatem suppliciter patribus commendavit. Et in ultima cognitione pro tribunali, accessisse ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronuntiavit.

Ex omnium magistratum genere.] Tacitus extremo libri xii. sigillatim enumerans, Quæstorem, Ædilem, Tribunal, Prætozem, & Consulẽ defunctos narrat. Vnde qui Magistratus tum dicebantur intelligimus. Sunt tamen qui Tribunos pl. Magistratum in numero fuisse negent; præsertim Plu-

tarchus Quæstione lxxxvi. Rerum Romanarum.

Abominantibus qui audiebant.] Id est, omen, quod verbis principis inesse videbatur, non accipientibus. Talia enim, prohi ab audientibus acciperentur, aut portendere aliquid, aut vana esse existimabant. Schildius.



NERO CLAVDIVS CÆSAR.



GERMANA, CONIVX, NATA CÆSARVM ET MATER,
VT OMNE DIVVM MVNVS VNA CONSVMSIT
NON CHARA DIVIS! QVIPPE CÆSARVM GENTI
EX SE DATVRA TRISTE FVNVS AVGVSTÆ.

I. Schildiss.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VI.

A.V.C.
DLXXXVI.&C.

NERO CLAVDIVS CÆSAR.



EX gente DOMITIA dua familia claruerunt, CALVINORVM & ÆNOBARBORVM. Ænobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium: cui rure quondam revertenti, iuvenes gemini augustiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nuntiaret ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem maiestatis, adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum erique aſſimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem conſulatibus VII. triumpho cenſuraque duplici, & inter pa-



EX gente Domitia dua familia.] Gens quid à familia differat, ex Sigonio notamus ad cap. 1. Aug.

Iuvenes gemini.] Hi Caſtores fuiſſe creduntur, quos pro Romano imperio ſemper excubiſſe pluribus exemplis oſtendit Val. Max. lib. 1. cap. VIII. Præſentem vero hiftoriam narrat Plutarch. Paulo Æmilio: narrat & Dionyſius lib. VII. barbæ tamen mutatae non meminit. Extant etiam veteres denarii, in quorum uno Romæ effigies, aſcriptum, ROMA, altera vero parte iuvenes duo haſtati, atque equi duo bidentes, cum hac inſcriptione, A. ALBINVS DICT. F. nam A. Poſtumo Albino Dictatore ea contra Latinos adiacum Regillum Diis iuvantibus vi-

ſtoria contigit, A. V. CCLVII, Torrentins.

Auguſtior forma.] Livius: ſpecies viri maioris, quam humano habitu, auguſtioris que. De hac loquendi ratione diximus alibi. Cod. Salmaſ. habet auctiores forma.

In fidem maiestatis.] Vt fidem facerent, ſe deos eſſe, & divina maiestate præpollentes: quæ à magnitudine dicta eſt, ut ait Feſtus Pompeius. A maiestate Iovem Majum dixere, ut docet Macrobius in primo. Vxor quoque Vulcani Maieſta vocitabatur: quam quidam Majam appellant. Beroald.

Ius ſacerdotum ſubrogandorum à collegiis ad populum tranſtulit.] Quod poſtea Sylla mutavit, antiquata lege Domitia, quam extremo Ciceronis conſulatu

patritios allecti perseverarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomena quidem ulla, præterquam Cnæi & Lucii usurparunt: eaque ipsa notabili varietate, modo continuantes unumquodque per ternas personas, modo alternantes per singulas. Nam primum secundumque ac tertium Ænobarborum Lucios: rursus sequentes tres ex ordine Cnæos accepimus: reliquos nonnisi vicissim, tum Lucios tum Cnæos. Plures è familia cognosci referre arbitror: quo facilius appareat ita degenerasse à suorum virtutibus Neronem, ut tamen vitia cujusque quasi tradita & ingenuita retulerit. Ut igitur paullo altius repetam, atavus ejus Cn. Domitius in tribunatu pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, jus sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum transtulit: ac in consulatu Allobrogibus Arvernisque superatis, elephanto per provinciam invectus est: turba militum, quasi inter solennia triumphi, prosequente.

Labiæus retulit, annitente Cæsare. Dio lib. xxxvii. *Casaub.*

Ac in consulatu.] Errat Suetonius, ac duos Domitios patrem ac filium confundit, ut ratio temporum docet, ac pridem moniti sumus à viris doctis, qui Fastos concinnarunt. *Casaub.* In A. V. C. DCXXXII. Obsequens & Cassiodorus consules edunt Cn. Domitium & C. Fannium, Fasti Græci Æhenobarbum, & Fannium, quorum Cicero meminit in Bruto, & Plinius lib. ii. cap. xxxii. C. Domitius hic est, qui à Tranquillo Neronis Imperat. atavus appellatur. Cn. Domitium filium Obsequens & Cassiodorus cum C. Cassio consulem faciunt. A. DCLVIII. (Græci hic quoque pro Domitio Æhenobarbum ponunt.) Interjecti igitur sunt inter u-

triusque Domitii, patris & filii, consulatus anni xxiv. *Onuphr. Panvin.*

Allobrogibus Arvernisque superatis.] Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipsis quibus dimicaverant in locis, saxæas extruxerunt turres, & desuper exornata armis hostilibus *TROPEA* fixerunt: quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam suam exprobravit. *Florus.*

Elephanto invectus.] In hoc imitabatur Annibalem, & Porum regem Indorum, qui elephanto vectabantur. In hoc autem Allobrogico bello Romanos habuisse elephantos, testantur Historici, scribentes, quod maximus barbaris terror elephanti fuerint, immanitati gentium pares. *Bereald.*

Lici-

*te. In hunc dixit Licinius Crassus orator, Non esse mirandum quod æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Hujus filius prætor C. Cæsarem abeuntem consulatu, quem aduersus auspicia legesque gessisse existimabatur, ad disquisitionem senatus vocavit: mox consul imperatorem ab exercitiis Gallicis retrahere tentavit: successorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corfinium captus est. Unde dimissus, Massilienses obsidione laborantes cum adventu suo confirmasset, repente destituit, acieque demum Pharsalica occubuit. Vir neque satis constans, & ingenio truci: in desperatione rerum, mortem timore appetitam ita expavit, ut haustum venenum pœnitentia evomuerit, medicumque manumiserit, qui id sibi prudens ac sciens minus noxi-
xium*

Licinius Crassus.] Alii, L. Crassus. id enim magno illi oratori Crasso prænomē fuit, & sic eum vocat Plinius omissō gentis nomine, lib. xvii. cap. i. ubi Domitii & Crassi censuræ, & iurgii meminit.

Non esse mirandum.] Crassus alludens ad nomen Ænobarbi mordaciter usus scommate est, ducto ex nominibus metallorū æris, ferri, plumbi: ita ut per os ferreum, durum, & inflexibile: per cor plumbeum, lividum Domitii ingenium, necnon obtusum, & ponderosum intelligi vellet. Beroaldus.

Cui esset os ferreum.] Diæterium in homines impudentes iactitatum: quos similiter Græci vocabant χαλκοπεσώπικος. B. Chrysoſt. aduersus Iudæos: Ἄκουε ἡ φησὶν ὁ μεγαλοφώνος αἰσῶσις. Γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶσὺ. (περὶ τὸ λαὸν τὸ Ἰουδαϊκόν.) καὶ νεύρον σιδηρῶν ὁ τεράχηνός σου. (τεπέσει αἰ-

καμπίς.) καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκῶν. τῆς ἑστὶ ἀναίχων. ἔτω γὰρ καὶ ἡμῖν ἰθὺς πολλαίς, τῆς ἐρυθρίαν μὴ εἰδὼς χαλκοπεσώπικος καλεῖν. Catullus:

—raborem

Ferreo canis exprimamus ore.

Lege Artemidorum libro primo, capite xxiiii. Casaubon.

Hujus filius Prætor Cæsarem.] Vide Suetonium Cæs. cap. xxiiii.

Per factionem.] Pompeianorum scilicet, & eorum, qui Cæsarem oppressum cupiebant.

Acie Pharsalica occubuit.] Non in acie ipsa, sed post prælium ex castris in montem fugiens, ab equitibus interfectus est. De ejus morte Lucanus & Cæsar de B. C.

Qui id sibi sciens ac prudens minus noxiū temperasset.] Rebus suis desperatis à medico venenum poposcit, idq; ut moriturus bibit. Statim vero audi-

xiu[m] temperasset. Consultante autem Cn. Pompeio de mediis ac neutram partem sequentibus, solus censuit
 3 hostium numero habendos. Reliquit filium omnibus gentis suae proculdubio preferendum. Is inter conscios Caesariana[m] necis, quamquam insons, damnatus lege Pedia, cum ad Cassium Brutumque se, propinqua sibi cognatione junctos, contulisset, post utriusque interitum classem olim commissam retinuit: auxit etiam: nec nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis meriti loco, tradidit. solusque omnium ex iis qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit. ac subinde redintegrate dissensione civili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis quos Cleopatra pudebat, neque suscipere neque recusare fidenter, propter subitam valitudinem, ausus, transiit ad Augustum: & in diebus paucis obiit, nonnulla & ipse infamia adpersus. Nam Antonius eum desiderio amicae Serviliae Naidis transfugisse jactavit. Ex hoc Domitius nascitur, quem emtorem familiae pecuniaeque

in

to, Caesarem mira humanitate captos hostes persequi, deploravit suam sortem, & consilii celeritatem: cumque eum medicus bono esse animo jussisset, incredibili gaudio affectus surrexit, & Caesarem adiit. Plutarchus.

[De mediis.] Cæf. cap. lxxv. Denunciante Pompejo pro hostibus se habiturum qui reip. defuissent, ipse medios & neutrius partis suorum sibi numero futuros pronuntiavit.

[Is inter conscios Caesariana[m] necis, quamquam insons.] Causam ejus contra Octavium tuctur Antonius apud Appianum v. Εμφυλ. jure damnatum negans, cum tempore necis Caesarianæ nondum senatoria ætate esset. Ita

accipio Appiani hæc verba, Ἀνρό-
 βερθεῖ ἢ ὅσα ἐστὶ τὸ ἀνδροφόνων, ἢ ἢ
 ψῆφῳ αὐτῶ κατ' ὄρῳ ἐπῆκε].
 εἰδὲ ἢ τὸ βυλῆ; πω τίτε μισείχῳ.
 Casaub.

[Damnatus lege Pedia.] Lege Pedia, quam consul Peditus, collega Cæsaris, tulerat, omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat. Vellejus.

[Serviliae Naidis.] Naidis cognomen libertinam fuisse arguit. Torrent.

[Emptorem familiae pecuniaeque.] Familiae nomen interdum ad personas refertur. Cum ad res, pecunia oronis ac bonorum substantia eo continetur.

ut ia

in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est: non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans, profusus, immitis, censorem L. Plancum via sibi decedere Edilis coëgit: præturæ consulatusque honore equites R. matronasque ad agendum minimum produxit in scenam: venationesque & in Circo & in omnibus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium: sed tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere. Ex Antonia majore patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ detestabilem. Siquidem comes ad orientem C. Cesaris juvenis, occiso liberto suo, quod potare quantum jubebatur, recusarat, dimissus è cohorte ami-

CO-

ut in XII. tab. proximus agnatus familiam habeto. Et familia eriscunda iudicium est quod de hereditate dividenda instituitur. Sed & Terent. Heautontimor. cum ait, *Decem dierum vix mihi erit familia*, decem diebus rem universam absumptum iri significat. Dicis autem causa adhibebatur familiæ emptor, non ipse heres, sed ut testator vivens quodammodo bona sua alienasse videretur, quæ deinceps post mortem ejus heres acciperet. Qua de re Ulpian. Institut. tit. De testamentis. Torrentius. De more per æs & libram emendi, habes ex Hottomanno ad caput LXIV. August.

Germanico bello.] Quod Augusti auspiciis post Drusi mortem Tiberius gessit, qui & postea, prosequentibus eum Legatis, quibus ornamenta triumphalia impetraverat, triumphavit. Tib. cap. xx.

Via sibi decedere.] Quum minores magistratus majoribus decederent. Sabellicus.

Produxit.] In scenam duxit: quod

ipsum, quia sine ingenti impendio fieri non poterat, idcirco profusum dixit. Credibile est enim, matronas, & viros honesto ordine locatos ad famam prorsus abjiciendam, sine majore quadam spe præmii, induci non potuisse. Idem.

Tanta sævitia.] Quod temere nimis jugulari jubebat gladiatores, nec cuiquam parceret, ut de Claudio vidimus c. xxxiv. At Nero munere quodam suo ne noxios quidem occidit. Inf. cap. xii.

Caji Cesaris.] De quo, & fratre ejus Lucio, ab Augusto adoptatis, in Augusti vita. Et Tib. cap. xii. *privignum Cajum, orienti præpositum.*

E cohorte amicorum.] Ita Seneca i. de Clem. cap. x. *Totam cohortem primam interioris admissionis. Idem pulchre, & ad cohortis vocabulum satis apposite vi. de benef. cap. xxxiiii. Non sunt isti amici, qui agmine magno januam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Consuetudo ista vetus est regibus, regesque simulantibus, populum amicorum describere.*

M m 5

Argen-

corum nihilo modestius vixit. Sed & in via Appie vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtulit: & Roma, medio Foro cuidam equiti R. liberius iurganti oculum eruit. perfidia vero tanta, ut non modo argentarios pretiis rerum coemtatum, sed & in praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. Notatus ob hac & sororis joco, querentibus dominis factio-

Etio-

Argentarios pretiis rerum coemtatum.] Argentarii, quorum maximus tum apud Græcos, tum apud Rom. usus, non solum fenebri collocandæ pecuniæ, servandisque rationibus operam dabant, sed & res quædam vendendæ ipsis committebantur, præsertim auri, atque argenti species, nummi veteres, vasa cælata, gemmæque, & lapides. Exemplum apud Scævola l. lxxxviii. De solutionibus. Vnde etiam ἀργυροπράξι) vocantur à Justiniano l. pen. De pignorib. & Novell. const. cxxxvii. Adde Suidam in ἀργυρομυσιβῶ, & ἀργυροπράξι. Quin & auctioibus eos præfuisse (quod Beroaldus quoque monuit) non solum docet nos Senecæ locus proœmio Declamat. sed & Quintilian. lib. xi. cap. i. cum de Hortensii memoria loquitur, qui dimissa auctio- ne quid cuique venditum fuisset argentariorum tabulis reddidit. M. etiam Antoninum leges tulisse de mensariis, & auctioibus apud Capitolinum legimus. Mensarii autem iidem qui & argentarii. Vnde in foro de mensa emere apud Apulejum Apol. i. & mensa rationes apud Gellium lib. xiiii. cap. ii. Hinc igitur intelligimus quomodo rerum coemtatum pretiis argentarios defraudaverit Domitius, tanto equidem majore impudentia, quod argentariorum publica erat fides. Torrentius. Eorum etiam mentio fit Aug. cap. i. r. & plura de iis idem Torrent. ad cap. v.

In Prætura mercede palmarum aurigarios.] Ut bestiarum dicuntur tam ii qui

cum bestiis committuntur, quam qui bestias curant, sic aurigarii quoque dici quidem posse videntur etiam ii qui aurigantur. Quo sensu mercedem palmarum hic interprete aurum quod victoribus dabatur, de quo Claud. cap. xxi. Verum eos potius accipi debere arbitror qui ornandi instruendique egitatores curam gerunt, ut palmarum merces sit id quod præter palmas ipsis victoribus recepto à Græcis more donandas eorum magistris, seu curatoribus etiam debebatur. Ut autem aurigarios hic, sic quadrigarios dixit Sueton. inf. cap. xvi. trigarios Plin. lib. xviii. qui Plinii locus quam dixi aurigarii significationem confirmat. Torrent.

Dominis factionum.] Factionum dominos intelligo qui, cum quatuor essent factiones, suæ quisque factioni præerant, ac Circi jura tuebantur, ideoque fraudatos palmario aurigarios que- rebantur. De his extat Lanuvii hæc inscriptio, M. AVRELIO LIBERO. PATRI. ET MAGISTRO. ET SOCIO. DOMINO ET AGITATORI FATIONIS PRASINAE. AVRELIVS CÆCILIVS PLANETA PROTOGENES OR III. PALMAR. HOC DONVM. VOVI NATIONE APR. Erant autem diversa cujusque factionis officia atque functiones. nam præter aurigarios, de quibus jam dictum est, etiam aurigatores, & agitatores, & conditores, succonditoresque, tentores item, ac viatores, postremo medicos etiam factionis in vetustis marmoribus legimus. Quibus omnibus qui præerant, quique

Etionum, repræsentanda præmia in posterum sanxit. *Majestatis quoque & adulteriorum*, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit: decessitque Pyrgis morbo aqua intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina, Germanico genita. NERO natus est Antii post IX. menses quam Tiberius excessit, XVIII. Kal. Ianuarias: tantum quod ex oriente Sole, pene ut radiis prius quam terra contingeretur. De genitura ejus statim multa & formidolosa multis conjectantibus, præfagium fuit etiam

quique gregem ducebant, domini vocabantur. Idem.

Repræsentanda præmia.] Id est, statim exsolvenda. Ita extremo Augusto: quam summam repræsentari jussit. Item Claud. cap. xxxiv. pœnasque parricidarum repræsentabat. ad quem locum Casaubonum vide.

Majestatis quoque & adulteriorum.] Sub Tiberio accusata impietatis in Principem Albucilla: annectebantur, ut concilii, adulteri ejus. Inter quos Cn. Domitius. Tacit. Annal. vi. sub finem, huic loco lumen præferens.

Decessitque Pyrgis.] Virgilius Æneidos x. (visca.

Et Pyrgi veteres, intempestaque Gra- Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore, quo Thusci piraticam exercuerunt. nam illic metropolis fuit, quod postea expugnatum à Dionysio tyranno Siciliae dicitur, de quo Lucilius: *Scorta Pyrgentia.* Servius.

Ex Agrippina, Germanico genita.] Hæc, optimi parentis pessima filia, primum Passieno Crispo bis Consuli nupta, inde Cn. Domitio à Tiberio tradita defuncto marito, sollicitatis nequequam Galbæ nuptiis, tandem in Caii fratris sædissimo contubernio vixit. A quo mox exoletis objecta, atque in exilium acta, cum rediisset, patruo suo Claudio post Messallinæ ne-

cem incestis nuptiis conjuncta, patre tot parricidiis Neroni filio Imperio, ab eodem interfecta periit, eo tantum memoranda, quod (ut auctor est Tacit.) in oppidum Vbiorum, ubi edita fuerat, veteranorum coloniam deduci curavit, quæ hodie quoque, tota Germania celebris, ejus nomen servat. *Torrent.*

Tantum quod ex oriente sole, pene ut radiis prius quam terra contingeretur.] Hoc inter præfagia quæ Neroni imperium portenderunt, ita commemoratur à Dione: ἀκτῖνες ἡκεῖθεν αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἑω εἰς ἑδὲ μιᾶς τῆς ἡλίου φανερῆς ἀεθροβολῆς περιέχον. id est, nascentem eum sub auroræ radii circumfulserunt, à Sole, quod quidem apparet, non immisi. Casaubonus.

Terra contingeretur.] Aug. cap. v. se esse possessorem, ac velut æditum soli, quod primum D. Augustus nascenti attigisset. ad quem locum Bononiensem Commentatorem consule. Sed nec Plinii verba hoc loco prætereunda sunt: *In pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, ut æge partus, & paullo post. Neronem quoque paullo ante principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum patens ejus scribit Agrippina.* Lib. vii. cap. viii.

Ejus-

etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum, negantis quidquam ex se & Agrippina nisi detestabile & malo publico nasci potuisse. Eiusdem futurae infelicitatis signum evidens die lustrico exstiiit: nam C. Caesar, rogante sorore ut infanti quod vellet, nomen daret, intuens Claudium patrum suum, à quo mox principe Nero adoptatus est, ejus se dixit dare: neque id ipse serio, sed per jocum, & aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulae erat. Trimulus patrem amisit: cujus ex parte tertia heres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per cohredem Cajum universis bonis, & subinde matre etiam relegata, pene inops atque egens apud amatam Lepidam nutritus est, sub duobus pedagogis, saltatore atque tonsore. Verum Claudio Imperium adepto, non solum paternas opes recuperavit: sed & Crispi Passieni vitrici sui

[Eiusdem futurae infelicitatis signum.]
In V. C. est felicitatis. F. Ursinus.

[Die lustrico.] Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur, atque eis nomina imponuntur. *Festus*. An causa est naturalis, quod prius puellis? foemina enim citius augetur, ad vigorem pervenit atque absolvitur, quam mas. Dies porro post septimam sumunt. Septima enim periculosa est infantibus, cum alias, tum quod ea die umbilicus decidit plerisque, quod antequam sit, plantae quam animali similior est infans. *Plutarchus*. Septimam tamen apud Græcos ei rei dicatam fuisse, constat testimonio Aristotelis lib. v. 11. de histor. animal. M. Antoninus Imp. intra tricesimum diem nomen liberis imponere jussit, autore in ejus Vita Capitolino. Multa de lustrationibus veterum, ad hunc Tranquilli locum congruit Marcell. Donat.

[Ut infanti quod vellet.] Nomen pro prænomine accipio, gentis enim nomen manebat, prænomina atque interduum cognomina pro arbitrio imponebantur, ut tandem etiam ipsa nomina, labente Imperio. *Torrentius*.

[Ejus se dare.] Verum fuit Caligulae præsagium. Nam Claudius Nero dictus est, ubi insertus fuit per adoptionem familiae Claudiorum. *Beroald.*

[Relegata.] Caligul. capite xxiv. & lxx.

[Crispi Passieni vitrici.] Ei enim primo Agrippina nupsit, inde etiam Domitia. Duas itaque sobrinas uxores habuit. Laudatur sæpe à Seneca, extremo lib. 1. De benef. & principio l. iv. Quæst. natur. Bis Consullem, & oratorem vocat Plin. lib. xvi. cap. x. iv. ac celebre ejus de Cajo Principe dictum refert Tacit. nec servum meliorem ullum, nec deteriozem dominum fuisse. *Torrentius*.

sui hereditate ditatus est. Gratia quidem & potentia revocata restitutaque matris usque eo floruit, ut emanaret in vulgus, missos à Messallina uxore Claudii, qui eum meridianam quasi Britannici æmulum strangularent. Additum fabula est, eosdem dracone è pulvino se proferente conterritos refugisse. Quæ fabula exorta est, deprehensis in lecto ejus circum cervicalia serpentis exuviis: quas tamen aurea armilla ex voluntate matris inclusas dextro brachio gestavit aliquandiu: ac tedio tandem maternæ memoriæ abjecit: rursusque extremis suis rebus frustra requisivit. T E- 7
 NER adhuc, nec dum matura pueritia, Circensibus ludis Troiam constantissime favorabiliterque lusit. Undecimo ætatis anno à Claudio adoptatus est, Annaoque Seneca jam tunc senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam proxima nocte visum sibi per quietem, C. Cæsari præcipere: & fidem somnio Nero brevi scit,

Meridianam.] Salmasius ad caput xxxviii. Calig.

Dracone è pulvino.] Vulgabatur affuisse infantie ejus dracones in modum custodum: fabulosa res, & externis miraculis adsimilata: nam ipse haud quaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Tacitus.

Armilla inclusas.] A Plinio morborum remedia referuntur, quæ inclusa armillæ gestabantur. Beroald.

Undecimo ætatis anno à Claudio adoptatus est.] Ex Tacito clarum, debuisse scribi duodecimo, vel tertiodecimo, quem admodum recte Torrentius observavit. Constant tamen sibi in hoc errore omnes nostri codd. Casaub.

Annaoque Seneca jam tunc senatori in disciplinam traditus.] An ut ipse ad Senecam migrarit & non puto, celi sua-

dent verba Dionis, ἢ Ἀγριππίνῃ τὴν ἄν παρὰ τῆς Σενέκας ἐξεπαύδου, Casaubonus. Agrippina ne malis tantum facinoribus notesceret; veniam exilii pro Annæo Seneca, simul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret; & consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur: quia Seneca fidus Agrippinæ memoria beneficii, & infensus Claudio dolore injuriæ credebatur. Tacitus.

C. Cæsari præcipere.] Ἀπὸ τῆς præceptor esse: sic Græci ἀρμόζειν pro ἀρμόσις εἶναι, & apud Philostratum ἐπιστάδην pro magister epistoliarum esse, ut in Alexandro Seleucense, Μάρκῳ τῷ βασιλεὺς Ἰουδαίας & αὐτῶ τῶ ἐπιστάδην Ἐλπί. id est, fecerat

cit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis. Namque Britannicum fratrem, quod se post adoptionem ÆNOBARBVM ex consuetudine salutasset, ut subditivum apud patrem arguere conatus est. Amitam etiam Lepidam, ream testimonio coram afflixit, gratificans matri, à qua rea premebatur. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit: indictaque decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit: exinde patri gratias in senatu egit. Apud eundem consulem pro Bononiensibus Latine, & pro Rhodiis atque Iliensibus Græce verba fecit. Auspicatus est & jurisdictionem, Præfectus urbis sacro Latinarum, celeberrimis patronis, non translaticias, ut assolet, & breves, sed maxi-

MAS

eum magistrum epistolarum Græcarum. & in eodem: obiit, inquit, ut quidam ajunt, ἐν Κελτοῖς ἐπὶ ἐπιστάδων· οἱ δὲ ἐν Ἰπείλῃ πεπωρωμένον ἔπιπτείνον. Casaub.

Scutum sua manu prætulit.] Sic Galb. cap. vi. Campestrum decursionem scuto moderatus. Hujusmodi autem decursionibus etiam in funere virorum principum utebantur. Claud. cap. i. Sed hæc exercitii causa ab Augusto instituta, *campi cursio* appellatur à Vegetio quem vide. Torrent.

Pro Bononiensibus.] Bononia patria nostra id temporis igne deflagraverat: tunc Nero pro Bononiensi colonia oravit, impetravitque, ut largitione centies sestertium Bononiæ subveniretur: ex quo nos non parum deberemus principi Neroni, nisi illo ob scelera detestanda factus esset odium cunctorum mortalium. Beroald.

Pro Rhodiis atque Iliensibus.] Claud. cap. xxv.

Auspiciatus est & jurisdictionem præfectus urbis.] Mos & publicæ & priva-

tim olim religiose servatus. Columella lib. xi. cap. ii. per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricola: ita tamen ut ipsi Kalendis Januariis auspicandi causa omne genus operis instaurant. Mitto quæ aliis sunt observata. Simillimus huic locus habetur apud Tacitum iv. Annalium de præfecto urbis Druso, auspicandi gratia tribunal ingresso. Casaub.

Præfecti urbis sacro Latinarum.] Vide Claud. cap. iiii.

Non translaticias postulationes.] Translaticiarum postulationes dicuntur accusationes non novæ, nec nuper inventæ, sed aliunde translata: & tales breves esse solent, utpote ex formula transcriptæ, & faciliores explicatu. Sic *edicta translaticia* veteres dixerunt. Sensus est: Interdixerat Claudius ne patroni causarum ingererent numerosas, implicatasque postulationes apud Neronem: ne ille adhuc tyrunculus in jure dicendo vexaretur: habendam enim censebat rationem ætatis juvenilis in actione causarum: tamen illi perseverave-

sunt

mas plurimasque postulationes certatim ingerentibus: quamvis interdictum à Claudio esset. Nec multo post duxit uxorem Octaviam: ediditque pro Claudii salute Circenses, & venationem. SEPTEMDECIM natus 8 annos, ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur: proque Palatii gradibus IMPERATOR consalutatus, lectica in castra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est, discessitque jam vesperi: ex immensis quibus cumulabatur honoribus, tantum PATRIS PATRIÆ nomine recusato propter ætatem. Orsus hinc à pietatis 9 ostentatione, Claudium apparatissimo funere elatum lau-

unt in proposito, ut maximas, plurimasque postulationes pro viribus quisque ingererent. Beroald.

Ediditque pro Claudii salute Circenses & venationem.] Ita soliti & gladiatores in arena committi pro salute principis: cujus rei causam ante indicabamus. Id vero Claudius cum invidiosum sibi esse intelligeret, munus PRO SALUTE SUA edi prohibuit. Dio: τοῖς τε στρατηγῶν τὴν ἀγωνίαν τὴν ἀπλομαχίαν ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δὴ ποτε ἐπιτελοῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἑαυτῶν ὑπερῆαυτοῦ σὺν τῆρῳ γυνομένων σφῶν ἢ χεῖρα φεῖσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι κλέδουσι. Casaubon.

Ut de Claudio palam factum est.] Vetus formula qua utebantur cum alicujus obitum divulgabant. libro 111. cap. 221. excessum Augusti non prius palam fecit libro 15. cap. 61. & ut de morte suo factum palam factum est. Sic & in Tito capite ultimo, & apud alios. Inde palam facere de republica apud Senecam, pro reipublicæ interitum signi-

ficare, quod Tullius dixit, palam facere concidisse rempublicam. ut erudite à Iano Grutero viro doctissimo est observatum. Idem.

Inter horam sextam septimamque.] Medio diei, 111. Id. Octobris. sic enim Tacit. addens Agrippinam ex Chaldaeorum monitis id tempus attentasse. Quod ergo dicit Sueton. ob totius diei diritatem id auspicandi tempus accommodatius visum fuisse, sic intelligo, ut cum reliquæ ejus diei horæ diræ atque inauspicatæ haberentur, Agrippina illud temporis punctum sumpserit, nota muliercularum superstitione, de qua Juvenal. Ad primum lapidem vectari si places, hora Sumitur ex libro. Torrent.

Claudium laudavit.] Postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risu temperare, quamquam oratio à Seneca composita multum cultus præferret, ut fuit illi viro ingenium amicum & temporis illius auribus accommodatum. Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere, primum ex iis, qui rerum po-

titi

laudavit, consecravitque. Memoriae Domitii patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum publicarum privatarumque permisit. Primo etiam Imperii die signum excubanti tribuno dedit, Optimam matrem: ac deinceps ejusdem saepe lectica per publicum simul vectus est. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e praetorio, additisque per domicilii translationem ditissimis primipularium, ubi & portum operis sumtuosissimi fecit. Atque, ut certiore adhuc indolem ostenderet, ex Augusti praescripto imperatorum se professus, neque liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis quidem exhibende ullam occasionem omisit. Graviora vectigalia abolevit, aut minuit. Praemia delatorum Papia-

le-
titi essent, Neronem alienae facundiae eguisse. Tacitus.

Consecravitque.] Claud. c. xxv. Vespas. cap. ix.

Memoriae Domitii patris honores maximos habuit.] Hujusmodi honores expressi sunt in fragmento lapidis Fratrum Arvalium, in quo ita incisum est, IDVS. DECEMB. M. ARVALIVM. NOMINE. IMMOLAVI. IN. SACRA. VIA. MORIAE. CN. DOMITI. ARENOBARBI. BM. F. *Vrsinus.*

Signum excubanti tribuno.] Sic excubitori Tribuno Claud. cap. xlii.

Adscriptis.] Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni. Alio verbo transcribi dicuntur, ut docet Servius: qui enarrans illud Maronianum,

Transcribunt urbi matres. — ait: Romani moris verbum est. transcripti enim in colonias deducuntur. *Beroaldus.*

E praetorio.] Ex militibus praetorianis.

Per domicilii translationem.] Domi-

cilia ex urbe in coloniam translato, aut certe ita in coloniam adscripti, ut eorum domicilia alibi essent; quod in Novocomensi quoque colonia evenit. *Sabellicus.*

Graviora vectigalia abolevit.] Tradit Tacitus, vectigal quintae, & vigesimae venalium mancipiorum remissum fuisse à Nerone. Idem induxit abolitionem quadragesimae, quinquagesimaeque, & quae alia ex auctioribus illicitis nomina publicani invenerant. Idem cogitavit de abolendis cunctis vectigalibus; tanquam id pulcherrimum donum generi mortalium daturus: sed cum cohiberent Senatores, dissolutionem Imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminueret. *Beroaldus.* Quinta & vicesima vectigal remissum quidem à Nerone scribit Tacitus, sed specie magis, quam vi; quia, cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat.

Praemia delatorum.] Erant inter delatores criminum publicorum quidam quadruplatores nominati, qui quartam partem de proscriptorum bonis, quos deru-

legis ad quartas redegit. Divisis populo viritim quadringenis nummis: Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Item pratorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum. Et, cum de supplicio cuiusdam capite damnati ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire literas! Omnes ordines subinde, ac memoriter salutavit. Agenti senatui gratias, respondit: Cum meruero. Ad campestres exercitationes suas admisit & plebem. declamavit & sæpius publice. recitavit & carmina, non modo domi, sed in theatro, tanta universorum letitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum aureis literis Iovi Capitolino dicata. SPECTACULORVM plurima & varia genera IX edidit: Iuvenales, Circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus. Iuvenalibus senes quoque consulares anus-

detulerant, consequebantur: cum autem lege Papia delatoribus præmia constituta fuissent, Nero ea minuens redegit ad quartas: verbi causa, ut delator, qui pro delatione accipere debebat quadraginta, acciperet decem. Videtur autem sensus ille esse congruentior, ut intelligas, Neronem ad quartas redegisse, minuisseque præmia, quæ constituta erant his delatoribus, qui accusabant, deferebantque nomina illorum, qui agerent adversus Papiam legem. Ita enim dicimus delatores Papiæ legis, sicut delatores Iuliæ, Pompeiæ, Cornelie legis, intelligi volentes illos, qui accusant transgressores, prævaricatoresque earum legum. *Beroaldus.*

Quibusdam.] Tacit. Valerium Messalam nominat Annal. XIII.

Quingena.] Sestertia scilicet: quæ XII. COL. M. & D. respondent.

Item pratorianis cohortibus.] Tacitus,

Bina nummum millia viritim manipularibus divisit: addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonæ utebantur. Hanc autem liberalitatem, de qua Tacitus, post vindicatam Pisonis conjurationem, exseruit.

Quam vellem nescire literas.] Ut de Clementia scriberem, una me vox illa maxime compulit: quam ego non sine admiratione, & cum diceretur audisse memini, & deinde aliis narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnæ lenitatis: quæ non composita, nec alienis auribus data subito erupit, sed bonitatem cum fortuna Cæsaris litigantem in medium adduxit. *Seneca.*

Respondit, cum meruero.] Imitatur illam Augusti vocem, si merebuntur, libro II. cap. LVI.

Iuvenalibus.] Qui privati, & per domum celebrati aut hortis. Mansit nomen ludorum posteriori ævo, & Impera-

anusque matronas recepit ad lufum. Circensibus loca equiti secreta à cæteris tribuit: commisitque etiam camelorum quadrigas. Ludis, quos pro æternitate Imperii susceptos appellari Maximos voluit, ex utroque ordine & sexu plerique ludicras partes sustinuerunt. Notissimus eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Inducta est & Afranii togata, que

peratores quos in Palatio ludos dabant Kalendis novi anni, *Iuvenalia* videntur appellasse, ab exemplo hoc Neronis. Sidonium adi. Videntur, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis. Neronis tamen ævo & instituto scenici: ex Tacito hic & Plinio, qui ad hos ludos respiciens, ait, Neronem peculiari theatro in hortis primum cantasse, & Pompeiano prælusisse. Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos institutos vult per causam positam à Nerone primæ barbæ. Et hæc ea nominis causa. *Iuvenalia* enim dicta, quia, ut tyrocini die pueros exuebant: sic barbæ rafa juventutem, transibantque tunc in viros. Vnde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum cap. xxxiv. *Simul hanc excepero, mori volo.* Lipsius. Sed adi etiam caput proximum: ubi, quinquennali certamine gymnico, barbam primam à Nerone positam memorat.

Loca equiti secreta.] Vti jam ante senatoribus propria constituerat loca Claudius, promiscue spectare solitis. Vide omnino interpretamentum ex Dione Cassio allatum ad caput xxi. Claudii.

Appellari Maximos.] Ideo Maximos, quod pro re maxima, Imperii scilicet æternitate, suscepti fuerant. Sic ludi Magni dicti iidem qui plebei. *Torrentius.*

Ex utroque ordine.] Senatorio, & Equestri.

Elephanto supersedens, per catadromum

decucurrit.] Quærent etiam Iurisperiti, quid signent hæc Labeonis verba: *Si per catadromum servus curreret.* Quidam, catadromum spatium esse, in quo præcipiti cursu agerentur: Budæus locum corruptum putat. Nos, catadromum funem protensum exponimus, per quem histriones ingrederentur, saltarent, ac decurrerent. Nam si in hoc Suetonii loco catadromus *hippodromus* denotat, nihil mirum fuisset, hominem elephanto insidentem per eum decurrere. Funambulos autem elephantes Romæ quondam visos constat. Invenio & apud Pollucem, *καταδρομον* & *ἰπιδρομον*, ἢ ἀρχυθὸν χοίρια esse, quæ vocabula catadromo propinqua & affinia sunt. *Brodæus.*

Afranii togata.] Supra explicatum est, togatas dici fabulas, quæ scriptæ sunt secundum ritus, & habitus hominum togatorum, id est, Romanorum: sicut Græcas fabulas ab habitu palliatis præsci nominaverunt. In togatis autem scribendis excelluit Afranius poëta: qui tamen argumenta inquinavit puerosum fœdis amoribus, ita mores suos fassus, autor Quintilianus in x. Hinc ab Horatio decenter dictum est:

Dicitur Afrani togæ convenisse Menandro.

Inter Afranii togatas fabulas una fuit nominata *Incendium* ab argumento: sicut olim nonnulli incendium Phæthontis scripsisse produntur: & Lucretius condidit Iliacum: quo poemate incendium Trojæ continebatur. *Beroaldus.*

Singula

quæ Incendium inscribitur: concessumque ut scenici ardentis domus suppellectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia. Avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentaria, vestis, aurum, argentum, gemma, margarita, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ fera: novissime naves, insulæ, agri. Hos ludos spectavit è proscenii fastigio. Munere quod in Amphitheatro ligneo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato, dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores, sexcentosque equites R. & quosdam fortune atque existi-

Singula quotidie millia.] Ex singulis generibus singula millia. *Sabellius.* Videtur hic facienda distinctio: ut sit sensus, in singulos ludorum dies sparsa esse singula avium millia ex quocunque genere avium. Mox subjungendum est, *multiplex penus*, scilicet sparsum est. *Beroaldus.*

Naves, insulæ, agri.] Intelligo insularum sparsas fuisse tesseræ, quas quicumque occupasset, illi mox dabantur naves, & agri, prout nota tesseræ significabat: sicuti spargebantur tesseræ frumentariæ, pro quibus summa frumenti notata accipiebatur. *Insulæ* autem in hoc loco significantur domus. *Beroald.* *Martialis:*

Nunc dat spectatas tesseræ largæ feras.
Xiphilinus in Augusto: καὶ τὴν ἐπιβολὰν τῶν ἐπιπέδων ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον καὶ κορυφῆν ἔρευνε, πρὸς μὲν ὑψηλῶν, τῶν δὲ ἐπιπέδων, τῶν δὲ ἄλλοις φέρων. *Idem in Tito* apertius hæc extricat: σφαιραία, ἃ ἐξ ὕλης μικρῆς ἀνωθεν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἐπίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐπιπέδον πρὸς τὸν ἐπιπέδον τὸ δὲ ἐπιπέδον τὸ δὲ

καὶ ὑψηλῶν σφαιραία, ἄλλο γὰρ ἐπὶ ἐπιπέδων, ἐπιπέδων βοσκῆς, πρὸς ἀνδροπέδων, ἃ ἐπιπέδων πρὸς ἕδος πρὸς τὸν ἀνθρώπου ἐπιπέδων, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιπέδον.

Proscenii.] *Budæus ad cap. 11 v. Calig.*

Amphitheatro ligneo.] *Curio* funebri patris munere fecit è ligno, non amphitheatrum, ut Nero, sed theatra duo amplissima cardinum singulorum versatili suspensa libramento, quæ cornibus inter se coeuntibus faciebant amphitheatrum: & postmeridianis horis, gladiatoria spectacula illic edebantur. *Plinius* Romani populi furorem demiratur, qui ausus sic sedere, ludosque spectare tam infida, instabilique sede, periturus momento aliquo luxatis machinis. *Beroald.*

Exhibuit ad ferrum.] Sic ad ferrum damnati, & ad ferrum dati apud Iuliusconsultos. *Juvenal.* quoque *Sat. vi.* de feminis gladiatorum amore captis, qualem ibi describit *Hippiam*, ferrum esse quod amant.

Sexcentosque equites Romanos.] *Sitor* equites arenæ operam locarunt, me-

stimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, & ad varia arena ministeria. Exhibuit & naumachiam marina aqua innantibus belluis, item Pyrrichas quasdam è numero epheborum, quibus post editam operam diplomata civitatis Romana singulis obtulit. Inter Pyrricharum argumenta, taurus Pasiphaën

rito illum ordinem, tanquam arena devotum, Caligula profciderit. Sed Codex Salmasii pro sexcentis exhibet *sescentos*: sicut idem Codex capite XXI. Claudii, ubi plerorumque ejus convivorum amplitudo describitur, pro *sexcentis* adhibebat *sescentos*, forte, ni librarius corrupisset, *sescentos*. *Sescentos* autem pro *sesquicentenis* acceperim, ne utroque loco nimium multitudo excreseat. Nam, & Neronem sexcentos equites ad ferrum dedisse, & Claudii conviviiis plerisque sexcentos adhibitos, admodum à veritate alienum sedet. Pro quadringentis senatoribus etiam, quadraginta fortasse legere præstet. *Schildius.*

Ex iisdem ordinibus.] Senatorio, & Equestri. *Juvenalis:*

— *Populi frons durior hujus,
Qui sedet, & spectat triscurria patri-
tiorum,
Planipedes audit Fabios, videre potest
qui
Mamercorum alapas, quanti sua funera
vendat,
Quid refert? vendunt nullo cogente Ne-
rone,
Nec dubitant Celsi prætoris vendere lu-
dis.*

Vnde colligitur Nerone cogente patri-
tios in arenam productos, quum Tran-
quillus præmio, & illecebris à Nerone
allectos innuere videatur: cui eo li-
bentius quam Satyræ tertiæ accedo,
quo ambitiosius Nero studium, in o-
mnium ordinum favore sibi concilian-
do ab initio sui principatus, fuit. *Sa-
bellic.*

Marina aqua.] Quam scilicet in-

duxerat ex mari proximo intra nau-
machiam. *Beroald.*

Innantibus belluis.] Quales sunt cro-
codili, & hippopotami: quos olim
Mar. Scaurus ostendit Euripo tempo-
rario ludis iuxta ædilitatis. Martialis
quoque laudans Cæsaris sui nauma-
chiam, scribit feras ignotas etiam ipsi
Theridi exhibitas fuisse. *Idem.*

È numero Epheborum.] Tales illi pue-
ri nobiles ex Asia ad edendum in scena
operas à Cajo evocati, Calig. c. LVIII.
Quibus & Claudius usus est, verum
postquam saltassent, non solum civitate
eos non donavit, ut hic Nero, sed sta-
tim ablegavit, (Auctor Dio) idque ob
impudicitia periculum, ut credo. Hu-
jusmodi ephebus fuit ille Armenius
Zalates, de quo Iuven. extrema Sat. II.
Torrentius.

Inter Pyrricharum argumenta.] Cum
Pyrricha saltatio pedestris sit, & qui-
dem armata, mirum videtur cur Sue-
tonius inter argumenta Pyrricharum,
Pasiphæ & Icaris fabulas actas scribat?
Solvere hunc nodum possumus, si di-
camus, in scenicis ludis non solum Pyr-
richicas saltationes, sed & fabulas una
exerceri solitas, atque ob id, quia fa-
bulæ Pasiphæ & Icaris priore loco actæ
sunt, ideo quoad Pyrrichicas saltationes,
argumenta dicta sunt, eo pacto, quo in
comcediis argumentum dicimus par-
tem illam, quam Græci *Periocham* vo-
cant, totius fabulæ summam continen-
tem paucis versibus, item prima actio-
ne expressam. *Marcellus Donatus.*

Inist Pasiphaën.] Sentire videtur Tran-
quillus in representanda fabula Pasi-
phaës, verum taurum coisse cum fo-
mina,

phaën ligneo juvencæ simulacro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore resper-
sit. Nam perraro præsidere, cæterum accubans pri-
mum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto
spectare consueverat. Instituit & quinquennale cer-
tamen primus omnium Roma, more Græco triplex, mu-
sicum, gymnicum, equestre, quod appellavit NERO-

N I A.

mina, quæ instar Pasiphaës inclusa in-
tra simulacrum vaccæ exceperit taurum
coëuntem. In Levitico præcipitur: *Mu-
lier non succumbet jumento, nec miscebi-
tur ei.* Ex quo colligimus, illis quo-
que sanctis temporibus fuisse fœmi-
nas impudicitia obscœna pollutas, ap-
petentesque præ nimia libidinis ure-
dine coitus belluini: ut verum videri
possit, matronam summatem sitienter
appetivisse concubitum cum Apulejo
in asinum deformato, sicut ipse festivi-
ter denarrat. *Beroaldus.*

*Juxta cubiculum ejus decidit.] Cubicu-
lum est ἔργασμα. Mos principum
virorum in Asia fuit, ut cum vel ad jus
dicendum, vel ad spectandos ludos, vel
aliam ob causam propalam sederent,
papilionibus magnificis regerentur,
quos Græci ἔργασμα vocant. Plutar-
chus in Phocione, ἐν τῷ ἄρῳ δὲ τῆς
Πολυπύρχων τὸ χρυσοῦν ἔργασμα, καὶ
ἐκάθισεν ἐπὶ αὐτῷ τὴν βασιλίαν, καὶ
τὴν φίλιν. Sic de Alexandro aliisque
regibus notant historici, solitos χρυ-
σοῦν ἔργασμα χρυσοῦν ἔργασμα. un-
de est quod σκηναὶς χρυσοῦν ἔργασμα. Po-
lybius libro v. hos ἔργασμα vocat.
De eorum magnificentia & fabrica A-
thenæus libro xi. idem scriptor vocat
alibi σκηναὶς ἔργασμα ἰστῆς ἰστῆς ἰστῆς
tentoria. Ex eo more est, quod prin-
cipibus Romanis ludos spectantibus
suggestum exstruxerunt in orchestra: sic*

appellavit auctor cap. xxxvi. libri pri-
mi: nam coepit hic mos cum nascente
principatu: suggestus autem dictum id
pegma, quia instar tribunalis sublime
fuit. Vocatur & cubiculum, ut hic, à for-
ma: quoniam exstrui soliti hi sug-
gestus, sive ἔργασμα, in modum par-
vi cubiculi: utroque modo nominat
Plinius in Panegyrico ad Trajanum,
Græci interdum & κωνώπια vocant.
Nicetas alicubi τὸ βασιλικὸν ἔργασμα.
Casamb.

*Perraro præsidere consueverat.] Sicut
etiam Augustus solebat substituere, qui
suam vicem præsidendo in spectaculis
fungerentur. Beroald.*

*Toto podio adaperto.] Nobilissimos
quosque è podio spectare solitos Juve-
nal. docet. Sat. 11.*

— Generosior & Pabior, &

Omniibus ad podium spectantibus.

Plin: quoque l. xxxvii. c. lvi. gladiatorio
Neronis munere, retia arcendis feris po-
dium protegentia, succinis nodata fuisse
scribit. Unde colligimus eos qui ad
podium erant quam proxime spectasse
omnia quæ agerentur. *Torrent.* Scenæ
longitudo ad orchestrae diametron, du-
plex fieri debet. Podii altitudo ab libra-
mento pulpiti cum corona & lyfi, duo-
decima orchestrae diametri. Supra po-
dium columnæ cum capitulis & spinis
altæ parte quarta ejusdem diametri.
Vitruvius.

Quod appellavit NERONIA.] In

supplicis interpretata pratorio viro multitudini pronuntiante. Perductum deinde in theatrum, ac rursus supplicansem, juxta se latere dextro collocavit. Ob qua imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum geminum clausit tam nullo quam residuo bello.

14. CONSVLATVS quatuor gessit: primum bimestrem, secundum & novissimum semestres, tertium quadrimestrem: medios duos continuavit, reliquos inter annua spatia variavit. In jurisdictione postulatoribus nisi se-

illi assignaret, quemadmodum in Trajani numismate cernimus, cum inscriptione, REGNA ADSIGNATA. Tacit. eum narrat à Corbulone devictum antequam Romam veniret, diadema apud Neronis effigiem deposuisse. Sed verisimile est hanc crimoniam spectante pop. Rom. repetitam fuisse. Alterius Tiridatis meminit Horat. libro 1. Od. xxvi. *Torrent.*

Perductum deinde in theatrum.] Pompei theatrum operuit auro in unum diem, quod Tiridati regi Armeniz ostenderet. *Plinius.*

Juxta se latere dextro collocavit.] Honoris illius causa. Eὐναπιὺς ἐν Ἄδελφῷ, καὶ ἐς τοσούτον καὶ ἐξίκετο σοφίας καὶ δυναμείας, ὡς ὁ μὲν βασιλεύς, ἐαλὼν καὶ περὶ αὐτῆ καὶ δημοτικῆ συνέδρον εἶχεν ἐς τὸ δεξιὸν καὶ δεξιὸν τόπον. ὁ καὶ ἀκρόασι καὶ ἰδίῃ ἀπίστον. At eo devenit quorundam ἑρμηνευμάτων, ut non erubuerint hujus moris contrariam esse causam asseverare. At doctissimum virum idem scripsisse, quasi olim Hebræi sinistram dextræ præulerint, equidem non possum non mirari. Nam id falsissimum esse, sacra Testamenti utriusque pagina, multis locis declarat. Verius Basilias: καὶ δεξιὰ χεῖρα δηλοῖ τὸ τὸ ἀξίας ὁμῆ-προν. Locus dexter dignitatis equalitatem indicat, alibi dicit, demonstrari per

dextrum locum, τὴν αὐτὴν τὸ ἴσον χεῖ-σιν. clarius docet hoc ipsum beatus Chrysostronus in epistola ad Hebræos: ὅτι καὶ τὸ αὐτὸ ἔπος εἶρηκε δὴλον ὡς τὸ ἴσον τὸ καὶ δεξιὸν. εἰ γὰρ ἐλάττωσιν ἡμεῖς δηλώσασιν, ὡς αὐτὸ εἶπεν ὡς δεξιῶν ἀλλ' ἐξ ἄριστων. Similia his multa apud patres alios Græcos Latinosque. Enimvero vel unus Evangelii locus de agnis ad dextram & ad sinistram, absurditatem hujus sententiæ palam fecerit. *Casaub.*

Laurea in Capitolium lata.] Quasi magnum aliquid & triumpho dignum patrasset: nam qui triumphaverant lauream in gremio Iovis Capitolini collocabant. Vise Tranquillam in Domitiano, capite vi. & quæ ibi notamus. *Casaubonus.*

Ianum Geminum clausit tam nullo, quam residuo bello.] Faërnus legebat: Ianum Geminum clausit tanquam nullo residuo bello, &c. Conjungebatque hæc verba cum iis, quæ sunt in extremo superioris capitis, hoc modo. Ob qua imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum Geminum clausit, tanquam nullo residuo bello, &c. In Neronis æreo numismate porta ipsa Ianualis signata est, cum hac inscriptione: PACI. P. B. TERRA. MARIQUE. PARTA. IANUUM. CLVSIT. De qua porta Ianuali Varro lib. i v. de L. L. F. *Vrsinus.*

Posta-

sequenti die, ac per libellos, non temere respondit. In cognoscendo, morem eum tenuit, ut continuis actionibus omissis, sigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: sed & conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit: admissisque à prioribus principibus honores denegavit. Candidatos qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac moræ, legionibus præposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit. Defunctoque circa Kalend. Ianuarias altero è Coss. neminem substituit: improbens exemplum vetus Caninii Rebili, uno die consulis. Triumphalia ornamenta, etiam quæstoria dignitatis, & nonnullis ex equestri ordi-

Postulatoribus.] Postulare (inquit Vlpian.) est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius iurisdictioni contradicere. Hinc postulationes. Verum quos postulatores Sueton. dicit, Iurisconsulti procuratores fere vocant. Torrentius.

In cognoscendo.] Quædam cognitionis causæ ad Cæsarem pertinebant: Cæsar autem plerumque vice sua alios qui de his causis cognoscerent eligebat, ut ex inscriptionibus est notum, ut hac: ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CÆSARIS COGNITIONES: & ex illa, ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CÆSARIS COGNITIONES PROCOS. PROVINCIÆ AFRICÆ. Turnebus.

Continuis actionibus omissis.] Verbum omissis abest à duobus exemplaribus, nec male, ut ea quæ cognitionis erant, Nero continue suo quæque ordinæ ut

proposita fuerant, deciderit. Lector tamen suum sequatur arbitrium. nam continuas fortasse actiones vocat quibus promiscue qualiacunque causarum genera proponebantur. Quæ cognoscendi consuetudine omissa, Nero certis sessionum diebus de unoquoque genere per vices agi instituit. Quo de more aliquid Galb. cap. x. Torrent.

Libertinorum filios.] Claud. cap. xxiv.

Candidatos supra numerum.] Præscriptus erat numerus magistratuum: exempli causa, ut duo Consules crearentur, unde fit ut in petitione Consulatus, si plures fuerint candidati, duo tantum Consules designentur, reliqui repulsam patiantur. Beroald.

In senos plerumque menses.] Claud. cap. ultimo: Nam & cum Coss. designaret, neminem ultra mensem, quo obit, designavit.

Caninii Rebili] De quo Cæsar. cap. lxxvi.

laudavit, consecravitque. Memoriae Domitii patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum publicarum privatarumque permisit. Primo etiam Imperii die signum excubanti tribuno dedit, Optimam matrem: ac deinceps ejusdem saepe lectica per publicum simul vectus est. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e praetorio, additisque per domicilii translationem ditissimis primipilariis, ubi & portum operis sumtuosissimi fecit. Atque, ut certiore adhuc indolem ostenderet, ex Augusti praescripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis quidem exhibenda ullam occasionem omisit. Graviores vectigalia abolevit, aut minuit. Praemia delatorum Papi-

le-
titi essent, Neronem alienae facundiae eguisse. Tacitus.

Consecravitque.] Claud. c. LXV. Vespas. cap. IX.

Memoriae Domitii patris honores maximos habuit.] Hujusmodi honores expressi sunt in fragmento lapidis Fratrum Arvaum, in quo ita incisum est, IDVS. DECEMB. . . . M. ARVALIVM. NOMINE. IMMOLAVI. IN. SACRA. VIA. MORIAE. CN. DOMITI. ARENOBARBI. BM. F. *Vrsinar.*

Signum excubanti tribuno.] Sic exhibitori Tribuno Claud. cap. XLII.

Adscripti.] Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni. Alio verbo transcribi dicuntur, ut docet Servius: qui enarrans illud Maronianum,

Transcribunt urbi matres. ——— ait: Romani moris verbum est. transcripsi enim in colonias deducuntur. *Berwaldus.*

E praetorio.] Ex militibus praetorianis.

Per domicilii translationem.] Domi-

cilio ex urbe in coloniam translato, aut certe ita in coloniam adscripti, ut eorum domicilia alibi essent; quod in Novocomensi quoque colonia evenit. *Sabellius.*

Graviores vectigalia abolevit.] Tradit Tacitus, vectigal quintae, & vigesimae venalium mancipiorum remissum fuisse à Nerone. Idem induxit abolitionem quadagesimae, quinquagesimaeque, & quae alia ex auctonibus illicitis nomina publicani invenerant. Idem cogitavit de abolendis cunctis vectigalibus; tanquam id pulcherrimum donum generi mortalium daturus: sed cum cohiberent Senatores, dissolutionem Imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminueret. *Berwald.* Quinta & vicesima vectigal remissum quidem à Nerone scribit Tacitus, sed specie magis, quam vi; quia, cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat.

Praemia delatorum.] Erant inter delatores criminum publicorum quidam quadruplatores nominati, qui quartam partem de proscriptorum bonis, quos deru-

legis ad quartas redegit. Divisis populo viritim quadringenis nummis: Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Item pratorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum. Et, cum de supplicio cuiusdam capite damnati ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire literas! Omnes ordines subinde, ac memoriter salutavit. Agenti senatui gratias, respondit: Cum meruero. Ad campestres exercitationes suas admisit & plebem. declamavit & sæpius publice. recitavit & carmina, non modo domi, sed in theatro, tanta universorum letitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum aureis literis Iovi Capitolino dicata. SPECTACULORVM plurima & varia genera II edidit: Iuvenales, Circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus. Iuvenalibus senes quoque consulares anus-

detulerant, consequebantur: cum autem lege Papia delatoribus præmia constituta fuissent, Nero ea minuens redegit ad quartas: verbi causa, ut delator, qui pro delatione accipere debebat quadraginta, acciperet decem. Videtur autem sensus ille esse congruentior, ut intelligas, Neronem ad quartas redegisse, minuisseque præmia, quæ constituta erant his delatoribus, qui accusabant, deferebantque nomina illorum, qui agerent adversus Papiam legem. Ita enim dicimus delatores Papiæ legis, sicut delatores Iuliz, Pompeiz, Corneliz legis, intelligi volentes illos, qui accusant transgressores, prævaticatoresque earum legum. Beroaldus.

Quibusdam.] Tacit. Valerium Messalam nominat Annal. xiii.

Quingena.] Sestertia scilicet: quæ xii. cor. M. & D. respondent.

Item pratorianis cohortibus.] Tacitus,

Bina novemdecim millia viritim manipularibus divisit: addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo amona utebantur. Hanc autem liberalitatem, de qua Tacitus, post vindicatam Pisonis conjurationem, exseruit.

Quam vellem nescire literas.] Ut de Clementia scriberem, una me vox illa maxime compulit: quam ego non sine admiratione, & cum diceretur audisse memini, & deinde aliis narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnæ lenitatis: quæ non composita, nec alienis auribus data subito erupit, sed bonitatem cum fortuna Cæsaris litigantem in medium adduxit. Seneca.

Respondit, cum meruero.] Imitatur illam Augusti vocem, si merebantur, libro ii. cap. lvi.

Iuvenalibus.] Qui privati, & per domum celebrati aut hortis. Mansit nomen ludorum posteriori ævo, & Impera-

anusque matronas recepit ad lufum. Circenfibus loca equiti secreta à cæteris tribuit: commisitque etiam camelorum quadrigas. Ludis, quos pro æternitate Imperii susceptos appellari Maximos voluit, ex utroque ordine & sexu plerique ludicras partes sustinuerunt. Notissimus eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Inducta est & Afranii togata,

quæ

peratores quos in Palatio ludos dabant Kalendis novi anni, *Iuvenalia* videntur appellasse, ab exemplo hoc Neronis. Sidonium adi. Videntur, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis. Neronis tamen ævo & instituto scenici: ex Tacito hic & Plinio, qui ad hos ludos respiciens, ait, Neronem peculiari theatro in hortis primum cantasse, & Pompeiano praluisse. Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos institutos vult per causam positæ à Nerone primæ barbæ. Et hæc ea nominis causa. *Iuvenalia* enim dicta, quia, ut tyrocini die pueros exuebant: sic barba rasa iuventutem, transibantque tunc in viros. Vnde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum cap. xxxiv. *Simul hanc excepero, mori volo.* Lipsius. Sed adi etiam caput proximum: ubi, quinquennali certamine gymnico, barbam primam à Nerone positam memorat.

Loca equiti secreta.] Vti jam ante senatoribus propria constituerat loca Claudius, promiscue spectare solitis. Vide omnino interpretamentum ex Dione Cassio allatum ad caput XXI. Claudii.

Appellari Maximos.] Ideo Maximos, quod pro re maxima, Imperii scilicet æternitate, suscepti fuerant. Sic Iudi Magni dicti iidem qui plebei. *Torventius.*

Ex utroque ordine.] Senatorio, & Equestri.

Elephanto supersedens, per catadromum

decucurrit.] Quærent etiam Iurisconsulti, quid signent hæc Labeonis verba: *Si per catadromum servus curreret.* Quidam, catadromum spatium esse, in quo præcipiti cursu agerentur: Budæus locum corruptum putat. Nos, catadromum funem protensum exponimus, per quem histriones ingrederentur, saltarent, ac decurrerent. Nam si in hoc Suetonii loco catadromus *hippodromus* denotat, nihil mirum fuisset, hominem elephanto insidentem per eum decurrere. Funambulos autem elephantes Romæ quondam visos constat. Invenio & apud Pollucem, *ἰπιδρομον* & *ἰπιδρομον*, ἢ ἀρχὴν ἁγῶν ἐσθῆτος esse, quæ vocabula catadromo propinqua & affinia sunt. *Brodæus.*

Afrani togata.] Supra explicatum est, togatas dici fabulas, quæ scriptæ sunt secundum ritus, & habitus hominum togatorum, id est, Romanorum: sicut Græcas fabulas ab habitu palliatis prisca nominaverunt. In togatis autem scribendis excelluit Afranius poëta: qui tamen argumenta inquinavit puerorum fœdis amoribus, ita mores suos fassus, autor Quintilianus in x. Hinc ab Horatio decenter dictum est:

Dicitur Afrani togæ convenisse Menandro.

Inter Afranii togatas fabulas una fuit nominata *Incendium* ab argumento: sicut olim nonnulli incendium Phæthontis scripsisse produntur: & Lucretius condidit Iliacorum: quo poemate incendium Trojæ continebatur. *Beroaldus.*

Singula

que Incendium inscribitur: concessumque ut scenici
ardentis domus suppellectilem diriperent, ac sibi habe-
rent. Sparsa & populo misilia omnium rerum per
omnes dies singula quotidie millia. Avium cujusque
generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis,
aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabule pictæ,
mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ: no-
tissime naves, insule, agri. Hos ludos spectavit e pro-
scenii fastigio. Munere quod in Amphitheatro ligneo,
in regione Martii campi intra anni spatium fabricato,
dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem. Exhi-
buit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores,
sexcentosque equites R. & quosdam fortune atque exi-
sti-

Singula quotidie millia.] Ex singulis
generibus singula millia. Subellicus. Vi-
detur hic facienda distinctio: ut sit sen-
sus, in singulos ludorum dies sparsa
esse singula avium millia ex quocunque
genere avium. Mox subjungendum est,
multiplex penus, scilicet spatium est.
Beroaldus.

Naves, insule, agri.] Intelligo in-
pulam sparsas fuisse tesseræ, quas qui-
cumque occupasset, illi mox dabantur
naves, & agri, prout nota tessera signi-
ficabat: sicuti spargebantur tessera frum-
mentariæ, pro quibus summa frumenti
notata accipiebatur. Insulæ autem in
hoc loco significantur domus. Beroald.
Martialis:

Nunc dat spectatas tessera largæ feras.
Xiphilinus in Augusto: καὶ τὸ
σύμβολα τε ἕνα εἰς τὸ θέατρον καὶ κο-
ρυφῶν ἴστανε, τὸ μὲν δὲ γέροντον, τὸ δὲ
ἰσθῆτι, τὸ δὲ ἄλλο ἢ φέρων. Idem
in Tito apertius hæc extricat: σφαι-
εῖα γὰρ ἐύλιπα μικρὰ ἀνοθεν εἰς τὸ
θέατρον ἐρίπτει, σύμβολον ἕχοντα, τὸ
μὲν ἰσθῆτι πρὸς, τὸ δὲ ἰσθῆτι τὸ δὲ

καὶ δὲ γέροντον, ἄλλο γὰρ εἰς
ἰσθῆτι, κορυφῶν βοοκημέτων, ἀν-
δροπόδων, ἢ εἰρηστανεῖς πρὸς εἶδε
αὐτὸς τὰς δοτῆρας αὐτῶν ἐπιπέσειν,
καὶ λαθεῖν τὸ ἐπιγυραμμένον.

Proscenii.] Budæus ad cap. 11 v. Calig.
Amphitheatro ligneo.] Curio fune-
bri patris munere fecit è ligno, non
amphitheatrum, ut Nero, sed thea-
tra duo amplissima cardinum singu-
lorum versatili suspensa libramento,
quæ cornibus inter se coeuntibus fa-
ciebant amphitheatrum: & postme-
ridianis horis, gladiatoria spectacula
illuc edebantur. Plinius Romani po-
puli furorem demiratur, qui ausus sit
sedere, ludosque spectare tam infida,
instabilique sede, periturus momento
aliquo luxatis machinis. Beroald.

Exhibuit ad ferrum.] Sic ad ferrum
damnati, & ad ferrum dati apud Iulii-
consultos. Juvenal. quoque Sat. v. 1. de
feminis gladiatorum amore captis, qual-
lem ibi describit Hippiam, ferrum est
quod amant.

Sexcentosque equites Romanos.] Si tot
equites arenæ operam locarunt, me-
rito

*stimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectores-
que ferarum, & ad varia arena ministeria. Exhibuit
& naumachiam marina aqua innantibus belluis, item
Pyrrichas quasdam è numero ephëborum, quibus post
editam operam diplomata civitatis Romane singulis
obtulit. Inter Pyrricharum argumenta, taurus Pasi-
phaën*

rito illum ordinem, tanquam arena devotum, Caligula prosciderit. Sed Codex Salmasii pro sexcentis exhibet *sescentos*: sicut idem Codex capite XXI. Claudii, ubi plerorumque ejus convivorum amplitudo describitur, pro *sexcentis* adhibebat *sescentos*, forte, ni librarius corrupisset, *sescentos*. *Sescentos* autem pro *sesquicentenis* acceperim, ne utroque loco nimium multitudo excreseat. Nam, & Neronem sexcentos equites ad ferrum dedisse, & Claudii convivii plerisque sexcentos adhibitos, admodum à veritate alienum sedet. Pro quadringentis senatoribus etiam, quadraginta fortasse legere præstet. *Schildius.*

Ex iisdem ordinibus.] Senatorio, & Equestri. *Juvenalis:*

— *Populi frons durior hujus,
Qui sedet, & spectat triscurria patri-
tiorum,
Planipedes audit Fabios, ridere potest
qui
Mamercorum alapas, quanti sua sutera
vendat,
Quid refert? vendunt nullo cogente Ne-
rone,
Nec dubitant Celsi prætoris vendere lu-
dis.*

Vnde colligitur Nerone cogente patri-
tios in arenam productos, quum Tran-
quillus præmio, & illecebris à Nerone
allectos innuere videatur: cui eo li-
bentius quam Satyræ tertiæ accedo,
quo ambitiosus Nero studium, in o-
mnium ordinum favore sibi concilian-
do ab initio sui principatus, fuit. *Sa-
bellius.*

Marina aqua.] Quam scilicet in-

duxerat ex mari proximo intra nau-
machiam. *Beroald.*

Innantibus belluis.] Quales sunt cro-
codili, & hippopotami: quos olim
Mar. Scaurus ostendit Euripo tempo-
rario ludis suæ ædilitatis. Martialis
quoque laudans Cæsaris sui nauma-
chiam, scribit feras ignotas etiam ipsi
Theridi exhibitas fuisse. *Idem.*

È numero Ephëborum.] Tales illi pue-
ri nobiles ex Asia ad edendum in scena
operas à Cajo evocati, Calig. c. LVIII.
Quibus & Claudius usus est, verum
postquam saltassent, non solum civitate
eos non donavit, ut hic Nero, sed sta-
tim ablegavit, (Auctor Dio) idque ob
impuditiæ periculum, ut credo. Hu-
jusmodi ephëbus fuit ille Armenius
Zalates, de quo Juven. extrema Sat. II.
Torrentius.

Inter Pyrricharum argumenta.] Cum
Pyrricha saltatio pedestris sit, & qui-
dem armata, mirum videtur cur Sue-
ronius inter argumenta Pyrricharum,
Pasiphææ & Icarî fabulas actas scribat?
Solvere hunc nodum possumus, si di-
camus, in scenicis ludis non solum Pyr-
richicas saltationes, sed & fabulas una
exerceri solitas, atque ob id, quia fa-
bulæ Pasiphææ & Icarî priorè loco actæ
sunt, ideo quoad Pyrrichicas saltationes,
argumenta dicta sunt, eo pacto, quo in
comœdiis argumentum dicimus par-
tem illam, quam Græci *Periocham* vo-
cant, totius fabulæ summam continen-
tem paucis versibus, item prima actio-
ne expressam. *Marcellus Donatus.*

Inist Pasiphaën.] Sentire videtur Tran-
quillus in representanda fabula Pasi-
phaës, verum taurum coisse cum fœ-
mina,

phaën ligneo juvencæ simulacro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore resper-
sit. Nam perraro presidere, ceterum accubans pri-
mum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto
spectare consueverat. Instituit & quinquennale cer-
tamen primus omnium Romæ, more Græcò triplex, mu-
sicum, gymnicum, equestre, quod appellavit NERO-

NIA.

mina, quæ instar Pasiphaës inclusa in-
tra simulacrum vaccæ exceperit taurum
coëuntem. In Levitico præcipitur: *Mu-
lier non succumbet jumento, nec miscebi-
tur ei.* Ex quo colligimus, illis quo-
que sanctis temporibus fuisse foemi-
nas impudicitia obscœna pollutas, ap-
petentesque præ nimia libidinis ure-
dine coitus belluini: ut verum videri
possit, matronam summam sitienter
appetivisse concubitus cum Apulejo
in asinum deformato, sicut ipse festivi-
ter denarrat. *Beroaldus.*

*Juxta cubiculum ejus decidit.] Cubicu-
lum est ἑργασίαι. Mos principum
virosum in Asia fuit, ut cum vel ad jus
dicendum, vel ad spectandos ludos, vel
aliam ob causam propalam sederent,
papilionibus magnificis regerentur,
quos Græci ἑργασίαι vocant. Plutar-
chus in Phocione, ἐνταῦθα δὲ θεῖς ὁ
Πολυπύρχων τὸ χρυσὸν ἑργασίαι, καὶ
ἐκάθισεν ἐπὶ αὐτῶ τὴ βασιλεία, καὶ
τὰς φίλους. Sic de Alexandro aliisque
regibus notant historici, solitos χρη-
ματίζειν ἐπὶ χρυσοῦ ἑργασίαι. un-
de est quod σκηναὶς χρηματισταίς. Po-
lybius libro v. hos ἑργασίαι vocat.
De eorum magnificentia & fabrica A-
thenzus libro xi. idem scriptor vocat
alibi σκηναὶς ἑργασίαι, istiusmodi
tentoria. Ex eo more est, quod prin-
cipibus Romanis ludos spectantibus
suggestum exstruxerunt in orchestra: sic*

appellavit auctor cap. lxxvi. libri pri-
mi: nam coepit hic mos cum nascente
principatu: suggestus autem dictum id
pegma, quia instar tribunalis sublime
fuit. Vocatur & cubiculum, ut hic, à for-
ma: quoniam extrui soliti hi sug-
gestus, sive ἑργασίαι, in modum par-
vi cubiculi: utroque modo nominat
Plinius in Panegyrico ad Trajanum.
Græci interdum & κωνώπια vocant.
Nicetas alicubi τὸ βασιλικὸν ἑργασίαι-
μα. *Cassanb.*

*Perraro presidere consueverat.] Sicut
etiam Augustus solebat substituere, qui
suam vicem presidendo in spectaculis
fungerentur. Beroald.*

*Toto podio adaperto.] Nobilissimos
quosque è podio spectare solitos Juve-
nal. docet. Sat. 11.*

*Generosior & Fabris, &
Omnibus ad podium spectantibus.*

Plin quoque l. xxxvii. c. lvi. gladiatorio
Neronis munere, retia arceudis feris po-
dium protegentia, succinis nodata fuisse
scribit. Unde colligimus eos qui ad
podium erant quam proxime spectasse
omnia quæ agerentur. *Tarrant.* Scenæ
longitudo ad orchestrae diametron, du-
plex fieri debet. Podii altitudo ab libra-
mento pulpiti cum corona & lyfi, duo-
decima orchestrae diametri. Supra po-
dium columnæ cum capitulis & spinis
altæ parte quarta ejusdem diametri.
Vitruius.

Quod appellavit NERONIA.] In

NIA. Dedicatisque thermis atque gymnasio, senatui quoque & equiti oleum praeiuit. Magistros toti certamini praeiuit consulares sorte, sede praetorum: deinde in orchestram senatumque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam, sibi recepit. Citharam autem à iudicibus ad se delatam adoravit, ferrique ad AVGUSTI statuam iussit. Gymnico, quod in Septis edebat, inter buthysiae apparatus, barbam primam posuit; conditamque in auream

nummis Neronis de Agone, quae Neronia dicebatur, CERTA QVING. ROM. CONST. & quidem non quatuor annorum, sicut Olympias, sed quinquennii solidi, instar Iustri Romani. Alii quinquennale ludicrum diversum ab illo, quod Neronia vocabatur, fuisse scribunt; mendose, neque audiendi sunt. Nescio an per errorem, septimo anno celebratum invenio, postquam institutus fuit, C. Suetonio Paulino, L. Pontio Telesino cons. a numero Eusebiano MMLXXVII. ad munera MMLXXXI. Ios. Scaliger. Suetonius infra cap. XXI. Cum magnè estimaret cantare, etiam Roma Neronum agona ante praestitutam diem revocavit.

Dedicatisque thermis.] Quod ait thermis atque gymnasio, id sic intelligo, ut in thermis Graecorum more gymnasium fuerit, ad cuius usum Senatui, atque Equiti oleum gratis praeiuit. neque enim de oleo hic loqui puto Suetonium, quod interdum, uti & frumentum, populo gratuitum dabatur, Cael. cap. XXVII. L. Capitol. Hadriano, Spartian. Seveto. Quid & Aurelianus (si Vopisco credimus), vinum gratuitum dare destinaverat. Torrent.

Thermis.] Martialis a...

Thermis quid melius Neroniana?

Eutropius: Aedificavit Roma thermas, quae ante Neronianam dictae, nunc Alexan-

py-

drina appellantur. P. Victor Regione Urbis nona: Thermae Neroniana, quae postea Alexandrina. Ios. Scaliger.

In orchestram senatumque descendit.] Claud. cap. XXV.

Citharam autem à iudicibus ad se delatam adoravit.] In optimis codicibus Citharae scriptum, mutata distinctione hoc modo. & orationis g. carminisq. l. coronam, d. g. h. q. c. s. c. concessam sibi, recepit: citharae autem. Hanc scripturam magis probem: utique cum cogito, verò esse similitis coronam quam citharam ad AVGUSTI statuam fuisse delatam. Casaub.

Buthysia.] Βυθυσία; bovicidia Solino. Sic sordidicia Vatroni de L. L. θυσιαι ἐκὺ μῆνις βοῶν. nam forda boves gravidæ, αἱ φαιγγίδες. inde enim dictæ. τωροβόλια etiam bovicidia, aut toxicidia liceat vertere. unde taurorum matris deum, quod tauri in eius sacro exdebantur. Salmas.

Barbam primam posuit.] Ponebant eam serius, citius, plerumque sub XXI. annis. Macrobius certe in Somnium Scipionis, ter septenarium numerum requiri ad radendam barbam, adfirmavit. Atque ita Neronem posuisse colliges ex Fastis, annisque. Caligula tamen XXII. anno posuit, in eius vita cap. X. At Caesar Octavianus anno demum XXV. uti clarum

pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Iovi Capitolino consecravit. Ad athletarum spectaculum invitavit & Virgines Vestales: quia Olympiæ Cereris sacerdotibus spectare conceditur. Non immerito inter 13 spectacula ab eo edita, & Tiridatis in urbem introitum retulerim. Quem Armenia regem magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset, produxit, quo opportunissime potuit: dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud Rostra triumphantis habitu, inter signa militaria, atque vexilli: & primo per devexum pulpitem subeuntem admisit ad genua, allevatumque dextra exosculatus est: dein precanti tiara deducta, diadema imposuit, verba

sup-

clarum ex Dione. Mutavit ab hoc more primus Rom. Imperatorum Hadrianus, adnotante Xiphilino, & ostendentibus nummis. Lipsius. Quæ causa mutandi Hadriano fuerit, sic indicat in ejus Vita Æ. Spartianus: Promissa barba fuit, ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret. Ibidem, neminem tribunum, nisi plena barba, fecisse eum scribit.

Conditamque in auream pyxidem.] Arbitratur, Venerisque signum marmoreum & pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ejus conditam esse dicebant. Dio de Nerone, *ἡγὶ τῶν τετραγών ἐς σφαιροῦν ἡ χρυσῶν ἐμβολῶν, ἀνεθήκε τῷ Διὶ τῷ Καπιτωλίῳ.*

Iovi Capitolino consecravit.] Sic apud Græcos virginum puerorumque comæ deo alicui sacrabantur. Apud Martiælem quidam primam lanuginem comamque,

Pegaseo posuit dona sacra deo. Tertullianus de anima: Quis non exinde aut totum filii caput reatum voret, aut

aliquem excipit crinem, aut tota novacula profecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obfirmat, pro publica aut privata devotione? Censorinus De die natali cap. 1. Quidam etiam pro cætera bona corporis valetudine, crinem deo sacrum pascebant. Lipsius.

Quia Olympiæ Cereris sacerdotibus spectare conceditur.] Vel potius Olympiæ. Casaub. De Agone, qui in honorem Iovis Olympii celebrabatur singulis quinquenniis, alibi dictum est. Lege autem prohibitum erat, ut inquit Lactantius Statii interpres, Olympicum certamen spectare mulieres: excipiebantur Cereris antistitæ, quibus ob sacerdotii majestatem concedebatur spectare ludos Olympicos. Beroald.

Tiara deducta.] Servius Tiaram dicit esse pileum Phrygium. Tiara autem peculiariter gestabatur à Persis, quem lunatum à forma appellat Sidonius, cum ait in Panegyrico:

Flectit Achæmænius lunatum Persa tiaram.

Diadema imposuit.] Ut qui regnant

supplicis interpretata pratorio viro multitudini pronuntiante. Perductum deinde in theatrum, ac rursus supplicantem, juxta se latere dextro collocavit. Ob qua imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum geminum clausit tam nullo quam residuo bello.

14. CONSVLATVS quatuor gessit: primum bimestrem, secundum & novissimum semestres, tertium quadrimestrem: medios duos continuavit, reliquos inter annua spatia variavit. In jurisdictione postulatoribus nisi

illi assignaret, quemadmodum in Trajani numismate cernimus, cum inscriptione, REGNA ADSIGNATA. Tacit. cum narrat à Corbulone devictum antequam Romam veniret, diadema apud Neronis effigiem deposuisse. Sed verisimile est hanc caerimoniam spectante pop. Rom. repetitam fuisse. Alterius Tiridatis meminit Horat. libro 1. Od. xxvi. *Torrent.*

Perductum deinde in theatrum.] Pompeji theatrum operuit auro in unum diem, quod Tiridati regi Armeniæ ostenderet. *Plinius.*

Juxta se latere dextro collocavit.] Honoris illius causa. Eὐναπιὺς in Ἄδελιο, καὶ ἐς τοσούτον καὶ ἐξίκεθ' σοφίας καὶ δυναμείας, ὡς ὁ μὲν βασιλεύς, ἐαλὼν καὶ περὶ αὐτῆ καὶ δημοσίᾳ συνέδριον εἶχεν εἰς τὸ δεξιὸν καθεδρῶν τόπον. ὁ καὶ ἀκέραια καὶ ἰδεῖν ἀπίστον. At eo devenit quorundam Ἐπαδοξολογηματῶν, ut non erubuerint hujus moris contrariam esse causam asseverare. At doctissimum virum idem scripsisse, quasi olim Hebræi sinistram dextræ prætulerint, equidem non possum non mirari. Nam id falsissimum esse, sacra Testamenti utriusque pagina, multis locis declarat. Verius Basiliius: καὶ δεξιὰ χεῖρα δηλοῖ τὸ τὸ ἀξίας ὁμοτιμῶν. *Locus dexter dignitatis aequalitatem indicat, alibi dicit, demonstrari per*

dextrum locum, τὴν αὐτὴν τὸ ἴσον χεῖρα. clarius docet hoc ipsum beatus Chrysostomus in epistola ad Hebræos: ὅτι καὶ τὸ ἴσον ἔχει εἰρηκε ἀλλοῦν εἰς τὸ ἴσον τὸ καθεδρῶν. εἰ γὰρ ἐλάττωσαι ἡμελε δηλωσῶν, ὅτι αὐτὸ εἶπεν εἰς δεξιῶν ἀλλ' ἐξ ἀριστερῶν. Similia his multa apud patres alios Græcos Latinosque. Enimvero vel unus Evangelii locus de agnis ad dextram & ad sinistram, absurditatem hujus sententiæ palam fecerit. *Casaub.*

Laurea in Capitolium lata.] Quasi magnum aliquid & triumpho dignum patraffet: nam qui triumphaverant lauream in gremio Iovis Capitolini collocabant. Vise Tranquillum in Domitiano, capite vi. & quæ ibi notamus. *Casaubonus.*

Ianum Geminum clausit tam nullo, quam residuo bello.] Faërnus legebat: *Ianum Geminum clausit tanquam nullo residuo bello, &c.* Conjungebatque hæc verba cum iis, quæ sunt in extremo superioris capitis, hoc modo. *Ob qua imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum Geminum clausit, tanquam nullo residuo bello, &c.* In Neronis æreo numismate porta ipsa Ianualis signata est, cum hac inscriptione: PACI. P. R. TERRA. MARIQUE. PARTA. IANVM. CIVSIT. De qua porta Ianuali Varro lib. iij. de L. L. F. *Vrsinus.*

Postu-

sequenti die, ac per libellos, non temere respondit. In cognoscendo, morem eum tenuit, ut continuis actionibus omissis, sigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: sed & conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit: admissisque à prioribus principibus honores denegavit. Candidatos qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac mora, legionibus preposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit. Defunctoque circa Kalend. Ianuarias altero è Coss. neminem substituit: improbens exemplum vetus Caninii Rebili, uno die consulis. Triumphalia ornamenta, etiam quæstoriam dignitatis, & nonnullis ex equestri or-
di-

Postulatoribus.] Postulare (inquit Vlpian.) est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præst, exponere, vel alterius iurisdictioni contradicere. Hinc *postulationes*. Verum quos *postulatores* Sueton. dicit, Iurisperiti *procuratores* fere vocant. *Torrentinus.*

In cognoscendo.] Quædam cognitionis causæ ad Cæsarem pertinebant: Cæsar autem plerumque vice sua alios qui de his causis cognoscerent eligebat, ut ex inscriptionibus est notum, ut hæc: ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CAESARIS COGNITIONES: & ex illa, ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CAESARIS COGNITIONES PROCOS. PROVINCIÆ AFRICÆ. *Turnebus.*

Continuis actionibus omissis.] Verbum *omissis* abest à duobus exemplaribus, nec male, ut ea quæ cognitionis erant, Nero continue suo quæque ordine ut

proposita fuerant, deciderit. Lector tamen suum sequatur arbitrium. nam *continuas* fortasse *actiones* vocat quibus promiscue qualiacunque causarum genera proponebantur. Qua cognoscendi consuetudine omissa, Nero certis sessionum diebus de unoquoque genere per vices agi instituit. Quo de more aliquid Galb. cap. x. *Torrent.*

Libertinorum filios.] Claud. cap. xxiv. *Candidatos supra numerum.]* Præscriptus erat numerus magistratuum: exempli causa, ut duo Consules crearentur, unde fit ut in petitione Consulatus, si plures fuerint candidati, duo tantum Consules designentur, reliqui repulsam patiantur. *Beroald.*

In senos plerumque menses.] Claud. cap. ultimo: Nam & cum Coss. designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designavit.

Caninius Rebili] De quo Cæsar. cap. LXXVI.

dine tribuit : nec utique de caussa militari. De quibusdam rebus rationes ad senatum missas, praterito quaestoris officio, per C O S S. plerumque recitabat. Formam edificiorum urbis novam excogitavit : & ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solaris incendiis arcerentur : easque sumptu suo extruxit. Destinarat etiam Ostia tenus mœnia promovere, atque inde fossa mare veteri urbi inducere. Multa sub eo & animadversa severe, & coërcita, nec minus instituta : adhibitus sumptibus modus : publica cœnæ ad sportulas redactæ : interdictum ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non opsonii genus proponeretur : afflicti suppliciis

C H R I-

Praterito quaestoris officio.] Hujusmodi quaestores sub imperatoribus Constantinopolitanis Quaestores sacri Palatii dicti sunt, & erant, qui petitionibus subscribebant, precesque ac responsa & leges dictabant & subnotabant : ut constat ex Notitia Imperii. Symmachus ad Ausonium : *Quaestor es, memini, consilii regalis particeps, scio, precum conditor, recognosco.* Procopius lib. 1. de Bello Persico : *Τελωνιανὸς βασιλεῖ πρῶτος, Κοιμιστὴρ τῶν καλῶν Ῥωμαίων.* Denique is plane est Quaestor, quem in aula Cancellarium Latini appellarunt. Marcellus Donatus. Vide & Aug. cap. LXV.

Formam edificiorum Urbis novam.] Post incendium Urbis id contigit. Neque tam extruxit, quam extructurum se pollicitus est. Tacit.

Ut ante insulas ac domos porticus essent.] Ab hac forma est illa aulae descriptio apud Isidorum libro xv. cap. xii. *Aula domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibusque conclusum.* Casaub.

De quarum solaris incendiis arcerentur.] Isidorus itidem : *Mœnia collega*

Craffi in foro projecit materias, ut essent loca in quibus spectantes insisterent, quæ ex nomine ejus mœniana appellata. Hac & solaris, quia patent soli : post hæc alii lapide, alii materia adificavere super porticibus mœniana, & foribus & domibus adjecerunt. Ita putamus scribendum illum locum. Casaub. De solaris habes etiam ad locum in Claudio capite x. *prorepsit ad solarium proximum.*

Publica cœnæ ad sportulas redactæ.] At Domitianus sportulas sustulit, revocata cœnarum rectorum cōsuetudine, c. vii.

Ne quid in popinis cocti.] Claud. cap. xxxviii.

Afflicti suppliciis Christiani.] Apollendo rumori Romæ à se incensæ Christianos subdidisse reos Neronem, auctor C. Tacitus : idque tempus confert in consulatum C. Lecani, & M. Licini : qui erat annus Christi 1 x i v. Adjicit idem : Christianos aut feris & canibus obiectos, aut crucibus affectos, aut flammatos. Flammare est, quod Hispani dicunt *Pringir*. Stantibus ad palum destinatis unco (hæ motatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi suffixo, è lamina ardente (*καταμίδας* vocat Imp.

M Au-

CHRISTIANI, *genus hominum superstitionis nove ac maleficæ: vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata licentia passim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus erat: pantomimorum factiones cum ipsis simul relegata. Adversus falsarios tunc primum re-* 17
pertum ne tabula nisi pertusa, ac ter lino per foramina

tra-

M. Aurelius) pix aut unguen in caput liquefiebat, ita ut rivi pinguedinis humanæ per arenam amphitheatri sulcum facerent. Iuvenalis ad hoc tormentum, eandemque historiam alludens:

*Pone Tigillinum, cada lucebis in illa,
 Qua stantes ardent, qui fixo gutture su-*

mant,

Lege:

Et latus medium sulcus diducit arenam.
Et latus medium sulcus diducit arenam.
 Poné, ubi stantes ad palum alligati suffixo gutture, lamina imponente fumant, & totos artus liquefiunt; ita ut pinguedo diducat arenam sulco facto. Ut memorabiles illos cruciatus fuisse necesse sit, quorum multo post tempore meminerit Iuvenalis. Tertullianus in Gnosticos: *Orientem fidem Romæ primus Nero cruentavit.* Neque solum Romæ sævitum in Christianos, sed etiam in provinciis. *Ios. Scaliger.*

Genus hominum superstitionis nove ac maleficæ.] Extat vetus inscriptio in Hispania loco Pisuergæ vocato: in quo sine dubio crudelitas Neronis tangitur, siquidem vera est illa inscriptio: Nam dubito Christianismum superstitionem vocat, ut Suetonius Christianos homines nove ac maleficæ superstitionis.
 NERONE CLAUDIO CAESARI AVG. PONT. MAX. OB PROVINCIAM LATRONIBVS ET HIS QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCARANT PVRGATAM. *Idem.*

Quadrigariorum lusus.] Ante, cap. v. de aurigariis. Sub quibus & trigarii, & quadrigarii (ni fallor) continentur. *Torrentius.* Non alios lusus intelligo;

quam similem istorum hominum lasciviam petulantia illi Neronis, quam describit auctor cap. xxvi. & Dio prolixè. *Casanbonus.*

Pantomimorum factiones cum ipsis simul relegata.] Plinius ad Trajanum: *Neque enim à te minore contentu ut tolles pantomimos, quam à patre tuo ut restitueret, exactum est. Vtrumque recte: nam & restitui oportebat, quos sustulerat malus princeps, & tolli restitutos. In his enim, quæ à malis bene fiunt, hic tenendus est modus, ut appareat, autorem displicuisse, non factum.* Hunc modum (siquidem is modus est) etiam cordatissimi scriptores sæpe tenent: quod & in coelesti illo Panegyrico non semel observare licet. Tranquillo idem non insolens est. Ne de aliis nunc dicam, Claudii cap. xi. inter stultitiæ ejus argumenta refert, quod de quæstore quodam candidato inter causas suffragationis suæ posuisset, quod pater ejus frigidam agro sibi tempestive dedisset. Et tamen simillima beneficii memoria, in historia Darii Hystaspæ, tantopere ab omnibus celebratur. *Schildius.*

Ac ter lino per foramina trajecto, obse-
gnarentur.] Idem de Neronianis temporibus docet Paulus lib. v. Sent. tit. xxv. Lini utique, quo ligata erant suppreme Tabulæ, fit mentio in l. i. §. si lino. ff. de bon. poss. sec. tab. l. iii. §. si quis ignorans. & l. si quis in gravi. §. si quis Tabulas, ff. de SC. Silania. ex qua patet, ter vel quater quandoque lino circumductum fuisse. Non eo minus autem signata Tabulæ, ad hoc ut ex edicto Prætoris bonorum possessio

ex

trajecto, obsignarentur. Cautum ut in testamentis prima dua cera, testatorum modo nomine inscripto, vacua signaturis ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Item ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem, pro sub-

sel-

ex his peti posset, censebantur, quod rosæ essent à muribus, vel linum aliter ruptum, aut vetustate putrefactum, vel situ, vel casu: maxime si unum linum teneret. l. 1. §. ult. ff. de bon. poss. sec. tab. *Brissonius.*

Prima dua cera.] Quamquam Iustian. tit. De testamentis nihil interesse scribit in tabulisne, an in charta, membranisque, vel in alia materia fiat testamentum, notum tamen est ceratis tabulis olim potissimum scribi solitum, & sic quidem, ut prima tabula testatoris, altera heredis nomen plerumque contineret. Porphyrio in illud Horatii lib. 11. Sat. 1 v.

— quid prima secundo

Cera velis versu, solus, multisne coberet.

Hujus ergo loci sententia est, cautum fuisse ut primæ duæ testamenti tabulæ, inscripto tantum testatoris nomine, alioqui vacuæ, signatoribus de more intervenientibus ostenderentur, quo liberum fieret testatori vel nescientibus illis quem vellent heredem inscribere, cum satis esset, quoad testium fidem, constare cujus esset testamentum (puta Sempronii) quamvis ignoraretur quem heredem faceret. *Torrent.*

Ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet.] Quum in Pandectis Claudianum hoc edictum auctorem habuisse dicatur Divum Claudium, neque temere sit invenire Nerone divi appellatione affectum, labor ut assentiar viris eruditis, qui ex-rasse hic Suetonium existimant, & Neroni perpetam tribuisse, quod erat Claudii, qua de re plura Iacobus Cujacius ad titulum Codicis, De his qui

sibi, &c. scribunt in testamento. *Ca-sambonus.*

Item ut litigatores pro patrociniis.] Dicitur ante hæc tempora, nempe A. V. C. DCLIX. Cornelio, Sempronio c o s s. M. Cincius Tribunus plebis legem tulit: *Ne quis ob causam orandam donum munusve caperet.* Meminere Livius lib. xxxiv. Tacitus lib. xiii. Cic. in Cato-ne, ad Atticum 1. & de Oratore 11. Festus hanc *Muneralem* à Plauto vocari scribit:

Neque muneralem legem, neque leno-niam,

Rogata fuerit necne, flocci facio.

Hottomannus.

Certam justamque mercedem.] Id ita interpretor, ut pro modo litis, proque advocati facundia, & fori consuetudine æstimatio incatur, dummodo tamen licitum honorarium quantitatis non egrediatur, ut pulcherrime hac de re Vlpian. l. 1. De extraord. cognitio-nibus. Licitum autem honorarium definit ipse usque ad centum aureos. *Tor-rentius.* Vereor ne illi centum aurei in lege 1. π. ix. D. de cognit. extraord. à Triboniano vel Iustiniano sint, cum vetus Jurisconsultus scripsisset *centum sester-tios*, quod est unius aurei pretium. Cum enim *sestertia* & *sestertios* confun-deret, quia illa ætate nulli amplius se-stertii, & sestertia mille sestertiis num-mum valerent, pro quibus unum au-reum solidum ponere solet Iustinianus, pro centum sestertiis in illa Vlpiani le-ge centum aureos reposuit, qui de num-mis sestertiis erant accipiendi, quibus centenis unus aureus æstimabatur æ-tate Jurisconsultorum. *Juvenalis Sa-tyr. viii.*

Si qua-

sellis nullam omnino darent, præbente arario gratuita: utque rerum actu ab arario caussa ad forum, ac recuperatores transferrentur: & ut omnes appellationes à iudicibus ad senatum fierent. AVgendi propagandique Imperii neque voluntate ulla neque spe motus unquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitavit: nec nisi verecundia, ne obtrectare parentis gloriæ videretur, destitit. Ponti modo regnum conce-

den-

Si quater egisti, si contigit aureus unus, Inde cadunt partes ex fœdere pragmatiorum.

Si unam causam quater egerat advocatus, aureum unum accipiebat pro honorario, & inde etiam partem dare debebat pragmatico qui libellos formaverat, aut alia instrumenta litis confecerat. *Autor Miscellarum Defensionum pro Cl. Salmasio.*

Pro subsellis nullam omnino darent.] Iudicia, præter centumvitalia, exercebantur in Foro à prætoribus aliisque magistratibus, sed illis maxime. neque tribunalia vero, neque subsellia ulla firma erant: verum ad tempus extruebantur, quoties iis esset opus. videntur igitur ut aliarum rerum publico præstandarum, ita tribunalium & subselliorum fuisse mancipēs: qui ad mandatum jus dicturi, pecunia sua illa extruerent: eamque postea pecuniam à litigatoribus repeterent. Simillimum est, quod olim Athenis & Romæ etiam fieri solitum circa theatra, priusquam perpetuæ voluptatum sedes fuissent ædificatæ. erant enim *Ἰατρῶν* & *Ἰατρῶν*, ut dicebamus ad Theophrasti caput *τῆς ἀναρχίας*. *Casaub.*

Rerum actu ab arario causa.] Hoc est, ut quando iudicia fiunt, causæ quæ ante apud Præfectos ararii tractabantur, in foro deinceps coram Recuperatoribus agerentur. *Torrent.*

Ac recuperatores.] In privatis iudi-

ciis arbitrato Prætoris aut iudex datur unus, qui de facto cognosceret: aut Recuperatores tres. neque vero certas fuisse causas existimandum est, in quibus modo Iudex, modo Recuperatores darentur: ut plerique putant, in controversiis possessionum Recuperatores dari solitos. nam & de injuriarum causa ad Recuperatores acta mentio fit apud Gellium lib. xx. cap. i. & lib. de Invent. ii. & de corona murali apud Livium lib. xxxvi. de pecunia credita apud Plautum in Bacchid. de furto item apud Plautum. A recuperando vero dictos apparet, quod per eos suum jus privati homines recuperarent. *Hottomannus.*

A iudicibus ad Senatum.] Auxit Patrum honorem, statuendo ut qui à privatis iudicibus ad Senatum provocassent, ejusdem pecuniæ periculum facerent, cujus hi qui Imperatorem appellaverent. nam ante vacuum id solutumque poena fuerat. *Tacitus.*

Concedente Polemone.] Plures hoc nomine reges Ponti fuerunt. De Polemone qui socius pop. R. appellatus est Augusti temporibus, Dio lib. lxxxv. Hujus deinde filio Polemoni regnum paternum ex S. C. confirmatum fuit, sed cum pater Bosphorum quoque Agrippæ beneficio occupasset, Claudius filio quidem Bosphorum ademit, sed pro eo Ciciliæ partem ei tribuit. Hæc quoque ex Dione. Tandem igitur eo concedente Ponti regnum in provinciam redactum

dente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio in provincia formam redegit. PEREGRINATIONES duas omnino suscepit, Alexandrinam & Achaicam: sed Alexandrina ipso profectiois die destitit, turbatus religione simul ac periculo. Nam circuitis templis cum in ade Vestæ resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhaesit: deinde tanta oborta caligo est, ut despiceret non posset. In Achaia Isthmum perfodere aggressus, pratorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est: tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbula congestam humeris extulit. Parabat

datum est à Nerone. Qua de re, præter Sex. Aurelium, Eutropium, atque Eusebium, sic Vopisc. Aureliano, Ad didit & Nero, sub quo Pontus Polemoniæ, & Alpes Cottie Romano nomini tributa. Cottio sane regi pepercerat Augustus, cæteris Alpinis gentibus devictis. Quod cum Ammiano Marcelino testatur Plin. lib. III. capite xxx. Idem.

Lacinia obhaesit.] Laciniam Festus dixit esse vestimenti partem. Plautus: Lacrumantem lacinia tenet lacrumans. Servius, cum illud Virgilii explanaret, Cinctus Gabino, hæc posuit: Cinctus Gabinus est toga, sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia, à tergo revocata, hominem cingat. Pro linteolo, aut sudario quadrato, aut oblongo, accepit Plautus in Mercatore:

Sime laciniam atque absterge sudorem tibi.

Tertio modo laciniam usurpavit Columella pro definita loci parte. Dixit enim lib. VII. cap. xv. male affectum gregem in lacinias distribuendum: quia particulatim facilius quam universus, convalescat. P. Manutius.

Isthmum perfodere aggressus.] Non primus Nero hanc insaniam insaniit. Vide ad Cæs. cap. XLIV. Item Paulum

Æmilium in Carolo Magno, sub finem libri III.

Primus rastello humum effodit.] More magnorum ducum, quoties opus aliquod egregium à militibus perfici vellent. Sic Germanicus apud Tacitum, primus extruendo tumulo cæforum Variana clade cespitem posuit. De Nerone factò auctor dialogi, cujus index Nero. ἀρέξαντι αὐτῷ χρυσίου δίκων καὶ τὴν Ἐλλάδα ἐπιτροπῶσσι, ἐπὶ τῷ ἄρχῳ ἦξε κροίσμυρος τε καὶ κεικρόμυρος ἢ γῆς τῆς αἰμαγ τοῖς τε τῷ δόχῳ πεπισθῶμυροι ὡδὸς κελύσι δὲ ἐνυπόνωσ ἀπὸ τῶν ἔρσε, αὐτῆς εἰς τῷ Κόελου, τὰ Ἡρακλέους δοκῶν ὑπερβαβλῆος πάντες. Quod ait de ligone Ne-tonis aureo, similem historiam narrat Theodoretus libro III. capite xx. Casaubonus. Ideo primus hoc opus aggressus est Nero, ut religione deterritos confirmaret, cum ad primam fossionem visus esset sanguis erumpens, visa etiam spectra, auditique gemitus. Auctor. Xiphilin.

Parabat & ad Caspias portas expeditionem.] Portæ Caucasæ, magno errore à multis Caspiæ dicuntur, ingens naturæ opus

bat & ad Caspicas portas expeditionem, conscripta ex Italicis senum pedum tyronibus nova legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat. Hæc partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli: ut secernerem à probris ac sceleribus ejus, de quibus dehinc dicam. INTER ceteras disciplinas pueritiæ tempore imbutus & musica, statim ut Imperium adeptus est, Terpnum citharædum vigentem tunc præter alios, accersit: diebusque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari exerceri que cœpit: nec eorum quidquam omittere, quæ generis ejus artifices, vel

æ opus montibus interruptis repente, ubi fores abditæ ferratis trabibus, subter medio anthe diri odoris fluente, citraque in rupe castello (quod vocatur Cumania) communitur ad arcendas transitu gentes innumeras: ubi loci terrarum orbe portis discluso, ex adverso maxime Harmasti oppidi Iberum. Plinius. Tacitus Caspicas dixit primo Historiarum, quos idem Nero electos præmissosque ad claustra Caspiarum & bellum quod in Albanos parabat, comprimendis Vindicis cœptis revocaverat.

Conscripta ex Italicis senum pedum tyronibus nova legione.] Tyronum proceritatem fuisse semper exactam, ita ut senos, vel certe quinos pedes, & denas uncias habere probarentur, Vegetius scriptum reliquit lib. i. cap. v. Nec multo aliter Imp. Valentinianus & Valens, qui in titulo Cod. Theodos. de tyronibus dilectum haberi jubent, in quinque pedibus & septem unciis usualibus. Casaubonus. Lege quæ idem ad cap. lxxviii. Tiberii.

Quam Magni Alexandri phalangem vocabat.] De Phalange Macedonica res omnibus nota. Observo autem moris fuisse Macedonicis regibus cohortem

prætoriam habere, aut legionem, è tyronibus staturæ procerioris, Neronianæ isti plane similem. Suidas de Antiochi Macedonica phalange, quæ dicebatur è re Ἡλικες: quod essent omnes ejusdem ætatis. Ἡλικες, inquit, ἐλέγητο εἰ ἀντόχῃ & ἐπιφανῆς. Μακεδόνων ἢ εἰς φ. ὑψηλοὶ πάντες, ὀλίγοι ὑπὲρ ἀντίποδας, τὸ Μακεδονικὸν τρόπον αἰπλιζόμενοι τε καὶ πεποδωμένοι ὅθεν ἐπὶ ἐπὶ κλησὶν εἶπον. Casaub.

Imbutus Musica.] Scimus, musici nostris moribus abesse à principis persona; saltare etiam in vitis poni: quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur. Cornel. Nepos.

Quæ generis ejus artifices vel conservanda vocis causa vel augenda factitant.] Phonascos intelligit: qui velut medici erant omnium τῶν φωνασκόντων: puta citharædorum, præconum, & histrionum qua comicorum, qua tragicorum. Habes apud Galenum in hanc rem multa cum alibi, tum maxime libri septimi initio De compositione med. καὶ τὸ πρῶτον. Casaub.

vel conservanda vocis causa vel augenda factitarent. Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere: & clystere vomituque purgari: & abstinere pomis cibisque officientibus, donec blandiente profectu (quamquam exigua vocis, & fusca) prodire in scenam concupivit: subinde inter familiares Græcum proverbium jactans, occultæ musicæ nullum esse respectum. Et prodiit Neapoli primum: ac, ne concusso quidem repente motu terræ theatro, ante cantare destitit quam inchoatum absolveret νόμον. Ibidem sæpius & per complures

CAN-

Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere.] Sic plurima dicuntur, præsertim in libris medicorum, ob aliquam figuræ similitudinem. Quare etiam pagina dicitur omnis πλάξ levigata. sic panes medici vocant quamcumque materiam in morem panum formatam. Vetus scriptor Græcus χάρτης μελυβδίνης multo ante Suetonium dixit. Lysimachus, τὸ Ἰ Βόχραυ τὴν χρῆσιν λαβόντα, τὴν πῖσρῆς ἐπιδωμῆος ἀποσημασιμῶρον, κελεύσασθαι ἐπιλοῖν ποιησάμεναι τὸ ἀκαθάρτων τοῖς τραπέζαις τὰς πύργους καὶ ἀδύναμ καὶ ἄλλῃ αὐτὴς εἰς πλὴν ἔρημον τὴν ἰσπρῆς εἰς μελυβδίνης χάρτης ἐνδύσασθαι, ἵνα κερῶσι εἰς τὸ πύργου. Extat hic locus apud Iosephum De antiquitate Iudæorum. Galenus qui non semel facit mentionem plumbearum chartarum quibus athletæ olim uti soliti, fere λιπίδας εἰς μελυβδίνης λιπίδας vocat. Apollonius Tyrius: Fabris navatibus convocatis jubet consecari & compaginari tabulas: rimas & foramina liniri præcepit, & facere loculum, & charta plumbea intus posita obturari iussit. Idem.

Fusca.] Ea est, quam Græci μέλαιναν vocant, quæ nec candida nec clara est.

eius apud Aristotelem mentio fit. Τυρνευς.

Prodiit Neapoli.] Non Romæ ausus incipere musicam profiteri, Neapolim quasi Græcam urbem, delegit, inde initium capturus, ut mox transgressus in Achaïam & factas in Græcis certaminibus coronas adeptus, majore fama studia civium eliceret.

Quam inchoatum absolveret νόμον.] Id est, canticum. Græci Grammatici νόμος, πὲ κιθαρῳδία exponunt. ut enim μέλῳ & melicum carmen significat, & modulus melici carminis, sic & νόμῳ. nam & τὸ κιθαρῳδία significat, & τὸ τροπον τὸ κιθαρῳδίας. ita μελοποιεῖν non tantum est carmen vel μέλῳ componere, sed etiam carmen compositum modis temperare, & musicis notis expedire. Plutarchus: ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεία μεμελοποιημένα οἱ αὐλοῦδι ἦδον. sic cantica in comædiis auctor ipse vel poëta componebat, modos autem adhibebat non poëta sed aliquis musicæ artis peritus. hinc in fabulis Terentii modos fecit Flaccus, id est, modis canticum temperavit. at νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητῆς, est canticorum scriptor, & lyricorum carminum auctor. Salmasius.

Abal-

cantavit dies: sumto etiam ad reficiendam vocem brevi tempore, impatiens secreti à balneis in theatrum transiit, mediaque in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset, aliquid se sufferti tinniturum Græco sermone promisit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo comitatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria evocavit. Neque eo segnius adolescentulos equestris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent, (bombos, & imbrices, &

A balneis.] Postquam lotus esset: nam prius quam cibum caperent veteres, lavabantur. Satyricus Persicum futurum convivam ita alloquitur:

— *Iam nunc in balnea salva*

*Fronte licet vadat, quanquam solida hora
superfit. Sabell.*

Aliquid se sufferti tinniturum.] Aliquid sufferti tinnire est, quod Græce dici potest, ὑποπυκνόν τε ἢ χεῖν, suffertum enim intelligo plenum, densum, confertum, oppletum: quod auditoris aures impleat: quanquam suffertum minus aliquanto est, quam refertum & confertum. Sed & subbibere, quod Græce ὑποπίνειν dicitur: ita enim à Græcis usurpatur, quorum verba expressit Suetonius: nam ita dixerat Nero, cum prodiisset Neapoli: quæ urbs & Græca erat, & Græce loquebatur. *Turnebus.*

Modulatis Alexandrinorum laudationibus.] Vide libro secundo, ad caput *xcviii.*

Plausuum genera condiscerent.] Erat enim plausuum ars quædam. Ovidius de Arte,

*In melio plausu (plausus tunc arte ce-
rebat)*

*Rex populo prædæ signa petenda dedit.
Casaubonus.*

Bombos.] Ab apum sonitu, qui proprie bombus dicitur. *Torrentius.* Hic bombus secundæ & faustæ acclamationis genus est. Sic accipiunt & Græci scriptores. Philostratus in Alexandro Seleucensi: ὡσαυτὴς ἢ ἔτι τοῖς Ἀθηναίοις ἔδοξεν, ὡς καὶ βόμβον διελθεῖν αὐτῷ ἐπὶ σιωπῶντι, ἐπομνεσέντην αὐτῷ τὸ ὄχημα. Themistius ille re & cognomento Euphrades, initio orationis, cui titulus Sophista: ἀρα οἶθε θεέ με ὡ ἀνδρες ἐπιθεῶς ἔχοντε, ἐπὶ κρότου τε καὶ ἐκδομῆσεων, ὡν διαψαλλῶς μοι εἰώθετε χρῆσθαι ἐκείσοτε, ὅταν λέγω. Paulo aliter Martianus Capella libro *ii.* Sed & Nero ipse eam vocem usurpavit cum cecidit,

*Torræ Mimalloneis implerunt cornua
bombis.*

Qui verius cum cæteris qui apud Persium habentur, satis indicant quantum Nero modulatis carminibus, & ῥυθμικαῖς ἐκδομήσεσι delectaretur: quando etiam in versus quos componebat rhythmum admisit, ut pluribus exponimus ad Persium. *Casaub.*

Et imbrices.] Sic appellatum est plausus genus ad similitudinem crepitantis super regulas pluvix. cum sonitum voce

& testas vocabant) operamque navarent cantanti sibi, insignes pinguisima coma, & excellentissimo cultu pueri, nec sine anulo levis: quorum duces quadragena
21 millia HS. merebant. Cum magni aestimaret cantare, etiam Romæ Neroneum agona ante præstitutam diem revocavit. Flagitantibusque cunctis coelestem vocem, respondit quidem, in hortis se copiam volentibus facturum: sed adjuvante vulgi preces etiam statione militum, quæ tunc excubabat, representaturum se pollicitus est libens: ac sine mora nomen suum in albo
pro-

ce καχλάζειν eleganter exprimit Lycophron in diluvii descriptione. De eodem & Sophocles,

————— κ' ἂν ὑπὸ σέγῃ
Πυκνὰς ἀκέραις ψευδαῖσιν ἰδέσθην
Φρεσί.

Idem.

Et testas vocabant.] Puto ad similitudinem crepitus quem edebant collis testis. Aristophanes Ranis,

———— Πᾶσιν ἢ τοῖς ὀσπράκτοις Αὐτῶν
κροῖσσε;

Juvenalis satyra undecima:

———— audiat ille

Testarum crepitus.

Similis & illa ὀξυβάφων μυστικὴ, cuius ante fecimus mentionem. fortasse etiam imbrices talem aliquem usum habuerunt, & locum crepitaculorum non minus quam testæ, conchæ, acetabula, & id genus alia præbuerunt. quod si est, non aliunde peti ratio debet cur plausuum certum genus imbrices appellarint. Casaub. De ὀξυβάφοις c. 21 v. Caligula.

Pinguisima coma.] Non tam unguento madidam, quam fultam densamque interpretor. Quæ in pueris commendabatur. Sic pinguis toga Aug. capite
LXXXII. pingues lacernæ, id est, crassæ, Iuven. Sat. IX. Torrent. Græci una voce

λιπεροπλοημίς.

Non sine anulo levis.] Sic quidem vulgati libri omnes, ut læva manu anulos gestaverint, quemadmodum volunt interpretes, sed in MS. quatuor est ac sine anulo levis. Quam lectionem veram puto, ut quamvis adolescentes eximie culti conspicerentur, anulos tamen non gestarent, atque ita inter plaudendum manus anulis vacuæ minus impedirentur. Leves igitur vocat, quod contra onusta gemmis, & auro, asperæ videantur, ut aspera signis pocula apud Poëtam. Torrentius.

Flagitantibusque cunctis coelestem vocem.] Ita vulgo appellabant, & ita Nero appellari voluit. Tacitus de accusatione Thraseæ Poëti, quin & illa obestabant, nunquam pro salute principis aut coelesti voce immolasse. Philostratus l. IV. δρῶντερον ἀκροαμένον, ὃ μὲν ἀσθενεῖα Νέρωνα ὑπὸ αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολλοὺς τῶν θεῶν φωνῆς εἶναι. Dio vertit πλὴν ἰσθμῶν φωνῶν. Casaub.

In hortis se copiam volentibus facturum.] Intellego hortos circa Tiberim, publice populo relictos à Julio Casare. is locus instar minoris theatri fuit iis qui se præpararent Pompejano, aut quibus in illo esse locus quancumque obcausam non potuerat. Plinius l. XXVII. cap. 11. Idem.

profitentium citharædorum jussit adscribi: sorticula-
que in urnam cum cæteris demissa intravit ordine suo,
simulque Præfecti prætorii citharam sustinentes, post
tribuni militum, juxtaque amicorum intimi. Utque
constitit peractò principio, Nioben se cantaturum per
Cluvium Rufum consularem pronuntiavit, & in ho-
ram fere decimam perseveravit: coronamque eam, &
reliquam certaminis partem in annum sequentem
distulit, ut sæpius canendi occasio esset. Quod cum tar-
dum videretur, non cessavit identidem se publicare.
Non dubitavit etiam privatis spectaculis operam inter
scenicos dare, quodam prætorum H. S. decies offerente.
Tragædias quoque cantavit personatus: heroum Deo-
rumque, item heroidum ac Dearum personis effictis
ad similitudinem oris sui, & sæminæ, prout quamque
di-

Post tribuni.] Cod. Salmas. protri-
buni.

Peractò principio.] Sensus, Neronem
pronuntiasse se cantaturum fabulam
Niobes post peractum principium, quo
citharædi uti solent, emerendi favoris
gratia, antequam legitimum certamen
inchoent: id *ἄρχη* Græci nomi-
naverunt, Latine principium dicimus:
unde proœmia oratorum translata sunt.
autor Quintilianus in quarto. Beroal-
das.

Non dubitavit etiam.] Hunc locum
sic edit Salm. Codex, ut à flagitio isto
Neronem aliquo modo liberet: Dubi-
tavit etiam, in privatis spectaculis operam
inter scenicos daret.

Privatis spectaculis.] Hoc est, quæ ab
aliis quoque quam ab ipso ederentur.
nam Imperatoris respectu cæteri o-
mnes privatorum quodammodo loco
habentur. Quod ita interpretor, quia
de Prætoribus sequitur. Torrent.

Tragædias quoque cantavit personatus.]
Personata fabula quædam Nævii inscri-

bitur, quam putant quidam primum a-
ctam à personatis histrionibus; sed cum
post multos annos comædi & tragædi
personis uti cœperunt, verisimilius est
eam fabulam propter inopiam comæ-
dorum actam novam per Atellanos,
qui proprie vocantur personati, quia
jus est iis non cogi in scena ponere per-
sonam, quod cæteris histrionibus pati
necesse est. Festus. Quod ait, histrion-
es cogi solitos deponere personam:
hoc fiebat, quando exhibebantur, ne-
que placebant. Macrobius loquens de
Pylade histrione: Cum in Herculem fu-
rentem prodississet, & nonnullis incessum
histrioni convenientem non servare videretur,
deposita persona ridentes increpuit:
περὸς τοὺς κωμικοὺς ἐπέειπεν. Ios. Sca-
liger.

Inter cætera cantavit.] Cantare & sal-
tare in scena, diversarum artium & ar-
tificum erant: cantare proprium tragœ-
dorum, ut saltare histrionum: cantare
fabulam dicebatur tragædus: eandem
saltare histrio. Suetonius in Caligula:

diligeret. Inter cetera cantavit Canacem parturiētem, Orestem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem insanum. In qua fabula fama est tirunculum militem positum ad custodiam aditus, cum eum ornari ac vinciri catenis, sicut argumentum postulabat, videret, accurrisse ferendæ opis gratia.

22 EQVORVM studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quamquam vetaretur, de circensibus erat: & quondam tractum Prasinum agitatore inter condiscipulos querens, objurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est. Sed cum inter initia Imperii eburneis quadrigis quotidie in aba-

CO

sed & aliorum generum artes studiosissime, & diversissimas excoluit. Thrax & auriga, idem cantor atque saltator. ubi per cantorem tragœdum intelligit: per saltatorem, histrionem. errant igitur qui hæc confundunt, & histrionem pro tragœdo & actore fabularum accipiunt, cum aperte distinxerint veteres, & histrionem quidem pantomimum appellarint, tragœdum vero qui fabulas canendo exprimit. dixi, canendo: nam id proprie facit tragœdus. at histrio alio modo fabulas agit, nempe saltando. Glossæ histrio, *παιρομικς*. Idem Suetonius in Cælig. quo minus & tragœdo pronunciantem concieveret: & gestum histrionis quasi laudans, vel corrigens palam effingeret. Salmasius.

Canacem parturientem.] Fabulam Canaces, de qua extat Nasonis epistola, de qua Plutarchus scribit hæc historico stylo: *Aeolus rex Thuscorum ex Amphitheasiliæ sex, & mares totidem suscepit. Machareus omnium ætate minimus sororis Canaces amore incensus eam violavit: qua ex re conceptus infans vagitu rem prodidit. Pater itaque filiam mittit enses: quo accepto illa rem flagitiosam intelligens, necem sibi conscivit. Idem-*

que paulo post Machareus fecit. Consimile exemplum est Canulæ adamatæ à fratre Romano: quam gravidam ubi pater Papyrius rescivit, filiam misit enses, quo se puella confodit: idem Romanus fecitavit. Beroald.

Quondam tractum Prasinum agit.] Tractum dixit, uti & Plin. lib. xxviii, cap. xviii. tractos quadrigis agendis, rotæ vulneratos fimo aprugno sanari. Sed & quod sequitur apud Plinium ad rem præsentem facit. adhuc enim de fimo aprugno loquens, Cinerem (inquit) ejus reverentiores ex aqua bibunt, feruntque & Neronem Principem hac positione recreari solitum, cum sic quoque se trigario approbare vellet, tanquam agitatore scilicet legitimum, qui etiam adversus hujusmodi casus se muniret. Torrentius.

De Hectore.] Nam & Hector ab Achille circum Pergama, ut Homerus ait, est distractus. Virgilius:

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Quia igitur uterque tractus, locus mendacio non defuit. Sabell.

Eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet.] Satis constat hoc genus lusus expressisse in abaco Circensium simulacrum:

laerum:

coluderet, ad omnes etiam minimos Circenses com-
meabat secessu, primo clam, deinde propalam: ut nemi-
ni dubium esset eo die utique affuturum. Neque dissi-
mulabat velle se palmarum numerum ampliare: qua-
re spectaculum multiplicatis missibus in serum protra-
hebatur, ne dominis quidem jam factionum dignanti-
bus, nisi ad totius diei cursum, greges ducere. Mox
& ipse aurigare, atque etiam spectari sepius voluit:
positoque in hortis inter servitia & sordidam plebem
rudimento, universorum se oculis in Circo maximo
pre-

lacrum: nam ea manifesto mens est
Suetonii: huc refer quod de Alagaba-
lo narrat Lampridius: eum sibi in tri-
clinio quadrigas pransitantem & coeni-
tantem semper exhibuisse. Fortasse et-
iam ad hanc *πυρδρα* pertinent illa Lu-
ciani in Panegyrico ad Calpurnium Pi-
sonem,

— hic ad majora movetur

*Vt citus & fracta prorumpat in agmina
mandra,*

Clausaque dejecto populetur mœnia vallo.
Casaubonus. Abacum quoque veteres
ea significatione dicebant. Macrob. l. i.
Saturnal. cap. v. *Vultisne diem sequen-
tem, quem omnes plerique abaco & la-
trunculis conterunt, &c.*

Secessu commeabat.] Cod. Salmas.
è secessu, ut plerumque ad suburba-
num aliquod Imperii initio secedere
consueverat.

Palmarum numerum ampliare.] Tria
palmarum genera in Circensib. fuisse
hujuscemodi inscriptiones ostendunt.
VICIT CXXX. SECYND. TY-
LIT LXXXVIII. TER. TVL. VII. ut
qui primas tulit vicisse dicatur absolu-
te, alii secundarum, tertiarumque pal-
marum. Plin. eleganter etiam ad vina
transtulit, cum inquit, *ad tertiam pal-
mam varia venere*, lib. xiiii. cap. vi.
Adde locum Suetonii Domit. capite
xiii. *plurimum coronarum, &c.* Torrent.

Missibus.] Claudii capite vigesimo
primo.

*Dominis factionum jam dignantibus,
nisi ad totius diei cursum.*] Post multi-
plicatos à Nerone missus non digna-
bantur ducere greges equorum quadri-
garios ad curule certamen, nisi currere
deberent in omnibus missibus per to-
tum diem: domini autem factionum
tanto fiebant opulentiores, quanto plu-
res erant Circenses missus, & ludi. Ex
quo est illud Lampridii in vita Com-
modi: *Circenses multos addidit ex libi-
dine potius, quam religione, & ut domi-
nos factionum ditaret.* Beroald.

Greges ducere.] Nempe agitatorum. De
dominis factionum sup. cap. v. Et-
iam pantomimorum greges fuisse, testis
est inscriptio lapidis Mediolanensis,
quem mirifice deprædicat Scaliger ad
Eusebium numero mccccxcv. Ea in-
scriptio, Scaligero emendante, sic habet:
THEOCRITO. AVGG. LIB. PYLADI.
PANTOMIMO. HONORATO. SPLEN-
DIDISSIMIS. CIVITATIVM. ITA-
LIAE. ORNAMENTIS. DECVRIONA-
LIB. ORNA. GREX. ROMANVS. OB.
MERITA. EIVS. TITVL. MEMOR. PO-
SVIT.

In Circo maximo.] Arena Circi chry-
socola sparsa. Plin. lib. xxxiii. cap. v.
Sueton. tamen hoc Cajo tribuit cap.
xviii.

præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam, ut diximus, petit, hinc maxime motus: Instituerant civitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharædorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cænam, exceptusque effusius: solos scire audire Græcos, solosque se & studiis suis dignos ait. Nec profectioe dilata, ut primum Cassiopen trajecit, statim ad aram Iovis Cassii cantare auspicatus est. CERTAMINA deinceps obiit omnia. Nam & que diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum quibusdam etiam

ite-

Liberto mittente mappam.] Mappam (ut ait Quintil. l. 1. c. 1x.) usurpatum Circo nomen, Pæni sibi vindicant. Sunt qui mappam victori à Prætorè mitti solere affirmant, sed melius qui ludorum committendorum signum fuisse volunt. Martial. lib. xii. Epigr. xxix.

Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam.

Livius lib. viii. quia L. Plautius Prætor, gravi morbo forte implicatus erat, signum mittendis quadrigis daret. Tertullian. De spectaculis, Dehinc ad signum anxii pendent. Unius dementia una vox est. Misit, dicunt, & nunciant invicem quod simul ab omnibus visum est, nec vident missum quid sit. Mappam putant, sed est Diaboli ab alto præcipitati figura. Hinc Iuvenal. Sat. xi. Megalestiacæ spectacula mappæ pro ipsis Megalensibus dixit. Torrentius.

Ut diximus.] Cap. xix.

Omnes citharædorum coronas ad ipsum mittere.] Tanquam videlicet ad deum

Musices, & Apollinem novum Μουσῶν ἀγοστῆριον.

Cassiopen.] Ex Græco numismate ΚΑΚΚΩΠΑΙΩΝ, in Cassopen mutandum est. F. Vrsinus. Chaones & Thesproti, & Cassopæi, qui ipsi quoque Thesproti sunt, oram maritimam tenent quæ à Cerauniis montibus est ad sinum usque Ambracium. Cassiope autem portus est, à quo ad Brudisium stadia sunt cxxi. Strabo. Plinius inter Corcyræ oppida recenset lib. iv. cap. xii. ubi & Iovis Cassii meminit. Gellius Cassiopeiam vocat libro xix. cap. i.

Cogi in unum annum.] Congregari, & contrahi. In hanc sententiam ait Apollonius apud Philostratum, ludos Olympicos ex consuetudine solitos celebrari circa finem anni ab Eliensibus: quos Nero iussit in adventum suum differre, ita ut sibi potius, quam Iovi viderentur sacrificaturi. Beroald.

Præter

iteratis jussit, Olympiæ quoque præter consuetudinem musicum agona commisit. Ac, ne quid circa hæc occupatum avocaret detineretve, cum præsentia ejus urbis res egere à liberto Helio admoneretur, rescripsit his verbis, Quamvis nunc tuum consilium sit & votum, celeriter reverti me; tamen suadere & optare potius debes, ut Nerone dignus revertar. Cantante eo, ne necessaria quidem causa excedere theatro licitum erat. Itaque & enixæ quædam in spectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi laudandique, clausis oppidorum portis, aut furtim desiluisse de muro, aut morte simulata funere elati. Quam autem trepide anxieque certaverit, quanta adversariorum emulatione, quo metu judicium, vix credi potest. Adversarios quasi plane conditionis ejusdem, observare, captare, infamare secreto, nonnumquam ex cursu maledictis incessere: ac, si qui arte præcellerent, corrumpere etiam solebat. Iudices autem prius quam

in-

Præter consuetudinem.] Innuit, in Olympiacis spectaculis musicum certamen celebrari solitum non fuisse: quod indicat Apollonius apud Philostratum, cum ait, Neronem in Olympiis proposuisse certamina tragædorum, & citharædorum, apud viros, quibus nec theatra sint, nec scenæ ad hujusmodi ludos peragendos idoneæ: sed stadium duntaxat nativum, nudumque paret. In Olympiis autem ter victorem fuisse Neronem testatur Philostratus, qui ait, missos fuisse cursores usque ad Gaditanos, qui juberent supplicationes fieri ob victoriam Neronis in Olympiis. Multæ in Hispania civitates, cum nescirent quid essent Olympia, opinabantur bellicam quandam victoriam significari, pro qua diis esset sacrificandum: tanquam Nero populos aliquos Olym-

pios appellatos bello profligasset. *Idem.*

Nerone dignus.] Existimans se Romanam reverti non posse dignum semetipso, & Imperatoria majestate, nisi musico certamine citharædos superasset.

Ne necessaria quidem causa excedere licitum erat.] Constitit plerosque equitum, dum per angustias aditus & ingruentem multitudinem enituntur, obtritos, & alios dum diem noctemque sedilibus continuant, morbo exitiabili correptos, quippe gravior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis palam & pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamque cœnuntium scrutarentur. Vnde tenuioribus statim irrogata supplicia, adversus illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum odium. *Tacitus.*

inciperet, reverentissime alloquebatur, omnia se faci-
cienda fecisse, sed eventum in manu esse Fortunæ:
illos, ut sapientes & doctos viros fortuita debere
excludere: atque ut auderet hortantibus, equiore
animo recedebat: ac ne sic quidem sine sollicitudine ta-
curnitatem pudoremque quorundam pro tristitia ac
24 malignitate arguens, suspectosque sibi dicens. In cer-
tando vero ita legi obediebat, ut numquam excreare au-
sus, sudorem quoque frontis brachio detergeret: atque
etiam in quodam tragico actu, cum elapsum baculum
cito resumisset, pavidus & metuens, ne ob delictum
certamine submoveretur, non aliter confirmatus est
quam adjurante hypocrita, non animadversum id in-
ter

Indices autem, priusquam inciperet, reverentissime alloquebatur.] Ita fuit mo-
ris. In veteri epigrammate de Panto-
mimo:

Ingressus scenam populū saltator adorat,
Solerti pendet prodece verba manu.

Neronis vero in scenam prodeuntis illa
vox fuit, Κύριοί με ἰδρῶς με ἀ-
κῶσαι. auctor Dio. Casaub.

Legi obediebat.] Ne fessus resideret, ne
sudorem, nisi ea quam gerebat veste deterge-
ret, ac nulla oris, aut narium excrementa
viserentur, ait Tacit. initio libro XVI.

Tales & gladiatorum leges, ad vulnera
non ingemiscere, iustos jugulo fetrum
recipere, suum eodem quo hostilem
vultu animoque sanguinem aspicere.
Torrentius.

Nunquam excreare ausus.] Hæc thea-
tro reverentia præstabatur ab histrio-
nibus, tanquam templo: in templis
enim excreare, aut mungere nefas. Ar-
rianus in Epicteto libro IV. capite XI.
ἔχ' ἡξίς καρπός, ἵνα σοι χεῖρασι οἱ
σωόντες, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἴσθρα ἡμῶν
σωέρχη τοῖσ' ὅπως πλύσῃς ἢ
νερόμισθ' ἢ δὲ δπόμυζαδ', ὅλ' ὡν

πλύσῃς καὶ μύζα; Casaubonus.

In quodam tragico actu cum elapsum
baculum cito resumisset.] Quot erant di-
versæ ornamentorum species, tot gene-
ra diversa baculorum. diferebant enim
& forma & materia pro argumento fa-
bulæ quæ docebatur: in tragædiis qui
regem saltabant, pro baculo sceptrum
gerbant. de eo accipiendus hic locus,
ut declarant illa verba, in tragico actu.
nam in tragædiis reges semper induce-
bantur. Quam personam sustinere quis
dignior Nerone? Iuvat hanc interpre-
tationem Philostratus, scribens de Ne-
rone libro quinto. De baculis histrio-
num habes apud Eustathium, Pollu-
cem, Plutarchum, Laërtium, alios-
que plurimos. Idem.

Adjuvante hypocrita.] Hypocrita di-
cti in universum omnes qui alienam
personam simulant, *hypocrisis* ipsa si-
mulatio. Verum non satis intelligo
quem hic *hypocritam* dicat Sueton. ali-
quem forte qui canenti astiterit, ut ver-
ba ubicunque facienti phonascus, de
quo cap. sequenti, ambo (ut opinor)
monendi causa, sive subjiciendi ea quæ
memo-

ter exsultationes succlamationsque populi. Victorem autem se ipse pronuntiabat. Qua de caussa & præconio ubique contendit. Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria, aut vestigium exstaret usquam, subverti & unco trahi, abjicique in latrinas omnium statuas & imagines imperavit. AVRigavit quoque plurifariam, Olympius vero etiam decemjugem: quamvis id ipsum in rege Mithridate, carmine quodam suo reprehendisset. Sed excussus curru, ac rursus repositus,

CUM

memoriam fugere viderentur. *Torrent.* In tragico actu infortunium illud Neroni accidit, ut elaberetur illi baculus. Non alienum est ab hoc loco, quod ex *Arriano* didici, dissertationum *Epicteti* lib. III. cap. XIII. αὐτὸς οἱ καλοὶ τραγῳδοὶ μόνον αἴσαν ἔδυναν, ἀλλὰ καὶ πολλῶν. ἕτις ἐνίοι μόνον ὡσεὶ πατήσαν ἔδυναν. Forte igitur ex iis hypocrita iste fuerit, qui cum principe, tragoedix partem cantavere. Vel etiam simplicius, hypocritam pro adulatore *Cæsaris* accipiemus.

Victorem autem se ipse pronuntiabat.] Contradicit expresse *Dio*: qui usum narrat præconio *Cluvii Rufi* viri consularis. Præconii formulam apponit idem, τὸ δὲ κήρυγμα ἰὼ, ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΝΙΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΤΟΝ ΤΕ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΗΜΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ. *Casaub.*

Et præconio ubique contendit.] Erant enim Olympix & æneatorum & præconum agones. *Pausanias* Eliacorum lib. I. ἐστὶ δὲ βωμὸς ἐν τῇ Ἀλφειῇ τῷ εἰσοδῷ πηλοῖον τῷ ἀγῶνι ἐς τὸ στάδιον ἐπὶ τῷ τε θεῶν μὲν ἔδρῳ ἡλείοι σελπιτακῆς δὲ ἐφιστηγῶσι αὐτῶν καὶ τοῖς κήρυξι ἀγωνίζεσθαι κατέστηκε. Erant & aliis in locis, ubicunque Græ-

ca certamina edebantur. *Seneca*, epistola LXXVI. *Theatrum Neapolitanorum factum est: & hoc ingenti studio, quis sit pithaulus bonus judicatur. Habet tibicen quoque bonus & præco concursum. Casaubonus.* Pudendum sane Imperatorem Romanum præconio contendere, cum (quod epistola quadam ad *Leptam* testatur *Cicero*) qui præconium faceret, in decurionibus esse vetaretur.

Hieronicarum.] Quatuor in Græcia certamina sacra fuerunt, quos agones appellant, *Nemæa*, *Pythia*, *Isthmia*, *Olympia*. Inde *hieronica* dicuntur, qui in illis sacris certaminibus vicerant, quo modo Olympionix, qui in Olympico. Qui vero quatuor hæc obierant & vicerant, *periodovictores* dicti sunt, auctore *Festo*. *Budaus.* Nobilibus athleticis, qui *Olympia*, *Pythia*, *Isthmia*, *Nemæa* vicissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerunt, uti non modo in conventu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cum revertantur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias invehantur, æque rep. perpetua vita constitutis vectigalibus fruuntur. *Vitruvius.*

Imagines.] Tabulas, nisi potius ad iconas id referri oporteat: nam iis, qui ter Olympix victores fuissent, ut *Plinius* scribit, ex membris ipsorum similitudine iconas posuere. *Sabellius.*

cum perdurare non posset, destitit ante decursum: nec eo secius coronatus est. Decedens deinde, provinciam universam libertate donavit: simulque iudices civitate Romana, & pecunia grandi. Quae beneficia è medio stadio Isthmiorum die sua ipse voce pronuntiavit.

25 REVERSVS è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, disiecta parte muri, ut mos hieronicarum est. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam. Sed & Romam eo curru quo AVGUSTUS olim triumphaverat, & in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde, coronamque

CA-

Provinciam libertate donavit.] Imitatus exemplum Titi Flaminii, qui olim Philippo Macedonum rege profligato, omnes Græciæ urbes liberæ, atque immunes esse iussit: idque publico, frequentissimoque Isthmiorum spectaculo per præconis vocem factitatum. Iterum, inquit Plutarchus, nostra ætate Græcia per celebritatem Isthmiorum pristina libertate donata est, suisque legibus restituta à Nerone, cum is in foro Corinthi ex pulpito concionem habuisset ad populum. Beroald.

E stadio medio.] Stadia in quibus curulia certamina exigebantur in terris Græciæ, pedum erant ducentorum. Olympicum vero stadium, quod Hercules suis pedibus metatus fertur, tanto longius erat quam cætera stadia, quanto mensura Herculei pedis procerior erat, quam aliorum. Idem.

Disiecta parte muri, ut mos hieronicarum est.] Nemini est dubium, sacrorum certaminum victores, hieronicas appellari. Sed moris istius causam tantum adhuc invenio apud Plutarchum, libro Symposiacæ 11. in hanc sententiam: Quod autem, inquit, victoribus curru vehentibus permissum partem muri dividere, atque dejicere, hunc sane habet intellectum, non magnopere civitati muro

opus esse, viros habenti, qui pugnare possint, & vincere. Politianus.

Distinctaque stellis aureis chlamyde.] Olympionicæ olim amicti veste ἀνθρη, ut Græci vocant. Lucianus Demonaete, aliique. Cæterum ad hunc Neronis triumphum pertinet vetus Diodori Sardiani epigramma, quod de reditu ejus in urbem ex Græcia, fecit.

Αἰχμῶτες Σκύροιο λιπῶν πίδαυ
Ἰλιον ἔπλω
Υἱὸς ἀχιλλείδης πατρὸς Νεοπίο-
λεμῶ.

Τοῖσ' ἐν αἰνῶσιν Νίρων ἀγρὸς ἄστ
Ρίμιο

Νεῖται, ἰπ' ἀκυρόλω θύμβειν
ἀμειψάμεν.

Κῆρ' ἔτ' ἀρκεγάνειον ἔχων χιόον
αἰκ' ὁ μὲν ἔσχε

Θυῖν' ὁ δ' ἀμφοτέροις ἐδοεῖ καὶ
σοφίη. Casaubon.

Coronam Olympicam.] Hæc erat ex oleastro. Vnde ait Plinius: Græci Olympia victores oleastro coronant. Hinc ab Aristophane dictum est in Plut. Iovem victores athletas coronare κροτῆν τεφάνη, hoc est, oleastri corona. Beroald.

Py-

capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam, præeunte pompa cæterarum cum titulis, ubi, & quos, quo cantionum, quoque fabularum argumento vicisset: sequentibus currum ovantium ritu plausoribus, Augustianos, militesque se triumphi ejus clamitantibus. Dehinc diruto Circi maximi arcu, per Velabrum, Forumque, Palatium & Apollinem petiit. Incedenti passim victime case, sparsa per vias identidem

Pythiam.] Pythia fiebant in honorem Apollinis. cujus ludicri victores lauro coronantur, ut inquit Lactantius interpret Papinii: & innuit Ovidius in 1. Metamorphoseos: qui testatur Pythia dici à nomine perdomitæ serpentis. Ante inventam laurum corona æsculea coronabantur. Spectatissima laurus, ut inquit Plinius, est in monte Parnasso, ubi fiebant Pythia: ideoque Apollini grata. *Idem.*

Pompa cæterarum coronarum.] Corinthii Isthmico certamine victores apii corona ornant quod illis sacrum est, atque id à majoribus acceptum olim ita observabatur: nunc Nemæis apii corona datur, pinus Isthmicis servire haud ita pridem cepit. *Plutarchus.*

Augustianos militesque se triumphijus clamitantibus.] Apud Xiphilinum: *ὡς πὲρ καὶ ἴδιον αὐτῶν σύσημα ἐς πεντακίχλις στραπῶνας παρεσκευασμένον, Αὐγύστῳι τε ἠνομάζοντο, καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαύων. ἠνασκάζοντο ἃ σφίσι καὶ ἄλλοι πάντες καὶ ἄχροντες πᾶσι τῶν Θεῶν ἐκδοῦν.* Ii sunt, quos descripsit Suetonius cap. xx. adolescentes culti ac nitidi, digni qui citharædo principe militarent.

Velabrum.] Iul. Cæs. cap. lxxiii.

Palatium & Apollinem.] Id est, Apollinem Palatinum. Alii triumphantes Iovem petebant, in Capitolio, hic Apollinem in Palatio, tragædus tragædum.

Incedenti passim victime case.] Vide quæ notantur ad libri iv. cap. xiii.

Sparsa croco.] Crocum antiquitus spargebatur in theatris, vino dulci tritum: ut docet Plinius in xxi. Ex quo est illud Lucretii:

Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.

Ad hanc croci sparsionem est referendum illud quoque Epigrammatarii poëtæ:

Cilices nimbis hic madnere suis.

& illud:

*Rubro pulpita nimbo,
Spargere, & effuso permaduisse croco.*

Item Propertii,

Pulpita solennes non oluere crocos.

In funeribus quoque nobilioribus rogi croco respergi solitum, testis est Papinius, cum ait:

Ver Arabum, Cilicumque fluit, floresque Sabæi,

Coriciaque coma.

Nam coma Coricia significant crocum, quod in Corico Ciliciæ monte erat laudatissimum. *Beroald.*

Ingestaque aves ac lemnisci & bellaria.] Vetustissimus mos fuit victores in ludis, harum similiumque rerum injectione honorare. De quo existat Clement. Alex. locus Pædag. libro ii. cap. viii. sic emendandus. *ἐν τῶν αἰγῶσι, παρὰ τοῦ ἢ τῶν ἀθλῶν δόσις ὡς δούπερον ἢ ὁ ἐπιγαρμός· τρίτον ἢ φυλλοβολία· πλεονταῖον ὁ σίφαιον ἐπίδοσις*

dem croco, ingestaque aves, ac lemnisci, & bellaria. Sacras coronas in cubili circumlectos posuit. Item statuas suas citharædico habitu: qua nota etiam nummum percussit. Ac post hæc tantum abfuit à remittendo laxandoque studio: ut conservanda vocis gratia, neque milites unquam, nisi absens, aut alio verba pronuntiante, appellaret: neque quidquam serio jocove egerit, nisi adstante phonasco, qui moneret, parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret: multisque vel amicitiam suam obtulerit, vel similitatem indixerit, prout quisque se magis parciusve laudasset. PETV-

LAN-

δοσιν λαβύσης εἰς τευφλῶ τ' Ἐλλά-
δα καὶ τὴν Μηδίαν. Ex Eratosthene
apud Scholiastem Euripidis intelli-
gimus, non flores tantum sed alia omnis
generis munuscula quæ ad manum ade-
rant solita conjici, ut zonas, πέπλος
(ea vox vel pileum vel fasciam illi si-
gnificare videtur, vel laminas iis simi-
les de quibus Plinius lib. XXI. cap. 11.)
tunicas, petasos, crepidas, & similia his.
Idem factum adversus omnes, quos ho-
nore auctos volebant. Apud Arrianum
in sexta historia, qui Alexandro gratu-
lantur post sanata vulnera, οἱ μὲν ταιν-
ίας αὐτὸν βάλουσιν, οἱ δὲ ἀνθεσιν.
Vide & Iamblichum De amoribus Si-
nonidis & Rhodanz. Ex hoc igitur
more Neroni ingeruntur inter alia,
lemnisci & bellaria. Sic apud Pausa-
niam in Messenicis, Aristomeni ex
prælio reduci & Andaniam ingredien-
ti, mulieres ταινίας καὶ τὰ ἰργίαι ἐπι-
βάλλουσι. Similia Livius libro XXXII.
de Flaminio Græciam liberante: &
Dionysius Hal. lib. XI. De funere Vir-
giniz. Casaub.

Lemnisci.] Lemniscus Syracusanum
verbum, quo stricta angustaque ta-
nia significatur. Athenæus libro IX.
ἐκ τῆς ἀφαισσοῦ καὶ φάσσαι καὶ

τευφλῶν καὶ ὄλλω ἐξίπταντο τὴν ὀ-
δὴν, λημνίσκοις τὰς πόδας ἰδομέν-
ται ὡς τὸ ραδίως ὑπὸ τῶν χειρῶν
ἀρπάζεσθαι. Palmæ in nobiliore victo-
ria lemniscis coronabantur, ut & co-
ronæ: de coronis Plinius libro XXI.
cap. 111. Accesseruntque & lemnisci,
quos adjici ipsarum coronarum honos erat.
A Cicero dicitur palma lemniscata,
pro Roscio, sicut ab Aufonio Epist. VI.
Lemniscum etiam aut lemniscatam co-
ronam significasse Maro videtur lib. V.
Æneid.

Punicis ibant evincti tempora tænis.
Turnebus.

Sacras coronas.] Olympicam, Py-
thiam, Isthmiam, & Nemezam notat,
qui in sacris certaminibus dabantur vi-
ctori. Sed & Dio auctor est octingen-
tas & octo supra mille coronas quas
Nero aurigando meruerat, fuisse ab illo
in Circo appensas Ægyptiaco obelisco.

In cubili.] Codex Salmasii in cubi-
culis.

Petulantiam, libidinem, luxuriam,
avaritiam, crudelitatem.] Solenne illud
suum servat, ut multa simul proponat,
quæ postea eodem ordine persequitur.
nam hæc est ὑπόθεσις eorum quæ nar-
rantur omnium ad finem C. XXXVIII.

Post

LANTIAM, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem sensim quidem primo & occulte, velut juvenili errore exercuit: sed ut tunc quoque dubium nemini foret, natura illa vitia non aetatis esse. Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero, popinas inibat: circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernitie tamen. Siquidem redeuntes à cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergere assueverat: tabernulas etiam effringere & expilare: quintana domi constituta, ubi pars & ad licitationem dividenda præda pretium assumeretur. Ac sæpe in ejusmodi rixis, oculorum & vitæ periculum adiit, à quodam laticlavio, cujus uxorem attrectaverat, prope

ad

Post crepusculum statim.] Incipit de petulantia Neronis dicere, quam pluribus describit ex Dione Xiphilinus. Juvenalis vero quam frequens id in urbe malum fuerit, etiam post Neronem, cujus morem juvenus nobilis retinuit, indicat satyra tertia, ubi pericula noctis recensens,

Ebrius, ait, ac petulans, qui nullum forte cecidit

Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicam

Peleidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus:

Ergo non aliter poterit dormire: quibusdam

Somnum rixa facit:

vide ejusdem poëtæ satyram octavam. Meminit obiter hujus lasciviæ Tertullianus in Apologetico. Casaub.

Vel galero.] Græci & nostri tiaram, nonnulli galerum vocant rotundum pileolum, quasi sphaera media sit divisa, ut pars altera ponatur in capite. Plutarchus in Artoxerxe: ἀποπίπτει ἢ τῆ κεφαλῆς ἢ πάρος τῆ κύρης. quo in loco pro galea accipi videtur. Hesychius

enim ait, quandoque esse ἀεικροῦνιον, Baysius.

Circumque vicos vagabatur ludibundus.] Contendenda cum hoc loco sunt, quæ de Vero Imp. prodidit Iul. Capitolin. Fertur in tantum vitiorum Cæjanorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuisse amulam, ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commissaretur cum triconibus & committeret rixas, dissimulans quis esset, sæpeque afflictum livida facie redisse.

Quintana.] Ex castrensi usu sumptum erat: quintana enim porta, ut Festus ait, post prætorium in castris, ubi rerum utensilium erat forum. Sabellicus.

A quodam laticlavio cujus uxorem attrectaverat.] Dio βελούτιον vocat. Ἰγλιός τις Μεντανός βελούτης, ἀζανακτίσας ὑπὲρ τῆ γυναικὸς ἀποπίπτει σὲ τε αὐτῶ, καὶ πλῆθὺς ποικίλεις ἐνσφόρησε. melius Tacitus, senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset. de his juvenibus laticlaviis notamus libro secundo cap. xxxviii. Casaub.

Gesta-

ad necem casus. Quare numquam postea se publico illud horæ sine tribunis commisit, procul & occulte subsequenter. Interdium quoque clam gestatoria sella delatus in theatrum, seditioibus pantomimorum ex parte proscenii superiori, signifer simul ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque & subselliorum fragminibus decerneretur, multa & ipse jecit in populum, atque etiam prætoris caput ²⁷consauciavit. PAVLLATIM vero invalescentibus vitiis, jocularia & latebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad majora palam erupit. Epulas à medio die ad mediam noctem protraherebat: refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. Cœnitabat-
que

Gestatoria sella.] Adi Claud. capite XXXIII. & Vitell. III.

Seditioibus Pantomimorum.] Rem totam declarat Tacit. lib. XIII. nam cum antea Nero ludicram fautorum licentiam impunitate & præmiis velut in prælia convertisset, tandem non aliud remedium repertum est quam ut histriones Italia pellerentur. Atque hinc quidem ostendit Suet. quomodo primum histrionum factiones ille fovit. Relegatos vero fuisse jam ante narravit, cap. XVI.

Epulas à media die.] Solebant veteres diem agendis rebus, noctem curandis corporibus dare. At quo quisque intemperantior erat, eo maturius convivabatur. Hinc *convivia de die* apud Catullum. Sed & Horat. lib. II. Sat. ult.

——— *dictus here illic*

De medio potare die. ———

Adde Juvenalem Sat. IIII.

——— *noverat ille*

Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis

Iam medias aliamque famem. ———

Torrent.

Calidis piscinis.] Orosius luxuriæ tam effrenatæ Neronem fuisse prodit, ut frigidis, & calidis lavaretur unguentis. Addit Eutropius, hoc eum fecit exemplo Caligulæ avunculi, cui simillimus fuit. Piscinæ vero præter notam significationem in balneis quoque dicuntur, videnturque à piscibus dici, ut inquit Fortunatianus, quamvis in his nihil piscium sit, de quibus hic intelligitur: sicut apud Martialem: *Piscinam peto, non licet natæ.* Romæ fuit publica piscina, ad quam & natatum & exercitationis causa veniebat populus. Vnde à Lucilio dictus est pugil piscinensis, qui in piscina exercebatur. Lampridius author est, Heliogabulum natasse piscinis infectis unguento nobili, aut croco. *Beroald.*

Nivatis.] Nive refrigeratis. Hinc illa Pliniana, & plane censoria castigatio: *Servatur albor æstibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat.* Scribit Lampridius Heliogabulum fecisse montem nivium in viridario domus æstate advectis nivibus. Curiosus lector fortassis quæret, quo modo nivem æstivo tempore custodirent, cum calo-

re in

que nonnumquam & in publico, Naumachia præclusa, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius urbis ambubajarumque ministeria. Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Bajanum sinum præternavigaret, dispositæ per litora & ripas diversoria tabernæ parabantur, insignes ganeæ & matronarum in-

sti-

re in primis resolvatur. Sciat, in palea optima nivem servari posse: de qua Augustinus in XXI. de civi. Dei sic scribit: *Quis palea dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives servet? vel tam fervidam, ut poma immatura maturet?* Præterea luxuria commenta est, officinas nivis reponendæ. Quod conqueritur graviter, simul & luculenter Seneca in Quæstionibus, ubi taxat gulam illorum, qui non solum sorbere nivem volunt, sed etiam esse, & frustra ejus in scyphos dejicere inter ipsam bibendi moram. *Idem.*

Cœnitabatque nonnumquam & in publico.] Ipse quo fidem acquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis locis struere convivium, totaque urbe quasi domo uti. Et celeberrimæ luxu famaque epulæ fuere, à Tigellino paratæ. *Tacitus.*

Naumachia.] Alibi dictum, naumachiam dici & locum, in quo pugna navalis fit, & ipsam pugnam: hic locus significatur.

Inter scortorum totius urbis ambubajarumque ministeria.] *Ambubaja* sunt Syriæ mulieres, quæ in Circo aliisque locis ædilem metuentibus habitantes, duplici quæstu se sustentabant. nam & corporis sui vulgo copiam faciebant, & organa quædam pulsare norant, quæ una secum è patria, cum Romam peterent, attulerant. est enim vox Syriaca

pura puta, *ambubaja* 

abbubaja vel etiã 

ambubaja. quod pridem I. Scaliger docuit. *Juvenalis:*

Iampridem Syrus in Tiberim deflexit Orontes, (chordas

Et linguam, & mores, & cum tibicine Obliquas, necnon gentilia tympana secum (puellas.

Vexit, & ad circum jussas prostare

Quod autem lupæ istæ Romam è Syria patria, sua detulerint organa, non mirabitur, qui meminerit ejus farinæ mulieres organorum peritiam familiarem habuisse. Itaque imperitas, *πιζὰς* per contemptum vocabant. *Hesychius, πιζὰς ἰταίρας ἔλεγον ἕως μιθοαρνήσαι χεῖρας ὀργάνων.* *Procopius in Anekdōtois. ἰταίρα δὲ τῆς ἐλατῆρας, οἷαν ὡς οἱ παλαιὸν ἄνθρωποι ἐκάλεον πιζῶν. ἢ ᾧ ἀλάτεια, ἢ τε ψάλλτεια λῶ, ἢ μὲν ἔδδὲ τὰ εἰς ὀρχίστραν αὐτῆς ἤσκητο· ἀλλὰ τῶν ἄλλων τοῖς αἰεὶ περὶ πίπτεσιν ἀπεδίδοτο μόνον, ἐκ πάντων τῶν ἐργαζομένων ἔσώματι.* *Cassianus.*

Insignes ganeæ & matronarum institorio, copas imitantium.] *Lege, institoria.* *Copona,* taberna à copiis dicta. *Tacitus lupanaria* vocat in simili sententia libro xv. *Crepidinibus stagni lupanaria astabant, illustribus sæminis completa. Et contra scorta visebantur nudis corporibus.*

Quod ait Suetonius de coparum imitatione, declarant Dionis verba in paris vesaniæ Abiti imperatoris, narratione, *ἐν τῷ παλατίῳ οἰκηματὶ ἡ ἀποδείξαις, ἐν ταῦτα ἠσέλθαι, γυμνὸς τε αἰεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτῆς ἐστῶς, ὡσπερ αἱ πόρνας, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κελύκεις ἐξηρη-*

τημόον

stitorio copas imitantium atque hinc inde hortantium ut appelleret. Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies Hs. constitit, alteri pluris aliquanto absortio rosaria.* Super ingenuorum

pe-

τημίον ἀγορείων, τὴς τε παριόντας αἰσῶν τε καὶ κεκλασμένη τῆ φωνῆ προσετιμεζόμενον. nec refert quod Dio scorta nominat, non copas: nam ut alibi notamus, apud veteres Hebræos, Græcos, & Romanos, inter copam & meretricem nihil, aut parum, intererat. Idem Dio libro κλνι. τὴς αἰσῶν προσετιόντας σάμων καὶ γαλῶν ἄσπερ αἰ παιδοκδύτσια. Inde apud Apulejum blanditia tabernaria. Idem.

Quorum uni mitellita quadragies Hs. constitit, alteri pluris aliquanto absortio rosaria.] Locus insigniter corruptus, nec intellectus, sic ex optimis libris legendus est: Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies sestertio constitit, alteri pluris aliquanto rosaria. Coronarum apud veteres in conviviis multus usus, & è rosis sutilium præcipue, postea luxuria invenit è nardi folio, & veste Serica versicolori fuere, quas unguentis adspergebant pretiosissimis. Quæ ù veste Serica fiebant, mitellas vocarunt, quasi parvas mitras. Plinius libro XXI. cap. III. cujus locum è veteribus libris & ingenio sic emendo: Summaque auctoritas patet si corona, uti Saliorum sacris invenimus sollempnes cœnas. Transière deinde ad rosaria: eoque luxuria processit, ut non esset gratia, nisi è mero folio sutili mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur, è nardi folio eas dari, aut veste Serica versicolori unguentis madidas. Hæc Suetonium explicant & illustrent, ut nihil melius. Dari coronas è nardi folio, & veste Serica dixit Plinius. dabatur nimirum in conviviis, & sic intelligendum. mitellita igitur vel mitellicam vocat Suetonium dationem mitellarum

sive ejusmodi coronarum Sericarum, quæ in conviviis nepotum solebat usurpari. & hæc mitellica erogatio uni constitit quadraginta millibus sestertium nummum, aliquanto pluris & rosaria, coronarum nempe largitio è mero rosæ folio sutilium. non aliter eum locum accipere licet. Sic rosaria Plinius, & sericus corollas conjungit, & in conviviis lautioribus dari solitas ostendit. & quid aliud Sericea corolla, quam mitella? sic utramque conjunxit Callimachus hoc Epigrammate: μίτρασι τε καὶ ῥόδων αἰσῶν. Glossæ: rosaria, ῥοδισμοῦ. rosarum scilicet aspersio, quæ in conviviis usurpabatur. Salmasius.

Super ingenuorum paedagogia.] Existimo, etiam Tacito his verbis paedagogia describi: decoraque servitia, & paritate habebat: id est, cœtum elegantium puerorum, quos composita veste, facie, capillis, in publico habebant, & plerumque una ætate. Seneca Ep. xcvi. Transeo agmina exoletorum, per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus lavitas sit, eadem prima mensura lanuginis, eadem species capillorum. Iulianus in Antiocho: ἡ κρείττον ἡ ὀδωδύνα μύρον τὴν ἀγροὴν βαδίζοντός σου, καὶ παιδὸς ἡσειῶ καλῆς, εἰς ἔς ἀπὸ βλέπεσιν αἰ πολί). Tales & hic Suetonius intelligit. Paedagogia enim non culpat, sed quod ex ingenuis. Quamvis hi pueri plerumque ad illicita dominis. Lipsius. A paedagogiis veterum, apud nostrates principes nobiles pueros similes in usus servientes, Paedagogios vocatos puto, corrupta voce, quasi paedagogianos diceres, qui & Gallicis Pages dicuntur. Marcellus Donatus.

Pue-

pedagogia, & nuptiarum concubinatus, Vestali virgini Rubria vim intulit. Acten libertam paullum absuit quin justo matrimonio sibi conjungeret: submissis consularibus viris qui regio genere ortam pejerarent. Puerum Sporum, exsecris testibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est: cum dote & flameo per solenne nuptiarum celeberrimo officio, deductum ad se pro uxore habuit. Exstatque cujusdam non inscitus jocus, Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset uxorem. Hunc Sporum AVgustarum ornamentis excultum, lecticaque vectum, & circa conventus mercatusque Græciæ, ac mox Romæ circa Sigillaria, comitatus est, identidem exosculans. Nam matris concubitum appetisse, & ab obtrektoribus ejus, ne ferox & impotens

mu-

Puerum Sporum.] Quem mutato nomine Sabinam dixit, ob similitudinem formæ: Dio, Zonaras, Suidas. vel Poppam, altero Sabinæ uxoris defunctæ nomine. ita Plutarchus in Galba. apud quem male scriptum Πορπαιον ἑσθησῆσθαι. nam Πορπαιον debuit. Præter historicos multa de hoc inaudito monstri istius facti Dio Chrysostomus in ea De pulchritudine. *Cas.*

Cum dote & flameo.] Vir ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque. Velum autem id quo nuptæ operiebantur, flameum vocabatur: quo boni ominis gratia eas velari solitas Sex. Pomp. tradit, idcirco quod eo assidue Flamæna uteretur, cui divortium facere non licebat. Ambrosius in l. de viduis. *Suasimus, fateor, ut vestem mutares, non ut flameum sumeres, ut à sepulchro recederes, non ut thalamum preparares.* Proinde Catullus initio carminis de nuptiis Iuliæ & Manlii, Hymenæum ad flameum capiendum exci-

rat. Hoc vero velamen luteum erat, ut Plinii verba declarant lib. xxi. c. viii. Ex quo Lucanus lib. ii.

Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem

Lutea demissos velârunt flamea vultus.

Brissonus.

Celeberrimo officio.] Calig. cap. xxv.

Conventus mercatusque Græciæ.] In Iulio Cæsare dictum de conventibus juridicis provinciarum. Tales hîc forte conventus Græciæ significantur. Mercatum vero quod spectat, sic Vellejus lib. i. *Is eos ludos, mercatumque instituit.* Iustinus quoque mercatus Olympici meminit lib. xiiii. *Quæ (epistolæ) recitata in mercatu Olympico magnos motus fecerunt.* Huc facit, quod nundinæ, & festa, olim fere in idem inciderint tempus. De quo Macrobius libro i. Saturn. cap. xvi.

Circa Sigillaria.] Claud. cap. xvi.

Matris concubitum.] Vide Tacitum initio libri xiiii. & Dionis compendium.

mulier & hoc genere gratie prevaleret, deterritum nemo dubitavit: utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippina simillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam quoties lectica cum matre veberetur, libidinum inceste, ac maculis vestis proditum affirmant. Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis pane omnibus membris, novissime quasi genus luxus excogitaret: quatenus fera pelle contactus emitteretur è cavea, virorumque ac fœminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet: & cum affatim deservisset, conficeretur à Doryphoro liberto: cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit: voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse: verum plerosque dissimulare vitium, & calliditate obtegere: ideoque professis apud se obscœnitatem, cetera quoque concessisse delicta.

3^o DIVITIARVM & pecunia fructum non alium putabat quam profusionem: sordidos ac deparcos esse quibus ratio impensarum constaret: pralautos vereque magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturque avunculum Cajum, nullo magis nomine, quam quod ingentes à Tiberio relictas opes in brevi

spa-

. Conficeretur à Doryphoro.] Conficere verbum arenæ proprium & accommodatum. Unde confectores ferarum. Sunt qui obscœni aliquid subesse velint. Quod autem Doryphoro Neronem denupsisse ait, cum alii omnes Pythagoram ejus maritum faciant, (ut paullo ante diximus) me adducit ut credam binominem fuisse hoc scelus hominis. Valdeque mihi quidem, verisimile est

alium in potissimis Neronis libertis Doryphorum fuisse, qui auctore Tacito, quasi adversatus Poppeæ nuptiis, P. Mario, L. Asinio Coss. creditus veneno à Principe sublatus, toto plus minus biennio ante hunc denuptum, qui eodem teste Coss. habuit C. Lecanium, M. Licinium. Torrent.

A Tiberio relictas.] Calig. c. xxxvii.

Quare

*spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumen-
di modum tenuit. In Tiridatem, quod vix credibile
videatur, octingena nummum millia diurna erogavit,
abeuntique super HS. millies contulit. Menecratem
citharædum & Spicillum mirmillonem triumphalium
virorum patrimonii adibusque donavit. Cercopithe-
cum Panerodem fœneratorem, & urbanis rusticis-
que prædiis locupletatum, prope regio extulit funere.
Nullam vestem bis induit. Quadringenis in pun-
ctum HS. aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpu-*

ra

*Quare nec largiendi nec absumen-
di modum tenuit] Tacitus Hist. i. Bis & vi-
cies millies sestertium donationibus Nero
effuderat: appellari singulos iussit, (de
Galba loquitur) decuma parte liberali-
tatis apud quemque eorum relicta. At
illis vix decumæ super portiones erant.
Si Nero quatuordecim annis quibus
in imperio fuit, bis & vicies millies
sestertium donationibus effudit: id
est, quingenties & quinquagies cen-
tena millia coronatorum: & auream
domum exstruxit: cum interim in o-
mni parte vitæ prodigos omnes superas-
set: quid existimabimus de opulentia
imperii? de eo Plinius lib. xii. ita in-
quit: Periti rerum astruxerunt, non ferre
thuris tantum, annuo sæcra Arabiam,
quantum Nero princeps novissimo Pompe-
sue die concremavit. ubi Poppeæ legen-
dum puto. Budæus.*

*Octingena nummum millia.] Viginti
coronatorum millia.*

*Super millies HS.] Super vicies quin-
quies centena millia coronatorum.*

*Spicillum.] Cujus infra commemi-
nit, cap. xlvi. & in Galba Plutarchus.*

*Cercopithecum Panerodem fœnerato-
rem.] Lector paulo attentior facile men-
dum sentiet. quis enim fœnerator tam
Neroni carus? Scribo igitur, sed su-
spensa manu, Cercopithecum Panerotis
fœneratoris, urbanis, &c. Ut Cercopi-*

*thecus gladiatoris, aut mimi cujuscumque,
Paneros liberti forte, fœneratoris, à
Nerone confiscati, nomen fuerit. Eros
sane, & Paneros pro servis in vetustis
monumentis legisse memini. Torrent.
Quod si proba est Torrentiana emen-
datio, prope est ut referam ad similem
Cajanæ insaniam. Quidni enim Nero
cercopithecum, animal oblectandis
hominibus factum, & urbanis rusti-
cisque prædiis ditaverit, & amplissimo
funere extulerit, cum Cæjus equo præ-
ter domum, & familiam, & suppellex
utilem, Consulatum etiam destinaverit?
Certe nihil magis in avunculo
suo Nero commendabat, quam abusum
opam ac profusionem, ut paulo ante
Suetonius scribit. Schildius.*

*Quadringenis in punctum HS. aleam
lusit.] Exponitur ad librum i. capite
LXXI.*

*Piscatus est rete aurato.] De aurco ha-
mo piscantibus elegans Augusti dictum
exstat, in ejus Vita cap. xxv.*

*Purpura coccoque &c.] Purpura & coc-
cus, de coccineo & purpureo dicun-
tur: sicut & conchylium de colore &
veste. λαμπερὴ χρῶμα, de coccineo
dixit Plutarchus in nuptialibus præce-
ptis. inde λαμπερὰ ἱστῆς coccinea a-
pud Evangelistam. Latinis clara vestis,
& clara purpura. nam purpuræ maxime
claræ τὸ λαμπερὸν habent, quod in*

P p 2

cocco

ra coccoque funibus nexis. Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata & phalerata cum
 31 *Mazacum turba, atque cursorum. Non in alia re da-*

mmo-

cocco inest. Græci hodieque ignem, absolute vocant λαμπερόν. Salmasius.

Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur.] Persarum fuit hæc luxuria, & regum Syriæ, de quibus multa Athenæus commemorat variis locis. Plutarchus de Surena qui Crassum debellavit, ἐξήλαυνεν, ait, καὶ ἐαυτὸν εἰς χιλίας σαδοφορέμους καμηλοῖς, καὶ Διγχοσίας ἀπλώας ἐπήγαγε παλλακίδων. Casaub. Lamprid. Elagabalo, Imperator etiam sexcenta dicitur vehicula duxisse, afferens decem millibus camelorum Persarum regem iter facere, & Neronem quingentis carrucis iter inisse. Carrucam autem vehiculum ad varios usus fuisse constat. nam & apud Scævolum carrucam dormitoriam legitur l. xiiii. De auro & argent. legatis, & Vipian. l. xiiii. Locati carrucarium pro ciliario exponit. Sed & mulas carrucarias apud I. Ctos. invenias. Plin. quoque libro xxiiii. cap. xi. conqueritur quod carrucæ tunc ex argento celarentur, cum aurata habuerit vehicula Elagabalus, atque gemmata, contemptis argenteis, eboratis, & æratis. In Pand. autem Florentinis carrucha & carrucharius scribitur. Torrent.

Soleis mularum argenteis.] Græci similiter ὑποδήματα ἵππων vocant. apud Aristotelem καμηλῆς εἰς πόλεμον ἵππας ὑποδίσιν καρβατίνας. Hist. animalium lib. ii. ut calceare mulas nosset in Vespasiano cap. xxxiiii. Xiphilinus ἀσάρια in simili. Proprie ἀσάρια dicuntur funiculi quibus calcei consuntur aut colligantur. unde apud Athenæum ὑποδήματα ἐνημερῆς ἀσάριας σαρωγῆς, sed & integra calciamina Hispanis confiebant è sparto, in pa-

storum ὀρειβατῶν usum: quorum meminit Plinius capite secundo libri xix. similia istis erant & mularum ἀσάρια. Apud Columellam libro sexto, cap. xii. solæ sparteæ ægri bovis pes induitur. Casaub. Poppæa aureis. Plin. l. xxxiiii. cap. xi.

Canusinatis.] Canusinatum dicimus, indutum veste ex lana Canusina confecta, cujus color est, ut Græci dicunt, ἐρυθρός, ut Latini interpretantur, rutilus. Canusina lana, teste Plinio, laudatissima fuit circa Canusium Apulix. Martialis:

Vt canusinatus nostro Syrus affere sudet.

Flavius Vopiscus memorat birros Canusinos scenicis donatos fuisse, significans vestimenta ex lana Canusina. Bezaudus.

Armillata & phalerata cum Mazacum turba.] In V. C. est, armillata phalerataque Mazacum turba. lego: armillata phalerataque Mazacum turba. Mazacum τῶν Μαζυῶν. Populi in Africa Mazuces aut Maryces. Inde & Marices. ita nominantur Ptolemæo, qui vulgarem & Latinum typum in nominibus urbium & gentium concipiendis fere semper sequitur. Stephanus: Μαζυῖς, οἱ Λιβύης Νομαδῆς. Nemesianus:

Quemque coloratus Mazux deserta per arva

Pavit, & assiduos docuit tolerare labores.

Salmasius.

Non in alia re damnosior.] Cod. Salmas. Non in aliâ re tamen damnosior. Vere. quippe, ut Transitorium suum perageret, multa sine dubio aliorum ædificia diruit.

Tran-

mnosior quam in edificando. Domum à Palatio Esquilias usque fecit. Quam primo Transitoriam, mox, incendio absumtam, restitutamque, Auream nominavit. De cujus spatio atque cultu suffecerit hoc retulisse. Vestibulum ejus fuit, in quo colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet: item stagnum maris instar, circumseptum edificiis ad urbium speciem. Rura insuper arvis atque vinetis & pascuis, silvisque, varia cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gem-

Transitoriam.] Ab ipso videlicet transitu, qui per eam domum facilis erat ab uno colle ad alterum collem. Forum quoque Nervæ, transitoriam dictum est. Beroald.

In quo colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie.] Zenodorus Romanam accitus est à Nerone, ubi destinatum in illius principis simulacrum colossus fecit ex. pedum longitudine, qui dicatus solis venerationi est, damnatis sceleribus illius principis. Plinius. Æ. Lampridius in Commodo Ant. Colossi caput demisit quod Neronis esset, ac suum imposuit: & sitalum more solito subscripsit, ita ut illum gladiatorium & effæminatam non prætermitteret.

Triplices.] Porticus duplices, triplicesque appellaverunt, quæ sunt laxiores, & in quibus ordines columnarum duplicati, triplicatique conficiuntur. Vitruvius in v. scribit in duplici palæstrarum porticu collocanda esse complura membra. Græco vocabulo retrastice porticus, & pentastice dicuntur à quatuor & quinque ordinibus columnarum. Gallienus Romanorum Imperator, auctore Iulio Capitolino, talem porticum fieri jusserat. Beroaldus.

Milliarias.] Sic Vopisc. Aureliano

porticum milliarensem in hortis Salustianis commemorat. Beroaldus & Egnatius mille passuum has porticus fuisse volunt. Verum ne tota quidem Neronis domus à Palatio Esquilias usque eam longitudinem habuit. Quare mille pedum fuisse dicamus. sic enim metiebantur veteres. Horat.

— nulla decempedio

Metata privatis opacans

Porticus excipiebat Arctæ.

lib. 11. Od. xv. Si quis tamen mille passuum intelligi porticus istas velit, non equidem repugnabo. Qualem à Cæsare cogitatam fuisse in campo Martio indicat Cic. lib. 1111. Ad Attic. epist. xvi. Torrentius. Amplitudinem Neronianæ domus ista Pliniana monstrant: Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum, Caii & Neronis. libri trigésimi sexti capite decimo quinto.

Stagnum maris instar, circumseptum edificiis ad urbium speciem. Rura insuper.] Martialis libro primo,

Hic ubi conspicis venerabilis amphitheatri

Erigitur moles, stagna Neronis erant:
Hic ubi miramur velocis manera the-
mas:

Abstulerat miseris tella superbus ager.

gemmis unionumque conchis erant. Cœnationes laqueata tabulis eburneis versatilibus, ut flores, fistulis, ut unguenta desuper spargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur: balineæ marinis & Albulis fluentes aquis. Ejusmodi domum cum absolutam dedicaret, hætenus comprobavit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. Præterea inchoabat piscinam à Miseno ad Avernum lacum, contextam,

por-

Unionum conchis.] Quibus uniones reperiuntur: siquidem conchæ ipsæ aliqua ex parte margaritarum imitantur candorem. *Sabell.*

Cœnationes laqueata.] Laquearia, vel laqueata tecta erant, quæ nunc *lambrissata* vocamus. ex tabulis enim ligneis fiebant, in varias figuras, & mœandros sectis, & carlatis. quæ tabulæ plerumque etiam versatiles erant, ita ut & flores & unguenta desuper spargerentur. Hic vero locus ex veteribus libris ita legendus est: *Cœnationes laqueata tabulis eburneis versatilibus, ut flores: fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur.* non enim tantum versatiles fuere illæ tabulæ, quibus ea cœnatio Neronis laqueata est, sed etiam fistulata, & versatiles quidem ad hoc, ut flores desuper spargerent. fistulata vero ad unguenta fundenda. *Salmasius.*

Versatilibus.] Vtrum tandem sapientio-rem putas qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem eorum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet, aut siccat; versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies, atque alia succedat, & toties tecta, quoties fercula mutantur: an eum qui & aliis, & sibi hoc monstrat, quam nihil nobis Natura durum ac difficile imperaverit? *Seneca.*

Marinis & Albulis.] AVGUST. cap.

Ejusmodi domum cum absolutam dedicaret.] Dedicare non solum est a *vai-jevoj tva jda.* sed etiam auspicias usum alicujus rei: quod fiebat cum solenni festivitate: sic *dedicatio patinae*, in Vitellio cap. XIII. & apud alios Latinos scriptores. Idem mos olim apud Hebræos, ut apparet Deuteronomii cap. XX. & Græcos. Plinius ad Trajanum: *Qui virilem tazam sumunt, vel nuptias faciunt, vel iuvent magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam bulam, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare.* *Calaubonus.*

Vt se diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse.] Nimirum sic habitaverunt illi, qui hoc imperium fecerunt, tantas ad vincendas gentes triumphosque referendos ab aratro aut foco exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinere, quam cellaria istorum. Subit vero cogitatio, quora portio harum (*de Caji & Neronis domibus loquitur*) fuerunt areæ illæ, quas invictis Imperatoribus decernebant publicæ ad edificandas domos: summusque illorum honos erat, sicut in L. Valerio Publicola, qui primus consul fuit cum L. Bruto, post tot merita, & fratre ejus, qui bis in eodem magistratu Sabinos devicerat, adjici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. *Plinius.*

Fossam

porticibus conclusam, quo quidquid totis Baji calidarum esset, converteretur. Fossam ab Averno Ostiam usque, ut navibus nec tamen mari iretur, longitudinis per centum sexaginta millia: latitudinis, qua contraria quinquereemes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodia in Italiam deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari, praeceperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam imperii etiam spe quadam repentina immensarum & reconditarum opum impulsus est: ex indicio equitis Rom. pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimæ gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula molientium opera. Verum ut spes fefellit, destitutus, atque ita jam exhau-³²stus & egens, ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset, calamitatis rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit ut e libertorum defunctorum bonis pro semisse do-

[Fossam ab Averno Ostiam usque.] Sero & Celeri ingenium & audacia erit, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, & viribus principis illudere. Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberinæ depressuros promiserant, squalenti littore, aut per montes adversos. neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes: ceteræ abrupta, aut arenia, ac si perumpi possent, intolerandus labor, nec satis caussa. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga commixus est: manentque vestigia irritæ spei. Tacitus.

[Quod abique esset custodia.] Vide ad lib. III. cap. LXXI.

[Ex indicio equitis Rom.] Cæsellium Bassum vocat Tacitus initio lib. XVI.

[Commoda veteranorum.] AVGUST. CAP. XXI. II.

[Libertorum defunctorum bonis.] Veteri jure cautum fuisse tradit Justinianus lib. III. tit. De success. libert. ut, si libertus sine liberis decederet, sive testatus sive intestatus, patronus dimidium bonorum ejus acciperet. Nero instituit ut pro semisse, quem jure fisci capiebat, de quo Vespasian. c. XXI. II. dodrans exigeretur, id est, dimidium præterea ejus quod patrono competeat, si qui libertus sine probabili aliqua causa nomen ullius familiæ usurpasset quam princeps contingeret. Videri enim volebat æque eorum libertorum patronus

dodrans cogereetur ei, si qui sine probabili causa eo nomine essent quo fuissent illæ familiæ quas ipse contingeret: deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent: ac ne impune esset studiosis juris qui scripserunt vel dictassent ea: tum ut lege majestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. Revocavit & præmia coronarum, quæ unquam sibi in certaminibus civitates detulissent. Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris,

sub-

atque is esset qui vero nomine & manifestarius haberetur. Reddenda ergo patrono & sui, & liberti nominis ratio, si semissem ex ejus bonis consequi volebat. *Torrentius.*

Pro semisse dodrans ei cogereetur.] Cod. Salmat. *dextrans ei cogereetur.*

Ingratorum in principem.] Qui testando inter heredes Neronem ipsum non nominassent: quum ab eo ipsi quoquo modo ornati fuissent, aut in familiarissimis habiti. *Subellius.* Calig. cap. xxxviii.

Studiosis juris qui scripserunt vel dictassent ea.] Romani in faciendis omnibus paullo majoris rei contractibus, itemque in scribendis testamentis, ad juris peritos adibant. Mirto Ciceronis multos locos. Arrianus in Epicteto capite decimotertio libri secundi: ἀλλ' εἰδὲ νομικὸν ἕνα παρέλαθε πρόποτε τὸ ἐρεῖνε αὐτῷ καὶ ἐξαγοσέδου πρὸ νόμου; ἀλλὰ Διότηκην μὲν ἐρεῖφε, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γραφεῖν, ἢ ἐπὶ ἑσπλάων τὸ εἰδὼτε εἰδ' ἐχρὼν ἄλλως σφραγίσει. ἢ ἀσφάλεια γραφῆ: οὐδέτι δ' ἔστι δίζα νομικῶ. *B. Augustinus in Ioannem, Qui habent causam & volunt supplicare, querunt aliquem scholasticum juris peritum, à quo sibi preces componantur. Sero postea has partes sibi vindicarunt tabelliones: à quibus propterea juris peritia exigitur,*

Novella lxxvi. quin etiam νομικὸν dicti tabelliones. Suidas in Ταῖς Νόμους. *Casaubonus.*

Revocavit & præmia coronarum.] Ante retulit, cap. xxi. quemadmodum civitates apud quas Mūsici agones edī solebant jam instituerant citharodorum coronas omnes ad eum mittere. Nero igitur, si qua civitas id facere omisisset, ad præstandum compulit. *Præmia* autem pro pretia dixit. *Quæ* revocata interpretor ab hac mente, quod coronæ quæ ab ullis civitatibus unquam Principi delatæ, neque repræsentatæ essent, seu (quod proclive est suspicari) remissæ & condonatæ, seu cum non repeterentur, creditæ iis qui obtulissent, habitæ à Principe pro derelictis, longo intervallo justæ exigi, id enim est, opinor, Latine *revocare*. *Torrent.* Scribendum ex V. C. *Revocavit & præmia civitatum, quæ unquam sibi in certaminibus coronas detulissent.* *Fulv. Vrsinus.*

Cum interdixisset usum amethystini.] Amethystinus color, ab amethysto gemma, sicut pæderotinus à pæderote gemma, quam alio nomine opallium dixere. *Vopiscus Aureliano: Concessit ut blattæ matronæ tunicas haberent, & ceteras vestes, quæ antea coloreas habuissent, & ut multum oxypæderotinas. Id multum, id est, si plurimum illis permissum fuisset. Non magnum sane discrimen*

submisissetque qui mundinarum die pauculas uncias venderet: preclusit cunctos negotiatores. Quinetiam inter canendum animadversam matronam è spectaculis, vetita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus suis creditur: detractamque illico, non veste modo sed & bonis exiit. Nulli delegavit officium, ut non adjiceret: scis quid mihi opus sit: & hoc agamus, ne quis quidquam habeat. Ultimo, templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata conflagavit: in his Penatium deorum, quæ mox Galba restituit. PARRICIDIA & cædes à Claudio 33 exorsus est: cujus necis etsi non auctor, at conscius fuit: neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quasi deorum cibum, posthac proverbio Græco collaudare sit solitus. Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum insectatus est, modo stultitiae, modo severitiae arguens. Nam &

crimen fuisse videtur inter amethystinum, & oxypæderotinum. quare non mirum est eum colorem, ut pretiosiorum, & purpuræ propiorum rarius fuisse matronis usurpatum. Nero, ut ex Suetonio discimus, non solum Tyrii, sed etiã amethystini coloris usum privaris interdixit. Ovidius famem amethystinum interpreti levioris colores enumerat, quem inter alios plures & viliores concedit mulieribus artis suæ. Videntur ergo matronæ, Aureliani temporibus, in solatium ademptæ purpuræ vel conchyliatæ vestis, aut ut tum loquebantur blattæ, quæ erat magni pretii, amethystinas & oxypæderotinas, quæ proxime ad purpureas accederent, in usu habuisse. Salmasius.

Ac Tyrii coloris.] Tyrio lana summa in colore sanguinis concreti, Plinio teste. Sanguinis color φοινίξ vel φοινίς.

MO-
Nam id proprie significat. Apud poetam velleræ Tyrios incocta rabores leguntur. Et Homero purpureus sanguis dicitur, eidemque terra rubet sanguine:

Hesychius φοινίξ, interpretatur αιμορροϊδης. Unde Græci veteres eam Syriæ partem in qua purpura optima tingebatur, φοινίκην videntur appellasse, & φοινίκας Tyri & Sidonis incolas, unde præstantissima purpura Tyria, quæ & Sarrana Latinis, quia Sar olim Tyrus. Salmasius.

Pauculas uncias.] Nero igitur in universum coloris hujus usum sustulit, ne quid eo imbueretur. Cæsar dictator promiscuum conchyliatæ vestis usum sustulit. Suetonius cap. XLII.

Morari.] Α μωρος, quod fatuum significat, nam hinc morus ad Latinos transit.

morari cum inter homines desuisse, producta prima syllaba jocabatur: multaque decreta & constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Denique bustum ejus consepiri, nisi humili levique materia, neglexit. Britannicum, non minus emulatione vocis que illi jucundior suppetebat, quam metu ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prevaleret, veneno aggressus est. Quod acceptum à quadam Locusta, venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, ventre modo Britannici moto: accersitam mulierem sua manu verberavit; arguens pro veneno remedium dedisse. Excusantique minus datum ad occultandam

transiit. Plautus Trinummus: *Is mores hominum & moros & morosos facit.* Ad ad caput Claudii xxxviii.

Denique bustum ejus consepiri nisi humili levique materia neglexit.] Principum defunctorum cineres in Mausoleum, dum fuit ibi vacuus locus, inferebant: sed ubi fuerant cremati, non minus pro religiosis locis habebantur. sic notat Strabo in descriptione campi Martii, τὸ τὸ κώπος & ΑΥΨΕΥΣ ΤΟΠΟΥ diversum à Mausoleo. servatum idem in ceteris principibus, quorum busta instar ceterorum monumentorum & sepulchrorum fuere. Semper autem monumenta suorum sepiebant veteres, tenuiores quidem maceria aut humili aliqua levique materia: honestiores vero loricæ de silice vel saxo aut marmore: vide infra cap. 1. Virgilius in Cælicæ,

*—tumulus formatum crevit in orbem
Quem circum, lapidum levi de marmore
formas*

Conserit, assidua cura memor.

Pausanias *Ἐλισσὶν δὲ μὲν* vocat secundo Eliacorum: alibi *κρηπίδα*. Ita Dio quoque lib. quinquagesimo primo dixit *τῆν κρηπίδα τῆς Ἰβλίου ἡρώε.* Macer IC. lege xxxvi. Dig. De reli-

giosis, &c. *monumentum sepulchri definiens, istiusmodi κρηπίδας intelligit, Casaubon.*

Bustum.] *Bustum* sane quod Græci *ὄβριον* vocat Cicero II. De legibus. plura notavi in Horatio Epod. xvii.

*Neque in sepulchris pauperum prudens
anus*

Narrendiales dissipare pulveres.

Quo loco vetus interpretes *Pauperum*, inquit, nam diu non sepulchra suis custodiunt, cura erant. Addiditque apud antiquos morem fuisse ut defuncti corpus triduo servaretur domi (Vnde Virgil. *Sed ubi hunc refer ante suis.*) post triduum vero in rogam poneretur. (Vnde idem Poeta, *—*

*Tertia lux caelo gestilans dimoverat
—brans,*

*Marcens aliam cinerem, & confusa
ruebant*

Offa facis.)

iterumque post triduum cinis in urnam mitteretur, ac tumulo mandaretur

Torrensus.] Hoc quoque nomine Satyri carmine Locusta nota est:

*Instituitque rudes melior Locusta poppina
—quæ,*

facinoris invidiam: Sane, inquit, legem Iuliam timo: cœgitque se coram in cubiculo quam posset velocissimum ac presentaneum coquere. Deinde in hædo expertus, postquam is quinque horas protraxit: iterum ac sapius recoctum, porcello objecit. Quo statim examinato, inferri in triclinium, darique cœnanti secum Britannico imperavit. Et cum ille ad primum gustum concidisset, comittali morbo ex consuetudine correptum apud convivas ementitus, postero die raptim inter maximos imbres translatitio extulit funere. Locusta pro navata opera; impunitatem prædiæque ampla, sed & discipulos dedit. Matrem, dicta factaque sua³⁴ exquirentem acerbius & corrigentem, hæctenus primo gravabatur, ut invidia identidem oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumque abiturus: mox & honore omni & potestate privavit, abductaque militum &

Ger-

Per sanam, & populum nigros efferre maritos.

Sabellicus.

Legem Iuliam timo.] De beneficiis C. Valerio Flacco, M. Claudio Marcello Coss. A. V. ccccxxii. primum quæsitum est, & lex constituta. Livius lib. viii. Secuta est Cornelia, à L. Sulla Dictatore lata. Cicero Pro Cluentio. Inde Iulia, C. Iulii Cæsaris dictatoris. Quæ quod forte nihil amplius quam Cornelia statueret, factum est ut IC. ti recentiores Corneliz tantum meminerint, quanquam (ut verisimile est) Neronis tempore Iulia potius vocaretur. Torrentius. Cum nuspian legem Iuliam de beneficiis observare liceat, Marcellus Donatus sic exponit, ut Iuliam majestatem timere se Nero dixerit, qua inter alia cavebatur: Si quis opera, consilio vel dolo, magistratum pop. R. imperium, vel potestatem habentem occiderit. Ita magis etiam irrisui Britannicum habuerit,

quasi jam destinatum multorum votis imperatorem.

Translatitio extulit funere.] Sic cause translatitia sup. cap. vii. Vfus eo Suetonius etiam AVgust. cap. x. ac sæpe Cicero. Libri vetustissimi fere tralatitium scribunt. Zonaras autem Britannici corpus, ne livor ex veneno appareret, oblitum gypso elatum narrat, sed subita pluvia elato gypso, facinus omnium oculis detectum fuisse. Torrent.

Abductaque militum & Germanorum statione.] Duplex ergo custodia Agrippinz, uti & principi ipsi: Prætoriani milites, Germanique. Iampridem vero Germanis habitus hic honos: & ante eos Hispanis Imo & externi reges vitam suam commiserunt istis. De Herode quidem lego Iudææ, habuisse eum in satellitio Germanos. Hæc tamen laus propria quodammodo Bataavorum. Vti enim hodie Helvetii, sic illi olim eximii ad hoc munus. Itaque indis-

& Germanorum statione, contubernio quoque ac palatio expulit. Neque in divexanda quidquam pensi habuit: submissis & qui Romæ morantem, litibus, & in secessu quiescentem, per convitia & jocos, terra marique prætervehentes inquietarent. Verum minis ejus ac violentia territus perdere statuit. Et cum veneno ter tentasset, sentiretque antidotis præmunitam: lacunaria, quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent, paravit. Hoc consilio per conscios parum celato, solutilem navem, cujus vel naufragio vel camera ruina periret, commentus est. Atque ita reconciliatione simulata, jucundissimis literis Bajæ evocavit ad sollempnia Quinquatrium simul celebranda: datoque negotio trierarchis, qui Liburnicam, qua advecta erat, velut fortuito concursu confringerent, protraxit

con-

indiscriminatim modo Batavi ii custodes appellati, modo Germani. Batavos Suet. Cal. cap. XLIIII. nominat, Plurarchus in Othone. Dio apertissime lib. LV. Ex cujus verbis etiam disces, Equites peditesque in hac manu fuisse, sicut & in constitutione Hadriani, inter Vexillationes Palatinas Batavos equites seniores junioresque recensitos reperies. Invenio & Frisios in hoc numero. Lapis Interamnæ. HILARIUS. NERONIS. CAESARIS. CORPORIS. CUSTOS. NATIONE. FRISO. Lipsius.

Vel camera ruina periret.] Camera, curva tecta sunt, de quarum dispositionibus videndus Vitruvius lib. VII. cap. XII. quæ & trullisabantur, & inducebantur tectorio. Sunt autem longe aliud à laquearibus, quamvis non ignorem, quævis tecta, cameras recentioribus dici, atque inde etiam cameras cœnationes ipsas appellatas, sive laqueatæ essent, sive cameratæ. Salmasius.

Ad sollempnia Quinquatrium simul celebranda.] Horatius Quinquartus festas

vocat. Causa, quia ii dies lati Minervæ, lati pueris virisque. Feriæ pueris, at viris etiam ludi, & spectacula gladiatorum. Ovidius de quinque his diebus: Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro.

Causa, quod est illa nata Minerva die. Altera, tresque super rasâ celebratur arena,

Ensis exsertis bellica lata dea est.

Trierarchis.] Trierarchus significat præpositum navis triremis, quæ Græco vocabulo τριήρης dicitur. Beroaldus. Apud Græcos id præcipue dignationis vocabulum fuit, quo non nisi opulentiores donabantur, quippe quæis triremium privato sumtu instruendarum necessitas incumberebat. De Isocrate Plutarchus, τριήραρον, inquit, ὄσον πλοῦτος σφισῶν, διπλόησον, ὡς καὶ τριήραρχισσα.

Velut fortuito concursu confringerent.] Codex Salmasii concursu: lege concursu.

convivium. Repetentique Baulos, in locum corrupti navigii, machinosum illud obtulit, hilare profecutus: atque in digressu papillas quoque exosculatus, reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit, cæptorum opperiens exitum. Sed ut diversa omnia, nandoque evasisse eam comperit, inops consilii, L. Ageranium, libertum ejus, salvam & incolumem cum gaudio nuntiantem, objecto clam juxta pugione, ut percussorem sibi subornatum arripi constringique jussit, matremque occidi: quasi deprehensum crimen voluntaria morte vitasset. Adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus, ad visendum interfecta cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interim oborta, bibisse. Neque tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum & senatus populi gratulationibus confirmaretur, aut statim aut nunquam postea ferre potuit: sepe confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac tædis ardentibus. Quin & factò per Magos sacro, evocare Ma-

nes,

Baulos.] Tacitus: Ducitque Baulos, id villa nomen est, quæ promontorium Misenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluitur. Antea Hortensii villa, tunc in principum bonis. De qua non inelegans Epigramma condidit Symmachus, ejus possessor. Martialis:

Dum petit à Baulis mater Cerelia Bajas.

Materna specie.] Alterum umbrarum exemplum Calig. cap. 218. & Oth. cap. 111. Sed & Domitianus antequam interficeretur Iunium Rusticum, quem innocentem occiderat, gladio ad se venientem in somnis vidit. Xiphilin. Horat. Epod. v. *Nocturnus occurram furor.* Torrent.

Verberibus furiarum.] Nolite putare quemadmodum in fabulis sæpe videtis

eos, qui impie, scelerateque commiserint, agitari, & perterteri furiarum tædis ardentibus: sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, amentiaque animi terrent: hæ sunt impiis assidue domesticæ furis, quæ dies, noctesque parentum pœnas à consecratissimis filiis repetant. Cicero.

Factò per magos sacro.] Ut narravit Osthanes, species magiæ plures sunt. Namque & ex aqua, & ex sphaeris, & ex aère, & stellis, & lucernis ac pelvibus, securibusque, & multis aliis divina promittit: præterea umbrarum, inferorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque com-

nes, & exorare tentavit. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis sacris, quorum imitatione impii & scelerati voce præconis submoverentur, interesse non ausus est. Iunxitque parricidio matris amitæ necem. Quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret, & illa tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset, Simul hanc excepero, mori volo, conversus ad proximos, confestim se positurum velut irridens ait: præcepitque medicis ut largius purgarent ægram. Nam nec dum defunctæ bona invasit, suppresso testamento, ne quid abscederet.

35 Vxores præter Octaviam duas postea duxit. Poppæam

Sa-

comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Plinius.

Evocare manes.] Evocatio manium est, quam per artem magicam facit Vlysses apud Homerum in xi. Odysseæ. Consimiliter apud Silium Scipio evocat manes, hoc est, umbras defunctorum, magico sacrificio. Appion quoque grammaticus prodidit, se evocasse umbras ad percontandum, Homerus qua patria, quibusve parentibus genitus esset. De hac manium evocatione intellexit Tibullus sic scribens de saga foemina:

Hæc cantu finditque solum, manesque sepulcris

Elicit. —

Fiebat autem peculiariter inferorum evocatio sanguine in fossam victimarum, melle, vino, lacte, comistis. Hinc ab Horatio dictum:

— Crur in fossam confusus, ut inde Manes elicerent animas responsa daturas.

Beroaldus.

Eleusiniis sacris.] August. cap. xciii. & Claud. cap. xxv. Iul. Capitolinus in M. Antonino Philosopho: Orientali-

bus rebus ordinatis, Athenis fuit, & inter alia Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret, & sacrarium solus ingressus est.

Scelerati voce præconis.] Scribit Ælius Lampridius, in Eleusiniis sacris proclamari solitum ut nemo ingrediat, nisi qui se innocentem novit. Hinc translatum est illud pœticum:

— Procul, ò procul este profani
Conclamat vates. —

Præterea nullus, qui initiatus non foret ingrediebatur apud Athenienses templum Cereris. Vnde cum olim duo juvenes Acarnanes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudens religionis ingressi essent, deducti sunt ad antistites, & tanquam ob infandum scelus interfecti. Beroald.

Amitæ necem.] Domitiz.

Simul hanc excepero.] Verba amitæ in morbo blandientis Neroni, tanquam tunc libenter morituræ, cum vidisset Neronem deposita prima lanugine jam maturum Imperio ad virilitatem pervenisse. Morem barbæ primæ ponendæ explicatum vides ad cap. xii.

Poppæam Sabinam.] Hæc T. Ollio patre genita, avi materni Poppæi Sabinii nomen sumpsit, & à matrimonio Rufi

Sabinam, quaestorio patre natam, & equiti Romano ante nuptam: deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. Qua ut potiretur, virum ejus Atticum Vestinum Cos. in honore ipso trucidavit. Octavia consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta. Eandem mox saepe frustra strangulare meditatus, dimisit ut sterilem: sed improbante divortium populo, nec parcente convitiis, etiam relegavit. Denique occidit sub crimine adulteriorum, ad eo impudenti falsoque, ut in questione pernegantibus cunctis, Anicetum paedagogum suum indicem subjece- rit, qui dolo stupratam à se fateretur. Poppæam duode- cimo die post divortium Octavia in matrimonium ac- ceptam, dilexit unice. Et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit: quod se ex aurigatione sero reversum, gravida & agra convitiis incesserat. Ex hac filiam

tu-

Rufi Crispi, cui ante nupserat, Otho- nis opera ad Neronem pervenit. An- nal. xiiii.

Tauri bis consulis.] Ab hoc Statilio Tauro temporibus Augusti Amphitheatrum Romæ extructum est. Fuit & alius Statilius Taurus hujus Messalinæ frater, ut opinor, qui ob opes, & hortos egregios, quibus Agrippina inhia- bat, accusatus vim vitæ suæ attulit. *Habemus,* inquit Marcus Varro, *multa nomina à pecore, ex quo Statilii Tauri, Anni Capræ, Pomponii Vituli cognominati.* Beroaldus. Anno DCCCXVIII. Dio & Cassiodorus consules edunt Augu- stum VIIII. & T. Statilium Taurum II. Fuit autem Statilius ante ann. DCCVII. in parte anni primum consul, hic nunc est II. *Onuphr. Panvinus.*

Anicetum.] Tacit. Anicetum hunc classi apud Misenum præfectum fuisse

scribit, cujus opera Nero etiam in oc- cidenda matre usus sit.

Poppæam dilexit unice.] Non ergo mi- rum, si tantum luxui ejus indulgit. Xi- philinus: *ἡ δὲ Σαβίνη αὐτῆς ἕως ὑπερτέφθησεν (ἐν γὰρ τῷ βραχυτά- των πᾶν δηλωθήσει) ὥστε τὰς τε ἡ- μιόνας τὰς ἀΐστας αὐτῶν ἐπιχρυσῶσαι ὑποδείαζ, καὶ ὄνας πενταχθσίας δρο- τόκους καθ' ἡμέραν ἀμίλγαζ, ἢ ἐν τῷ γάλακτι αὐτῶν λῦν).*

Ictu calcis.] Tacitus: Post finem ludi- cri Poppæa mortem obiit fortuita mariti iracundiâ, à quo gravida ictu calcis affli- cta est. Neque enim crediderim veneno, quod quidam scriptores magis odio, quam ex fide tradiderunt. *Sabell.*

Ex hac filiam tulit Claudiam Augu- stam, unisitque admodum infantem.] Natam sibi ex Poppæa filiam Nero ul- tra

tra

tulit Claudiam Augustam, amisitque admodum infantem. Nullum adeo necessitudinis genus est quod non scelere perculerit. Antoniam Claudii filiam recusantem post Poppæe mortem nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum, interemit. Similiter interemit ceteros, affinitate aliqua sibi aut propinquitate conjunctos. In quibus Avlum Plantium juvenem: quem cum ante mortem per vim constuprasset: Eat nunc, inquit, mater mea, & successorem meum osculetur: jactans dilectum ab ea, & ad spem imperii impulsum. Privignum Rufinum Crispinum, Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit. Tuscum nutricis filium relegavit, quod in procuratione Egypti, balineis in adventum suum ex-

stru-

tra mortale gaudium accepit, appellavitque Augustam, dato & Poppæe eodem cognomento. Iam Senatus uterum Poppæe commendaverat diis, vota que publice susceperat, quæ multiplicata exsolutaque. Et additæ supplicationes, Templumque Fecunditati, & certamen ad exemplar Aëtiacæ religionis decretum. Utque fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis collocarentur: ludicrum Circense ut Julia genti apud Bovillas, ita Claudia Domitiæque apud Antium ederetur. quæ fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Tacitus.

Antoniam filiam Claudii.] Ex Præti-
na nempe. nam Octaviam Claudio
Messallina peperit. Quam pater ante-
quam Neroni traderet, ne sororem is
suam ducere videretur, Claudii & ipse
filius adoptivus, in aliam familiam
adoptandam dedit. Zonaras, & Xi-
phil. ex Dione. Torrent.

In quibus Avlum Plantium.] Cum li-
bris aliquot verius est A. Plautium vo-

cati: filium fortasse ejus qui de Britan-
nis triumphavit. Cum Rubellio Plau-
to si confundis (quod faciunt plures)
quomodo vel hac parte Tacitum cum
Suetonio junges, qui diversissima Ne-
ronis verba depromunt? Capite Rubel-
lii allato, Quis, inquit, Nero deposito
metu nuptias Poppæe ob ejusmodi terrores
dilatas maturare parat. Præterea sic Sue-
tonius Romæ fuisse debuit, cum cæsus
est: in Asia iste. Hic viva Agrippina,
ille mortua pridem interfectus. Lipsius.

Ducatus & imperia ludere.] Plutarch.
Catone narrans ut aliquando inter pue-
ros luserit, Ludus (inquit) erat judicium,
& accusationes. Spartian. Severo, Nul-
lum inter pueros ludum nisi ad judices
exercuit. Sed & Trebellius Gallieno,
neque aliter remp. vegeret quam cum pueris
fingunt potestates. His adde Senec. lib. In
sapientem non cadere injuriam c. XII.
Torrent.

In procuratione Egypti.] Vide Clau-
dii cap. XII.

In adventum suum.] Cum Nero sus-
cepit-

structis lavisset. Senecam præceptorem ad necem compulit: quamvis sæpe commeatum petenti, bonisque cedenti, per sancte jurasset, suspectum se frustra, periturumque potius quam nociturum ei. Burro præfeto remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Libertos divites & senes olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores, atque rectores, veneno, partim cibis partim potionibus indito, interceptit. Nec minore sevitia foris & in externos grassatus est. Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius eare, ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cade aliqua illustri expiare, atque à semet in capita procerum depellere: nobilissimo cuique exitium destinavit. Enimvero multo magis & quasi per justam causam duabus conjurationibus promulgatis: quarum prior majorque Pisoniana, Roma: posterior, Viniciana, Beneventi conflata atque detecta est. Conjurati è vinculis triplicium catenarum dixere causam: cum quidam

cepisset peregrinationem Alexandrinam, vulgassetque se in Ægyptum iturum, Ægyptii extruxerant novas balneas, quibus Neronem suo adventu honorificenter acciperent: quibus cum filius nutricis ausus esset lavare, fuit interemptus, tanquam nullam habuisset rationem Imperatoris majestatis, cujus utensilia à reliquorum usu sejuncta esse solent. Vnde legimus apud Historicos, capitale fuisse, si quis confedisset in sella Persarum regis. Beroald. Ante dictum est Neronem profectionem Alexandrinam susceptam mox deseruisse, cap. XIX.

Bonisque cedente.] Quæ cum pro equestri loco nimia essent, invidiæ illum publicæ objiciebant. Ea de re legendus

egregius libellus De vita beata, quem scripsit non alia causa, quam ut ora obstrueret calumniatoribus, præsertim à capite XVII.

Libertos divites & senes.] Inter quos Pallantem, & Doryphorum.

Stella crinita qua summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur.] Ad Claud. cap. ult. ex Plinio.

Cade aliqua illustri expiare.] Vid. Claud. cap. XXIX. & Tacitum in anno DCCCXVII.

Promulgatis.] Cod. Salmas. promulgatis.

Pisoniana.] De hac conjuratione prolixè Tacit. Annal. XV. Viniciana verò obscurior est.

dam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus. Damnatorum liberi urbe pulsati, enectique veneno aut fame. Constat quosdam cum pædagogis & capsariis uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos querere. Nullus posthac adhibitus delectus aut modus interrimendi quoscumque libuisset, quacumque de causa. Sed ne de pluribus referam, Salvidieno Orfito obiectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset: Cassio Longino Iuriconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cesaris imagines restituis-

[Nonnulli etiam imputarent.] Hoc est, beneficium se illi præstare dicerent, si omnibus coopertum probris interficerent.

[Tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere.] Intelligit Sulpicium Asperum de quo Tacitus, libro xv. Proximum constantia exemplum Sulpicius Asper centurio præbuit: percontanti Neroni cur in cadem suam conspiravisset, breviter respondens, Non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse. vide libro tertio, capite lxxvi, de Artabani litteris.

[Capsariis.] Qui capsulam cum libellis deferébant: Juvenal. Sat. x. de puero ingenuo,

Quem sequitur custos angustæ vernula
capsa.

Id est, servulus capsarius. Sed & Vlpian. l. xiiii. De manumiss. vindicta capsarium interpretatur eum qui libros portat. Alioqui & capsarum opificem, & eum etiam qui vestimenta in balneis servanda recipit significat l. ult. De jure immunit. l. iiii. De off. Præfecti Vigilum. quod illa capsis includerentur. Torrent.

[Diurnum victum.] Scribit Tacit. o-

mnis generis, ordinis, sexus homines, divites ac pauperes, adversus Neronem conspirasse. Pauperiores igitur Nero fame mori coëgit, prohibendo victum in diem querere.

[Salvidieno Orfito.] Consularem Salvidienum Orfitum, nescio an hunc ipsum, à Domitiano interentum narrat, quasi molitorem novarum rerum, lib. ultimo, cap. x.

[Civitatibus ad stationem.] Stationes Romæ multiplices erant. nam & bibliopolarum, & tabernariorum, & judicentium stationes legimus. Juvenal. Satyr. xi.

— omnis
Convictus, thermæ, stationes, omne
theatrum.

Sed hoc loco municipiorum stationes intelligo, (quas in foro fuisse probant Victor reg. Urbis v l i i. & Plin. lib. xvi. c. xliiii. De quibus etiam alter Plin. lib. ii. Epist. ix.) sic dictas, (ni fallor) quod legati municipiorum illie versarentur. Adde (si lubet) Paullum l. C. l. v l i. Ex quib. caus. major. Torrent.

[Restituisset.] Cod. Salmas. retinuisset.

Imagines vero illas quod spectat, sic
Poly-

tuisset. Pato Thræseæ, tristior & pedagogi vultus. Mori iussis non amplius quam horarium spatium dabat. Ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat, venas mortis gratia incidere. Creditur etiam polyphago cuidam Egyptii generis, crudam carnem & quidquid daretur mandere assueto, concupisse vivos homines laniandos absumentosque obicere. Elatus inflatusque tantis velut successibus, negavit quemquam principum scisse quid sibi liceret. Multasque nec dubias significationes saepe jecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus: eumque ordinem sublaturum quandoque è Rep. ac provincias & exercitus equiti Rom. ac libertis permissurum. Certe neque ad-

Polybius lib. vi. Imago est insignis alicujus viri simulacrum, oris similitudinem artificiose effictam, coloribus pigmentisque adumbratam, referens, quod in insigniori & celebriori domus parte ligneo armario includebant. Non autem omnibus imaginem sui ponere licebat: sed iis tantum, qui magistratus curules gessissent, quales fuerunt primum Aediles curules, Prætores, Censores, & Consules. Cumque hi magistratus primum solis patriciis patuerint, sequitur etiam patricios primum solos jus imaginis habuisse. Postquam autem hi honores plebi communicati sunt, eos jus ponendæ imaginis simul accepisse, dubium non est.

Pato Thræseæ.] Thræseas hic admirator unicus Catonis, de cujus vita librum scripsit, indicante Plutarcho. Laudes ejus sparsæ in Tacito, Arriano, Dione: sed ante alia egregium de illo elogium ipsius Neronis, in Plutarchi libello πολιτικῶν ᾠδῶν ἑλεγκτικῶν. Αἰτ: Νέρων ὁλίγην ἔμεθευεν ἢ κλεινὰν τὴν Θρακίαν μάλιστα μισῶν καὶ

φοβῶντο, ἐπὶ λαλῶντος τοῦ αἰσ κακῶς κεκελευμένῃ καὶ ἀδικῶς, Ἐβελόμην αὖν, ἔφη, Θρακίαν ἕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς διηγεῖται κλεινὸς ἐστίν.

Qui cunctantes continuo curarent.] Similes atrocibus factis facetias conjunxit Caligula: necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset ellaborum. Cal. cap. xxix.

Polyphago cuidam.] Et istis locus inter eos quibus principes oblectantur. Vopiscus in Aureliano: Vehementissime delectatus est phagone qui usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum comederet: biberet autem infundibulo appposito plus arca.

Successus.] Cod. Salmas. successibus.

Libertis.] Libertinorum potentiam olim in primis mirati sunt Britanni, cum vidissent duces exercituum obedire Polycleto Neronis liberto, quem princeps miserat ad spectandum Britannia statua.

ad-veniens, neque proficiscens, quemquam osculo im-
 pertivit, ac ne resalutatione quidem. Et in auspican-
 do opere Isthmi, magna frequentia clare, Vt sibi ac
 pop. Rom. bene res verteret, optavit: dissimulata
 38 senatus mentione. Sed nec populo aut mœnibus patriæ
 pepercit. Dicente quodam in sermone communi,

Ἐμοῦ Ἰανόρι & γαῖα μὴ χήτω πνεῖ.

immo, inquit, Ἐμοῦ ζῶρι &. Planeque ita fecit: nam
 quasi offensus deformitate veterum edificiorum, &
 angustiis flexurisq; vicorum, incendit urbem tam

pa-

Quemquam osculo impertivit.] Tib.
 cap. x. ne verbo quidem cuiquam profe-
 quentium reddito, paucosque admodum in
 digressu osculatus.

Ἐμοῦ Ἰανόρι &.] Refert Dio, hunc
 versum frequenter Tiberio in ore fuisse
 lib. LVII. Seneca lib. II. De clemen-
 tia hunc inter voces execrabiles ver-
 sum ponit, qui (ut inquit) se mortuo
 terram misceri ignibus jubet. Mox au-
 tem non male; Turneb. Ἐμοῦ Ἰανόρι &.
 Simile illud Varronis apud Nonium,
 Calum ruere, dummodo Magistratum a-
 dipiscuntur, exoptent. Nec dissimili ra-
 tione permissionem terræ dixit Sall. Bel-
 lo Jug. & permiscere Græciam Cicero.
 Torrent. Haud absimile est vorum Ru-
 fini apud Claudianum:

Everso juvat orbe mori: solatia letho
 Exitium commune dabit. —

Angustiis, flexurisq;.] Corn. Taci-
 tus: Obnoxia urbe arctis itineribus, huc
 & illuc flexis, atque enormibus vicis,
 qualis vetus Roma fuit. Scribit Livius,
 Romam, postea quam à Gallis incensa
 fuerat, promiscue, ac properanter ite-
 rum ædificatam: quæ festinatio exe-
 mit curam dirigendi vicos, dum omif-
 so sui alienique discrimine in vacuo
 ædificant: ea fuit causa, ut forma urbis
 esset occupatæ magis, quam divisæ si-
 milis. Beroald.

Incendit urbem.] Tempus incendii

apposuit Cor. Tacitus XIII. Kalend.
 Sextiles. Sexto demum die apud imas
 Esquilias finem incendio factum, hoc
 est, circiter xxv. diem Julii. Postea de
 Christianis supplicium sumptum. Sed
 quæ scribit, mendo laborant aut à li-
 brario, aut quod magis puto, ab ipso
 Cornelio. Enere qui annotarent, XIII.
 Kalen. Sextiles principium incendii hujus
 ortum, quo & Senones captam urbem in-
 flammaverant. Quod sequitur, sic lego:
 ut tot annos, mensesque & dies inter u-
 traque incendia numerarent. Mipenoi-
 quasi ipsi ita digitis rationem tempo-
 rum putarent. Tot anni, tot menses,
 tot dies sunt à capta Vrbe. Sed puerilia
 sunt. Nam si præcise eodem die ejus-
 dem mensis incensa Roma à Nerone,
 quo à Senonibus, ergo inter incen-
 dium Senonum & Neronis, differentia
 præcise est annorum solidorum, nullis
 reliquis mensibus appendicibus, aut
 diebus. Quare Cornelius, qui & ἐπι-
 γίαν damnat in illis, ipse potius ἐπι-
 σφ, qui menses & dies excrecentes
 supra annos harioletur. Nisi quis dix-
 rit habuisse rationem veteris anni Ro-
 mani. Non puto vulgus tam doctum
 fuisse. Neque hæc fuit consuetudo il-
 lorum temporum, ut putarent tem-
 pora prisca secundum dies prisca seculi,
 sed secundum Julianos. Jos. Scaliger.

palam, ut plerique consulares, cubicularios ejus, cum stupataeque, in prædiis suis deprehensos non attigerint: & quædam horrea circa domum AVream, quorum spatium maxime desiderabat, vi bellicis machinis labefactata, atque inflammata sint, quod saxea muro constructa erant. Per sex dies, septemque noctes ea clade sevitum est, ad monumentorum bustorumque diversoria plebe compulsa. Tunc præter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae, deorumque ades ab regibus, ac deinde Punicis ac Gallicis bellis vota dedicataque, & quidquid visendum atque

me-

In prædiis suis.] Domibus, sive locis, quæ in urbe possideret. Et urbanum prædium, & agreste dicitur. *Sabellicus.*

Per sex dies, septemque noctes ea clade sevitum est.] At Tacitus ait, sexto die apud Esquilias finem incendio factum. Vterque longe abijt lapide prisco, qui novenos commemorat dies, Romæ ad Basilicam Petri: EX. VOTO. SUSCEPTO. QUOD. DIV. ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM. INCENDIOR. ARCENDORVM. CAUSA. QUANDO. VRBS. PER. NOVEN. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBVS. ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE. CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. AEDIFICIVM. EXTRVRE. Conciliari Tacitus potest, quia mox addit ignem rediisse, Suetonium, aut lapidem non excuso. *Lipsius.*

Bustorum.] Generaliter ad sepulcra confugisse plebeios significatur. Potest & referri ad busta Gallica. Fuit enim Romæ locus juxta Æquimelum, dictus Busta Gallica, ab eo quod Gallorum ossa ibi coacervata, ac consepta fuerunt post urbem recuperatam: itaque accervati cumuli Gallorum fecere locum insignem nomine bustorum Gallico-

rum: autores Livius, & Varro. *Beroaldus.* Busta Gallica in regione quarta Victor collocat. In eadem regione ponitur eidem Templum Lunæ, quod incendio Neroniano consumtum, Tacitus testatur. Non est autem vero consentaneum, plebem in ea se loca recepisse, quæis iridem flammæ periculum imminabat. *Schildius.*

Hostilibus spoliis adornatae.] In foribus ducum illustrium Romanorum & eorum, qui hostes profligassent, spolia hostilia affigi solita scribit Plinius in xxxv. quæ nec emptori refringere licebat: quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Livius in x. *Quorum domos affixis hostium spoliis insignes inter alias feceritis.* Hinc ait Tibullus:

Et domus hostiles præferat exuvias.

Beroald.

Deorum ades.] Delubra deum, & porticus amœnitati dicatae latius procidere. Templum, quod Servius Tullius Lunæ, & Magna ara fanumque, quæ præsentis Herculi Arcas Euander sacraverat, adesque Statoris Iovis vota Romulo, Numæque regia, & delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani, exusta. *Tacitus.*

memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium è turri Mæcenatiana prospectans, latusque flammæ, ut aiebat, pulcritudine, ἄλωσιν Ilii in illo suo scenico habitu decantavit. Ac ne non hinc quoque quantum posset prædæ & manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit: collationibusque non receptis modo, verum & efflagitatis, provinciis privatorumque census prope exhausit. ACCESSERVNT tantis ex principe malis, probrisque, quædam & fortuita: pestilentia unius autumnii, qua triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt:

Et turri Mæcenatiana.] Quæ in Exquiliarum parte est. Hodie corrupto nomine Mæsa pro Mæcenatia dicitur. Sabellicus. Horatius lib. III. Od. XXIX. ad Mæcenatem:

*Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis.*

Ἄλωσιν Ilii decantavit.] Male Orosius, tragico habitu Iliadem decantabat, pro Ilii ἄλωσιν. An vero Nero ipse carmen illud scripserit, an alius quispiam, merito dubitatur. Troica certe Neronis citat Serv. lib. v. Æneid. & Orestis Neronem comparans Iuvenal. cum ait,

— in scena nunquam cantavit Orestes,
Troica non scripsit. —

Torrentius.

Collationibus.] Quam nos Taleam vocamus (*taille*) antiqui collationem vocabant, Cicero etiam *collectam* dicit; Græci ἕξιον appellant, & συμβολὴν. Budæus. Orosius: Centies centena millia sestertium annua ad expensas à senatu sibi conferrî imperavit.

Pestilentia unius autumnii.] Horatius lib. II. Sat. v. qua rusculi sui commoda describit,

Nec mala me ambitio perdit, nec pluri-

Autumnusque gravis, Libitina questus acerba.

Triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt.] Id est, delata sunt tot mortuorum nomina ad eos qui pecuniam pro quoquo mortuo pendi solitam, exigebant recipiebantque. Ratio enim Libitina est acceptarum pecuniarum liber, quem conficiebant qui Veneris Libitinæ thesauro præficiebantur. Eusebius & Hieronymus in Chronico. *ephemeridem* obscurius vocant, de simili peste sub Vespasiano. *Lues ingens Roma facta, ita ut per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* Casaubon. Servius Tullius cum scire veller, & quis esset numerus urbanæ multitudinis, & eorum qui nascebantur, & eorum qui moriebantur, & eorum qui in virorum numerum referebantur, statuit quanti pretii nummum pro singulis cognati inferre deberent in ærarium Ilithyæ, quam Romani vocant Iunonem Lucinam, pro iis qui nascerentur, & in ærarium Veneris quod in Luco est, quam Libitinam nuncupant, pro iis qui morerentur: & in Iuventutis, pro iis qui inter viros referri inciperent. Dionys. Halicarn.

Libi-

vunt: clades Britannica, qua duo præcipua oppida, magna civium sociorumque cæde direpta sunt: ignominia ad Orientem legionibus in Armenia sub jugum missis, ægreque Syria retenta. Mirum, & vel præcipue notabile inter hæc fuit, nihil eum patientius quam maledicta & convitia hominum tulisse: neque in ullos leniorem quam qui se dictis aut carminibus lacerassent, existisse. Multa Græce Latineque proscrip-
pta, aut vulgata sunt, sicut illa,

Νέρων, Ορέσης, Αλκμαίων, μητροκτόνοι.

Νεόνυμφον Νέρων, ἰδίαν μητέρα ἀπέκτενεν.

Quis

Libitina.] Livius libro quadragesimo: Pestilentia in agris, forisque & conciliabulis, & in urbe tanta erat, ut Libitina vix tunc sufficeret. Ab hac Libitina dicta fuit Romæ porta Libitinensis, per quam efferebantur, cum ex præscripto legis extra urbem sepelirentur. Portæ Libitinensis meminit Lampridius in Commodi vita. Apuleius per decoram translationem Libitinas appellat invisores, & malignos, veluti exitiales, pestiferosque instar Libitinæ. Sic enim ait in Floridis: Si qui igitur ex illis Libitinis splendidissimo huic auditorio, velut quadam macula, se immiscuit. Be-
roaldus.

Civium sociorumque.] Puto legi debere, civium R. sociorum (sic enim fere loquuntur auctores) ut cives Romanos qui illic negociabantur, intelligamus. Torrent. At, sicuti civium sociorumque Suetonius, ita civium & sociorum, in hujus rei historia Tacitus meminit. Ad septuaginta, inquit, millia civium & sociorum, in quæ memoravi locis, cecidisse constitit. Memoraverat autem Camalodunum, Londinium, & municipium Verulamium.

Legionibus in Armenia sub jugum missis.] Hoc falsum. Tacitus: Addidit rumor, sub jugum missas legiones, & alia

ex rebus insaustris, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. sed hunc rumorem pro re certa etiam alii quidam historici habent.

Syria.] Virtute Corbulonis non solum Syria retenta est, sed & Armenia domita: cui eadem potestas concessa est, quam populus Romanus olim Cn. Pompejo, bellum adversus prædones gesturo, dederat.

Nihil eum patientius quam maledicta & convitia hominum tulisse.] Contrarium tamen suadent Taciti verba, Annalium libro xv. Nihil in illa conjuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret insolens erat.

Proscripta aut vulgata.] Proscribere publice proponere est.

Νέρων, Ορέσης, Αλκμαίων μητροκτόνοι.] Sors est Apollinea. AV&or dialogi de Nerone, καὶ τοῖς Πυθίαις καὶ Λέξαις αὐτὸν εἰς τὰς Ορέσας τε καὶ Αλκμαίονας, οἷς τὸ μητροκτονῆσαι καὶ λόγον πρὸς δίκλειαν ἔδωκεν, ἐπὶ δὴ πατρὶ ἐπιμώρησας. Casaubonus.

Νεόνυμφον.] Νεόνυμφος, hoc est, novus sponsus, per sœmna nominatus,

Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dū tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
Noster erit Pæan, ille Ἐκατηβέλης.

Roma domus fiet: Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat ista domus.

Sed neque auctores requisivit: & quosdam per indicem delatos ad senatum, affici graviore pœna prohibuit.

tus, propter puerum Sporum, quem loco uxoris habuit: vel quod ipse veluti sponsa Pythagoræ denupserrat. *Beroaldus.* In optimis libris reperi νεόψηφον, non ut in cæteris, νεόνυμφον. & illud multo falsius est, & acrioris aceti, ut vel lata nuper sententia interfectam intelligamus, vel quasi νεόψηφον scriptum esset, navis sententia damnatam audiamus, cum præsertim in navem interficere tentasset sutili. *Turnebus.* Νεόψηφον Cod. Salmasii tueretur. Si vero Iambicus exin confieri debeat, ita versum transposuerim:

Νέρων νεόψηφον ἰδίαν μητέρ' ἀπέ-
χρησε.

Dum cornua Parthus.] Parthus hostis corneo arcu utitur. *Beroald.*

Noster erit Pæan.] Pæan Apollinis epitheton est, vel ἀπὸ τῆς ποιείν, id est, à feriendo, vel ἀπὸ τῆς πώειν τὴν εὐνίαν, quod molestum dolorem sedet. Verum Romani (si Macrobio credimus) id illi deo nomen tanquam hospitale potius quam noxio accommodabant. A feriendo vero, ac longe ejaculando Ἐκατηβέλης, & Ἐκατηβόλῃ etiam dicitur. Perseite igitur auctor huius epigrammatis Neroni exprobrat quod dum Apollinis habitu, ut mitis & placidus, ipse citharam pulsaret, Parthus quoque Apollinem agens sed sagittis formidabilem, Imperium lace-

lat. Torrentius. Est & Pæan hymnus in laudem Apollinis ad amolendum aliquod malum morbi vel belli, & generalius hymnus, canticum lætum, Glossarium, ποιανίζω οὐνο, canto. quæ significatio imprimis hunc locum illustrat.

Roma domus fiet.] Ad taxandam luxuriosam Neronis domum, de cuius magnitudine supra memoravit, quæ, ut inquit Tacitus, Palatium, & Mæcenatis hortos Nero continuaverat. Igitur propter magnitudinem, & laxitatem hæc domus Neroniana non esse in urbe Roma, sed ipsam Romam capere videbatur. *Beroald.*

Veios migrate Quirites.] Veios migrare jubet, ut Vrbe à Gallis vastata facturi fuerant, nisi Camillus obstitisset. Livius lib. v.

Quod Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponderet.] Alludit ad tragediam aliquam de Nauplio vel Palamede, quam Nero, inter cætera fabularum argumenta, de quibus in genere dictum capite xxv. saltavit. Palamedem scripserant certatim multi Græci Latini que tragici: Sophocles in his, cuius etiam alia extabat fabula cui index Ναύπλιος πύργος. ejus meminit Hesychius. Sententiam horum verborum pluribus expressit Philostratus. *Cassianus.*

buit. Transeuntem eum Isidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, quod Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponderet. Et Datus Atellanarum histrio in cantico quodam, ὕγιαυε πάτερ, ὕγιαυε μῆτερ, ita demonstraverat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudii Agrippinaeque significans: & in novissima clausula,

Orcus vobis ducit pedes,

senatum gestu notaret: histrionem & philosophum Nero nihil amplius quam urbe Italiaque submovit, vel contemptu omnis infamiae, vel ne fatendo dolorem, irritaret ingenia. TALEM principem paullo minus 40 XIII. annos perpeffus terrarum orbis, tandem destituit: initium facientibus Gallis, duce Iulio Vindice, qui tum eam provinciam pro prætore obtinebat. Prædictum à Mathematicis Neroni olim erat, fore ut quandoque destitueretur: unde vox ejus celeberrima, τὸ τέχνιον πᾶσι γαῖα τρέφει: quo majore venia medita-

τε-

Ita demonstraverat.] Hoc est, gesticulando expresserat verba illa, ὕγιαυε πάτερ. id enim histrionum est, qui à multiplici imitatione etiam pantomimi appellantur. Hinc venuste Sueton. cap. XLII. gesticulari carmina dixit.

Vt bibentem natantemque faceret.] Vt significaret Claudium bibendo, Agrippinam natando periisse. Nam Claudio venenum in potione datum, non in boleto, ut quidam prodiderant: quod & supra Tranquillus ostendit. Bevoaldus.

Orcus vobis ducit pedes.] Mortui per pedes efferebantur. Torrent. Tanquam Nero Orcus significaretur, qui Senatoribus ducebat pedes, cum Senatoribus foret infestissimus, eumque ordinem sublaturum se quandoque è Republica

minitaretur. Itidem Verres à Cicerone ob similitudinem dictus est alter Orcus. Bevoaldus.

Senatum gestu notaret.] Ob Neronis in Senatum odium, de quo ante cap. XXXVII.

Iulio vindice.] Treis assertores Romani Imperii, extinctoresque Neronis junctim locavit Juvenalis, ubi ait:

— Quid enim Virginius armis
Debuit ulcisci magis, aut cum Vindice
Galba.

Τὸ τέχνιον.] Apparet, senarium esse, quem citat Suetonius, sed paucarum syllabarum commutatione depravatum. fortassis sic restituetur:

Τὸ τέχνιον γὰ πᾶσι γαῖα ἐτρέφει.

Fertur inter Græcorum sententias hujus-

retur citharædicam artem principi sibi gratam, privato necessariam. Sponderunt tamen quidam destituto Orientis dominationem, nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum, plures omnis pristinae fortunæ restitutionem. Cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa, ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Ut vero consulto Delphis Apolline, septuagesimum ac tertium annum cavendum sibi audivit, quasi eo demum obiturus, ac nihil conjectans de etate Galbæ, tanta fiducia, non modo senectam, sed etiam perpetuam singularemque concepit felicitatem, ut amissis naufragio pretiosissimis rebus, non dubitaverit inter suos dicere, pisces eas sibi relaturos. Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso quo matrem occiderat: adeoque lente ac secure tulit, ut gaudentis etiam suspicionem præberet, tanquam occasione nata spoliandarum jure belli opulentissimarum

pro-

iusmodi senarius, ab hoc proverbio non admodum dissidens:

Διμὴν αἰτησίας ἐστὶν ἀνθρώποις τὴν
χρη.

Erasmus. In libris suis reperit Turnebus, τὸ τεχνεῖον ἡμῶς Ἀγρίψιδ: à quo nec Salmasianus abit.

Consulto Delphis Apolline.] Adhuc dum igitur responsa dare, Delphicus iste dæmon perseveravit. Certum est, jam multo ante plerisque subtilioribus sublestam Oraculorum fidem habitam fuisse. Immo quædam penitus valere rebus humanis dixerant. Delphicum tamen, Nerone consulente, nondum siluit. Sed & Plutarchi xvo, qui

ἐπεὶ τὸ ἐκλειποῦταιν χρησθεῖων
scripsit, aliqua saltem superfuisse, ex ipso Plutarcho non obscure colligas, & post Plutarchum, nonnulla ruinam

suam utcumque sustinisse, ex Iuliano aliisque constat.

Septuagesimum ac tertium annum cavendum sibi audivit.] Decepit Apollo, ambiguo, ut semper, responso vanum consultorem: ac fortasse talis edita fors fuerat,

Ἐξηκοστὸν ἔτ' ὄ, τρισκαίδέκα τὸν τε
φυλάττω.

De adventu Neronis Delphos, multa memorabilia Themistius oratione quinta. Casaub.

Pisces eas sibi relaturos.] Ut Polycrati Samiorum tyranno Herod. l. 111. Strabo l. x1111. Plin. l. xxxv11. cap. 1. Valer. Max. vi. cap. 1x. Cic. lib. 111. De finib.

Die ipso quo matrem occiderat.] Diem anniversarium intellige, ut cap. ult. Obiit die quo quondam Octavianam interemerat.

provinciarum. Statimque in gymnasium progressus, certantes athletas effusissimo studio spectavit. Cæne quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis, hæcenus excanduit, ut malum iis qui descissent, minaretur. Denique per octo continuos dies non rescribere cuiquam, non mandare quid aut præcipere conatus, rem silentio oblitteravit. Edictis tandem Vindicis contumeliosis, & frequentibus permotus, senatum epistola in ultionem sui rei que publicæ adhortatus est: excusato languore faucium propter quem non adesset. Nihil autem æque doluit quam ut citharædum malum se increpitum, ac pro Nerone Enobarbum appellatum. Et nomen quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur, resumturum se professus est, deposito adoptivo. Cætera convitia ut falsa, non alio argumento refellebat, quam quod etiam inscitia tantopere laborata perfectæque à se artis objiceretur: singulos subinde rogans, nossentne quemquam præstantiorem. Sed urgentibus aliis super alios nuntiis, Romam prætrepidus rediit. Leviterque modo in itinere frivolo auspicio mente recreata, cum annotasset insculptum monumento, militem Gallum ab equite Rom. oppressum, trahi crinibus, ad eam speciem exiluit gaudio, cælumque adoravit. Ac ne tunc quidem aut

se-

[*Se increpitum.*] Objurgatum, castigatumque à Vindice. Scribit Philostratus, Vindicem, vocato ad concionem exercitu, orationem habuisse virulentam contra Neronem, qui inter alia dicebat, illum magis esse omnia, quam citharædum: citharædum vero multo magis, quam regem. Eundem quoque infamia, furore, avaritia, lascivia, omnique crudelitate corruptum crimi-

nabatur: quod vero matrem interfecisset, id nequaquam illi crimini dandum esse dicebat, tanquam jure interfecta esset illa, quæ tale portentum peperisset. Beroald.

[*Deposito adoptivo.*] Quo Nero Claudius Drusus appellatus est.

[*Cælumque adoravit.*] Quasi inde accepto auspicio. Virgil. 111. Æneid.

— tendoque supinas

Ad

senatu, aut populo coram appellato, quosdam è primoribus viris domum evocavit: transactaque raptim consultatione, reliquam diei partem per organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit. Ostendensque singula, de ratione ac difficultate cujusque differens, jamque se etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, si per Vindicem liceat. Postquam deinde etiam Galbam & Hispanias descivisse cognovit, collapsus, animoque male fracto, diu & sine voce & prope intermortuus jacuit. Utque resipuit, veste descissa, capite conerberato, actum de se pronuntiavit. Consolantique nutricula, & aliis quoque jam principibus similia accidisse memoranti, Se vero præter cæteros inaudita

&

Ad calum cum voce manus.

Coram appellatō.] Libri duo adorato. Ascriptum tamen in altero, alias appellato, quod omittere nolui quin monerem. adorare enim pro propitiare dixerunt veteres. Auctor Nonius. Tertius.

Organa hydraulica.] Sunt quædam machinæ ad hauriendam aquam inventæ, quæ organa hydraulica vocantur: quorum meminit Vitruvius Architectus in ix. & x. Sunt & organa hydraulica musica instrumenta, quæ per aquam sonantes excitant voces, unde & nomen acceperunt. Plinius in vii. Laudatus Ctesibius est pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Idem in ix. Delphinum mulceri prodidit musica arte & præcipue hydraulici sono. De his musicis instrumentis censoria est illa, & digna memoratu apud Ammianum peroratio: Denique pro philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur, & bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis organa fabricantur hydraulica. Beroaldus.

Postquam deinde etiam Galbam.] Pluarchus, ὁ Νέρων ἀμείψατο τῶν πρυγῶν τοῦ

ἑὶ Γάλβαν (ἔτυχε ἢ λελυμμένον καὶ δροισῶν) ἀνέπειψε πλὴν πείπεισαν. Id nuntiata cæterorum exercituum defectione, fecisse eum Suetonius refert, cap. XLVII.

Intermortuus.] Intermortuum Latini dicunt eum, qui inter mortem, vitamque ex dolore procumbit similis expiranti. Plinius in xxxii. Vituli, inquit, marini adeps instillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio. Attalus cum ad societatem Romanam hortaretur, ut apud Livium ait Eumenes, in ipsa concione intermortuus haud multo post expiravit. Beroald.

Veste descissa.] Nota, non folius istud Hebræi moris fuisse, in summo luctu vestem scindere.

Inaudita & incognita.] Galba apud Tacitum: Sit ante oculos Nero, quævis longa Casarum serie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, sed sua inhumanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulvere. Neque erat adhuc damnati principis exemplum.

Qui suum imperium vivus amitteret.] Darius apud Q. Curtium libro v. Nec dii siverint, ut hoc decus mei capitis, aut demere

& incognita pati respondit, qui suum imperium vivus amitteret. Nec eo secius quidquam ex consuetudine luxus atque desidia omisit vel imminuit. Quinimmo, cum prosperi quiddam ex provinciis nuntiatus esset, super abundantissimam cœnam jocularia in defœtionis duces carmina, lasciveque modulata, que vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est: ac spectaculis theatri clam illatus, cuidam scenico placenti nuntium misit, abuti eum occupationibus suis. Initio statim tumultus, multa & immania, verum non abhorrentia à sua natura, creditur destinasse. Successores, percussoresque submittere exercitibus, & provincias regentibus quasi conspiratis, idemque & unum sentientibus: quidquid ubique exsulum, quidquid in urbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscentibus aggregarentur: hos, ut conscios popularium suorum, atque fautores. Gallias exercitibus diripiendas permittere: senatum universum veneno per convivia necare, urbem incendere feris in populum immisissis, quo difficilius defenderetur. Sed absterritus, non tam pœnitentia quam perficiendi desperatione, credensque expeditionem necessariam, Coss. ante tempus privavit honore: atque in utriusque locum solus iniiit consulatum, quasi fatale esset, non posse Gallias debellari nisi à consule. Ac susceptis fascibus, cum post epulas triclinio digrederetur, inni-

XUS

demere mihi quisquam, aut condonare possit, nec hoc imperium vivus amittam. idem erit regni mei qui & spiritus finis.

Nota vox illa, καλὸν ἐπιφίλον ἢ τὸ ἐγούσι. Casaub.

Summum imperium.] Cod. Salmas. summum.

Innotuerunt.] Cod. Salmas. notuerunt.

Gesticulari carmina.] Capite trigesimo nono.

Non posse Gallias debellari nisi à consule.] Sicuti fama percrebuerat, L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Partbos nisi à rege non posse vinci, Casar rex appellaretur. Cæs., cap. LXXIX.

Iner-

xus humeris familiarium, affirmavit, simul ac provinciam attigisset, inermem se in conspectum exercituum proditurum, nec quidquam aliud quam fleturum. Revocatisque ad pœnitentiam defectoribus, sequenti die letum inter letos cantaturum epinicia, quæ jam nunc sibi componi oporteret. In præparanda expeditione primam curam habuit deligendi vehicula, portandis scenicis organis, concubinasque quas secum educeret, tondendi ad virilem modum, & securibus peltisque Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citavit: ac nullo idoneo respondente, certum dominis servorum numerum indixit: nec nisi ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus

qui-

Inermem se in conspectum exercituum proditurum.] Sperabat enim fore, ut vel reverentia, vel miseratio domus Augustæ, cujus unicum subsidium supererat, furibundum militem commoveret. Milite enim hætenus Augusta res steterat, qui & ipse vicissim obstrictus Caesarum beneficiis erat. Schildius.

Scenicis organis.] Cap. xli.

Securibus peltisque Amazonicis.] Sic securim Amazoniam vocat Horat. lib. xlii. Od. llii. De pelta alibi dictum.

Tribus urbanas.] Quatuor solas urbanas tribus fuisse autumat Plinius, appellatas à partibus urbis, in quibus habitabant. Nam Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina dicebantur: in quas transferri ignominiosum erat desidiæ probro: rusticæ vero tribus laudatissimæ existimabantur. Sed hîc Tranquillus per tribus urbanas significare videtur omnes Romanas tribus, quæ erant numero trigintaquinque. Beroald.

Nullo idoneo.] Hoc est, qui Romanæ militiæ legibus honeste militare posset, à quibus servi in primis arcebantur, histriones quoque, & capite censi. Libet

autem ascribere Varronis verba apud Nonium. M. Curius Consul in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebriem. Adde ejusdem auctoris apud Gellium lib. xi. cap. i. verba, quibus citato, neque respondenti multa dici solebat. Torrentius.

Certum dominis servorum numerum indixit.] Qui non nisi in summis reip. difficultatibus, ad militiam admittebantur. Id, præter Romanos, etiam aliis generosioribus populis receptum fuit. Parthis contrarium institutum placuisse video. De iis sic Iustinus lib. xli. Exercitum non ut aliæ gentes liberorum, sed majorem partem servorum habent. Quorum vulgus, nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus servis nascentibus, in dies crescit. Schildius.

Ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus.] Quorum opera scilicet dominis vel maxime esset necessaria. De dispensatoribus August. cap. lxxvi. Amanuenses vero iidem qui à manu. Alii vero fuisse videntur quos ad manum vocabant. Cic. libro lli. De oratore, Gracchus Licinum servum sibi habuit ad manum.

quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit: & insuper inquilinos privatarum adium atque insularum, pensionem annuam representare fisco. Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum postulatum, aurum ad obrussam: ut plerique omnem collationem palam recusarent, consensu flagitantes à delatoribus potius revocanda præmia quæcumque cepissent.

manum. Quamquam, à veste, & ad vestem pro iisdem legimus. *Torrent.*

Partem census.] Voluit ut unusquisque tam ex ordine Senatorio, quam Equestri, atque plebeio per collationem conferret portionem sui census, atque divitiarum, ad expeditionem bellicam capessendam. *Beroald.*

Insularum.] De quibus jam sæpe dictum est.

Representare.] Præsentem numerare.

Nummum asperum.] Olim qui thesaurum parare studebant, in eo nummum asperum libenter recondebant, quem interpretor bene percussum & recentem, non veterem, neque tritum: atque ipso usu levem fugientibus notis, nec forma expressa. quo sensu illud Persianum accipi censeo Sat. 111.

— quid asper

Vtile nummus habet &

Sed & creditores in paciscendo cavere solebant sibi eo genere nummorum solutum iri, quod è Seneca conijcimus, cujus verba ex lib. 11. Ep. XIX. subscribam: *Sed movebis mihi controversiam, si te novi, nec voles quod debeo nisi in aspero & probo accipere.* Legi & in vetusto libro, *aspraturam* esse *αἰμαῦρον*: quod qui pecuniam permutabat, pro trita asperam vellet habere. *Turnebus.*

Argentum postulatum.] Apud Alphenum I. C. mentio fit argenti *pusulati*. Quo loco Alciatus legit, *postulatum*, alii *pusulatum*. utrumque idem valet

quod *pusulatum*, nam & *pusula*, *pusula* dicitur & *postula*. *Tibullus:*

Laderet aut teneras postula rupta manus,
Festus Hettam, alii *pusulam* dixerunt esse: apud Plinium lib. XXII. cap. XXV. quatuor locis, quibus scriptum est *pusulas* vel *crustulas*, veteres libri habent *pusulas*: & lib. XXV. & lib. XXI. cap. XV. *Argentum* igitur *pusulatum* est, quod Suetonio & Martiali *pusulatum* vel *postulatum*, non Alciati sensu, sed quod soleat argentum merum in coquendo in *pusulas* adfurgere. Gallice dicitur, *argent de copelle*. *Cujacius.*

Aurum ad obrussam.] *Obrussam* dixere auri experimentum quod igne sumitur, ex Græco *ὀβρύζη*. ita *πορφυρίζον* purpurissimum. Cicero: *Hæc adhibenda tanquam obrussa ratio est.* Seneca Epist. XIII. *Hæc ejus obrussa est, id est, probatio.* Glossæ: *Obrussa, τὸ δοκιμαζόν τὸ χρυσίου ὅταν ᾠθευγείσῃ.* Immo, ὅταν κείσῃ. Auri probationem, quæ lapide fit & attritu, pro altera accepit. *Obryzi* auri apud veteres Latinos nulla mentio, sed auri ad obrussam exacti. Corrigendus itaque Plinius lib. XXXII. cap. III. *Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque, atque ipsum obrussam vocant.* Ipsum nempe experimentum. Ita veteres omnes sunt locuti. *Salmas.*

Ex annonæ quoque caritate lucrantium accrevit invidia.] Sensus est, cum omnium jam animus à Nerone esset aliena-

45 sent. Ex annonæ quoque caritate lucrantium accrevit invidia. Nam & forte accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse. Quare omnium in se odio concitato, nihil contumeliarum defuit quin subiret. Statuæ ejus à vertice currus appositus est cum inscriptione Græca, Nunc demum agona esse; & Traheret tandem. Alterius collo & ascopera deligata, simul-
que

lienatus, extremum malorum accessisse cumulum, casum qui hic narratur. annonæ erat ingens Romæ inopia, a videlicet naves Alexandrinæ ab omnibus expectabatur, grassantibus interea dardanariis, qui publicam calamitatem in occasionem quæstus vertere soliti. ita suspensis omnium animis, nuntiatur navis Alexandrina pulverem luctatoribus aulicis advexisse. tum vero fremere omnes, & in Neronem invidiam vertere, quam ante juste conceperant adversus lucrantes ex annonæ caritate. *Casaub.*

[*Pulverem luctatoribus aulicis advexisse.*] Non multum à pulvere Puteolano distat arena è Nilo, tenuissima sui parte non ad sustinenda maria, fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ studiis. Inde certe Patrobio, Neronis Principis liberto, advehebatur. *Plinius.*

[*Statuæ ejus à vertice currus appositus est cum inscriptione Græca, Nunc demum agona esse: & Traheret tandem.*] Currum intellige, simulacrum parvum eorum curruum, quibus insistebant aurigantes in Circo. Ita esse legendum non *currus*, super auctoritatem Mss. declarant sequentes inscriptiones *Ἀγροπικαί*. quantum prior Græca, ut ait Suetonius, acroteleutium fuit senarii tragici: hoc modo, *Νῦν γὰρ ἴσ' ἀγών.* ut apud Aristophanem in Pace, *ὦδρὲς ἡ πρόσμεθα. νῦν ἀγὼν μέγας.* apparet proverbiale dictum esse, quoties

ad certamen aliquod se compararent. Sic apud elegantissimum scriptorem, Chariclea parans se ad periculum subeundum status & vitæ, *πλησίον ὁ ἀγών.* inquit, ad Theagenem suum, libro x. Altera inscriptio fuit, *Trabe tandem.* aut Græca fortasse, *Νῦν δὲ ἔλαύνειν,* vel *ἔλκειν.* Neque enim id *Ἀγροπικαί* Tranquillus negat. Vtutra lingua fuerit concepta, certum est *trahere* vel *ἔλκειν* ad aurigationem esse referendum. Orpheus in thymiamate Solis, *Χρυσολύρη, κῶρυμβ' ἑὶ ἀρμόνιον δρόμον ἔλκων.*

sed videtur verbum *trahere* aliquid *βλάσφημον* & inominatum habere, ut cum dixit cap. xxix. libri hujus *trahens prasimum*, ideo scriptum potius ab istis *Trabe* quam *Age* vel *agita*: aut *ἔλκει* potius quam *ἔλαυνει*. etsi ea quoque vox aliquid interdum sonat omnino, ut cum Diogenes Laërtius ait, epigrammate in Stilponem, *πῶν γὰρ ἔλασι.* id est obiit, periit. *Casaub.*

[*Ascopera deligata.*] Perpetam qui ediderunt, *scopa*. Nam neque *scopa* Latine dicitur numero singulari, & si maxime dicatur, nihil tamen commercii scopis, & culleo. *Ascopera* autem, cujus vestigium in vetustis exemplaribus deprehendimus, est sacculus pelliceus: compositumque nomen Græce est, ex utre & sacco, de quo vocabulo ita scribit Suidas, *ἀσκοπήρα τὸ μερ-
σύνπιον*

que titulus, Ego quid potui? sed tu culeum meruisti. *Adscriptum & columnis*, Etiam Gallos eum cantando excitasse. *Iam noctibus jurgia cum servis plerique simulantes*, crebro vindicem poscebant. *Terrebatur ad hæc evidentibus portentis somniorum* ⁴⁶ *& auspicio- rum, & ominum, tum veteribus tum novis: numquam antea somniare solitus. Occisa demum matre, vidit per quietem, navem sibi regenti extortum gubernaculum: trahique se ab Octavia uxore in ar- etissimas tenebras, & modo pennatarum formicarum multitudine oppleri: modo à simulacris gentium ad*

Pom-

ούπιον ἦτοι σκελετόν. Marsupium significari Suidas asco-peram docet. Hæc ergo fuit Ascopera Neronianæ statuæ collo deligata, cullei symbolum, quoniam matricida. Quod enim culleo patricidæ insuuntur, qui fit è corio bovis, ejus cullei veluti instar quoddam representavit, qui deligavit asco-peram. *Politianna.*

Ego quid potui?] Populi vox est compellantis Neronem: aut Agrippinæ matris.

Crebro vindicem poscebant.] Vox est servorum petentium vindicem, hoc est, *κρηπίδω*, ut simul allusionem facerent ad Iulium Vindicem, qui conspiraverat in Neronem pro libertate publica. *Casaub.*

Numquam somniare solitus.] De eo sic Tertullian. lib. De anima, Sed & Neronem Suetonius, & Thrasymedem Theopompus negant unquam somniasse, nisi vix Neronem in ultimo exitu post pavores suos. Pavores autem (ni fallor) vocat Umbrarum metus, de quibus ante cap. xxxiiii. De Thrasymede idem Plutarch. De defectu oraculor. Aliquid Plin. lib. x. cap. vii. *Torrent.*

Formicarum multitudine oppleri.] Id illi vim & impetum plebis portendebat. Quod interpretamentum perspi-

cuum reddit locus Tiber. cap. lxxii. *Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumtum à formicis invenisset, monitus est ut vius multitudinis cave-ret. Schildius.*

A simulacris gentium ad Pompeii thea- trum dedicatarum circumiri.] Non singu- larum tantum personarum statuas & imagines, sed gentium quoque factas esse legimus: ut populi Romani apud Rhodios & alibi. similes hic intelli- guntur imagines gentium, quæ inter ornamenta theatri Pompeiani: Plinius lib. xxxvi. cap. v. Martinius Polonus in Chronico. *Erat Roma consecratio o- mnium statuarum, quæ statua scripta no- mina gentis in pectore, cujus imaginem tenebant, gerebant. Pompeii exemplum fuerat & Augustus imitatus: si quidem ex fide scribit hæc Servius: Porticum, ait, Augustus fecerat, in qua simulacra o- mnium gentium collocaverat: quæ porticus appellatur Ad nationes. Reperio etiam simulacra gentium producta in func- bri pompa principum defunctorum. Dio libro lvi. de exsequiis Augusti,*

ταῖ τε ἔθνη πάνθ' ὅσα προσεκλήσθη ἐπιχωρίως σφίσι, ὡς ἕκαστα ἀπέχε- μύα ἐπέμψθη. Idem in funere Pertinacis, *παρῆλθον μὲν τῶν τε ἔθνη*

Pompeii theatrum dedicatarum circuire, arcerique progressu. Asturconem, quo maxime letabatur, posteriore corporis parte in simia speciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine eum cientis. Kalend. Ianuarii exornati Lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt. Auspicanti Sporus anulum muneri obtulit: cuius gemma sculptura erat, Proserpinæ raptus. Votorum nuncupatione magna jam ordinum frequentia vix reperta Capitolii cla-

πίνθη πὲ Ἰσθμῶν ἐν εἰρήσιν χαλκῶν ἐπιχωρίως σφίσιν ἰσχυρῶν. Casaubonus.

Asturconem.] Asturcones ab Asturia Hispaniæ parte, unde optimi veniunt, equi parvi, qui molliter alterna crura glomerando explicant. Martialis:

Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus. Sabellic.

Mausoleo.] Sepulcrum intelligit, quod Augustus Cæsar extruxit in campo Martio. Cui & Poppeæ corpus non igni abolitum, sed regum externorum consuetudine, differtum odoribus, Nero intulerat. Ipsius vero reliquias non Mausoleo, sed gentili Domitiorum monumento illatas legimus cap. 1.

Nomine eum cientis.] Virgil.
Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Visa viri. —

De Sichæo Didonem conjugem appellante loquitur.

Kalend. Ianuarii exornati lares.] Aug. cap. xxxi.

Auspicanti.] Moris fuit, ut quicunque munus aut magistratum gererent, primo eius die leviter aliquid delibarent, auspicii saltem causa. Itaque appellabant primum illum, Auspicalem diem. Panegyristes: Illum tamen pri-

mum Consulatus tui Auspicalem diem, tacitus præterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum esse videbatur, tunc primis potuerit sufficere peragendis, unoque sol curriculo & officia te Consulis inchoantem viderit, & imperatoris implentem. Vide supra cap. vii.

Proserpinæ raptus.] Talis sculptura præsagium fuit Neroni, quod & ipse ab orco raperetur, sicut rapta fuerat Proserpina. Beroald.

Votorum nuncupationes.] Eam votorum nuncupationem intelligo, quæ anni initio pro salute Principis fiebat. nam & quod de Spori munere præcedit, ad incuntis anni strenas refero. *Torrentini.* Calendis ipsis hæc vota suscipi, *Corn.* Tacitus sentire videtur, qui & Thrasez objectum scribit, quod principio anni solenne iusjurandum vitaret, nuncupationibusque votorum non adesset. *Cajus tamen l. c. l. cccxxv. de verb. signif.* Post *Calendas*, inquit, *Ianuarias* die tertio pro salute principis vota suscipiuntur. Addit *Septimius* in *Apologético*, tum solitos cives focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu obolefacere, vino lutum cogere, catervatim cursitare. *Alciatus.*

At

claves. Cum ex oratione ejus, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu, daturus poenas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos, conclamatum est ab universis, Tu facies AVguste. Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exulem, atque in hoc decidisse versu,

Θαυεῖν μὲ ἀνώγε οὐ γὰρ μὲν, μήτηρ, πατήρ.

*Nuntiata interim etiam ceterorum exercituum defe-
Etione, literas praudenti sibi redditas concerpfit, men-
sam subvertit: duos scyphos gratissimi usus, quos Ho-
mericos. à calatura carminum Homeri vocabat, solo
illisit: ac sumto à Locusta veneno, & in auream pyxi-
dem condito, transiit in hortos Servilianos. Vbi præ-
missis libertorum fidissimis Ostiam, ad classem præpa-
randam, tribunos centurionesque prætorii de fuga so-
cietate tentavit. Sed partim tergiversantibus, par-
tim aperte detrectantibus, uno vero etiam proclamante,
Usque adeone mori miserum est?*

VA-

Ac brevi dignum exitum facturos.] Male qui exitum pro exitum scribunt. Exitum facere probum & elegans dicendi genus. Seneca epistola cxv. Petronius Arbiter, Quintilianus declamatione iv. & v. Marcellus Jurisconsultus lege. i. i. Dig. item de iis quæ in testamento delentur, &c. usurpant. *Cas.*

Atque in hoc decidisse versu.] Cod. Salmas. dedisse. Lege, desisse.

Θαυεῖν.] Interpretatio hæc est: *Mori me iussit uxor, mater, pater.* Hanc sententiam dicebat de se ipso Oedipus in fabula: tanquam mori juberetur propter uxorem, quæ erat mater locasta, & propter patrem Laium, quem interemerat. Idem versus Neroni commodissime aptari potest, qui mori jubetur propter uxorem Octavianam, matrem Agrippinam, patrem Clau-

dium, quos omnes interemerat. *Beroald.*

Duos scyphos.] Calices, & quidem crystallinos vocat Plin. xxxvii. cap. ii.

A calatura carminum.] Appellabat Homericos ab hac calatura, quæ de Nestorio calice Homericis versibus xi. Iliad. describitur. *Beroald.*

In hortos Servilianos.] In Servilianis hortis solitum Neronem commorari docet Corn. Tacitus, qui ait, Milichum, à quo detecta est conjuratio, venisse in hortos Servilianos, ibique conventum Neronem edocuisse quæ audierat de conjuratis.

Usque adeone mori.] Hemistichion est Virgilianum, quod dicit Turnus ad sororem Iuturnam in xii. Æneidos, ubi ostendit potius moriendum esse, quam fugiendum. Versus Maronis hi sunt:

varia agitavit, Parthosne an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proque Rostris quanta maxima posset miseratione veniam prateritorum precaretur: ac ni flexisset animos, vel Egypti praefecturam concedi sibi oraret. Inventus est postea in scrinio ejus hac de re sermo formatus. Sed deterritum putant, ne prius quam in forum perveniret, discerperetur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam fere noctem excitatus, ut comperit stationem militum recessisse, profiluit è lecto, misitque circum amicos. Et quia nihil à quoquam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. Verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit: unde jam & custodes diffugerant, direptis etiam stragulis, amota & pyxide veneni. At statim Spicillum mirmillonem, vel quemlibet alium percussorem, cujus manu periret, requisivit. Et nemine reperto: Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum? procurritque quasi

*Usque adeone mori miserum est? vos ò mihi manes
 Este boni, quoniam superis aversa voluntas.*

Atratus.] Indutus atris, hoc est, nigris vestibus: qui color funebris est, convenitque lugentibus, & ad misericordiam movendam est accommodatus. Nefas erat apud priscos in epulo publico accumbere atratos convivas. Hinc Cicero taxat Vatinium, quod in epulo Q. Arii coenavit atratus. Græci ἀγρίνιον vocant nigrum, atrumque colorem, ab anthrace, qui Græce dicitur carbo: & vestis anthracina erat lugentium. Varro: Propinqua adolescentula, & adolescentuli proximi, amiculo nigello, capillo demisso sequerentur lectum. Bezoaldus.

Vel Egypti praefecturam concedi sibi oraret.] Nymphidius, praefectus aulæ cum Tigellino, ut primum Nero rebus suis deploratis videbatur in Ægyptum fuga abiturus, perinde ac si is jam profugisset, militibus persuasit, uti Galbam imperatorem crearent: promittitque ejus in gratiam aulicis & pratoris militibus viritim denarios VII. M. & D. iis qui in provinciis militabant, mille. quam pecuniam, nisi pluribus, quam Nero, maleficiis totum humanum genus affecisset, nullo modo comparare poterat. Plutarchus.

Stationem militum.] Excubitorum (scilicet. Sup. cap. VIII.)

Spicillum mirmillonem.] Capite trigesimo.

Nec amicum habeo, nec inimicum.]

Vocem

quasi precipitaturus se in Tiberim. Sed revocato rur-
sus impetu, aliquid secretioris latebra ad colligen-
dum animum desideravit: & offerente Phaonte liberto
suburbanum suum inter Salariam & Nomentanam
viam circa quartum milliarium: ut erat nudo pede at-
que tunicatus, pænulam obsoleti coloris superinduit:
adopertoque capite, & ante faciem obtento sudario,
equum inscendit, quatuor solum comitantibus, inter
quos & Sporus erat. Statimque tremore terra, & fulgu-
re adverso pavescens, audit ex proximis castris cla-
morem militum, & sibi adversa & Galba prospera omi-
nantium: etiam ex obviis viatoribus quendam dicen-
tem,

Vocem vere miserabilem: miser sit
necesse est, qui neutrum habeat. Quod
vox illa apud Lælium Ciceronis decla-
rat: quum quidam stulte gloriaretur
se inimicum nullum habere, responsum
est, ergo nec amicum: necesse est enim
hominis vitam utrunque sortiri. Sa-
bellicus.

Inter Salariam.] Salis nomen hono-
ribus etiam militiæque interponitur,
salariis inde dictis, magna apud anti-
quos autoritate, sicut apparet ex nomi-
ne Salariæ viæ, quoniam illa Sal in Sa-
binos vectari consueverat. Plinius.

Et Nomentanam viam.] A Vimina-
li porta incipit via Nomentana, qua
iter erat Nomentum Sabinorum oppi-
dum. Hæc alio nomine Ficulnensis ap-
pellata fuit. Hæc, ut Strabo refert, in
viam Salariam apud Heretum Sabino-
rum oppidum supra Tiberim jacens
incidebat. Hujus viæ mentio talis ex-
stat in vetusta inscriptione: CN. MV-
NATIVS. M. F. PAL. AVRELIVS.
BASSVS. PROC. AVG. PRAEF.
FAB. PRAEF. COH. III. SAGITTA-
RIOR. PRAEF. COH. ITERVM. II.
. ASTRVM. CENSITOR. CIVIVM.
ROMANORVM. COLONIAE. VICTRI-

CENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANIA.
CAMALODVNI. CVRATOR. VIAE.
NOMENTANAE. PATRONVS. EIVS-
DEM. MVNICIPII. FLAMEN. PERPE-
TVVS. DVVMVIRALI. POTESTATE.
AEDILIS. DEDICATOR. IIII. Onuphr.
Panvin.

Fulgure adverso.] Tranquillus omi-
sit id quod alii de Nerone prodiderunt,
videlicet quod olim discumbenti Ne-
roni dapes fulmine ictæ fuerunt, men-
saeque disjecta: & ut inquit Philostratus,
calix manu Neronis excussus est,
cum jam ori propius admovisset. Beroald.
Id Eusebius Num. MMLXXXVIII. in o-
ctavum Neronis annum conjicit. Tzet-
zes in versibus Politicis, citante Sca-
ligero:

Καὶ δὴ ποτὲ τὸ Νέρωνος πίνοιστος,
ἐν τραπέζῃ

Σκηπτός χυθείς ἐξήρπασεν ἐκ τῆς
χειρὸς τὸ σκύφον.

Βλάβη δὲ εἰς ὅλως γέγονεν ἐκείνου
τὸ τυχεῖν.

Ex proximis castris.] Praetoriis, quæ
non procul distabant à porta Viminali.
Vide Tib. cap. xxxvii. & inibi Onu-
phrium Panvinium.

tem, Hi Neronem persequuntur: alium sciscitantem, Ecquid in urbe novi de Nerone? Equo autem odore abjecti in via cadaveris consternato, detecta facie agnitus est à quodam missicio pratoriano, & salutatus. Ut ad diverticulum ventum est, dimissis equis inter fruticeta ac vepres, per arundineti semitam egre, nec nisi strata sub pedibus veste, ad adversum villa parietem evasit. Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in specum egesta harena concederet, negavit se vivum sub terram iturum: ac parumper commoratus, dum clandestinus ad villam introitus pararetur, aquam ex subjecta lacuna potaturus manu hausit: & Hæc est, inquit, Neronis decocta. Deinde divulsa sentibus penula trajectos surculos rasit: atque ita quadrupes per angustias effossæ cavernæ receptus, in proximam cel-

Agnitus est à quodam missicio pratoriano.] *Missicium pratorianum* appellat à militia pratoriana missum, hoc est, veteranum pratorii. Vulgo hoc loci *Missicium* & scribunt & accipiunt quasi nomen esset proprium, pudendo errore. hodie legitur in Glossis Isidori: *missilius qui missilia exhibet.* ita correxerunt, quod erat in veteribus membranis: *missicius qui militiam exhibet.* lego: *missicius qui militia exivit.* Vetus inscriptio: TRIB. LEG. XI. AVG. ET MISSICIVS. LEG. VI. AVG. *Missicius* est, veteranus, & qui honesta missione missus est. *missicius* autem, ut *cessicius*, *adscripticius*, *subditicius*, & similia, quæ nos per r scribimus, veteres per c scripsisse alibi docemus. *Salmastius.*

Ut interim in specum egesta harena concederet.] Dio paullo aliter: *ἰς ἀγέλας ἀδύων τόπων πρὸς τὸν ἀρουνδίνετον.* in arundinete quodam sese occultavit. Subjecta vox Neronis fidem astruit narrationi Dionis. neque dissentit Suetonius

si recte capias. Hic videtur esse locus, quem ætas posterior appellavit cisternam Neronis. Radevicus De gestis Frederici I. libro 11. capite LXVI. *Nono die descendentes trans Tiberim, eo die & altero commorantes, XI. exierunt, & pervenerunt ad Cisternam Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes.* capite LXX. Probatum est etiam, quod *Rolandus XII. die post dominum Victoris promotionem, ab Urbe egressus, apud Cisternam in qua Nero Imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo est immantatus.* *Casaub.*

Neronis decocta.] Neronis Principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiiis nivis. *Plinius.*

Surculos rasit.] Lego, *abrasit*: id est, Surculos, qui trajecta penula inhæserant, deterisit. *Sabell.*

Modicella calcita.] Cod. *Salmast. medica.*

cellam decubuit super lectum modicella culcita, veterem pallio strato instructum. Fameque interim & siti interpellante, panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aquæ autem tepidæ aliquantulum bibit. Tunc unoquoque hinc inde instante, ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet, scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum: componique simul, si qua invenirentur, frusta marmoris & aquam simul ac ligna conferri, curando mox cadaveri, flens ad singula, atque idemtidem dictitans: Qualis artifex pereo! Inter moras perlatos à cursore Phaontis codicillos præripuit, legitque se hostem à senatu judicatum, & quæri, ut puniatur more majorum.

In-

Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum.] Et qui carnificis manu puniendi erant, & qui aliqua necessitate coacti se interimebant, in scrobibus præparatis sæpe soliti sedere: credo, ut evitaretur casus ἀχήμεων post vulnus acceptum. Appianus De bellis civilibus lib. 1 v. in historia Labronis sese vita privantis, afflictis Brutii Cassique partibus. Tacitus lib. xv. in pœna Flavii Veiani. Philostratus libro quinto narrans sub ingressum Apollonii Tyanei in Alexandriam obviam illi factos carnifices ducentes ad supplicium duodecim ληστὴς πλὴν αἰτίας, id est, quorum elogium continebat latrones eos esse (αἰτία hic elogium puniendorum significat, id est, titulum vel πῦλον, ut vocat Iohannes, Matthæus similiter αἰτίας, & apud Marcum ἡ ἐπιγραφή τῆς αἰτίας pro inscriptione elogii) harum scrobium ita meminit, ὡς τὰς δημίους ὑφ' αὐτῶν ἤρτο, ὑφείναι ἔφη, καλῶς δὲ δρόμους, καὶ χαλαίτερον ἤκειν ἐπὶ τὸ ὄρυγμα. Nescio annon talis mos aliquis fuerit

Athenis servatus: nam sane is locus ubi de damnatis ultimum supplicium sumebatur ὄρυγμα Fossa, dicebatur. vide Harpocrationem & Demosthenem, contra Aristocratem. Casaub.

Aquam.] Calida aqua lavebantur cadavera ex ritu priscorum: quem expressit Maro in v 1. Æneid.

Pars calidos latices; & abena undantia flammis

Expediunt, corpusque lavant frigentis, & unguunt.

Ennius quoque sic cecinit:

Tarquini corpus bona femina lavit, & unxit.

Qualis artifex pereo.] Dio, αὐτὸς Ζεὺς οἶος τεχνίτης τῶν ἀπολλυμένων! Intellige vocem artifex, ut cum Græci nominant Διονύσιον τεχνίτην: de quo apud Aristotelem in Problem. Græci quidam κηραρωδὲς explicatius vertunt, ut in Manassæ Chronico, οἶος αὐτὸς Ζεὺς κηραρωδὲς ἐξ ἀνθρώπων ἀπολλυμένων! Casaubonus.

More majorum.] Sup. Claud. c. xxxiv. antiqui moris supplicium.

Interrogavitque quale id genus esset pœna. Et cum comperisset nudi hominis cervicem inferi furcæ, corpus virgis ad necem cædi: conterritus, duos pugiones, quos secum tulerat, arripuit: tentataque utriusque acie, rursus condidit, caussatus, nondum adesse fatalem horam. Ac modo Sporum hortabatur, ut lamentari ac plangere inciperet, modo orabat, ut se aliquis ad mortem capeffendam exemplo juvaret, interdum segnitiam suam his verbis increpabat: Vivo deformiter ac turpiter. ἔ πρὲς τῆ Νέρωνι, ἔ πρὲς τῆ, νήφειν δὲ ἐν τοῖς τοῖς τοῖς ἀγέεργε σεαυτὸν. Iamque equites appropinquabant, quibus præceptum erat, ut vivum eum attraherent. Quod ut sensit, trepidanter effatus, Ἰππῶν μὲ ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπῳ ἕατα βάλλει: ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito, à libellis. Semianimisque adhuc interrumpenti centurioni, & pœnula ad vulnus apposita, in auxilium se venisse

Inferi furcæ.] Liphium vide, prolixè de Furca veteri novâque, ut vocat, differentem libro 111. de Cruce.

Νήφειν δὲ ἐν τοῖς τοῖς τοῖς.] Νήφειν, id est, φρονεῖν: sic enim sæpe Græcis usurpatum invenias, quasi dicat, magno animo, & majoribus suis digno, Neronem esse debere.

Ἰππῶν.] Versus est ex Iliad. x.

Ferrum jugulo adegit.] Quid igitur illud est quod Hegesippus ait lib. 1 v. cap. x x. Neronem periisse mangano, quod ipse sibi de ligno pararat. ferro enim & gladio periit, non mangano. Est vero μάχιστρον, instrumentum, ad jacienda tela ut ballista: hujus in Glossario mentio & apud Leonem in Tacticis, atque alios. Est & instrumentum ad torquendum, de quo sensit Hegesippus. Casaubonus.

Juvante Epaphrodito.] Domit. c. xiv.

Epaphroditum à libellis, capitali pœna condemnavit: quod post destitutionem, Nero in adipiscenda morte, manu ejus adjunctus existimabatur.

À libellis.] Libellus est quam vulgo requeste appellamus. Id ex Suetonio patet, August. cap. 1111. & l. Vnde à libellis dicti ministri, qui principi in hoc negotio subserviunt. Ut hoc loco Epaphroditus. Ita Lampridius in Alexandro: Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent. Sic accipitur in lege Rescriptum, infra, De distractione pignorum. Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Papiniano: id est, libellis apud Imperatorem præfecto. Budæus.

Interrumpenti centurioni.] Cod. Salmaf. irrumpenti.

simulanti, non aliud respondit, quam Serò, & Hæc est fides. Atque in ea voce defecit, exstantibus rigentibusque oculis usque ad horrorem formidinemque visentium. Nihil prius ac magis à comitibus exegerat, quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret: sed ut quoquo modo, totus cremaretur. Permisit hoc Icelus Galbæ libertus, non multo ante vinculis exsolutus, in quæ primo tumultu coniectus fuerat. Funeratus est impensa ducentorum millium stragulis albis auro intextis, quibus usus Kalend. Ianuarii fuerat. Reliquias Eclogæ & Alexandra nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorum monumento condiderunt: quod prospicitur è campo Martio impositum colle hortorum. In eo

MO-

Totus.] Iuvenalis mortem Catilinæ atque Cethegi anteponit Pompeii neci propterea, quod integri, totoque cadavere ceciderunt, cum Pompeio abscissum caput fuerit manibus Septimii. *Beroald.*

Permisit hoc Icelus.] Galb. cap. xiv.

Primo tumultu.] Qui exortus est nuntiata defectione Galliarum, & Hispaniarum. *Beroald.*

Impensa ducentorum millium.] Intellege, sestertiūm nummūm, qui ad v. m. coronatorum rediguntur.

Stragulis albis.] Quæ una cum cadavere flammis absumpta intelligo. *Beroaldus* hîc quadam de linteo ἀσβήσω admiscet. Sed ejus rei nullum in Romanis funeribus usum fuisse, solide ad cap. C. Aug. demonstratur.

Cum Acte concubina.] E x i i i. Annali Taciti hæc ancilla nota, & Neronis contubernium cum ipsa, neque taceatur eadem à Dione. vid. & capite x x v i i i.

Impositum colle hortorum.] Lego, colli hortulorum, nunc quoque Romæ omnibus notissimo. *Torrent.* Viterbien-sis, *Colle ortulorum.* duplici archaismo.

colle, pro colli. & ortulorum pro hortulorum. quo modo scripsisse multos antiquorum, ex iis constat, quæ scripserunt veteres de orthographia. *Casaub.* Galbæ cap. i v. *in villa colli supposita.* ubi *Cod. Salmaf. superposita.*

In eo monumento solium Porphyretici.] Πύελον, quo defuncti condebantur apud Græcos, Latini reddidère solium à similitudine solii vel alvei, in quo lavabantur. vulgò dicimus *une Auge* ex Latino sequioris seculi *alvium* pro alveo. Sic Πύελον in quo Cyri corpus jacebat, *Curtius solium* interpretatus est. *Florus de Cleopatra: In Mausoleum se sepulcra regum sic vocant, recepit. Ibi maximos, ut solebat, induta cultus in dif-ferto odoribus folio, juxta suum se collocavit Antonium.* Ita & *Plinius* accepit lib xxxv. cap. xii. *Quin & defunctos sese multi fictilibus foliis condi maluere.* fictilia folia sunt, ὄσπρακίνας Πύελοι, arcæ fictiles condendis mortuis. *Arcam* item dixit *Petronius* in historia nobili illius matronæ quæ pudicitiz exemplum fuit. Sed & *Cedrenus* λάρνακα πορφυρέην vocat, id est, arcam Porphyretici mar-

R r 5

moris,

monumento solium Porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio. STATURA fuit pene justa: corpore maculoso & fædo: sufflavo capillo: vultu pulcro magis quam venusto: oculis cæsis & hebetioribus: cervice obesa, ventre projecto, gracillimis cruribus, valetudine prospera. Nam qui luxuria immoderatissima esset, ter omnino per XIII. annos languit: atque ita, ut neque vino, neque consuetudine reliqua abstineret. Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus for-

moris, in qua corpus Iuliani repositum est. Suetonius pro cinerario usurpavit, quo conditæ fuerunt Neronis reliquiæ. *Salmasius.*

Porphyretici.] Vide Plinium l. xxxvi. capite vii. ubi genera marmorum recenset.

Superstanti.] Cod. *Salmas.* rectius, *superstante è Lunensi ara: Lunensi scil. lapide structa.*

Lunensi.] Circa Lunam, Etruriæ urbem, fodiuntur lapides albi, & discolors, ad cæruleum vergente specie: magno numero, & mole, ut etiam columnæ ac grandes tabulæ unico constantes lapide inde excendantur. Itaque pleraque egregiorum operum quæ Romæ & aliis in urbibus videntur, materiam habent inde petitam. *Strabo.*

Circumseptum est.] Præter generalem muri ambitum, quo clausum fuisse verisimile est monumentum gentile Domitiorum, intra illud monumentum Arca Porphyretica, in qua reliquiæ Neronis repositæ sunt, & cui superstabat ara ex Lunensi marmore, lapide Thasio circumsepta fuit. Hoc in aliis etiam aris, quæ sub dio ponebantur, factum apparet. Ad tutelam & munimentum addebantur hæc septa. Hinc illæ loquutiones tralatitæ, qualis apud Apuleium in Apologia extrema: *si philosophiæ honorem, qui mihi salute mea*

antiquior est, nusquam minui: immo contra ubique conseptum pinnis tenui. Hoc septum si forte proprie *puteal*, quia instar putealis aram ipsam cingebat. Hinc *puteal* pro Ara ipsa sæpe nominant auctores. *Salmasius.*

Lapide Thasio.] Thasos insularum Cycladum una est marmore nobilis: quod, ut inquit Plinius, erat maculosum. De hoc marmore Thasio intelligit Papinius illo versu:

Non huc admissæ Thasos, aut undosa Caristos.

Beroaldus.

Vultu pulcro magis quam venusto.] Pulcritudinem ad colorem, venustatem ad lineamenta referendam puto.

Projecto] Prominente. Talis à Plauto dicitur ventricosus: Græce *αὐχμαῖος*. Pertinax Imperator fuisse fertur ventre prominulo. *Beroald.*

Gracillimis cruribus.] *Casaubonus* ad cap. iiii. *Calig.*

In gradus formatam.] Flexus illos cincinnorum *gradus* vocat, quale Othonis capillamentum in ejus nummis cernimus, quanquam reticulo illud composuit. Quos autem *gradus* hic Sueton. Seneca *annos* (ni fallor) appellat lib. De brevitate vitæ cap. xii. Ingeniose Statius lib. i. *Silvar.*

— *celsa procul aspice frontis honores,*
Suggestumque coma. —

Quin-

formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submisserit: ac plerumque synthefinam indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum, sine cinctu, & discalceatus. LIBERALES disciplinas omnes fere puer attigit. Sed à philosophia eum mater aver-

Quintilian. lib. xii. cap. x. *Do tempore ne crassa toga sit, non serica, ne intonsum caput non in gradus atque annulos totum comptum. Torrent. Aliter tamen gradus dicuntur in capillorum compositione, aliter annuli. inflexio enim ipsa & crispatio capillorum nexiles annulorum orbis imitabatur. Comæ tamen sic annulatim crispatae, non etiam confusæ ac turbatae, & indiscriminatim temereq; implexæ habebantur, sed per gradus quosdam posita, & ordine digestæ, ita ut unaquæque annulorum series stationem quasi suam servaret, & gradatim alveolatimque alia super aliam scanderet. Latini in his exprimendis, ordinem, stationem, gradus solent usurpare. Ovidius crines in ordine ponere, & in statione. ἰσπᾶν Euripides dixit. Quintilianus gradus & annulos junctim posuit. Manilius crines in fluctum ponere eleganter. nam illa crinium per annulos inflexio, & per gradus digestio, fluctuum modo exstantium, modo subsidentium & invicem se propellentium undulatos intortosque motus plane refert. Salmasius.*

Pone verticem submisserit.] Id est, à postica parte capitis, contra morem patrium prolixum aluerit.

Plerumque synthefinam indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum, &c.] Hoc est, habitu hominis in triclinio discumbentis. Satyrici auctor, In his eramus laticiis cum ipse Trimalchio ad symphroniam allatus est, positusque in cervicalia minutissima, expressit imprudentibus risum. Pallio enim coccino adrasum incluserat caput, circaque onerata veste cervicem lateclaviam immiserat mapam, simbria hinc atque illinc pendenti-

bus. Dio sudarium vertit σινδώνιον. Casaubonus.

Synthefinam indutus.] Romani foris toga semper utebantur, quam Saturnalibus tantum ponere, & synthefin sumere licebat. Martial. l. xiiii. Epigr. 7. & cxli. Sed & domi quoque sæpius, & quidem maxime in conviviiis, synthefibus induebantur, ut Zoilus ille apud Martialem lib. v. Epigr. cxxi. Verum non satis honestum erat viros principes sic indutos conspici: Nero autem synthefinatus, discinctusque prodibat etiam in publicum, cum ne pænula quidem usus Imperatori unquam permitteretur. Synthefin vero effœminatorum ac mollium fuisse etiam Tertullian. lib. De pallio ostendit, uti & Xiphilin. cum hunc Suetonii locum exprimens, sic ait, χιτῶνιον πινυδωνικῶς ἀνδρῶν, καὶ σινδώνιον περὶ τῶν αὐχένων ἔχων. Torrent. Synthefis quoque accipitur pro tota veste in vestiario composita: in leg. Titia §. Semproniana. Synthefis enim Græcum vocabulum compositionem notat. Baysius.

Sine cinctu, & discalceatus.] Discinctum in publico videri, mollitiæ signum habebatur. Erat tamen, ubi & calceos ponere, & cinctum negligere, τειπνοφρονήσεως argumentum erat. Qua de re habes ad cap. C. Aug.

A philosophia eum mater avertit, monens imperaturo contrariam esse.] Philostratus in vita Apollonii Tyanei, homini vano dictum non vanum in hanc sententiam tribuit, φιλοσοφία πικρὰ βασιλεῖ ἀνδρῶν, ἑὺμετεῖς μὲν καὶ ὑπερηφάνη, θαυμάσιον ἰργάζεσθαι καὶ

avertit: monens, imperaturo contrariam esse: à cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. Itaque ad poëticam pronus carmina libenter ac sine labore composuit: nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis: ut facile appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos: sed plane quasi à cogitante atque generante exaratos: ita multa & deleta & inducta & superscripta inerant. 53 Habuit & pingendi fingendique maxime non mediocre studium. Maxima autem popularitate efferebatur, *omnium*

κράσιον ἢ τὴν ἀκροῦθὸς καὶ ὑπερεπιλεί-
νυσα φορική τε, ἢ βασιλεῦ, καὶ τα-
πιδωτέρας τὴν ἡμετέρας σκηπῆς φαίνε-
ται καὶ τύφω τὴν αὐτὸν εἶναι ἢ τὴν
βάσανοι.

A cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret.] Solus hic (Seneca) fere in manibus adolescentium fuit: quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam: quos ille non destiterat incutere, cum diversi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse iis quibus illi placerent, diffideret. *Quintilianus.*

Venere in manus meas pugillares libellique.] Appellat libellos chartas viliores, quibus olim eruditi utebantur, quando primum aliquid componebant: ut opus emendatum in chartam meliorem inde transferrent. Epiphanius ejusmodi libellos vocat χιροῦρα; chartas autem quæ opus correctum excipiebant, τετραῖδας. *Casaub.*

Pingendi.] Corn. Tacitus: Puerilibus statim annis Nero vividum animum in alia detorsit, calare, pingere, cæsus, aut regimen equorum exercere. Pictura apud

veteres in tanta fuit æstimatione, ut inter ingenuas artes numeraretur, utque ingenui pueri antigraphicen, hoc est, picturam, in ludo docerentur: ut docet Plinius in xxxv. Aristoteles quoque in viii. Politicorum ait, juvenes discere consuevisse literas, gymnasticam, musicam, & picturam. *Beroald.*

Fingendi.] Fingere, ad plasticam, statuariamque refertur. Namque, ut inquit Plinius in xxxv. *plasticæ opus est fingere ex argilla similitudines.* Praxiteles plasticam matrem esse dixit statuariæ sculpturæ, & exlaturæ: & cum esset in his omnibus summus, nihil unquam fecit ante, quam finxit. *Idem.*

Maxima autem popularitate efferebatur, omnium æmulus, qui, quoquo modo animus vulgi moverent.] Maxima popularitas, maximum placendi vulgo studium. non displiceat maxime autem populari. eandem vocem (dico maxime) si quis ex præcedente sententia sustulerit, non multum meo judicio erraverit. Neronis popularitatem perstringit Dio Chrysostomus cum ait in orat. de philosoph. Καὶ τοὶ τῶν βασιλέων πρὸς ἐπιθύμῃ σοφῆς εἶναι τὴν τοιαύτην σοφίαν, ὡς πλεῖστα ἐπιτάμφοι. ἢ

μὴ

omnium emulus, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Exiit opinio post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas. Nam luctabatur assidue: nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectaverat, quam brabeutarum more in stadio humi assidens: ac si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinaverat etiam qui Apollinem cantu, Solem aurigando equiparare existimaretur, imitari & Herculis facta. Preparatumque leonem ajunt, quem vel clava vel brachiorum nexibus in Amphitheatri harena spectante populo nudus elideret. Sub exitu quidem vitæ palam voverat si sibi incolumis status permansisset, proditurum se parte victoriæ ludis, etiam hydraulam & choraulam,

&

ῥῆθ' οὐκ ἐπὶ τοιαῦται ἀ μὴ θαυμαζέει
παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐφ' οἷς
σηφανωθῆναι ἐστὶ. Casaub.

Descensurum.] Eleganter dixit, quasi in certaminis discrimen iturum: sic descendo in campum, in pugnam dicimus, non tam ex superiore loco in inferiorem, quam ex tuto in locum discriminis: quanquam & ad situm urbis, & castrorum munitiones, & loca spectantium, quæ superiora sunt, tota usurpatio referri possit, sed elegantiarum accuratissimi exactores, quod prius diximus, tenent. *Sabell.*

Brabeutarum.] Gymnicis agonibus præerant Brabeutæ, qui & Mastiganomi & Rhabduchi dicuntur à Græcis, auctoribus Polluce & Suida: Latine designatores ab Ulpiano dicuntur. Dicuntur à βραβεύω, quod constituere & arbitrari significat. Inde βραβεῖον, præmium Hieronicarum, hoc est, corona. *Budæus.*

Qui Apollinem cantu.] Cod. Salmas. quia Apollinem cantu, &c. Una littera adjecta efficit, ut de re ipsa liqueat.

Aequiparare.] Cod. Salmas. equiparare. & ita semper.

Brachiorum nexibus.] Qualem videmus Herculem in Græcorum numismatibus, & C. Publicii denariis. *Torrentius.*

Nudus elideret.] Suffocaret, strangularetque: sicut Hercules leonem Nemezum manibus strangulasse fertur. *Beroald.*

Hydraulam.] Qui sciens est organorum hydraulicorum, is hydraula nuncupatur. Horum organorum supra mentio facta est.

Et choraulam.] Chorales is est, qui ad Chorum tibia canit, ut λυραῖος, qui ad Lyram, αὐλοῖος, qui ad tibiam. Hyginus fabula CCLXXII. Pythæus, qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatis, qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est Chorales. palliatis vocat, quia revera Choraulæ palliati erant. Vide Vopiscum in fine Carini. Septem igitur Palliati constituebant chorum, ad cujus cantum is, qui tibiam inflabat, dicebatur Chorales.

Quem

& utricularium, ac novissimo die histrionem, saltaturumque Virgilii Turnum. Et sunt qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo, quasi gravem adversarium. Erat illi aternitatis perpetuaeque fame cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis veteri appellatione detracta, novam induxit ex suo nomine. Mensem quoque Aprilem, Neroneum appellavit. Destinaverat & Romam Neropolim nuncupare. Religionum usquequaque contemptor, praeter unius deae Sy-

Quem nemo melius aut elegantius Cypriano expressit in libro de spectaculis: Alter cum Choris, & cum hominis canora voce contendens spiritu suo, quem de visceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiaram foramina modulans, nunc effuso, & nunc intus recluso, ac represso, nunc certis foraminibus emisso, atque in aërem profuso, item in articulos sonum frangens loqui digitis elaborat, ingratus artificii, qui linguam dedit. Ioseph. Scaliger.

Saltaturumque Virgilii Turnum.] Id est, gesticulatione imitaturum. Horat. lib. i. Sat. v.

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat. Idem De arte,

— agrestum Cyclopa movetur.

Vide cap. xxxix. & xliii.

Erat illi aternitatis perpetuaeque fama cupido, sed inconsulta.] Plane simile est Pausaniae de Nerone iudicium: quod libet adscribere. postea enim quam de liberata ab eo Graecia dixit, Ἀπιδόνειαις ἐς τὸν μὲν Νέρωνος τὸ ἔργον, ὁρῶντα εἰρηκέναι Πλάτων ἐφαίνετο ἢ Ἀείωνος. ὅπως ἀδικήματα μεγάλῃ καὶ τολμήματι ἐστὶν ὑπερηκόσθη, ἢ τὸ ἐπιτυχόντων εἶναι ταῦτα ἀνθρώπων ψυχῆς ἢ θεαίας, ὑπὸ ἀτόπει παιδείας διεφθαρμένης. Non potest negari, & cupidinem fame, ac nominis sui aternitati consecrandi deside-

rium, generosi animi esse documentum. Casaub.

Novam induxit.] Cod. Salmas. indixit. quod auget intemperiam Neronis. Aprilem Neroneum.] Ob detectam eo mense conjurationem Pisonianam.

Neropolin.] Quasi Neronis civitatem. Neronem in hoc æmulatus videtur Commodus Imperator, qui Romam coloniam Commodianam vocari voluit, qui & Romanus Hercules est appellatus, quod feras in amphitheatro occidisset. Beroald.

Praeter unius deae Syriae.] Quæstio est, num eadem diva sit Atergatis, ac Dea Syria. Sic videtur, propter illa Strabonis verba in xvi. ubi, cum de Euphrate esset locutus, subjungit, Ἰπίκει δὲ ἡ ποταμὸς χοίνας τίτλαρας διχασσε ἢ Βαμδύκη, καὶ καὶ Ἐδδοσαν καὶ Γεργὸν πόλιν καλεῖσιν, ἐν ἧ πρῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀτεργάτην. Sed Atergatin quidem constat unam esse ex Syrorum deabus: at tamen aliam arbitror ab illa, quæ κατ' ἐξοχὴν dea Syria dicebatur. Nam Atergatis sive Deceto erat semimulier, & semipiscis: ut ex Luciano constat, qui continuo subjungit: Ἡ δὲ ἐν ἰσῆ πόλει, πῦσι γυνή ἐστι. Hæc Syria dea non tam animale numen videtur, quam naturale. Nempe vis naturæ generatrix quæ tum Venæris, tum matris Deum nomine intelligitur.

Syria. Hanc mox ita sprevit, ut urina contaminaret: alia superstitione captus in qua sola pertinacissime hæsit. Siquidem icunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum à plebeio quodam & ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione pro summo numine trinisque in die sacrificiis colere perseveravit: volebatque credi monitione ejus futura prænoscere. Ante paucos quam periret menses, attendit & exstispicio, nec umquam litavit. OBIIT secundo & trigesimo 57
ætate

gitar. Vel si cum naturali hoc numine pariter coluerint animale: non hoc Atergatis erit, Semiramidis mater, sed Semiramis ipsa. quod ex eo liceat suspicari, quia nulla Syris celebratio heroïna fuit Semiramide, uti nulla Diva iis divinior Deâ Syriâ. Accedit, quod Semiramis dicitur educata à columbis, & columbæ etiam symbolo signabatur. Dea autem Syria ex ovo, cui columba infederit, dicitur prognata; idque ad Euphratem, ubi Babylon, urbs regia Semiramidis. Qua de re Cæsar's Germanici interpret. *Vossius.*

icunculam puellarem cum remedium insidiarum muneri accepisset.] Moris fuit hominibus præstigiatoribus & planis remedia adversus quosvis morbos & casus vendere, quæ semper circumferri facilia essent. Talis hæc icuncula puellaris: tales illi annuli *φάρμακίται* sive *φουσιγί*, quorum mentio apud Aristophanem atque alios. Tales item laminæ illæ quarum meminit Arnobius libro secundo, *Adversus ietus noxios & venatos colubrarum morsus, remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis, Marsisve vendentibus, aliisque institoribus atque planis:* In Viterbiensi vero diserte scriptum *acuncula.* Puto verum esse *acuncula.* quæ & Latina & proba dictio est. Imperator Constant. in Cod. Theodosiano, De repudiis, *Si præter hæc tria crimina re-*

pudivit marito miserit, oportet eam usque ad acunculam capitis in domo mariti deponere. De acu quæ muliebris mundi olim, ut nunc quoque pars fuit, nihil attinet dicere. notissima enim res est. Hujusmodi igitur acus non minus quam anulos aut laminas in magico instrumento locum habuisse, ex hac lectione discimus. *Casaub.*

Monitione ejus.] Ex hoc vero similis videtur imagunculam potius, quam acunculam significari, cum ad imaginem magis, quam ad acum monitio referri possit. *Beroald.* Qui præfert *icuncula,* adeat etiam ad Caligul. cap. XII.

Obiit secundo & trigesimo ætatis anno.] Mirum silentio esse prætermissum tempus Imperii, quod fuisse ait Iosephus annorum tredecim, & dierum octo. Zonaras annis tredecim adjicit menses octo, demptis diebus duobus. Xiphilinus duos amplius dies illi tribuit tantum. Clemens vero, annorum vult fuisse tredecim, mensium octo, dierum XXVIII. Eusebius, nisi fallunt nos, ut sæpe, ejus codd. annos XIV. ait, menses septem, dies XXIV. Etiam alii minorum gentium chronologically. In annis vitæ late errant Dio & Zonaras qui ajunt vixisse annos xxx. menses novem. vide & Epiphanium, Theophilum, alios. *Casaub.*

Die quo quondam Octavianus interemerat.]

etatis anno, die quo quondam Octaviam interemerat, tantumque gaudium publice praeiuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. Et tamen non desuerunt qui per longum tempus vernis aestivisque floribus tumulum ejus ornarent: ac modo imagines praetextatas in Rostris proferrent, modo edicta, quasi viventis, & brevi magno inimicorum malo reversuri. Quinetiam Vologesus Parthorum rex, missis ad senatum legatis, de instauranda societate, hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post viginti

an-

rat.] Ad quem plane exitum illud de Octavia insomnium pertinuit. c. xlvi.

Pileata.] Sext. Aurelius: Omnis Roma adeo interitu Neronis exultavit, ut plebs induca pileis manumissionum, tanquam saevo exempta domino, triumpharet. Martial. Permittis puto pileata Roma.

Vernis aestivisque floribus.] Aug. capite xviii.

Quasi viventis & brevi magno inimicorum malo reversuri.] Quia Neroni sese perimenti paucissimi (tres ait Dio, Suetonius quatuor) testes adfuerunt: propterea eo extincto & ignoratum plerisque mortis genus, quo verum illud monstrum perierat: & multis etiam persuasum non esse illum occisum, sed vivere, ac brevi reversurum. Fuit & illa constans plerorumque in veteri Ecclesia opinio, venturum Neronem ante seculi finem; & vel ipsum fore Antichristum, (Iohannes Chrysostomus sermo affirmat Neronem Antichristi fuisse tyrum:) vel temporibus iisdem per Occidentem saeviturum, quibus ille per Orientem: qua de re suaviter fabulatur ille vere θαυμάσιος Martinus, apud Severum Sulpicium dialogo secundo. Auctor versuum qui Sibyllis tribuuntur, de Nerone,

Αὐτὸς ἔσται καὶ αἰεὶ ὁ λούριος εἶς ἀναγκαστὴς

Ἰσὶζων θεῶν αὐτῶν.

& plura in hanc sententiam variis locis ejus operis. B. Augustinus De civitate Dei lib. xx. dictum Pauli Apostoli explicans, Iam enim mysterium iniquitatis operatur, inter cetera scribit: Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Paulum Apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum speraretur aeternum. ut hoc quod dixit, Iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem vulverit intelligi: cujus facta velut Antichristi videbantur. Vnde nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspicantur. Alii vero nec eum occisum putant: sed subtractum potius, ut putaretur occisus: & vivum occultari in vigore ipsius aetatis, in qua fuit cum crederetur extinctus, donec suo tempore reveletur, & restitatur in regnum. Casaub.

Vologesus Parthorum rex.] Quo cum Nero pacem fecit, quando Tiridatem fratrem Romam misit ad Neronem adorandum. Scribit Sextus Aurelius, quod huic loco convenit, Persas in tantum dilexisse Neronem, ut legatos mitterent orantes copiam construendi monumenti.

Denique cum post viginti annos, adolescente me, existisset conditionis incerta qui

annos adolescente me exstitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus sit.

qui se Neronem esse jactaret.] Pseudonero-nes fuere plures. Tacitus clare ostendit. et si patrum vulgo ad ejus verba attendunt secundo Historiarum: *Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterrita, velut Nero adventaret: vario super exitu ejus rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. Ceterorum casus conatusque, in contextu operis dicemus. Tunc servus à Ponto, sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, cithara & cantus peritus (unde illi super similitudine oris propior ad fallendum fides) adjunctis desertoribus quos inopia vagos ingentibus promissis corruerat, mare ingreditur. illa verba, pluribus vivere eum fingentibus, subobscurè iudicant falsos Neronès fuisse plures: quod arguunt manifestè sequentia. nam de pluribus se dicturum pollicetur. & historia confirmat, quæ plures commemorat. primus est quem Tacitus inserit rebus Othonis & Vitellii: nam interpreti non assentior com-ponenti illum locum cum isto Suetro-*

nii. aperte repugnant tempora. & Tacito consentit Xiphilinus ex Dione, narrans in Othone captum fuisse tum quendam qui Neronem se fingeret: cujus, inquit, Dio nomen se ignorare ait. similem ignorantiam profitetur & Tacitus in fine narrationis illius: *Asprenasi, inquit, cuncta ex fide nuntiata: cujus cohortatione expugnata navis, & interfectus quisquis ille erat.* Alius ab hoc est Terentius ille Maximus quem ex Dione, ut arbitror, tradit Zonaras in vita Titi. Tertius est de quo Suetonius hoc loco. Eum narrat Tranquillus exstitisse post viginti annos à Neronis morte: incidit, igitur in Domitiani tempora, & imperii ejus annum septimum. quare non potest cum alterutro superiorum idem esse. Pseudoneronis cujusdam meminit Lucianus in commentariolo *Περὶ τῆς τριτοῦ τοῦ Νέρωνος*. Casan- bonus.

Et vix redditus sit.] Scilicet ad sup- plicium.

SER. SVLPICIVS GALBA,



SPOPONDIT ANNIS, LAVDIBVSQVE PRIVATI,
CAPAX REGENDI PECTVS, AT RIGOR PRISCO
PAR SOLVS ÆVO, SECVLOQVE CAMILLI,
SEGNU REGENDÆ FECIT IMPAREM ROMÆ.

I. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VII.

SER. SVLPICIVS GALBA.

PROGENIES Cæsarum in Nerone descit: quod futurum compluribus quidem signis, sed evidentissimis duobus, apparuit. Livie olim post AVgusti statim nuptias Vejentianum suum revisenti, prætervolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem, ita ut nuperat, demisit in gremium: cumque nutriri alitem, pangique ramulum placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur: tale vero lauretum, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent: fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere: & observatum est sub cujusque

PAngique ramulum placuisset.] Ramulū vocat κλωῖα. nam laurus earum arborum una est, quæ generant si κλωῖον pangatur, id est, furculus: non generant neque proveniunt, si ἀκρέμων hoc est surus, sive crassior ramus. causam habes apud Theophrastum Αἰτίων Φυλακῶν libro primo, capite tertio. Casaub.

Ea villa ad Gallinas.] Plin. lib. xv. cap. ult. hac de re loquens, villam istam Tiberi impositam, juxta nonum ab Urbe lapidem, via Flaminia describit.

Tale vero lauretum, ut triumphaturi Cæsares, &c.] Virgil. Æn. vi.

Spargens rore levi, & ramo felicis olive.

Moris fuerat ut de lauro fieret. Sane di-

cit Donatus, quod hoc propter Augustum mutavit. Nam nata erat laurus in palatio eo die quo natus est Augustus, unde triumphantes coronari consueverant: propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere. Servius.

Inde laureas decerperent.] Post hæc verba Codex Salmasianus spatium unius lineæ cum dimidia reliquit. Si quid in eo exaratum olim fuit, id hætenus alta oblivione sepultum later.

Alias confestim eodem loco pangere.] Pangere, figere, unde plantæ pangi dicuntur cum in terram demittuntur. inde etiam versus pangi, id est, figi in cera dicuntur. Festus. Pulchra translatione Lucret. lib. ii.

Quandoquidem vitæ depactus terminus alic.

obitum, arborem ab ipso institutam, elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno, & silva omnis exaruit radicitus, & quidquid ibi gallinarum erat, interiit: ac subinde tacta de cælo Caesarum æde, capita omnibus simul statuis deciderunt: AVgustique sceptrum è manibus excussum est. Neroni GALBA successit, nullo gradu contingens Caesarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magnaque & vetere prosapia: ut qui statuarum titulis PRONEPOTEM Q. CATVLI CAPITOLINI semper adscripserit: Imperator vero etiam stem-

Arborem ab ipso institutam.] Arborem institueret, pro arborem in terra statuere & pangere, dixit. Non est ab simile illud Ciceronis apud Rullum, *Vbi institueret vineas possint.* Turnebus.

Silva omnis exaruit radicitus.] Habes similem historiam apud Ioannem Tzetzem, Historici chiliade 1111. de ficu logothetæ cuidam unice dilecta (sic ut nemini alii esse fructum ex ea liceret) quæ magna omnium admiratione, die mortis exaruit, ac postridie à summo ad imum fidit se. quam historiam sancte jurat auctor esse veram. *Casaub.* Tacitus in anno DCCCXI. Eodem anno *Ruminalens arborem in comitis, quæ super octingentos & quadraginta (numerus falsus est) ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus & arefcente trunco deminutam, prodigii loco habitum est, donec in novos sætus revivificeret.*

Caesarum æde.] Dubitari possit quam hic Caesarum ædem vocet. Ego sane ædem Veneris Genitricis fuisse arbitror. à Venere enim gens Iulia per Æneam. *Torrentius.*

AVgustique sceptrum è manibus excussum est.] Sceptrum intelligo, quale etiam stante republica triumphantibus gestare jus erat, ut fortassis habitu triumphali illa AVgustum statim re-

presentaverit. Cæteroquin insignia regni abnuisse, quibus primis rerum dominis esse Romæ contigit, ea fidem abunde faciunt, quæ ad cap. XXI. Caligulæ dicuntur. *Schildius.*

Nullo gradu contingens Caesarum domum.] Liviam tamen aliquomodo contingebat auctore Plutarcho. *ὡς δὲ πρὸς Λιβίαν τῆς Καίσαρος & γυναικὸς καὶ ἡμεῖς ἀποσηκῶν ὁ Γάλβας.*

Nobilissimus.] Genus paternum à gente Sulpicia, maternum à Lutatia trahens, quod de se ipso Pisonem jam adoptaturus narrat apud Tacitum libro 1. Historiarum.

Vetere prosapia.] Quintilianus prosapiam esse ait verbum vetustum nimis, & oblitteratum, quo minime utendum esse censet.

PRONEPOTEM Q. CATVLI CAPITOLINI semper adscripserit.] Scribe PRONEPOTEM SE Q. C. casu enim ommissa vocula *Se*, quam & Salmassii Codex agnoscit, & Casauboni codices ut ipse testatur, habuerunt.

CAPITOLINI.] Qui nomen accepit ex eo, quod curator fuit restituendi Capitolii, illudque dedicavit: quod solum felicitati Syllæ defuerat. Hujus historię mentio facta est in vita Cæsaris Dictatoris.

Stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iovem: maternam, ad Pasiphaën Minois uxorem referret. Imagines & elogia universi generis exsequi longum est: familiae breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galba tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum illitis demum galbano facibus succenderit: alii, quod in diuturna valitudine galbeo, id est, remediis lana involutis assidue uteretur: nonnulli, quod praepinguis fuerit visus, quem galbam

In atrio.] Vide ad caput xxxvii. Neronis.

Ad Pasiphaën.] Mirum vero, cum Pasiphaë Solis filia feratur, non ad Solem potius maternum genus cum retulisse, quam ad foeminam tam foedo concubitu infamem. Quare suspicor hunc locum esse corruptum, scribendumque, paternam originem ad Minoëim, ac Pasiphaën, Minois uxorem, referret, deleto maternam, infarcto ab aliquo, qui matetni quoque generis mentionem faciendam esse putabat. Atqui illud ante ad Q. Catulum retulerat Suetonius. Sic de alio quodam Galba Silius Italicus lib. viii.

Huic genus dicitur Minos, invisaeque tauri.

Pasiphaë.

de paterno enim genere loquitur. Torr.

Elogia.] Elogium medium est verbum: tam enim honoris, quam vituperationis testificatio. Sabellius.

Universi generis exsequi longum est: familiae breviter attingam.] Plures igitur in gente Galbarum familiae fuerunt. Sic à Cn. & C. Octaviis duplex Octavio- rum familia defluxit. Avg. cap. ii. item, Ex gente Domitia duae familiae clararum, Calvinorum & Aenobarborum. Ner. cap. i. Schildius.

Illitis demum galbano facibus.] Glossarium, Γαλβάνη ἢ Χαλβάνη, Galba. sed

Græci per χ hanc vocem enuntiant, non ut Latini per g: quàm analogiam in aliis deprehendes: & Latini hunc herbæ ferulaceæ succum appellant galbanum, non galbam. Casaub. Plin. l. xii. c. xxv. Dat & galbanum Syria in eodem Amanno monte è ferula, quam ejusdem nominis resina modo stagonitum appellant. Cum accenditur, flammam nutrire pluribus herbariæ rei scriptores testantur.

Quod in diurna valitudine galbeo, id est, remediis lana involutis assidue uteretur.] Hunc locum perperam sollicitatum vexatumque viris doctis doleo. Galbeum vocat auctor, illa remedia lanâ involuta, quibus utebatur Galba, quod more galbei vel armillæ circa brachium involuta illa haberet: remedia igitur lana involuta, & in brachio vicem armillæ gestata, galbeum vocavit Suetonius: armillas etiam vel galbea gestarunt veteres quibus remedia quædam erant inclusa adversus varios morbos facientia. Galbeum, vel calbeum, quod pro ornamento, vel armilla accipiebatur apud veteres, quâ virtutis ergo donabantur milites, ita dicebatur à voce Græca κάρπιον: unde carpeum & calpeum, postea galbeum: recte igitur, calbeos scripsit Festus. Hinc & κάρπιος ὄφεις & ἐπι- κάρπιος Græci dicunt armillas in modum serpentis contextas. Salmassius.

bam Galli vocent: vel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia, quæ in esculis nascuntur, appellanturque galba. Familiam illustravit Ser. Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus: quem tradunt, Hispaniam ex prætura obtinentem, xxx. Lusitanorum mil-

Nonnulli, quod præpinguis fuerit visus, quem Galbam Galli vocent.] Recte. Verus Gallorum lingua eadem quæ Scythica, ut & Germanorum, sed & Græcorum etiam ac Romanorum, sicut suo loco abunde docebimus. *Alp*, & *vit* aut *vrit* significat veterrimis Scythis album, & pinguedinem, quia hæc nimirum albi est coloris. Illius vocabuli aperta sunt vestigia in Romanorum *Alpes*, quæ nivibus rigent, ac albæ sunt, & *Albus* & *Album*, Græcorum ἄλφον. Festus in *Vitiligo*: In corpore hominis maculam albam Græci ἄλφον vocant, à quo nos album. Inde Latinorum *alvus*. Inde & Germanorum *tsib*, aut *half*, vitulus, quia pinguedine albet. Neque enim vitulus bis venit ad mulctram, neque binos alit ubere scetus, neque ruricola est, ut vaccæ & boves. Idcirco *vitulare* Romanis est latari gaudio, ut prato vitulus. Festus in *vitulans*. Vulgo hominem pinguem *tsib* aut *half* Germani vocant. Vnde factum nomen proprium Galba, id est, pinguis. Neque abluunt *Calpas*, quomodo dictus Numæ regis filius, teste eodem Festo, in *Calpurnius*, Germanorum vetus illud *Ketpo*, ut habet index nominum priorum veterum Germanorum à Goldasto in *Allamanicis* editus, & quod adhuc hodie in usu, *tsibtschen*, aut *kelfhen*. Imo *vitulus* Romanorum nomen habet à Scythico *vit*, aut *vet*, quod pinguem aut opimum notat, sicut & album. Hinc & *vitellum*, albumen ovi, & *vitiligo* in corpore hominis macula alba, & alia. *Alp* vero aut *alf* significare eadem lingua pinguem, vel plurima indicant alia vocabula Romana, origine itidem Scythica, quibus,

quod proclive ac solenne in his esse, pluribus alibi demonstrabimus, /litera tantum præponitur, ut *Salus*, *salvare*, *salvere*, *salvator*, & ejusmodi alia, ab *alf*, aut *falf*, quod Scythis, & ex Scythis ortis populis, pinguedinem aut *inguentum* notat. Manet adhuc & vulgo Germanorum id vocabulum notum est. quos Scytharum sobolem esse, non est dubitandum. *Boxhornius*.

Animalia quæ in esculis nascuntur.] Sunt multa animalcula & vermiculi, qui in arboribus aut siccis etiam lignis nascuntur: qui quum appellatione communi Græcis dicantur *τερονόες*, Latinis *teredines*, varia nomina ex arborum generibus aut aliis caussis, sunt sortiti in utraque lingua. ejusmodi nomina sunt *κίς*, *σής*, *ιξ*, *ψιλω*, *κρίλα*, item, *coffi*, *bytarus*, apud Plinium è M. Tullio, & galbæ, ut docemur isto loco. Memmii liber, in *esculis*. quomodo ejus arboris nomen in plerisque libris scriptum invenitur. *Casaub.*

Eloquentissimus.] Temporum suorum Ser. Galbam eloquentia præstitit: cujus tamen orationes exiles fuerunt, & redolentes antiquitatem, quæ ob id exaruerunt. *Cicero*.

xxx. *Lusitanorum millibus perfidia trucidatis Viriati belii causam existisse.*] In tria agmina partitos descendere in planitiem, quam singulis assignarat, iussit. Deinde ad primos accedens, ceu jam amicos, arma deponere imperat: armis spoliatos vallo circumdat, omnesque trucidat. Eodem modo secundos & tertios ingenti festinatione delevit. Ac perfidiam ultus est, non, ut Romanum decuit, Romanorum humanitatem, sed barbarorum diritatem. *atque*

millibus perfidia trucidatis, Viriagini belli causam existisse. Eius nepos ob repulsam consulatus insensus Julio Casari, cujus legatus in Gallia fuerat, conspiravit cum Cassio & Bruto: propter quod Pedia lege damnatus est. Ab hoc sunt Imperatoris Galbae avus & pater. Avus clarior studiis quam dignitate: non enim egressus praeurae gradum, multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Pater consulatu functus, quam brevi corpore atque etiam gibber modicaeque in dicendo facultatis, causas industrie actitavit. Uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli, proneptem L. Mummii, qui Corinthum excidit: item Liviam Ocellinam, ditem admodum & pulcram, à qua tamen nobilitatis causa appetitus ultro existimatur, & aliquanto enixius, postquam subinde instanti vitium corporis secreto posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos, Cajum & Servium procreavit. Quorum major Cajus attritis facultatibus urbe cessit: prohibitusque à Tiberio sortiri anno sua

atque immanitatem imitatus. Evadere tamen ex illis pauci, inter quos Viriagus. Appianus.

Repulsam Consulatus.] Meminit huius repulsae Q. Hirtius extremo l. 11 x. De bello Gallico, sic tamen ut non per Casarem, sed per Casaris inimicos eam Galba passus sit. Torrent. Verba: ereptum Ser. Galbae consulatum, cum is multo plus gratia suffragiisque valuisset, quod sibi conjunctus & familiaritate, & necessitudine legationis esset.

Cujus legatus in Gallia.] Casar in Commentariis crebro meminit de hoc legato suo Galba: cujus virtutem in primis extollit in tertio Commentario belli Gallici.

Pedia lege.] Neronis cap. 117.

Quam brevi corpore.] Cod. Salmas. quamquam.

Vitium corporis secreto posita veste, detexit.] Similem historiam de Cratete Thebano, cujus conjugem Hipparchia nobilis puella appetebat, habes apud Diogenem Laërtium libro vi.

Cajum ac Servium procreavit.] Admonendos lectores duxi maxime non attentos, non recte in vulgatis codicibus hunc Imperatorem Sergium dici, sed Servium Galbam. Est enim Servius praenomen, & saepe in Sulpicia gente ut in tota Romana historia videre licet. Sergius autem familiae nomen est, de qua L. Catilina fuit. Glareanus.

Prohibitusque à Tiberio sortiri anno suo proconsulatum.] Vid. ad cap. 51 v 11. Aug.

4 suo proconsulatum, voluntaria morte obiit. SER. Galba Imperator, M. Valerio Messalla, Cn. Lentulo COSS. natus est, IX. Kal. Ianuarii, in villa colli supposita, prope Terracinam sinistrorsum Fundos petentibus. Adoptatus à noverca sua, Livii nomen, & Ocellæ cognomen assumpsit, mutato prænomine. Nam & Lucium mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit. Constat AVgustum puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse, καὶ ὁ Τίβερων τῆς δεξιῆς ἡμῶν ἐδεδραῶξεν. Sed & Tiberius, cum comperisset imperaturum eum, verum in senecta: Vivat sane, ait, quando id ad nos nihil pertinet.

Avo

[Livii nomen & Ocellæ cognomen assumpsit.] Satis notum est, Ocellæ cognomen fuisse gentis Romanæ. non dubito casum aliquem peperisse hanc appellationem; sive ab oculis propter parvitatem oculorum: sive ab ὀκέλλω, quod Græcis navem appellere significat, prima ejus fuerit origo. fuit & apud Græcos etiam vetustissimos usitatum Ocelli nomen. Hæc quum ita sint, miror in optimis membranarum scribi, & Ocellare cognomen. In Domitiani cap. v. i. i. legimus Ocellatæ sorores. an igitur etiam hic propter adoptionem Ocellæ cognomen aliter est formatum? Casaub.

[Apprehensa buccula.] Vt fit cum pueros deosculamur. Aug. cap. xciv. ejusque osculum delibatum. Torrent.

[Τῆς δεξιῆς ἡμῶν ἐδεδραῶξεν.] Sic loquitur Philostratus in Ptolemæo Naveratite δεικνῶν τὴν καὶ διδραῶξεν πῦρ. At Dio vocem minus usitam mutavit usitatiorē δεδραῶξεν. Casaub. Sic Dio lib. lvii. & Xiphilin. Galba, atque etiam Ioseph. Antiq. Judaic. xviii. Tacit. quoque iis verbis, & tu Galba quandoque degustabis Imperium. Mirandum vero cum ceteri dicunt id Tiberio tribuant, solum Sue-

tonium Augusto tribuere, & quidem non memoria lapsum, ut arbitror (nam & Tiberii hic meminit) sed quod ita acciderit, ut vel ex temporum ratione colligimus. Siquidem Galba anno ætatis lxxiiii. demum ad Imperium pervenit. Ab Augusti vero exitu ad hujus Imperii initium anni tantum sunt l. v. Pueritiam igitur egressus erat Galba ante Tiberii Principatum. Torrentius.

[Cum comperisset, imperaturum eum.] Tiberius adeo fatum uniuscujusque præstantissimorum virorum indagabat, ac certo cognoscebat: ut Galbæ etiam, qui tum forte uxorem duxerat obviam factus dixerit, eum quoque aliquando imperium gustaturum. abstinuit autem ejus exde, quia hoc quoque in fati Galbæ erat, ut quidem ego sentio: ut autem ipse Tiberius dicebat, quod se jam defuncto, senex esset imperio potiturus Galba. Dio Cassius.

[Vivat sane, quando id ad nos nihil pertinet.] Simillimum est, quod in Maximimo Juniore Iulius Capitolinus refert: Nec desuerunt qui cavendum infantem dicerent Caracallo. Tum ille dixit: Longe est ut mihi succedat iste.

Fulgur

Avo quoque ejus fulgur procuranti, cum ex sta de manibus aquila rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summum sed serum imperium portendi familia responsum est. Et ille irridens: Sane, inquit, cum mula pepererit. Nihil eque postea Galbam tentantem res novas confirmavit, quam mula partus, ceterisque ut obscænum ostentum abhorrentibus, solus proletissimo accepit, memor sacrificii, dictique avi. Sumta virili toga, somniavit fortunam dicentem, stare se ante fores defessam: & nisi ocyus reciperetur, cuicumque obvio prædæ futuram. Utque evigilavit aperto atrio, simulacrum aeneum Deæ cubitali majus juxta limen invenit, idque gremio suo Tusculum, ubi æstivare consueverat, avexit: & in parte ædium consecratum, mensuris deinceps supplicationibus & pervigilio anniversario coluit. Quamquam autem nondum ætate constanti, veterem civitatis, exoletumque morem, ac tantum in domo sua hærentem, obstinatissime retinuit: ut liberti servique bis die frequen-

Fulgur procuranti.] Expianti, propitiantique per procuraciones. Nam fulminum quædam sunt læta, quædam sunt adversa, quædam mista: quæ adversa sunt, ut inquit Seneca, mala portendunt, & ideo expiationibus, procuracionibusque propitiari solent ad avertenda mala, quæ minitantur: & de his procuracionibus fulminum intelligit idem Seneca, sic scribens in secundo *Questionum naturalium*: *Quid ergo expiationes, procuracionesque? quo pertinent, si immutabilia sunt fata?* Apud Lucanum in primo *Pharsaliz* describitur procuratio fulminis facta ab aruspice. *Beroald.*

Cum mula pepererit.] Est in annalibus nostris, peperisse sæpe, verum pro-

digii loco habitum. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis. *Plinius.*

Æstivare.] Æstivo tempore comorari: sicut hybernare ad hybernium tempus refertur. *Varro: Mibi greges in Apulia hybernabant, qui in Arretinis montibus æstivabant. Beroald.*

In parte ædium consecratum.] Ab hoc, ni fallor, tempore observatum, ut *Fortuna aurea* semper in cubiculo Principum poneretur. *Capitolin. vita Pii, & vita M. Aurelii, Spartian. Severo.* Unde frequentissima illa numismatum inscriptio, uti & marmorum *FORT. AVG. Torrent.*

Pervigilio.] Ad caput *LIV. Caligul.*

quentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi
 5 singuli dicerent. INTER liberales disciplinas atten-
 dit & juri. Dedit & matrimonio operam: verum
 amissa uxore Lepida, duobusque ex ea filiis, remansit
 in cœlibatu, neque sollicitari ulla conditione amplius
 potuit, ne Agrippina quidem viduata morte Domitii,
 que maritum quoque adhuc nec dum cœlibem Galbam,
 adeo omnibus sollicitaverat modis, ut inter conventum
 matronarum correpta jurgio, atque etiam manu pulsa-
 ta sit à matre Lepida. Observavit ante omnes Liviam
 AVgustam: cujus & viva gratia plurimum valuit, &
 mortuæ testamento pene ditatus est. HS. namque
 quingenties cum præcipuum inter legatarios habuisset,
 quia

Mane salvere, vesperi valere.] Lucianus in apologia ὑπὲρ τῆς ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ πταισμάτων. cujus libelli argumentum intelliges ex his Artemidori libro primo, capite ultimo, Ἐρρωσο ἢ καὶ ὑγίαινε, ἕτε λέγει ἕτε ἀκέραιον ἀγαθόν. ἕτε ὁ ὀρθοῦντες ἀλλήλοις, ἕτε μέλλοντες ἕτε πράττειν ταῦτα λέγουσιν ἀνθρώποι, ἀλλὰ ἀπαλαττόμενοι ἀλλήλων καὶ θεῶν ὑπὸν τρεπόμενοι. Casaub.

Inter conventum.] Cod. Salmas. in conventu.

Atque etiam manum pulsata sit à matre Lepida.] Pars librorum Lepida: alii, Lepida, sensus manet idem. nam quidem matre Lepidæ uxoris Galbæ sit accipiendum, non potest dubitari. Casaubonus.

Observavit ante omnes.] Observantiæ hujus evidens testimonium est quod Imperator factus omnis generis nummos cum DIVÆ AVG. (Liviæ scilicet) imagine percussit. Torrent.

HS. namque quingenties.] Id est, habere cum Livia voluisset. sic enim dictum ut libro primo, pepigit cum ad ver-

sariis. Omnino autem scribendum suspicor quinquagies, non autem quingenties. Scio enim eam summam legati, esse ultra civilem modum: quem cum AVgustus in testamento suo diligenter servaverit, teste Tacito; ineptum est putare, non esse habitam ejus rationem à Livia. Nonne vero absurdum fuerit, cum Augustus & Tiberius quadringenties non multo amplius populo Rom. legarint, Liviam uni Galbæ quingenties reliquisse? nunquam factum meo iudicio. Ita ergo statuamus potius. Legaverat Livia Galbæ quinquagies, hoc est, aureorum coronatorum centum viginti quinque millia. Tiberius revocavit ad quingenta, sive coronatorum duodecim millia & quingentos. Casaub.

Cum præcipuum inter legatarios habuisset.] Præcipuum proprie vocant Iurisconsulti quod heredum alicui præter hereditatis partem peculiariter sibi capere permittitur. l. xxxv. & l. ult. De leg. ii. Inde per præceptionem dare, legare, relinquere. Præceptio quoque certum legati genus, de quo Ulpian Instit. tit. xxiv. & l. xc. De legat. ii. Sueton, vero præcipuum vocat quod Galbæ,

quia notata non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne hac quidem accepit. HONORIBVS ante legitimum tempus initis, 6
 prator commissione ludorum Floralium, novum spectaculi genus, elephantos funambulos edidit: ex in provin-

cia

Galbæ, tametsi heres scriptus non esset, primo ac veluti summo inter legatarios loco relictum à Livia fuerat. *Torrentius.*

Quia notata, non perscripta erat summa.] Nota, unde notarii, non tam litteræ erant, quam signa litterarum, aut si litteræ, singulariæ tantum, sine coagmentis syllabarum, ut recte alicubi Gellius. Ideo Plutarchus Cicerone *σημεία* vocat, & Cicero ipse lib. xv. Ad Attic. *Ἐὰν σημείων scripseram.* Quæ scribendi ratio, à Tirone, Ciceronis liberto, (ut volunt) inventa, aucta deinde à Mæcenate, & Seneca, quamvis ad celeriter quidvis excipiendum percommoda erat, quia tamen sæpe incerta, pro scribentis scilicet arbitrio, Justinian. in libris suis quicquam notis scribi vetuit, l. 11. Cod. De veteri jure enucleando. Sed & ante Justinianum si quæ notis in testamento scripta erant, pro non scriptis habita fuisse videntur. *Idem.*

Notata.] Numerorum figuris, non syllabis, & plenis dictionibus expressa. *Sabellius.*

Ne hac quidem accepit.] Tiberius enim omnia matris suæ legata fecit irrita. auctor Dio, initio Caligulæ.

Commissione ludorum.] Officium peculiare erat prætoris, ut ludos exhiberet privata impensa. Hinc Cicero laudat Murenæ magnificentiam, qui in prætura ludos fecit magnificentissimos, qui illi mox in petitione Consulatus admodum profuerunt apud populum ludis magnopere lætantem. Id Symmachi adhuc ætate obtinuit, sicut ex Epist. ejus patet. *In prætura filii mei equitum mihi curulinam nobilitas præpa-*

randa est, ut expectationi populi Romani mea pecunia, tua cura respondeat. Item: Designatum tibi ad urbanam præturam filium meum nuntio: intelligis quid sibi hoc indicium velit: quadrigarum curulinam nobilitas præparanda est. Beroald. Primitus tamen opus haud fuisse, ut privatis impensis, hos quidem ludos exhiberent, sequens Lactantii testimonium docet.

Floralium.] Flora quum magnas opes ex arte meretricia quævisset, populum Romanum scripsit heredem, certam pecuniam reliquit, cujus ex annuo scenore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia Senatui flagitiosum videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei dignitas quædam adderetur. Deam finxerunt esse, quæ floribus præsit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus, bene prospereque florescerent. Celebrantur hi ludi cum omni lascivia, convenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exiuntur etiam vestibibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. *Lactantius.*

Elephantos funambulos.] Græci *σχοιροβάτης* vocant: sicut *νευροβάτης*, qui per nervos currit: qua dictione usus est Flavius Vopiscus scribens neurobatem exhibitum esse in spectaculis à Carino Imperatore. Plinius in octavo ait, elephantos ad versus funibus subisse: quod quidem mirum fuit: sed mirabilis

liis

tiæ Aquitaniæ anno fere præfuit : mox consulatum per sex menses ordinarium gessit. Evenitque ut in eo ipse L. Domitio patri Neronis, ipsi Salvius Otho pater Othonis succederet, velut præfagium insequentis casus, quo medius inter utriusque filios exitit Imperator. A Cajo Casare, Gætulico substitutus, postridie quam ad legiones venit, solenni forte spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus pænulis continerent. Statim per castra jactatum est,

Disce miles militare, Galba est, non Gætulicus. Pari severitate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tironem militem opere assiduo corroboravit : matureque barbaris, qui jam in Galliam usque proruperant, coercitis, præsentis quoque Cajo talem & se & exercitum approbavit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus provinciis copias, neque testimonium neque præ-

lius existimatum, cum retrograderentur fuvibus utique pronis. Seneca quoque libro Epistolarum xi. sic inquit : Elephantem mimus Aethiops jubet subsidere in genua & ambulare per suam. Beroald. Sed & repete, quæ ad illum Neronis locum notantur : Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromum decucurrit.

Ordinarium.] Legitimo ordine datû. Ostendit Lampridius differe ordinarios consules à suffectis, tanquam ordinarii sint illi, qui ex ordine creati incunt magistratum anni principio : suffecti vero, qui in locum demortui ordinarii substituentur. Beroaldus.

Gætulico substitutus.] Lentulum Gætulicum ea tempestate Germaniæ præfuisse auctor Tacit. Annal. v. Sed & Dio cum aliis rebus illustrem : tum administrata per decennium Germania, occisum à Cajo scribit, quod militum benevolentiam sibi comparasset.

Meminit ejusdem etiam Sex. Aurelius. Solenni forte spectaculo.] Nam & in castris spectacula edi solita : quorum Plutarchus in Galba meminit.

Data tessera ut manus pænulis continerent.] Tesseram vocat ducis præceptum quod ab iis qui proximi erant, primo exceptum, per successionem ad omnes pervenit : nec refert, sive id voce datum est, sive in pittacio scriptum. utroque enim modo fieri solitum. At tesseram hic accipere notione vulgari, ut accipitur à Torrentio, pro signo ad excubias, omnino est ἀσπὶς ὀπίσσω. Quid apud Livium magis obvium, quam ut ad mandata perferenda tessera adhibeantur? Casaub.

Disce miles militare, &c.] Trochæus. Adspice quæ ad cap. v. i. Caligulæ.

Neq; testimonium, neq; præmia ampliora ulli perciperent.] Miles sub Imperatoribus, leviora præmia ab eo duce petebat & accipiebat, cujus ductu bellum gere-

præmia ampliora ulli perciperent. Ipse maxime insignis, quod campestram decursionem scuto moderatus, etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit. CÆDE Caii nuntiata, multis ad occasionem stimulantibus, quietem prætulit. Per hoc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum, tantæ dignationis est habitus, ut cum subita ei valitudo nec adeo gravis incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicæ dies. Africam pro consule biennio obtinuit, extra sortem electus ad ordinandam provinciam, & intestina dissensione & barbarorum tumultu inquietam. Ordinavitque magna severitatis ac justitiæ cura, etiam in parvulis rebus. Militi, qui per expeditionem annonæ arctissima residuum cibariorum tritici modium centum denariis vendidisse arguebatur, vetuit, simulatque indigere cibo cœpisset, à quoquam opem ferri: & is fame extabuit. At injure dicendo, cum de proprietate

gerebat: quæ majoris momenti erant, ut plura genera coronarum, ea ab ipso imperatore erant petenda: qui solitus in ea re iudicium sequi plerumque ducum, vel legatorum. de hoc testimonio loquitur Suetonius. *Casaub.* Huc refer illud Tib. cap. xii. *Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones.*

Campestram decursionem.] De campi cursione meminit Vegetius libro iii. cap. ix. & x. armatos præcipit cursu exerceri, & simul sarcinas ferre.

Scuto moderatus.] Ner. cap. vii. *scutum prætulit.*

Cucurrit.] Caligula, ut in superioribus explicatum est, quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi currere per aliquot passuum millia passus est.

In cohortem amicorum.] Ner. cap. v. *dimissus è cohorte amicorum.* Horat. E-

pist. ad Cellum, comiti scribaque Neronis.

Africam proconsule biennio obtinuit.] Videtur Galba monumentum sui reliquisse urbem in eo loco positam, ubi ipse castra habuerat, castra galbæ dictam. ejus mentio apud B. Cyprianum in Concilio Carthaginiensi: ubi tamen dicitur Castrum galbæ. *Casaub.*

Extra sortem.] Non sortitus more Romano provinciam, sed per electionem consecutus. *Beroald.*

Et is fame extabuit.] Extinctus est. Casilineni quoque obsidione constat eum, qui sorticem captum ducentis nummis vendidisset, fame consumptum, emptore ea alimonia servato: Plinius est author. Lucanus:

— Pro lucri pallida tabes?
 Non deest prolato jejunos venditor auro.
Sabellicus.

tate jumentis quæreretur, levibus utrimque argumētis, & testibus, ideoque difficili conjectura veritatis, ita decrevit, ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto: atque ibidem revelato ejus esset ad quem sponte se à potu recepisset. Ob res, & tunc in Africa, & olim in Germania gestas, ornamenta triumphalia accepit, & sacerdotium triplex, inter XV. viros, sodalesque Titios item Augustales cooptatus: atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit: ne ad gestandum quidem unquam iter ingressus, quam ut secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est. Acciditque, ut cum provinciam ingressus sacrificaret intra ædem publicam, puero è ministris acerram tenenti, capillus repente toto capite canesceret. Nec defuerunt qui interpretarentur, significari rerum mutationem, successurumque juveni senem: hoc est, ipsum Neroni. Nec multo post in Cantabria lacum fulmen decidit, reperiæque sunt duodecim secures, haud ambiguum summi

Im-

XV. Viros sodalesque Titios, item Augustales.] XV. viros sacris faciundis intelligo. Augustalium meminit quoque Sueton. Claud. cap. vi. Quemadmodum vero ab Augusto Augustales, sic alii ab aliis Imperatoribus nomina traxere, ut Flaviani, Æliani, Antoniniani, Helviani.

Ne ad gestandum quidem.] Ne ad gestandum quidem aliter unquam iter ingressus. Ita est in V. C. cum in vulgatis desit illud aliter. F. Ursinus. Nove dixit, pro ne gestationis quidem causa. Vide Claud. cap. xxxiii. Domit. c. xi. Vitell. cap. iii.

Ve secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret.] Nihil mutemus: nam è proximo, quod quidam restituant, non

potest locum habere, si ad auctoris mentem diligenter attendimus: qui hoc vult, cavisse Galbam, ne si casus aliquis subito nuntiaretur, qui fugæ necessitatem ei afferret, à pecunia imparatus reperiretur. propterea proximum sibi habuisse semper in omni itinere vehiculum istud auro onustum. De more circumferendi pecuniam notavimus ad Apuleii apologiam. Casaub.

Hispania Tarraconensis oblata est.] Missus est ad regendam Hispaniam à Nerone, nondum sibi à civibus magnæ existimationis metuere docto: utque eo minus timeretur, ad mansuetudinem ingenii, quâ præditus videbatur, senectus accedebat. Plutarchus.

Summi

Imperii signum. Per octo annos varie & inequabiliter provinciam rexit. Primo acer, vehemens, & in coercendis quidem delictis vel immodicus. Nam & nummulario non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensaque ejus affixit. Et tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce affecit: implorantique leges, & civem Romanum se testificantem, quasi solatio & honore aliquo pœnam levaturus, mutari, multoque præter ceteras altiorem & dealbatam statui crucem jussit. Paullatim in desidiam segnitiamque conversus est, ne quid materia præberet Neroni: & ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogretur. Carthagine nova conventum

agens,

Summi Imperii signum.] Modo regni: alias Consulatus. Nam & consul & rex duodecim lictores habuerunt, gestantes secures virgarum fascibus alligatas. Livius de Romulo Romano rege scribens ait: *Cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit.* Beroald. Cod. Salmas. *summæ Imperii:* Nota locutio: *summa rerum.* ita *summa Imperii.*

Implorantique leges.] Portiam scilicet, quæ, ut Cicero scribit, virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, libertatemque lictori in civem ademit. Gracchus quoque, ut idem autor scribit, legem tulit, ut de capite civium Romanorum injussu populi nemo judicaret. Hinc ejusdem verba illa, *Carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit non modo à corpore civium, sed etiam à cogitatione, oculis, & auribus.* Sabellicus.

Præter ceteras altiorem & dealbatam.] Quasi esset solatium, quoniam pereundum sit, ἡ ἀγία γὰρ ἐύλας, ut est Græcorum proverbium. *Casaub.* Similis illa Gaviana crux, ut eam vocat Lactantius Institution. divinaz. libro

IIII. capite XVIII. quam Verres Gaudio civem Roman. se esse clamanti statuit. Quod factum omnibus eloquentiæ suæ viribus persequitur Cicero Verri. v. At Galba hic laudari videtur, *Torrent.*

Ne quid materia præberet Neroni.] Nempe ad odium, vel suspicionem, aut utrumque potius. Tyranni enim, virtutes quibus ipsi carent in aliis oderrunt, & perditas cupiunt. iidem, viros omnes, quos sua virtus in quocumque genere reddit insignes, & quod necesse est, in vulgus gratiosos, pro hostibus habent. itaque passim in Tacito observabis rectores provinciarum, res magnas gerere idoneos, vires sponte remittere; quum plus ab Imperatore quam ab hoste timerent. Hæc sine dubio causa fuit prima, cur à prioris administrationis severitate Galbæ recederet, ut indicat his verbis Suetonius. Sed hanc causam ipse profiteri cum non auderet, aliam solitus afferre, quæ statim sequitur. *Casaub.* Ann. XI. de Corbulone: *seu prospere egresset, formidolosum paci virum insignem, & ignavæ principii prægravem.*

agens, tumultuari Gallias comperit. Legato Aquitaniae auxilia implorante, supervenerunt Vindicis literae, hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus conditionem partim metu, partim spe recepit. Nam & mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat: & confirmabatur cum secundissimis auspiciis, & omnibus, tum virginis honesta vaticinatione, tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Iovis Clunia ex penetrati, somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter à fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat, Oriturum quandoque ex Hispania principem, dominumque rerum. I G I T V R cum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal,

Conventus agens.] Ius dicens. Iuridici conventus Tarraconensis Hispaniae, autore Plinio, septem numero fuerit, Carthaginensisque omnium primus. *Sabellicus.* Ad locum in Caesare: *Cum mandatu praetoris iure dicundo conventus circumiret.* cap. VII.

Ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret.] Vindex manifestum bellum parans ad eum scripsit, hortans ut imperium susciperet, seque valido corpori caput quærenti imponeret, Galliae nimirum, quæ C. hominum millia in armis haberet, & armare plura posset. *Plutarchus.*

Nec diu cunctatus.] At certe aliquantum est cunctatus & cum amicis deliberationem habuit. in eo concilio, vox fuit Titi Ovinii viri non optimi prudentissima: Deliberasse de defectione, jam defecisse est, τὸ ἤϊεν Νέγουσι εἰ πρὸς ἀποικίῳ, ἢ δὴ μὴ ἀποικίῳ ἐστίν. ad Plutarchum.

Partim metu.] De successore Galbae sic Tacitus: Fingebat & metum, quo magis concupisceret. Praegravem se Neroni

fuisse. Suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur.

Sacerdos Iovis Cluniae.] Clunia oppidum est in Hispania citeriore Celtiberiae finis: à qua Cluniensis conventus dictus. Illic erat templum Iovis, cuius sacerdos deprompserat quaedam carmina ex penitioris sacrario, quæ ducentis annis ante Galbam fuerant pronuntiata per quandam puellam fatidicam: quibus maxime ad Imperium confirmatus est Galba, cum eadem carmina enuntiari ipse praesens audisset à virgine vaticinante, cuius mores, & conditio honesta censebatur. *Reraald.*

Oriturum quandoque ex Hispania principem, dominumque rerum.] Non fuit vana fides, nam Trajanos, Hadrianos, Theodosios orbi terrarum dedit Hispania. Praeter historicos ad Pacati divinum Panegyricum. Similiter Vespas. cap. IV. Percrebnerat Oriente toto vetus & constans opinio: esse in satis ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur.

Manumissioni vacaturus.] Magistratus P. R. non quibusvis quovis tempore ne-

mal, propositis ante se damnatorum occisorumque à Nerone quam plurimis imaginibus, & adstante nobili puero, quem exsulantem ex proxima Baleari insula, ob id ipsum acciverat, deploravit temporum statum, consalutatusque IMPERATOR, legatum se senatus ac populi Rom. professus est. Deinde justitio indicto, è plebe quidem provincia legiones & auxilia conscripsit, super exercitum veterem legionis unius, duarumque alarum, & cohortium trium. Ac è primoribus prudentia atque etate præstantibus, velut instar senatus, ad quos de majore re, quoties opus esset, referretur, in-

sti-

re negotiis vacabant, sed distincti erant sessionum dies. Quod de Prætoribus non uno in loco docent nos Jurisconsulti, præsertim Vlpian. l. 11. Quis ordo in bon: poss. servetur. Et de qua re tunc cognoscebant, ei rei sedere dicebantur. Idem Vlpian. l. 11. §. confestim, Ad SC. Tertullianum. Eadem porro in provinciis ratio. Atque adeo novissimis conventuum diebus manumissionibus dabant operam, quod à Theophilo, Institut. Justiniani paraphraste, annotatum memini. Quamquam autem etiam de plano, atque in transitu manumittere liceret, tribunal tamen ascendit Galba, majora præcipiens animo, ipsamque liberaturus servitute Rempubl. Sane initio principatus omnis generis nummos cum effigie Libertatis publicavit, addito elogio, LIBERTAS PVBLICA. Torrent.

Nobili puero,] Romano forsan: detecta enim conjuratione Pisoniana, damnatorum liberi Vrbe pulsi, enectique veneno, aut fame. Ner. cap. xxxvi.

Legatum se senatus ac populi Rom. professus est.] Legatus, *σπατηγός*. Dionem vide lib. 1111. Plutarchus, *σπατηγός* *συκλήτης* *ἔ* *δῆμῳ* *Ρωμαίων* *ὀνομαζόμενος*. De Virginio idem Plutarchus autor est, eum institutum suum

servantem senatui electionem Imperatoris integram reservasse: quamquam Nerone mortuo & urgeret eum rursus multitudo, & quidam tribunorum militum qui aderant ad tabernaculum, stricto ense eum vel imperium, vel eum admittere jussisset.

E plebe provincia.] E plebeiis provincialibus Hispanis.

Super exercitum veterem legionis unius.] Sic est: quia jam Hispania bona fide præstare obsequium assueverat, vetus ordinatio fuerat immutata. Nam quum olim tres legiones in ea parte Hispaniæ prætenderent, ut est auctor Strabo: Galbæ Tarraconensem administranti major non adest exercitus, quam legionis unius, alarum duarum, & cohortium trium. Ipse aut apud Tacitum primo Historiarum: Sit ante oculos Nerone, quem tanta Caesarum serie tuentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulvere. paullo ante scribit idem, legionem Hispanam à Galba in urbem introductam: quæ hæc ipsa est. nam legio cognomine Hispana illis temporibus nulla, opinor, fuit. Casaub.

Velut instar senatus.] Cod. Salm. vel instar.

stituit. Delegit & equestris ordinis juvenes, qui manente anulorum aureorum usu, Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Etiam per provincias edicta dimisit, auctor singulis universisque conspirandi simul, & ut qua posset quisque opera, communem causam juvarent. Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus est anulus opere antiquo sculptura gemme victoriam cum tropæo exprimente. Ac subinde Alexandrina navis Dertosam appulit armis onusta, sine gubernatore, sine nauta ac vectore ullo: ut nemini dubium esset, justum piique, & faventibus diis, bellum suscipi. Cum repente ex inopinato prope

CUN-

Manente anulorum aureorum usu.] Scipio captivum quendam, solutum vinculis, misit ad Asdrubalem, rogans ut sepeliret tribunos. ille quæsitos inter cadavera, & aureorum anulorum agnitos indicio sepeliit: nam anulis aureis differunt tribuni à vulgo militum, ferreos gestantium. *Appianus.*

Evocati appellarentur.] Puto mansisse nomen istorum, fuisseque in aulis principum qui Evocati Augusti appellarentur: non illa veteri notione omnibus nota, sed hac recenti. in antiquis sane inscriptionibus sæpe legas, EVOK. AVG. & apud scriptores quoque interdum. *Casaub.*

Sculptura gemme victoriam cum tropæo exprimente.] Multi codd. *sculptura.* melius per *a* in Memmiano & aliis. Tres sunt artes, cælatura, sculptura, sculptura, quarum differentias pauci capiunt. at sculpturam à sculptura, auctor Glossarum videtur distinguere ratione materiæ: ut hæc sit in auro, argento, argilla & similibus: illa in lapidibus. Sic Gloss. *Sculpit, γλύφει λίθον, Sculptor, λιθοσλύφει.* Idem,

Dertosam appulit.] Δέρτωσε Πτολεμæος, Dertosæ Antoninus. Dertosanos habet Plinius. Hodie dicitur Tortosa, Clusio teste. In Catalonia est, ad Iberum fluvium Hispaniæ Tarraconen-sis regione.

Iustum piique, & faventibus diis, bellum suscipi.] Ex illa belli sciscendi decernendique formula, quam Livius libro 1. refert, manavit *iusti piique belli* frequens in veterum auctorum libris Ephiteton. Florus libro 11. *iusta illa & pia cum exteris bella.* Lucanus libro 11.

— nec enim ista vocari

Pralia iusta decet, patriæ sed vindicis iram.

Pia quoque & iusta arma ex eodem fonte fluxerunt. Apud Livium lib. VII. C. Pontius Samnitum dux, *Iustum est bellum, inquit, Samnites, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Iusto autem & pio bello injustum, impium, nefarium opponit Cicerò 1. in Catilin. & in Divinat. libroque x. ad Att. Brissonius.

cuncta turbata sunt: alarum altera castris appropinquantem, pœnitentia mutati sacramenti, destituere conata est, egregue retenta in officio: & servi, quos à liberto Neronis ad fraudem præparatos muneri acceperat, per angiportum in balineas transeuntem pene interemerunt: nisi cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent, interrogatisque de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio esset. Accessit ad ¹¹ tanta discrimina mors Vindicis, qua maxime consternatus, destitutoque similis, non multum absuit quin vitæ renuntiaret. Sed supervenientibus ab urbe nuntiis, ut occisam Neronem, cunctosque in verba sua jurasse cognovit: deposita, LEGATI, suscepit CÆSARIS appellationem. Iterque ingressus est paludatus, ac dependente à cervicibus pugione ante pectus, NEC

In balineas transeuntem pene interemerunt: nisi cohortantibus invicem.] Sic sæpe Latini scriptores. Auctor Romanus quem Hegesippum dicunt, lib. 11. cap. xiv. tanto impetu in Romanos proficere, ut omnem exercitum averterent, nisi equites subvenissent. averterent, pro averfi fuerint libro v. cap. xx. Romanos flamma circumvallaverant, nisi mature consulissent. hoc est, circumvallaturæ fuerant. cap. 1. in potestatem hostium vivus concesserat, ni nodum intercidisset. pro concessurus fuit. Casaub.

Mors Vindicis.] Vindicis ac Rufi exercitus vi quodammodo duces, tanquam aurigas habenarum impotentes, ad magnam conferendam pugnam perpulerunt: in qua Vindex xx. millibus Gallorum suorum amissis, mortem sibi conscivit. Plutarchus. Codex Salmas. mors sui indicis.

Sed supervenientibus ab urbe nuntiis.] Icelus libertus Roma in Tarraconensem venit ad Galbam septem diebus. Tam stupenda diligentia merebatur à Sucto-

nio haud prætermitti. Vido Plutarchum.

Suscepit Caesaris appellationem.] Ut tueretur sese ejus nominis autoritate, quod proprium quondam regnatricis domui fuerat. Ab eo tempore Cæsaria appellatio, non familiar, sed dignitatis esse cœpit. Nominis superstitionem Tacitus vocat Histor. 111.

Ac dependente à cervicibus pugione ante pectus.] De itinere Galbæ ex Hispania Romam loquitur Tranquillus. Sed videtur Galba morem semel susceptum semper postea servasse: nam Xiphilinus vitæ urbanæ illius extrema tempora describens, observat irrisum fuisse, quod senex quum esset, & valetudini nervorum obnoxius, in omni itinere gladium suspensum gestaret, ὅτι ξίφος ἀπὸ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐξηρπύετο καὶ γέρον καὶ ἀσθενὲς τὴν ἰσχυρὰν αὐτοῦ καὶ πάλιν πολλὰ καὶ μέλαινα ἀφλόκαυεν. Casaubonus.

nec prius usum togæ recuperavit, quam oppressis, qui novas res moliebantur, præfecto prætorii Nymphidio Sabino, Rome: in Germania, Fonteio Capitone: in
 12 Africa, Clodio Macro, legatis. PRÆCESSERAT de eo fama sævitie simul atque avaritie: quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quæ cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset: & præpositos procuratoresque supplicio capitis affecisset cum conjugibus ac liberis: quodque oblatam à Tarraconensibus è veteri templo Iovis coronam auream librarum quindecim conflasset, ac tres uncias quæ ponderi deerant, iussisset exigi. Ea fama & confirmata & aucta est, ut primum urbem introit. Nam cum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret: recusantes, atque insuper aquilam, & signa pertinacius flagitantes, non modo immisso equite dis-

In Germania, &c.] Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garucianus procurator, jussu Galbæ, Capitonem in Germania, cum familia coeptaret, Cornelius Aquinus & Fabius Valens legati legionum interfecerant, ante quam juberentur. Cæterum utraque cædes sinistre accepta: & invito semel principe, seu bene seu male facta premunt. Tacitus.

Murorum destructione punisset.] Murus ergo ignominie causa deicere pœnæ loco habitum. Exempla apud Thucydidem lib. 1. & 111. apud Livium lib. 5111. cum ait, *In Veliternos, quod toties rebellassent, graviter sævitum, ac muri dejecti,* apud Herodianum lib. 111. de Byzantio, apud Appianum Ibericis de Termiso Vaccorum. Torrens.

Classiarios.] Sic navales sive socios,

sive milites, vocat. Tib. cap. 1111. Oth. cap. 1111. & Vespas. cap. 1111. Similis locus lib. 1111. Histor. *E classicis Ravenatibus legionariam militiam poscentibus optimus quisque adsciti.*

Quos Nero è remigibus justos milites fecerat.] Parum honesta apud Rom. olim nautica militia. At classiarii isti & remiges beneficio Neronis facti justos milites in unam legionem fuerant conjecti, auctore Plutarcho: quam sane admodum amplam, supra consuetam etiam illa ætate modum, fuisse oportet, si caret mendo, quod scribit Dio; sævitia ista Galbæ periisse illorum ad septem millia, præter numerum ingentem eorum, qui tunc liberati, mox sunt decimati. Fortasse scribendum apud Xiphilinum, *εις περιάλους vel περιάλους ἀπέθρονον.* Casaub.

Germanorum cohortem.] Calig. cap.

disjecit, sed decimavit etiam. Item Germanorum cohortem à Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam, dissolvit; ac sine ullo commodo remisit in patriam: quasi Cn. Dolabella, juxta cujus hortos tendebat, proniorem. Illa quoque, verene an falso, per ludibrium jaëbantur, apposita lautiore cœna ingemuisse eum. Et ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisset. Cano autem choraula mire placenti, denarios quinque donasse, prolatos manu sua è peculiaribus

lo-

LVIII. & Ner. cap. xxxiv. item Aug. cap. xlix.

Cn. Dolabella.] Cui uti & Othoni, cum utriusque horum plures ambirent Imperium, Galba Pisonem prætulit.

Juxta cujus hortos tendebat.] Ante castra in urbe ædificata prætorie cohortes multifariam diverseque tendebant in urbe, & vicinis urbi municipiis. Seianus in unum coëgit exstructis castris: sed in castra, ut vides, non admittæ cohortes quæ ex aliis quam Romanis civibus erant compositæ, ut Germanorum, Hispanorum, aliorumve. Casaub. Tendere militare verbum, pro tabernacula habere. Virgil.

Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.

Vt autem Sueton. Germanorum cohortis juxta hortos Dolabellæ, sic cohortis Illyricorum in porticu Vipsania tendentis Plutarch. meminit, & ipse Tacit. Torrent.

Breviarium rationum.] Sic breviarium Imperii Aug. cap. ult.

Cano.] Elegans satis Apollonii cum hoc Cano dialogus apud Philostratum libro v. capite vii. Meminit Martial. lib. iii. Epigr. v. & lib. x. Epigr. iii. Torrent.

Choraula.] Iosephum Scaligerum

vide ad cap. LII. Neron.

Mire placenti denarios quinque donasse.] Spartianus in Marci vita: temperavit etiam scenicas donationes, jubens ne quinos aureos scenici acciperent: ita tamē ut nullus editor decem aureos egrederetur. Sed istæ donationes lege Marci circumscriptæ editores spectabant: Imperatores vero solebant in theatro scenicis placentibus donare. Vt hic choraulæ Galba quinque denarios. At Alexander, Æ. Lampridio teste, ne argenteos quidem vel denarios histriionibus donabat, sed æreos, idque raro, idem tradit Dio de Galba: ὡς μὴ δὲ δραχμῶν ἐστὶν οἷς, ἀλλ' ὀβολῶν πεντακταχίους. Denarii autem quinque vix est ut florenum Belgicum efficiant. Plutarchus aureos quinque donasse Galbam scribit. An ergo denarii etiam aurei fuere? inquit Torrentius. Non crediderim, illo quidem ævo. Neque tale quid exprimere ex autoribus possis. Non est enim mirum, dissentire in tam levicula donatione à Tranquillo Plutarchum. Postea vero Heliogabalus denarium aureum invenisse dicitur, qui denos aureos penderet. Græci δηνάριον vocassent.

E peculiaribus loculis.] Hoc Plutarchus

T i 3

ex-

13 *loculis suis. Quare adventus ejus non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellaris notissimum canticum exorsis, Venit io Simus à villa: cuncti simul spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt, ac sæpius versu repetito*
 14 *egerunt. Majore adeo & favore & auctoritate adeptus est, quam gessit, Imperium: quamquam multa documenta egregii principis daret: sed nequaquam tam grata erant quam invisæ quæ secus fierent. Regebatur trium arbitrio, quos una & intra Palatium habitantes, nec umquam non adherentes, pedagogos vulgo vocabant. Hi erant T. Vinus legatus ejus in Hispania, cupiditatis immensa: Cornelius Laco, ex assessore præfectus prætorii, arrogantia socordiaque intolerabilis: li-*
 ber-

explicat cum ait adjecisse Galbam de suo, non de publico se dare. Sic peculiare servi Cæs. cap. LXXVI.

Atellanis.] Tib. cap. XIV.

Canticum exorsis, Venit io Simus à villa.] Simus nomen est personæ comicæ, è se sic appellatur: ita enim fingebant personam hominis rustici & triparci, qualem populus Galbam existimabat. Pollux; τὸ ἄγροίκον, τὸ μὲν χεῶμα μελαίνε. τὸ δὲ χεῖλη πλατῆα καὶ ἡ ῥίσι σιμη, καὶ στεφάνη τριχῶν. Casaubonus.

Reliquam partem retulerunt.] Aristoteles in simili sententia tertio Rhetoricorum, περιλαμβάνειν aptius dixit. Idem.

Pedagogos.] Quemadmodum pedagogos dicimus educatores, ductoresque puerorum, quibus continenter adherent: ita pedagogi vulgo vocitati sunt hi, qui instar pedagogorum regebant Galbam, & illi, tanquam discipulo, semper adhererebant. Hujus rei meminit Sex. Aurelius his verbis: Galbam trium amicorum consilii, id est, Vinii,

Cornelii, & Icæli cuncta disponens, adeo ut inter Palatinas ades pariter, & vulgo pedagogi dicerentur. Beroald.

Ex Assessore præfectus prætorii.] Assessores sunt qui à Magistratibus, Præsidibusque in consilium adhibentur, ab eo dicti, quod in jure reddendo eis assiderent, L. 1. & l. ult. de offic. Assess. Quare etiam consilarii appellantur. Assessura quoque ipsorum functio. L. penult. De proxenet. Quo spectat quod de Tiberio refert Sueton. cap. XXXIII. eum sese Magistratibus pro tribunali cognoscentibus sæpius obtulisse consiliarium, atque assedisse. Porro ut hic Laco ex Assessore Præfectus Prætorii factus, sic Paullus quoque, & Ulpianus, cum ante Papiniano in consilio fuissent. Auctor vita Pescennii Nigri Spartian. Quos autem Præfectos Prætorii Latini, Græci fere τῶν ἀλλήλων, & τῶν ὀδρυφόρων, καὶ τῶν στρατοπέδων ἐπιάρχων vocant, ut hunc Laconem, & Nymphidium Plutarch. Burrhum quoque sub Nerone Dio, & Perennem sub Commodo Herodianus, Torrent.

Σκπ-

bertus Icelus, paullo ante anulis aureis & Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus candidatus. His diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit & tradidit, ut vix sibi ipsi constaret: modo acerbior parciorque: modo remissior ac negligentior quam conveniret principi electo, atque illius etatis. Quosdam claros ex utroque ordine viros suspitione minima, inauditos condemnavit. Civitatem Romanam raro dedit. Iura trium liberorum vix uni atque alteri: ac ne his quidem, nisi ad certum præfinitumque tempus. Iudicibus sextam decuriam adjici precantibus, non modo negavit: sed etiam concessum à Clau-

Summi Equestris gradus candidatus.] Placet Petri Fabri Jurisconsulti interpretatio, ut non de censu Equestri, sed de Præfectura Prætorii locus hic intelligatur. Præfecti enim Prætorii ab Augusti usque temporibus ex Equestri tantum ordine sumebantur. In quo Præfectura Prætorii summus erat honorum gradus. Icelus ergo, jam ante donatus anulis aureis, plus quam centum (ut puto) Equites possidens, non censum Equestrem, sed præfecturam ambiebat. *Idem.*

Quam conveniret principi electo.] Cæsares enim hætenus tanquam hereditarium, ac domui suæ debitum, sibi vindicaverant imperium. Itaque & Augustus quasi hereditario jure in fortunam avunculi successerat, dissuadentibus vitrico matrique respondens, *nefas esse, quo nomine Casari dignus esset visus, semet ipsum videri indignum:* ut lib. II. traditum est Vellejo. Et Tiberius apud Iosephum his verbis Cajo imperium commendat: *σοὶ φέρων ἐσχέρειζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν.* Dio lib. LVIII. τῷ ἐκγότῳ, inquit, τὴν αὐτοκρατίαν κατέλιπε. De Cajo vero disertissime Suetonius cap. XXIV. *Heredem quoque*

(Drusillam sororem) bonorum atque imperii ager instituit. Dicis tamen causa, consensus Senatus & autoritas, etiam rum accedebat, uti ne temp. invadere, sed accipere potius viderentur. Dicis causâ, dixi: nam & in electo principe Othone, idem hoc prætextum senatus Tacitus appellavit Histor. I. Schildrus. Illius etatis.] Cod. Salmas. *illud ætatis.*

Inauditos condemnavit.] Plutarchus de cæde Cingonii Varronis, Mithridatis Pontici, & aliorum, ἔδδξε μὴ νομίμως, εἰ καὶ δικαίως, μηδὲ δημοτικῶς ἀνθρωπείνῳ πρὸς κείσεως ἀνδρας ὄρεσθαι αἰσήμεν.

Iura trium liberorum.] Quemadmodum Bononiæ, qui decem liberos habet, immunis est à publicis oneribus: ita apud Romanos numerus trium liberorum immunes faciebat: quod jus sæpe ab Imperatoribus muneris amplissimi loco impetrabatur. *Beroald.*

Ad certum præfinitumque tempus.] Ob legem Papiam, ne diutius matrimonio abstinerent, aut minus operam darent liberis.

Sextam decuriam.] Quintam Cajo adjecerat.

15 Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum evocarentur, eripuit. Existimabatur etiam senatoria & equestria officia biennii spatio determinaturus, nec daturus nisi invitis ac recusantibus. Liberalitates Neronis non plus decimis concessus, per quinquaginta equites Rom. ea conditione revocandas curavit exigendasque: ut & si quid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus, quando illi absumto pretio solvere nequirent. At contra, nihil non per comites atque libertos pretio addici, aut donari gratia passus est, vectigalia, immunitates, pœnas innocentium, impunitates noxiorum. Quinetiam pop. Rom. deposcente supplicium Haloti & Tigillini, solos ex
omni-

Concessum à Claudio beneficium.] Claudio cap. xxix.

Nisi invitis, ac recusantibus.] Cum opinione Galbæ sentiebat Alexander Romanus Imperator, qui dicere solebat, invitos, non ambientes in rempublicam esse collocandos. Ita apud Livium Fabio recusanti datur à populo Consulatus. Beroald.

Scenici aut xystici.] Οἱ αἰεὶ σκηνῶν καὶ πύλων ἄνθρωποι. Plut. Vide l. ii. cap. xlv.

Per comites.] Illustris Salmasius ad cap. xlvi. Tiber.

Pretio addici aut donari gratia passus est, vectigalia.] Principum qui ad breve tempus regnarunt, facta negligentius ab historicis, etiam diligentissimis prodi memorix solent. nam quia ordinationes ab iis profectæ, cum suis auctoribus, ut plurimum finiuntur; quod non mansit diu, pro eo habetur, ac si nefuisset quidem unquam. Ne aliunde exempla arcessam, quis è scriptoribus rerum Galbæ fecit mentionem quadragesimæ ab eo remissæ? Sciunt periti rerum Romanarum, nomen id esse portorii, quod publicanis pendebatur.

Eam exactiorem ut & plures alias ejusdem generis Neronem quondam sustulisse, auctor est Tacitus libro xliii. Annalium. verum eo loco addit Tacitus illa Neronis decreta, brevi servata, dein frustra habita. Galbam revocasse abolitionem quadragesimæ, docemus nos invictò argumento, nummi veteris, qui ex S. C. ad tradendam posteris ejus beneficii memoriam & honorem Galbæ, fuit percussus. Ab una ejus nummi parte hæc leguntur. SER. GALBA. IMP. AVG. ab altera ista: SC. QUADRAGES. REMISSA. Quod igitur scribit Tacitus, mansisse adhuc ætate sua abolitionem quadragesimæ per Neronem factam; non ita intelligendum est, quasi post Neronis constitutionem perpetua & constans ejus viguisset observatio: sed quod fuit Galbæ imperium & breve & obscurum, hoc ignoravit Tacitus, aut dissimulavit. Casaub.

Supplicium Haloti & Tigillini.] Haloti, qui, prægustator cum esset, Claudio venenum dedit, mentio sup: Claud. cap. xlii. De Ofonio vero Tigellino sæpe Tacitus. Juvenalis quoque Satyra i.

Servi-

omnibus Neronis emissariis vel maleficientissimos incolumes prestitit: atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit. Pro Tigillino etiam sevitie populum increpuit edicto. PER hæc prope universis ordinibus offensus, vel præcipua flagravit invidia apud milites. Nam cum in verba ejus absentis jurantibus donativum grandius solito præpositi pronuntiassent: neque ratam rem habuit, & subinde jactavit, legere se militem non emere consueisse. Atque eo quidem nomine omnes qui ubique erant exacerbat. Caterum prætorianos etiam metu & indignitate commovit, removens subinde plerosque ut suspectos, & Nymphidii socios. Sed maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus, fraudari se præmiis navate adversus Gallos & Vindicem operæ. Ergo primi obsequium rumpere ausi, Kalend. Ianuarii adigi sacramento nisi in nomen se-

Sevitia populum increpuit edicto.] Placet hæc omnium codd. scriptura. nec assentior doctissimo cuidam viro, qui mallet, *sevitiam populi increp. ed.* hoc usitatus: illud magis Suetonianum, lib. IIII. capite XXXIX. modo avaritia singulos increpans. Edicti sententiam apud Plutarchum lege. *Casaub.*

Universis ordinibus offensus.] Errant qui hanc Mss. lectionem *γνησωντιων* corrumpunt, & legunt *offensis*. potuit fugere viros eruditissimos vocis *offensus* hæc significatio? Cicero ad Atticum lib. I. Scito nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, atatibus *offensum*, quam hunc statum. pro Sextio, aliusne est aliquis improbis peculiaris populus, cui nos *offensi* *invisique* fuerimus? & ita sæpe alibi. *Casaub.* Salmasii tamen Cod. *offensis*.

Præpositi.] Ei scilicet negotio, quos inter vel præcipuus Nymphidius Sabi-

nus Præfectus Prætorii. Cujus hæc promissio Neronem primo, mox Galbam perdidit.

Navata adversus Gallos & Vindicem operæ.] Duce Virginio Rufo.

Kalend. Ianuarii.] Ineuntibus singulis annis, repetitum solenniter juramentum militare videtur. De hujusmodi vero juramento, quod communiter omnes præstabant, in hanc sententiam Plutarchus Galbâ: *Statim quoque Flacci legiones præclaris illis & ad populi in rempublicam accommodatis juramentis valere iussis, Vitellio Imperatori se facturos imperata sacramento confirmârunt.*

Adigi sacramento.] Qui sacramento non tenebantur, licet in castris versarentur, tamen nec hostes illis prælio laceßere, nec ferire fas erat, ut autoritate Catonis scribit Plutarchus *Problem.* XXXVIII. Sacramentum vero militare, etiam strictis gladiis cervicibusque

senatus, recusarunt: statimque legationem ad praetorianos cum mandatis destinaverunt, displicere Imperatorem in Hispania factum, eligerent ipsi quem
 17 cuncti exercitus comprobarent. Quod ut nuntiatum est, despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem ratus, Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque juvenem, ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona & nomen adscitum, repente è media salutantium turba apprehendit: filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro concione adoptavit: ne tunc quidem donativi ulla mentione facta: quo faciliorem occasionem M. Salvio Othoni prae-
 18 perficendi conata, intra sextum adoptionis diem. MAGNA & assidua monstra jam inde à principio exitum ei, qualis evenit, portenderant. Cum per omne iter dex-

busque admotis, dictum fuisse, ex Ammiano Marcellino discimus, lib. XXI. Marc. Donatus.

Despectui esse non tam senectam suam quam orbitatem ratus.] Plutarchus ad verbum, φοβηθεὶς οὐ μὴ μόνον ἀπὸ τῶν γῆρας ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀπαίδειας καὶ φρονήσεως. Sunt vero liberi firma imperii munimenta & subsidia dominationis, ut loquitur Tacit. subsidia aulae, ut Tranquillus. Philostratus lib. v. de Vespasiano, τῶν δὲ δόχλων ὑποδείξασθαι, προεβόσσει μὲν ὑπὸ τῶν παίδων, σηλαίσι δὲ ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐπιπέδεις. Casaub.

Pisonem Frugi Licinianum.] De quo, & uxore Verania Plin. lib. 11. Ep. xx.

Testamentoque semper in bona & nomen adscitum.] Ait semper: quia soliti olim prudentes patresfamilias supremis suis mature prospicere, ac saepe pro obla occasione testamenti tabulas reficere. non enim ferri potest quod pro-

ferunt quidam ac tuentur, super pro semper. vide in Julio cap. LXXIII. & nota ibi verba ista, heredem ab eo scribi solitum, Casaub.

Ac pro concione adoptavit.] Galba apud frequentem militum concionem Imperatoria brevitate adoptari à se Pisonem pronuntiavit, more divi Augusti, & exemplo militari, quo vir virum legeret.

Cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim victimae caderentur.] Vide Casaubono notata ad cap. x111. Calig. quibus istud ex Hirtio de B. G. addit: Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium, qua Caesar iturus erat, excogitari posset. cum liberis omnis multitudo obviam procedebat. hostia omnibus locis immolabatur, tricliniis stratis fora, templeaque occupabantur, ut vel expectatissimi triumpho latitia percipi posset. Item illud ex Tacito Histor. 11. de itinere Vitellii: Nec minus inhumana pars via, quam

Crenio.

dextra sinistraque oppidatim victima cederentur, taurus securis ictu consternatus, rupto vinculo, effedum ejus invasit: elatisque pedibus totum cruore perfudit, ac descendente spiculator impulsu turbae lancea prope vulneravit. Urbem quoque, & deinde Palatium ingressum, excepit terra tremore, & assimilis quidam mugitui sonus. Secuta sunt aliquanto manifestiora. Monile margaritis gemmisque confertum ad ornandum

Cremonenses lauro rosisque constraverant, exstructis altaribus, casisque victimis, regnum in morem. Schildius.

Taurus securis ictu consternatus.] Observatum est à sacrificantibus, ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata: ostendissetque, se invitam altaribus admoveri, amoveretur: quia invito deo offerre eam putabant. Quæ autem steterit oblata, hanc volenti numini dari existimabant. Hinc Virgilius:

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aras. Et alibi:

Et statuam ante aras aurata fronte juvenecum.

Macrobius. *Piacularia* vocabant quæ sacrificantibus tristia portendebant, cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis quam oporteret decidisset. *Festus.*

Rupto vinculo.] Mirum vero quod rupto vinculo fugisse victimam narrat Suet. cum Servius solutas duci solere hostias scribat. crediderim hostias ferociiores ob periculum, ne fugiendo sacra perturbarent, laxo quodam fune vinciri solere, ut nihilominus tanquam liberæ ducerentur. Atque ita intelligo Juvenalis locum è Sat. xii.

Sed procul extentum petulans quatit hostia funem.

Verum de his rituales illi Etruscorum libri quos Festus commemorat, quoque de sacrificandi arte scriptos fuisse

audtor est Livius lib. xxv. *Torrent.*

Ac descendente spiculator impulsu turbae lancea prope vulneravit.] Suidas *σπεκλάτωρ*, & *δορυφόρος* interpretatur: & hic in Suetonio atque in Tacito reperias inter satellites Principales. Arma iis clypeus & lancea. Iosephum vide *Ἰσραήλ. αἰλώσ.* lib. iii. c. vi. Nam capiam ibi sane *λοσχοφόρος*, sive lancearios, hos speculatores. Præter hunc locum suadet alter Suetonii in Claudio: *Neque convivia inire est ausus, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent. Cæterum ut speculatorem, non spiculatorem legamus, libri scripti suadent & lapides. Lipsius. Salmasianus quoque Cod. semper speculatores.*

Excepit terra tremore.] Neronem urbe egredientem terræ tremor persecutus est. *Ner. cap. xlviii.*

Assimilis mugitui sonus.] Antequam terra moveatur, solet, ut Seneca inquit in vi. *Quæstionum*, mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus. Unde est illud à Virgilio scienter, simul & eleganter dictum:

Sub pedibus mugire solum.

Plinius quoque noster in ii. *Præcedit*, inquit, *comitaturque terribilis sonus, aliis murmur similis mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori.* Adstipulatur Plinio, Senecæque Ammianus, qui ait: *Necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores, fremitusque terrenos.* *Beroald.*

Ferlu-

dum Fortunam suam Tusculanam, ex omni gaza secreverat: id repente quasi augustiore dignius loco, Capitolina Veneri dedicavit: ac proxima nocte somnavit speciem Fortune querentis fraudatam se dono destinato, minantisque erepturam & ipsam quæ dedisset. Cumque exterritus luce prima ad expiandum somnium, præmissis qui rem divinam appararent, Tusculum excucurrisset, nihil invenit præter tepidam in ara favillam, atratumque juxta senem in catino vitreo thius tenentem, & in calice fictili merum. Observatum etiam est Kalend. Ianuariis sacrificanti coronam de capite excidisse: auspicianti pullos evolasse: adoptionis die neque milites allocuturo castrensem sellam de more positam pro Tribunali, oblitis ministris, & in senatus

C16-

Fortunam suam Tusculanam.] Quam Tusculi consecraverat. Sup. cap. 1 v.

Ad expiandum somnium.] Tibul. lib. 111. Eleg. 1 v.

At natum in curas hominum genus omnia noctis

Farre pio placant, & saliente sale.

Tepidam in ara favillam.] Omina infausta atque inominata. Fulgere aram oportebat, vinum simpulo, thus acerra, non catino, aut calice, quæ vasa escaria ac potoria sunt, administrari, neque à sene, & eo quidem atrato, sed à puero ingenuo, ac bene culto, quales qui Camilli appellabantur. Accedit materię calicis & catini vilitas, in Imperatoris maxime sacrificio, cum hi quoque qui argentum ad alios usus omnes aspernarentur, patellam saltem Deorum causa haberent argenteam. Torrent.

Sacrificanti coronam de capite excidisse.] Veteres caducum auspiciam vocabant. Silius Italicus l. xvi. de rege Syphace.

Vitisque majorum decoramen fronte, sine nullo

Delapsa attactu nudavit tempora regis.

Talia cœlicola casuro tristia regno

Signa dabant, sævique aderant gravia omina sati. Casaub.

Pullos evolasse.] Quod & C. Hostilio Mancino sacrificanti accidisse Valerius prodidit, quippe cui auspicianti cum pulli cavea emissi in proximam sylvam effugissent, nec requisiti uspiam extitissent, futura per id clades denunciata est. Sabell.

Castrensem sellam.] Non solum in castris, atque in Curia peculiaris erat Imperatori sella, sed & in cubiculo, & triclinio, & theatro, qua alium sedere nefas esset. Spart. Hadriano, *Tunc Servianum, quasi affectatorem Imperii, quod in sedili regio juxta lectum posito sedisset, &c.* Idem Severo, *Sedit & in sella Imperatoria, temere à ministro posita, ignarus quod non liceret.* Loquitur autem de convivio. Herodian. lib. 1. de Lucilla sorore Commodi, *sella Imperatoria sessitare in theatro & ignem de more præferre patiebatur.* sic enim vertit Politian. Torrent.

CURIA

curulem perversè collocatam. Prius vero quam occide-
retur, sacrificantem mane haruspex idemtidem mo-
nuit, caveret periculum: non longe percussores abesse.
Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone: ac
plerisque ut eodem quamprimum pergeret suadentibus
(posse enim auctoritate & presentia prevalere)
nihil amplius quam continere se statuit: & legionario-
rum firmare presidis, qui multifariam diverseque ten-
debant. Loricam tamen induit linteam, quamquam
haud dissimulans parum adversus tot mucrones profu-
turam. Sed extractus rumoribus falsis, quos conspira-
ti ut eum in publicum elicerent, de industria dissipa-
rant, paucis temere affirmantibus transactum nego-
tium, oppressos qui tumultuarentur, advenire fre-
quentes ceteros gratulabundos, & in omne obsequium
paratos: his ut occurreret, prodiit tanta fiducia, ut
militi cuidam occisum à se Othonem glorianti, Quo
auctore responderit, atque in Forum usque processit.
Ibi equites, quibus mandata cedes erat: cum per publi-
cum

Curulem.] Bassus in commentariis
suis, senatores dicit in veterum ætate,
qui curule magistratum gessissent, cur-
ru solitos honoris gratia in curiam ve-
hi. In quo curru sella esset, super quam
considerent, quæ ob eam causam *curu-
lis* appellaretur. Gellius.

Haruspex.] Umbritium haruspicem
eum fuisse Plutarchus ait: cujus Juve-
nalis, credo, & Plinius meminere: is
mane Galbæ in Palatio sacrificanti,
conspicis extis magnæ perturbationis
signa, periculumque ex dolo ejus capiti
imminere deprehendit.

Loricam tamen induit linteam.] Nepos
(sive is Æmilius Probus est) vita Iphi-
cratis, Mutavit genus loricarum, & pro
ferreis atque æneis, lineas dedit. Quo fa-

cto expeditiores milites reddidit. Apud
Homerum quoque 11. Iliad. Ajax Oi-
leus λινοθώραξ est. *Torrentius.* Fiebant
autem linei thoraces opera atque artifi-
cio coactiliariorum & πιλοποιῶν, quæ
linum aceto vel austero vino cui sal es-
set adjectum, probe macerabant, de-
inde ita cogebant, ut soliditatem ac
crassitiem linteæ octies decies aut sæpius
in se complicati haberet. Nicetas Aco-
minatus libro 1. rerum Isaaci Angeli:
Ipse Conradus sine scuto tunc dimicabat;
sed pro lorica textum quoddam gestabat, è
lino factum, vino austero probe salito ma-
ceratum, sæpius replicatum: quod quidem
sale & vino coactum adeo firmum adver-
sus ictus erat, ut penetrari à nullo telo pos-
set. Erant autem hujus texti plagellæ octo-
decimæ

cum dimota paganorum turba equos adegissent, viso
 procul eo, parumper restiterunt: deinde rursus inci-
 20tati, desertum à suis contrucidarunt. SVNT QUI
 tradant ad primum tumultum proclamasse eum, Quid
 agitis, commilitones? ego vester sum, & vos mei?
 donativum etiam pollicitum. Plures autem prodide-
 runt, obtulisse ultro jugulum: & ut hoc agerent ac
 ferirent, quando ita videretur, hortatum. Illud mi-
 rum admodum fuerit, neque presentium quempiam
 opem Imperatori ferre conatum: & omnes qui accersi-
 rentur sprevisse nuntium, excepta Germanicorum ve-
 xillatione. Hi ob recens meritum, quod se egros &
 • invalidos magnopere fovisset, in auxilium advolave-
 re: sed serius itinere devio per ignorantiam locorum
 retardati. Jugulatus est ad lacum Curtii, ac relictus,
 ita

decim & eo plures. Casaubon.

Dimota paganorum turba.] Pagani
 militibus opponuntur. AVGUST. cap.
 XXVII.

Deinde rursus incitati.] Milites Ro-
 mani quasi Vologesen, aut Pacorum
 avito Arsacidarum solio depulsuri, ac
 non imperatorem suum inermem &
 senem trucidare pergerent, disjecta ple-
 be, proculcato senatu, truces armis, ra-
 pidis equis forum irrumpunt. Nec il-
 los Capitolii adspectus, & imminen-
 tium templorum religio, & priores &
 futuri principes terruere, quo minus fa-
 cerent scelus, cuius ultor est quisquis
 successit. Tacitus.

Hoc agerent.] Ad Calig. cap. LVIII.

Quando ita videretur.] Tacitus: age-
 rent ac ferirent si ita è Rep. videretur.

*Neque presentium quempiam opem Im-
 peratori ferre conatum.*] Imo ferre cona-
 tus est Sempronius Densus centurio, qui
 prima vite centurionali, dein stricto
 gladio, quoad potuit, irruentium vim
 propulsavit. Virtutem viri Plutarchus

& Xiphilinus haud tradendam obli-
 vioni duxere.

Excepta Germanicorum vexillatione.] Turnebus Germanos illos fuisse vult de
 quibus ante cap. XII. dimissos quidem
 illos, sed adhuc tamen, ob non soluta
 forte stipendia, aut militiæ commoda,
 apud vexillum manentes. Atqui Sue-
 ron. sine ullis commodis in patriam
 remissos tradit, & Tacit. (quem legis-
 se oportet cum qui Suetonium inter-
 pretari velit) Germanica fuisse vexil-
 la ait, nempe eorum quos Nero Ale-
 xandriam præmiserat, atque inde re-
 versos, longa navigatione ægros, im-
 pensiore cura Galba in atrio Libertatis
 refovebat. Porro cum plura fuisse ve-
 xilla commemoret Tacit. vexillationis
 vocabulum pro complexione quadam
 plurium vexillorum hic accipio, quan-
 quam Vegetius ad equitum alas voca-
 bulum illud referat lib. II. capite I.
 Torrent.

Ad lacum Curtii.] AVGUST. capite
 LVII.

ita uti erat, donec gregarius miles à frumentatione rediens abjecto onere caput ei amputavit. Et quoniam capillo præ calvitie arripere non poterat, in gremium abdidit. Mox inserto per os pollice, ad Othonem detulit. Ille lixis calonibusque donavit: qui hasta suffixum, non sine ludibrio circum castra portarunt, acclamantes idemtidem, Galba cupide fruaris ætate tua. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, ut adhuc floridam & vegetam, respondisse eum, ἐπι μοι ῥῆμα ἐμπροδὸν ἐστὶ. Ab his Patrobii Neroniani libertus, centum aureis redemptum, eo loco ubi jussu Galbæ animadversum in patronum fuerat, abjecit. Sero tandem dispensator Argius, & hoc & cæ-

10.

Ac relictus ita uti erat.] Reperi in commentariis Græcorum causam cur ita diu fuerit relictus: nempe adstitisse illi canem, quo vivo caput Galbæ amputari non potuerit. historia id sit an fabula, nihil pronuntio. *Casaub.*

Gregarius miles.] Fabius significatur, qui, autore Plutarcho, Galbæ caput in amictu comprehensum primo occultabat: mox à sociis admonitus ut rem fortiter gestam ostentaret, illud lanceæ affixit: & ita quatiens senis principis faciem, lanceam cruore perfusam quatiebat. Otho Galbæ capite viso exclamasse fertur: Hoc nihil est, ò commilitones: monstrate mihi Pisonis caput: quod & ipsum paulo post allatum est, cum Piso pro foribus templi Vestæ fuisset trucidatus. Nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur Otho, quam Pisonis: cujus ut inimici, & æmuli cæde lætari jus fæque credebat. *Beronid.*

Galba cupide fruaris ætate.] Melius blattarius Tranquillus, Galba Cupido fruaris ætate tua. Senex, qui pulcher

etiamnum videri vellet, per irrisionem Cupido, id est, bellus & formosus joculariter appellatus. *Turnebus.* Turnebi Codici Salmasianus accedit.

Ἐπι μοι ῥῆμα.] Iliad. E.

Patrobii Neroniani libertus.] Patrobium una cum plerisque aliis Neronis emissariis, excepto Haloto, & Tigillino Galba occiderat. Eum Neronianum vocat Sueton. quod Neronis libertus fuisset, ut Demerrium Pompeianum Seneca De tranquillitate vitæ capite octavo.

Eo loco ubi jussu Galbæ animadversum in patronum fuerat.] Capitebus cum ad fatietatem se oblectassent, Iunii caput filix ejus bis mille denariis vendiderunt: Pisonis uxori reddiderunt, non quidem cranium requirenti. Galbæ, Patrobii servis dono dederunt: iique id cum omnibus contumeliis ludibriisque affecissent, in Sestertium proiecerunt. locus est, quo abjiciuntur eorum capita, qui Cæsarum jussu supplicio afficiuntur. *Plutarchus.*

Dispensator Argius.] Cor. Tacitus: Galba

21 *terum truncum in privatis ejus hortis AVrelia via sepultura dedit. Statura fuit justa, capite præcalvo, oculis caruleis, adunco naso, manibus pedibusque articulari morbo distortissimis: ut neque calceum perpeti, neque libellos evolvere aut tenere omnino valeret. Excreverat etiam in dexteriore latere ejus caro, propendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur.*

22 *Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consueverat: inter cœnam vero usque eo abundantem, ut congestas super manus reliquias circumferri juberet, spargique ad pedes stantibus. Libidinis in mares pronior: & eos non nisi præduros, exoletosque. Ferebant in Hispania Icelum è veteribus concubinis, de Neronis exitu nuntiantem, non modo arctissimis osculis palam exceptum ab eo, sed*

ut

Galbæ corpus diu neglectum, & licentia tenebrarum pluribus ludibriis vexatum, dispensator Argius ex primariis servis humili sepultura in privatis ejus hortis contexit. Plutarchus ait, Galbæ corpus Othone permittente sublatum ab Helvidio Prisco, quod noctu Argius libertus sepelivit. Beroald.

In privatis ejus hortis AVrelia via sepultura dedit.] Et portam, & viam AVreliam invenio. De via sic Cicero Philip. xii. Tres vici sunt ad Mutinam, à superno mari Flaminia, ab infero AVrelia, media Cassia. Eutropius quoque: Etruria, inquit, per AVreliam usque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, inique fertiles & silvosi. In hac via fuerunt privati horti Galbæ. Atque in eadem, ut in Flaminia, Appia, Latina, & aliis viis, plurimi loculi, urnæ, & antiqua sepulchra vetustate fere consumpta ad huc videntur. Onuphr. Panvinus.

Statura fuit justa.] Ad Tiberii caput

LVIII.

Spargique ad pedes stantibus.] Spargi pro dividi dixit. Ad pedes vero stabant viliores in convivio ministri. Calig. cap. xxvi. astantibusque reliquie interdum distribuebantur. Seneca Epist. cxxxvii. Marcellinum admannit non esse inhumanum quemadmodum cana peracta reliquia circumstantibus dividuntur, sic peracta vita aliquid porrigi his qui totius vita ministri fuissent. Torrentius.

Velleretur.] Hinc Scipio Emilia-nus pro inmaximo probro objectavit Sulpitio Gallo homini delicato, quod feminibus subvullis, hoc est, femoribus depilatis, ambularet. Quintilianus in primo ait, velli & comam in gradus frangere, non carere reprehensione. Idem in octavo tradit, corpora vulla, atque fucata esse foedissima. Scribit Iulius Firmicus, quod Quj nascen-tur Pleiadibus orientibus, hi demptis pi-lis corpus in feminam transferent. Beroaldus.

Perit.]

ut sine mora velleretur oratum, atque seductum. Perit 23
 tertio & septuagesimo ætatis anno, Imperii mense se-
 ptimo. Senatus ut primum licitum fuit, statuam ei
 decreverat rostratæ columnæ superstitem in parte Fo-
 ri, qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus abo-
 levit, percussores sibi ex Hispania in Iudæam submi-
 sisse opinatus.

Perit.] Hac usus est fortuna Galba, qui sua ætate quinque imperatoribus rerum potitis omnium eorum in principatu cum honore & gloria vixerat. Neminem qui imperium ejus desideraret, multos qui mortem miserarentur, reliquit. *Plutarchus.*

Rostratæ columnæ superstitem.] Celebratio statuarum in columnis antiqua est, ut inquit Plinius lib. xxxiiii. sicut Cajo Menenio supra columnam statua dicata est, qui devicerat priscos Latinos. Rostratam autem columnam vocat, quasi rostris insignitam: sicut & coronæ rostratæ dicat, quod rostris

navium erant decoratæ. Quid si legas, striatæ columnæ & nempe striatas columnas prisci dicunt eas, quæ striis distinctæ sunt. Sunt autem striæ quasi canaliculæ, & sulci, quibus quoddam columnarum genus excavatur: de quibus sic scribit Vitruvius in tertio de Architectura: *Canaliculæ striæ faciendæ sunt viginti quatuor in altitudine, ut norma in cavo striæ sunt fuerit completæ, circumacta anconibus striarum dextra ac sinistra tangat acumen.* Non infeliviter Apulejus frontem striatam vocat contractam, caperatanque, & quasi sulcos facientem præ tristitudine. *Beroaldus.*

M. SALVIUS OTHO.



CVNCTORVM EGESTAS, EFFERATA CONSVLTRIX,
SPERARE MOLLEM CVNCTA IVSSIT OTHONEM:
AT CVNCTA NACTVS, DVM REDIRE VICTOREM
VRBS HORRET, VRBI PARCITVRVS OCCVMBIT.

J. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VII.

M. SALVIVS OTHO.

MAIORES Othonis orti sunt oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Etruria. Avus M. Salvius Otho, patre equite Rom. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Livia AVgusta, in cuius domo creverat, senator est factus, nec prætura gradum excessit. Pater L. Otho materno genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, tamque non absimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores, proconsulatum Africæ, & extraordinaria imperia, severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire: & quidem ante prin-

MAIORES Othonis orti sunt oppido Ferentino.] Ferentinum oppidum in Etruria, item in Latio sive Volscorum, sive Hernicorum, item in Samnio. Hæc omnia in Livio libris I. II. ac X. Quidam & in Campania, ubi & Plinius Ferentinates, locant: sed heic de Ferentino in Etruria loqui videtur, cum subjungat auctor, ex principibus Etruria: nisi inde migrarint in Latium. Glareanus.

Urbanos.] Ut puta ædilitatem, præturam, consulatum: qui magistratus in urbe geruntur.

Motu Camilli.] Claud. cap. XIII.

Ante principia se coram.] Vtrumque supplicii severitatem auxit, & locus, & ducis præsentia, cum non extra vallum (ut moris erat) neque per Centurionem, sed veluti in ipsa castrorum fronte, omniumque conspectu se coram illos capite plecti jussit. Extra vallum vero plectendos duci solere, & Centurionem supplicio præfici, docet nos Senecæ locus I. I. De ira, cum de militis supplicio loquens, *Damnatus*, inquit, extra vallum deductus est. Torr. Spatium quoddam medium inter superam & inferam castrorum partem, Romanis

principia se coram: quamvis ob id ipsum promotos in amplio- rem gradum à Claudio sciret. Quo factò, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperavit, detecta equitis Rom. fraude, quem prode- rentibus servis necem Claudio parare compererat. Namque & senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, profecutus est eum: & Claudius allectum inter patricios collaudans amplissimis verbis, hoc quoque ad- jecit: Vir quo meliores liberos habere ne opto quidem. Ex Albia Terentia splendida fœmina duos tulit filios, L. Titianum, & minorem Marcum cognomi- nem sibi. Tulit & filiam, quam nondum nubilem Dru- so Germanici filio despondit. OTHO Imperator IIII. Kalend. Maii natus est, Camillo Arruntio, Domitio Enobarbo COSS. A prima adolescentia prodigus, ac procax, adeo ut sepe flagris objurgaretur à patre. Ferebatur & vagari noctibus solitus: atque invalidum quemque obviorum vel potulentum corri-

pe-

principia dictum. Græcis ἀρχαία. Et si enim proprie sic appelles initium ipsum castrorum (inde enim vox) tamen totum hoc spatium medium inter legiones & Tribunos, sic esse dictum constat. Hæc principia fuerunt in religione, ob præcipua signa, quæ ordine illic antefixa; omnes enim primæ decuriæ & manipuli metabantur illic, ergo & signa quæque prima, id est, primi Hastati, primi Principes, & Primpipili etiam, id est, Aquilæ ipsæ. Lipsius.

Equitis R.] Alterum illorum duorum significat, de quibus Claud. cap. XIII.

Allectum inter patricios.] Cum gens Salvia ante plebeia tantum fuisset, nec Romana quidem, sed ex oppido Ferentino translata. Vide Octav. c. 11.

Vir, quo meliores liberos.] Tali pæne

laudatione profecutus est Augustus Drusum Germanicum, cum precatus est deos, Cæsares suos illi similes facerent. Claud. cap. 11.

Marcum cognominem.] Hanc lectio- nem sequor. Orthonis enim Principis patrem, qui Galbæ in Consulatu succes- sit, Orthonem & ipsum cognominatum fuisse auctor est Suet. Galb. capite v. 1. Cognomines itaque fuere pater, & M. minor filius. Major vero, L. Titiani cognomen tulit. Cujus filius, Salvius Coccejanus, à Domitiano occisus est. Domit. cap. x. Vide Vitell. cap. 11. Ter- rentius.

Drufo.] Quem Tiberius in ima parte Palatii fame necavit.

Ferebatur & vagari noctibus solitus.] Similem Nero petulantiam exercebat. Ner. cap. xxvi.

Ac

pere: ac distento sago impositum in sublime jaectare.
 Post patris deinde mortem, libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit, quamvis anum, ac pane decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum: ut vero quidam tradunt, & consuetudine mutui stupri: ac tantum potentia valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, ingens premium pactus, prius quam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere. Omnium autem consiliorum secretorumque particeps, die quem Nero necande matri destinaverat, ad avertendas suspiciones cœnam utrique exquisitissimæ comitatis dedit. Item Poppæam

Sa-

Ac distento sago impositum in sublime jaectare.] Lascivix hujus meminit Vlpianus in Collatione juris cum legibus Mosis: quam edidit pridem Petrus Pithœus. Ea proprie sagatio dicta veteribus Latinis, ut ex Glossario idem Pithœus ante nos annotavit. in eo scriptum Sagatio, παλμός. Gallis dicitur *berner*. vocabulo veteris, ut videtur, Græciæ: nam Doræ βέρνεσθαι dicebant pro πάθειν. Hesy chius, βερνώμεθα, κληρωσόμεθα, Λάκωνες. κληρῶσθαι idem est ac πάθειν κλήρης. ut in illo Poëta, κλήρης ἐὶ κωιῆν χαλκῆρεϊ πάθειν ἐλόντες. Casaubonus. Hoc ludicri supplicii genus frequens est apud procaciores, qui culcitra, aliove vestimento plurium manibus distento in sublime jaectare consueverunt vel hominem, vel canem ludibrii causa. De hoc Martialis:

Ibis ab excusso missus in astra sago.
 Beroaldus.

Quo efficacius coleret.] Id est, majore fructu ac commodo ei obsequeretur.

Græci ἑρεπεσθῆεν dicunt.

Damnatis repetundis.] Repetundarum, aut de repetundis Jurisconsulti, & elegantius loquentes dicerent. Sed familiare huic nostro, ac Tacito quoque præpositiones omittere. *Torrentius*. In V. C. adjecta est particula de. F. Virgilius.

Prius quam plane restitutionem ei impetrasset.] Motus ille quicumque senatu erat: sed Otho quasi plene restitutum in Senatum introduxit. Olim sane crimini repetundarum exsilium pœna fuit, & æstimatio, uti Asconius norat in Verrem, & Cicero subindicat non semel: sed secuta lex Julia immutavit. Ex ea pœnam fuisse adfirmo Amissionem ordinis, & Æstimationem: nihil ultra, id est, qui damnatus eo crimine esset, Senatu moveretur, & judices acciperet ad æstimandam litem. Atamen subinde gravius, & plerumque extra ordinem in id crimen animadversum, pro delicti modo. Atque ea Marti mens libro VII. Ad leg. Jul. repet. *Lipsius*. Adspice Cas. cap. XLIII.

Sabinam, tunc adhuc amicam ejus, abductam marito, demandatamque interim sibi, nuptiarum specie recepit. Nec corrupisse contentus, adeo dilexit, ut ne rivalem quidem Neronem aequo tulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus adstantem, miscentemque frustra minas & preces, ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio, sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Id satis visum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret: qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit:

Cur Otho mentito sit quæritis exsul honore?

Vxoris mœchus cœperat esse suæ.

Provinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari. V Tandem ultionis occasio data est, conatibus Galba primus accessit: eodemque momento & ipse spem Imperii cepit: magnam quidem & ex conditione temporum, sed aliquanto majorem ex affirmatione Seleuci mathematici. Qui cum eum olim superstitem Neroni fore spon-

Poppæam Sabinam.] Aliquid Ner. cap. xxxv. sed prolixè historiam narrat Tacitus libro xiiii. Annalium. quamquam nonnihil à Suetonio discrepans. Plutarchus Othone idem sentire videtur quod Suetonius.

Nec corrupisse contentus.] *Corrupisse*, pro alienasse à Nerone, ut *corrumpere alterius servum* dicimus, & *actionem de servo corrupto* in Pandectis legimus. nemo enim uxoris suæ mœchus est, ut mox sequitur. *Torrent.*

Diducto matrimonio.] Horatius in dialogismo supra modum venusto, qui est Ode ix. libri iiii.

— *Quid si prisca redit Venus,*

Diductosque iugo cogit aheneo?

Ne pœna acrior mimum omnem divulgaret.] Ita superius dixit: in hac quoque mimo præter modum intemperans.

Vxoris mœchus.] Id est, Poppææ, quam Neroni tradiderat, amorem exucere non poterat.

Seleuci mathematici.] Ptolemæus Othoni in Hispania comes inter alia prædixerat, hoc futurum, ne à Nerone interimeretur, ipsum Neroni superfuturum promiserat, Romanisque imperaturum. Fortassis hic Ptolemæus dictus est Seleucus, veluti binominis. *Bevoaldus.*

pondisset, tunc ultro inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens. Nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omisso, quoties cæna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viri-
tim dividebat: nec eo minus alium alia via militum demerebatur. Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipavitque: ut jam vix ullus esset, qui non
& sentiret & prædicaret solum successione Imperii dignum. Speraverat autem fore ut adoptaretur à Galba: idque in dies expectabat. Sed postquam, Pisone prælato, spe decidit, ad vim conversus est: instigante super animi dolorem etiam magnitudine æris alieni. Neque enim dissimulabat, nisi principem, se stare non posse: nihilque referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus, caderet. Ante paucos dies servo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertiûm express-

Aureos excubanti cohorti.] Itidem Plutarch. Tacit. centenos nummos dicit. Dio lib. LV. & alicubi Zonaras aureum xxv. drachmis, hoc est, totidem denariis, æstimant. Quæ ratio sane etiam cum pondere ejus temporis aureorum optime convenit, si argenti ea quæ nunc est ad aurum proportio observetur. Sub recentioribus vero Imperatoribus maxime Constantinopolitanis, eadem aurei æstimatio fuit, pondus autem minus. Quod in juris studioforum gratiam annotatum volui. *Torrentius.*

Totum agrum.] Hac de re sic Tacit. *æreo animosus corruptor, ut Cocceio Proculo, speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum sua pecunia emptam dono dederit. Emancipare dixit Sueton. quod Tacit. dono dare. Emancipare igitur quovis modo aliena-*

re, & in alium transferre dominium rei alicujus, significat. Quamvis imaginaria fortassis venditione Otho agrum militi nummo addixit, quod specie quidem vendere, re ipsa donare est. Quæ de re Cæf. cap. 2. Apertius tamen loqueretur Sueton. si diceret, *redemit, eique mancipavit.* Idem.

Dispensatione.] Sic Dispensatoris officium vocat. Ingens autem peculium eum Cæsaris servum habuisse necesse est, qui decies n s. pro officio illo penderet, præsertim sub tam avaro Principe. Argii Dispensatoris mentio Galb. cap. xx. & alterius quem *ordinarium* vocat cap. xii. ad differentiam nempe eorum qui extraordinarias Dispensationes adipiscebantur. Qualis Dispensator Armeniaci belli Neronis servus, qui libertatem centies vicies n s. redemit, (sic enim lego apud Plinium lib.

presserat. Hoc subsidium tanti cœpti fuit: ac primo quinque spiculatoribus commissa est res, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia representata, & quinquagena promissa. Per hos sollicitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fiducia in ipso negotio pluribus affuturis. Erat animus post adoptionem statim Castra occupare, cœnantemque in Palatio Galbam aggredi: sed obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejusdem statione & Cajus fuerat occisus, & desertus Nero. Medium quoque tempus religio & Seleucus exemit.

Er-

VII. cap. xxxix.) & Drusillanus Claudii Dispensator Hispaniæ, qui lancem illam quinquagenariam possedit de qua idem Plin. lib. xxxiii. cap. xi. Talem aliquam Dispensationem hoc loco intelligo. Torrent. Vide Aug. cap. lxxvii.

Decies sestertium.] Id est, viginti quinque millia coronatorum.

Quinque spiculatoribus.] Plutarchus de hac conspiratione loquens, sic ait: ἐν ᾗ τῦτοις Ἰτέροι καὶ Βάρβι, ὁ μὲν ὀπίων, ὁ δὲ πικρὸς. ac mox subjicit, Optionis & Tesserarii nomine significari eos, qui nuntiorum & ὀπλήρων, id est, speculatorum ministerio funguntur. Posterior ætas Scultatores nuncupavit, quasi auscultatores: quo fit, ut nocturnarum excubiæ tesseras tractent ex eo ordine, qui Tesserarii dicuntur. Optionum inferior est gradus. Sunt enim ordine & promotione antecedentium militum adjutores, auctore Vegetio, & dum junguntur speculatoribus in l. Divus. D. de bonis damn. speculatorum adjutores significari videntur. Iunguntur tesserariis, quos speculatores esse diximus, in antiquis inscriptionibus, quarum una sic habet: TESSERARIO, OPTIONI, FISCICI, CVRATORI. altera, IN. EIS. TESSERARIIVS, OPTIO, VEXILLARIVS, Cnjacins.

Dena sestertia.] Ducenti & quinquaginta coronati.

Haud dubia fiducia in ipso negotio pluribus affuturis.] Deest ut aut quasi in isto loquendi genere. nam hoc Græci ita dicerent: πικρὸς ὄπιων σφόδρα, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ πλείονων περισσόμενων, vel ἀσφαλισμένων. Casaubonus. Cod. Salmaf. plures adfuturis. lege, adfuturos.

Ejusdem statione.] Stationem vicem vocat qua cohors illa inter alias tunc iterum excubiis aderat. Alioqui statio ipsos milites certo loco positos significat, ut statio Germanorum Ner. c. xxxiv. statio Nicomediensis apud Plinium Epist. lib. x. Sed & Modestin. l. C. l. i. De re militari, Qui stationis manus reliquit plusquam emansor est, hoc est, qui suo die stationi non adest. Hinc stationarii milites l. i. & l. penult. De fugi. Sed & superstationarios legimus, quibus (ut arbitror) major incumberebat publicæ sollicitudinis cura. Torrent. Superstationarius est, qui præfectus stationariis. Ut superjumentarius, qui præpositus jumentariis. Vide ad Claud. capite 11.

Medium quoque tempus religio & Seleucus exemit.] Medium tempus vocat, sex illos dies quos ait Plutarchus me-

d.03

Ergo destinata die, pramonitis consciis, ut se in Foro sub aede Saturni ad Miliarium aureum opperirentur, mane Galbam salutavit: utque consueverat, osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit, audivitque predicta haruspis. Deinde liberto adesse architectos nuntiante, quod signum convenerat, quasi vanalem domum inspecturus abscessit: proripuitque se postica parte Palatii ad constitutum. Alii febrem simulasse ajunt, eamque excusationem proximis mandasse, si quareretur. Tunc abditus propere mulie-

dios fuisse ab adoptione Pisonis ad eadem Galbæ. adoptio celebrata a. d. 1111. Id. Ian. cædes facta xviii. Kal. Feb. medio tempore inter hos dies interjecto, ne Otho Galbam occideret, impeditum illum ait Suetonius, qua religione, qua *Seleni monitis*. Religio quam intelligit est *περὶ πᾶσι* quædam traditio, qua vetabantur seria negotia certis diebus inchoare. talis erat in eo tempore quod medium hîc vocatur, dies postridie Idus: ut libro secundo notamus cap. xiiii. refero eodem & diem 111. Id. Ian. & qui xix. Kal. Feb. dicitur, ambos Carmentæ sacros: quo tempore favere linguis oportebat, non cædibus operam dare: atque hi dies publice religiosi: potuerunt autem etiam ceteri privata superstitione Othoni esse religiosi & attri: sicut Augusto omnes Nonæ. Iam ergo habemus quomodo medium tempus religio exemerit: ut missa faciam omina, tristia auguria & aruspicum responsa, quæ Othonis cœpta tardare potuerunt. Mos autem omnium fere Romanorum fuit per ea tempora, ut prius quam vel tantilli momenti rem aggredierentur, adirent ad mathematicos & astrologos, ut sumendo exordio horam felicem indicarent. *Casaub.*

Miliarium aureum.] Miliarium, vas est longum & angustum ad similitudi-

nem milii. Palladius, *Vas*, inquit, *aerem miliario simile, id est, altum & angustum*: eo ad balnea utebantur. Etiam Miliarium aureum, Romæ in foro columna erat, in quam omnes viæ Italiæ competebant & desinebant: quod ita vocabatur, quod ab eo miliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, incipiebat. nam lapides in viis, quibus miliaria notabantur, miliaria etiam vocabantur. Plutarchus: *Οὐ χρυσῆς εἰσὴ κὲ κίων, εἰς ὃν αἱ τελεμῆματ' Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι*. De eadem re Suetonius loquitur. *Tarnebus.*

Ad constitutum.] Sic veteres loquebantur, vel simpliciter, vel subaudiendo locum, aut diem, de quo convenerat. Varro lib. 11. De re rust. cap. v. *Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum.* Cic. Ad Marium lib. vii. *Si quod habes constitutum cum podagra, fac in alium diem differas.* Torrent.

Abditus propere muliebri sella.] Tacitus *sellam ἀπολαῖς*. at Plutarchus *φορεῖον*. melius dixisset *διφρον χειρῶν*: nam tales sellæ mulierum, quibus in publicum deferiebantur: quod vox *abditus* manifesto docet. fuerunt & aliæ sellæ mulierum non adopertæ, sed quarum domi usus non foris. Talis erat,

recusantis dedit: immo ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistolis suis ad quosdam provinciarum Præsides, Neronis cognomen adjecit. Certe & imagines statuasque ejus reponi passus est: & procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit. Nec quidquam prius pro potestate subscripsit, quam quingenties HS. ad peragendam AVream domum. Dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus maximos edidisse: repertusque à concursantibus humi ante lectum jacens, per omnia piaculorum genera manes Galba, à quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse: postridie quoque in augurando tempestate orta graviter prolapsus, identidem obmurmurasse: Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; S V B idem vero tempus, Germaniciani exercitus in Vitellii verba juraverant.

Quod ut comperit, auctor senatui fuit mittenda legationis, quæ doceret, electum jam principem: quietem & concordiam suaderet. Et tamen per internuncios ac litteras, consortem Imperii, generumque se Vitellio obtulit. Verum haud dubio bello jam ducibus & copiis

blanditias Neronis nomine novum Imperatorem salutant, qui, ob monstrum illud è rebus humanis sublatum, pileati tota urbe discurrerant. Ner. cap. ultimo. Othonem vero sic appellari non refugisse, minus mirandum est, cum apud quosdam, & Parthos imprimis, diu favorabile Neronis nomen extiterit. Vitellius quoque inferias Neroni dedit: ac solenni convivio citharædum placentem palam admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret: inchoanti-que Neronia cantica, primus etiam plausit. cap. xi. non facturus utique in ipso principatus exordio, nî gratam aliquibus memoriam ejus existimasset.

Quingenties HS.] Duodecies centena,

& insuper quinquaginta mill. coronat. Manes Galba.] Similis de Nerone locus cap. xxxiiii.

Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς.] Paulo aliter, sed eadem sententia Dio: τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν, id est, Quorsum attinebat me longis tibiis canere? Otho post cæsum Galbam fecerat sacrum, in quo extra inauspicatos exitus portendebant. Ita poenitens sumptus & operæ frustra insumptæ, fertur hæc verba prolocutus: quæ deinde in vulgi fabulam abierunt. Olim in sacris, longis tibiis cani solitum est: qui mos postea sublatus, autore Plutarcho. Erasms.

Et

quas Vitellius premiserat, appropinquantibus, animorum fidemque pratorianorum erga se pene interneccione amplissimi ordinis expertus est: & placuerat per classarios arma transferri, remittique navibus. Ea cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati, tumultum excitaverunt: ac repente omnes, nullo certo duce, in Palatium cucurrerunt, cædem senatus flagitantes: repulsisque tribunorum, qui inhibere tentabant, nonnullis & occisis, sicut erant cruenti, ubinam Imperator esset requirentes, per ruperunt in triclinium usque, nec nisi viso destiterunt. Expeditionem autem impigre atque etiam præpropere inchoavit: nulla ne religionum quidem cura, sed & motis nec dum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum haberetur: & die,

Et placuerat per classarios.] Dele & ac pone πλείων σίσμῳ ante placuerat. incipit namque hic narrare, quod præcedentibus verbis proposuerat. Scripti omnes hunc pusillum errorem agnoscunt. Rem narrat Plutarchus accuratius: nam Suetonius multa omittit. Casaubonus.

Insidias suspicati.] Visa inter temulentos arma, cupidinem sui movere. Fremit miles, & tribunos centurionisque prodicionis arguit, tamquam familiarum senatorum ad perniciem Othonis armarentur. Tacitus.

In triclinium.] In cœnationem: ubi cum octoginta Senatoribus, foeminisque primariis epulabatur.

Motis necdum conditis.] Qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus primo ancilia comprobebat, post hastam simulacri ipsius Dei, dicens, Mars vigila. Servius. Ad Polybium in fragmento libri ab Ursino editi xxiii. & Livium in eadem historia libro xxxvii. Similis superstitio servata Athenis, cum celebrarent Plynte-

ria. per ejus festi dies Minervæ simulacrum tegebatur, ac publice privatimque diligenter observabant, ne inchoato festo, necdum peracto, quicquam aggredierentur: id enim infaustum habebatur. Xenophon de reditu Alcibiadis in patriam post exilium. περὶ πλείων εἰς Πειραιᾶ ἡμέρα ἢ πλεονηρία ἢ ἡ πόλις, ἔ' ἴδης καὶ καλυμμένη τ' Ἀθηνᾶς. ὁ πῆρ οἰονίζοντ' ἀνεπιτήδειον εἶναι καὶ αὐτῶ καὶ τῇ πόλει. Sed Plynteriorum dies unus saltem erat infaustus: ancilia semel mota ante trigessimum diem non condebantur, ut affirmare videtur Polybius loco quem indicavimus. Casaub.

Ancilibus.] An hæc etiam nomen habuerunt ex eo, quod esset ἄσχυλος τὸ χῆμα? An quod ἐπ' ἀσπίων gestarentur? An quia ἀνώγει ἄπειλασ καὶ ἐνέχθισον? An vero hoc est studium præposterum Græcorum ἀσπίων ἐξελθίσου πᾶ τ' Λατίων? Et sunt τετρα ancilia Latino verbo scuta,

die, quo cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt: praterea adversissimis auspiciis. Nam & victimas Diti patri casas litavit: cum tali sacrificio contraria exstapotiora sint. Et primo egressu inundationibus Tiberis retardatus ad xx. etiam lapidem ruina edificiorum preclusam viam offendit. Similiteri-

9
ta-

scuta circumcisa, ut Iuriconsultus incile dixit, solum nimirum incisum, qua aqua manaret. Atque ita Ovidius:

*Idque ancile vocat quod ab omni parte
recisum est,*

*Quemque notes oculis, angulus omnis
abest.*

Camerarius.

Quod antiquitus infaustum haberetur.] Antiquitus, pro ab omni usque antiquitate, aut opinione majorum. Sane & matrimonia tunc contracta infausta habebantur. Ovid. lib. III. Fastor. Torrentius. Cod. Salmaf. habetur.

Quo cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt.] Hinc Arnobius adversus gentes lib. v. *Aut si ea, qua dicimus, non sunt ita, vos ediffertate, vos dicite, evirati isti mollesque, quos interesse vobiscum in istius nominis videmus sacris, quidnam istis habeant negotii, sollicitudinis, cura: & cur more lugentium cadant cum pectoribus lacertos, & fortunam imitentur in lamentabili constitutorum sorte?* Galli autem isti, in sacris Cybeles, imitabantur lugentem Cybelem ob Attin. Propterea ejulabant, ac pectus palmis exdebant. Eviratos vocat Arnobius, quod ad Phrygium tibiæ cantum, virilibus privarentur. Ovidius in Ibin:

*Attonitusque feces, ut quos Cybeleia
mater*

*Incitat ad Phrygios, vilia membra,
modos.*

Praterea adversissimis auspiciis.] Prodigia insuper terrebant diversis auctoribus vulgata. In vestibulo Capitolii omittas habenas bigæ, cui Victoria in-

stiterat. Erupisse cella Iunonis majorem humana speciem. Statuam divi Iulii, in insula Tiberini amnis sereno & immoto die ab Occidente in Orientem conversam. Prolocutum in Etruria bovem. Insolitos animalium partus, & plura alia rudibus seculis etiam in pace observata, quæ nunc tantum in metu audiuntur. Tacitus.

Victimas Diti patri casas litavit.] Cod. Salmaf. *victima Diti patri casa litavit.* At Virgilius quoque:

— *sacrisque litatis*

Indulge hospitio, —

Cum non sacra litemus, sed Deo sacris, ut ibi monuit Servius.

Diti patri.] Qui placat Plutonem terra victima, se charum esse diis infernis cognoscit: qui vero non litat Plutoni, prosperum auspiciam consequitur, tanquam sit victurus, nec ad Plutonas sedes per mortem transiturus. Dicitur autem juncto vocabulo Dis pater, sicut Neptunus pater, Ianus pater conjuncte dicuntur, & Mars pater, hoc est, Marspiter. Scribit Cicero in Oratore, quod antiquitus Divis vocabatur, qui nunc dicitur Dis, postquam placuit nomina contrahere. Beroald.

Inundationibus Tiberis.] Eo quidem factis tempore, quo maxime turgent fluvii: sed nunquam ita excreverat, neque ulla unquam eluvione tantum damni dederat. nam cum magnam urbis partem proluit, tum eum præsertim locum, ubi frumentum venale reponebatur, opplevit, magnamque permultorum dierum difficultatem effecit. Plutarchus.

Ante

tate, quamvis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret, quando & fame & angustiis locorum urgeretur hostis, quam primum tamen decertare statuit: sive impatiens longioris sollicitudinis, speransque ante Vitellii adventum profligari plurimum posse: sive impar militum ardori, pugnam deposcentium. Nec illi pugna affuit, substititque Brixilli. Et tribus quidem, verum mediocribus praeliis, apud Alpes, circaque Placentiam, & ad Castoris, quod loco nomen est, vicit, novissimo maximoque apud Bebriacum fraude superatus est: cum spe colloquii facta, quasi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improvise, atque in ipsa consalutatione, dimicandum fuisset: ac statim moriendi impetum cepit: ut multi, nec frustra, opinantur, magis pu-
do-

Ante Vitellii adventum profligari plurimum.] Profligare, ut docet Gellius in xiv. Noctium Atticarum, significat ad perniciem, interitumque deducere, atque deperdere. Profligataeque res quasi proflictas, & perditas appellamus. In alio significato profligata dixerunt absoluta, & effecta: quod quamvis damnetur à Gellio, tamen repudiandum non est: cum & Latinae linguae patens profligatum dixerit pro absoluto, & pene confecto. Sic enim ait in v. quaestione Tusculana. *Atque si ita est, profligata jam haec, & pene ad exitum deducta quaestio est.* Corn. Tacitus dixit: *Profligaverat bellum cum Iudaeis Vespasians.* Pro eo, quod est, confecerat, & pene ad exitum deduxerat. Beroald.

Nec illi pugna affuit.] Cod. Salmas. *nec ulli, &c.*

Substitit Brixilli.] Βεξίλλου Ptolemaeo. Plinio *Brixillum*, ut & Plutarchus legit in Othone. Galliae Togatae in Italia urbs: ad Padum flumen, ut Plutarchus.

Apud Bebriacum fraude superatus est.]

Sic Tacitus quoque & Orosius. Lipsiana editio *Bedriacum*. Plutarchus Βηδριακῶν, Iosephus Βηδριακῶν. Eusebii interpres *Vetriacum*. Sed ea nihil aliud sunt, quam unum nomen multifariam depravatum. Scholia Iuvenalis Satyra 11. vocant *Bebriacum Campaniam*. Ita vocat Campestria Cremonae, Mantuae & Veronae, ut in Gallia est Campania Remensis, Campania Laudunensis. Rursus de Othone & Vitellio: *Horius bellum scripsit Cornelius: scripsit & Pompeius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse à Cremona vicesimo lapide.* Ios. Scalig.

In ipsa consalutatione.] Attonitas subito terrore mentes, falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse à Vitellio exercitum evertentur. Omissa pugnae ardore, Othoniani ultro salutavere; & hostili murmure excepti, plerisque suorum ignavis quae causa salutandi, metum prodicionis fecere. Tum incubuit hostium acies. Tacitus. Ex his patet, causae nihil esse, cur vir doctus in ipsa consalutatione, malit,

dore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseveraret, quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum: quippe residuis, integrisque etiam nunc, quas secum ad secundos casus detinuerat, & supervenientibus aliis è Dalmatia, Pannoniaque & Mæsia: ne victis quidem adeo afflictis, ut non in ultionem ignominie quidvis discriminis ultro, & vel sole subirent. Interfuit huic bello pater meus Suetonius 10 Lenis, tertiæ decimæ legionis tribunus angusticlavius. Is mox referre crebro solebat, Othonem etiam privatum usque adeo detestatum civilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu, cohorterit: nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum: qui cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem

Ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseveraret.] Exstat hac de re & apud Plutarchum, & apud Tacitum egregia, & constantia plena oratio: quæ profus illud Suetonii cap. xii. confirmat: ut mors ejus minime congruens vitæ, majori miracula fuerit. Tacitus: duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonæ famæ, quantum malæ.

Ad secundos casus.] Noluit Otho primo discrimini, casuque bellico committere copias omnes, sed partem militum sibi reservaverat ad fortunam bellicam, casumque secundo tentandum. Beroald.

Suetonius Lenis.] Pater cognominatus est Lenis, cum filius dictus sit Tranquillus cognomento consimili. Nolim existimes, hunc esse Paulinum, inter duces Othonianos clarissimum, quem contatorem natura fuisse memorat Ta-

citus. Ille enim fuit dux, cum pater Tranquilli fuerit Tribunus. Beroaldus. Cod. Salmas. *Letus.*

Tribunus angusticlavius.] Tribuni militum quidam angusticlavii erant, quidam laticlavii: hique majoris dignitatis, illi minoris: Paterculus lib. ii. de Mæcenate, qui in Equestri ordine semper mansit: Quippe vixit angusto clavo pene contentus: nec majora consequi non potuit, sed non tam optavit. Lampridius in Alex. Severo: Tum satis esse constituit, ut equites Romani à senatoribus clavi qualitate discernerentur. Hæc me movent, ut in Papinio lib. i. v. Sylvar. sic hos versus legam, & de angusto clavo intelligam:

*Hic parvus inter pignora curiæ
Contentus arcto lumine purpuræ
Crescis. —*

Arctum lumen purpuræ angustum clavum purpureum accipio, quo is, quamvis Senatoris filius, contentus erat. Turnebus. Vide ad lib. ii. cap. xxxviii.

Fræ-

dem faceret, ac nunc mendacii, nunc timoris, quasi sugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes ejus incubuerit: hoc viso proclamasse eum ajebat: non amplius se in periculum tales tamque benemeritos conjecturum. Fratrem igitur fratrisque filium, & singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu & osculo suo dimisit omnes, secretoque captato, binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios. Sed & ad Messallinam Neronis, quam matrimonio destinaverat, commendans reliquias suas & memoriam. Quidquid deinde epistolarum erat, ne cui periculo aut noxa apud victorem forent, concremavit. Divisit & pecunias domesticis ex copia presenti.

11 *Atque ita paratus, intentusque jam morti, tumultu inter moras exorto, ut eos qui discedere & abire ceptabant, corripere quasi desertores, detinerique sensit: Adjiciamus, inquit, vitæ & hanc noctem, his ipsis, totidemque verbis, vetuitque vim cuiquam fieri: & in serum usque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui præbuit. Post hæc sedata siti gelida aqua potione, arripuit duos pugiones, & explorata utriusque acie, cum alterum pulvino subdidisset, foribus adopertis arctissimo somno quievit. Et circa lucem demum*

ex-

Fratrem fratrisque filium.] Sup. cap. i. Domit. cap. x. Sed de fratre dissentiunt Tacitus & Plutarch. qui è pugna evasisse in castra narrant, ac cum aliis se dedidisse.

Fratrisque filium.] Plutarchus: Accersitum fratris filium Cocceium adhuc adolescentem, ut auderet, neque timeret Vitellium, est hortatus: & ut matrem, & domum, & uxorem ipse tanquam prior curans tueretur. Tacitus eum vocat Salvium Cocceianum, quem ait prima

juventa trepidum fuisse: quem Otho monuit ut erecto animo capesseret vitam, neu patrum suum Othonem fuisse aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.

Exaravit.] Scripsit. Qui enim stylo scribit in codicillis, is quasi sulcos instar aratoris ducere videtur. M. Tullius in epistola ad Cornificium: Hæc, cum essem in Senatu, exaravi. Beroald.

Ad Messallinam Neronis.] Ncr. cap. xxxv.

Eme-

experges factus, uno se trajecit ictu infra levam papillam: irrumpentibusque ad primum gemitum, modo celans, modo detegens plagam, exanimatus est: & celeriter (nam ita praeceperat) funeratus, XXXVIII. aetatis anno, & XCV. Imperii die. TANTO Othonis ¹² animo nequaquam corpus aut habitus competiit. Fuisse enim traditur & modicæ staturæ, & male pedatus, scambusque. Munditiarum vero pane muliebrium: vulso corpore: galericulo capiti propter raritatem

Funeratus.] Funus Othonis maturatum est: id enim ipse precibus petierat, timens ne amputaretur caput ludibrio futurum. Sepulcrum autem structum est modicum, & mansurum; quod Plutarchus ait fuisse non, ut mendosi codices habent, apud Veliternam vicum, sed Brixilli: seque id vidisse cum tali inscriptione, MARCI OTHONIS. Veliternæ, quod vici nomen est, nulla mentio fit neque à Tacito, neque à Plutarcho. *Beroald.*

XXXVIII. aetatis anno.] More suo Tranquillus annum inchoatum pro pleno numerat: nam alii XXXVII. solum vixisse ajunt.

XCV. Imperii die.] Valde & confusa sunt tempora & initia horum trium Imperatorum, Galbæ, Othonis & Vitellii, nisi adhibueris temperamentum, quod præcipit Xiphilinus ex Dionne, ut scilicet unum annum, & XXI. dies illis tribus conjunctim assignemus, quia alius alii non successit, sed duo simul eodem tempore imperii infessores fuerunt. Xiphilinus in fine Vespasiani. Καὶ π τὸ τε συμβαίνειν αὐτῶν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσι ἡμέρας ἀπὸ τῆς θανάτου Νέρωνος μέχρι τῆς Οὐεσπασιανῆς δόξης διελεῖν. *Ioseph. Scaliger.*

Male pedatus.] Distortis pedibus. Sicut à manu manuleatus, ita à pede pedatus derivatur: unde & adverbium pe-

datim inclinatum est: quo utitur Plinius, qui ait in XI. Leo tantum & camelus pedatim ingrediuntur. hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur. *Beroald.*

Scambusque.] Ex Græco σκαμβός. Qui pedes non ponunt in rectis ac parallelis lineis, aut in exteriorem partem eos flectunt, iique Vari dicuntur, aut introrsum eos convertunt, & valgi appellantur, Græce βλαστοί, aliter Vatiæ dicti. Non Varum intelligit Suetonius, sed Vatiæ & Valgum. *Salmasius.*

Galericulo propter raritatem capillorum adaptato & annexo.] Veteres cum capite nudo essent, & calvitium urbanorum dictis esse obnoxiam experirentur, ad eam celandam instituerunt pelles quasdam parare, appositis crinibus humanis, sic ut aptata capiti, cutis vera, non coma ascititia videretur. Iis pellibus usi & viri & foeminae. Tertullianus De cultu foeminarum: Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Nec galericulum solum vocabant sed galerium. *Juvenalis: Satyr. VII.*

Sed nigrum flavo caput abscondente galero. Avienus:

Nam mox dejecto nituis frons nuda galero,

tem capillorum adaptato & annexo, ut nemo dignosceret. Quin & faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum: idque instituisse à prima lanugine, ne barbatus umquam esset. Sacra etiam Isidis saepe in linteâ religiosaque veste propalam celebrasse. Per que

Discolor apposita quæ fuit ante coma.
Cassaubonus. Eleganter Seneca de C. Casare, libro De const. sap. tanta capitis destituti, & emendicatis capillis aspersi deformitas:

Quotidie rasitare.] In hoc imitatus est Otho Africanum Scipionem, qui primus omnium radi quotidie instituit.

Faciem pane madido linere consuetum.] Facies linebatur, vel ut candor conciliaretur, ac rubor etiam aliquando, vel, ut cutis tenderetur. Medicamina illa quibus nitor, aut candor parabatur, *ωροσώπυ ἐπίχριστα λαμπρυντικὰ* dicebantur; & *ωροσώπυ καὶ αὐλάσματὰ λαμπρυντικὰ* & *σμήγματα ωροσώπυ πλῶτικὰ*. Illa vero quibus cutis tendebatur, *πτείνωθρα* & *πτερόματτα*. Latini veteres *sentipellia* dixere. Iuvenalis:

*Interea fœda aspectu videndaque multo
Pane tumet facies.*

ubi vetus interpres: *medicamen ad tendendam faciem, vel cutem magis.* Alia autem erant *καὶ αὐλάσματτα*, alia *σμήγματα*, quibus utebantur ad cutem poliendam. sublatis enim cataplasmatibus, *πὲρ σμήγματα* adhibebant: idque etiam observavit Iuvenalis in illa divina Satyra, adversus sequiorem, & nequiorem sexum:

Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit:

Incipit agnosci.

Tectoria vocat panem illum quo madido faciem linebant, ac veluti tectorio quodam inducebant: quod tectorium seu *καπέπλάσματτα* abstergebant sine-

gmate ex lacte asinino, cum ad mochos irent. *Salmasius.*

Sacra etiam Isidis.] Satis est verisimile, eandem esse Cererem ac Isidem, ut ab Ægyptis traditum fuit. Valdeque hanc sententiam firmat, quod Cereris sacra apud Athenienses tantopere convenirent cum sacris Isiacis. Diodorus Siculus lib. 1. Παρ' αὐτῆς ἡ τὴν πόλει, καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ καὶ τῇ ἄλλαν φέρειν πυθμῶν πυρῶν, καὶ κελῶν, ἀπομνημόνευμα τὸ ἐξ ἀρχῆς τῆς θεῆς φιλοτιχῶς ὄρεθίντων. Quod satis ostendit, eo loco Isidem habitam Ægyptiis, quo Ceres Græcis. Tacitus etiam inter Germanorum numina collocat Isidem. *Pars, inquit, Suevorum & Isidi sacrificat.* Sed si in superstitione tot seculis intermorta, nunc etiam conjecturis est locus: dixero, Germanis fuisse reliquias primæ traditionis de Adamo & Eva, quorum ille Mannus sit, hæc Isis. A *man* mulier dici potuit *manna*: sed non fuit hoc in usu Germanis. Ac fortassis ex longa traditione retinuerunt Hebræum *Ischa*; quod apud Moysen, & veteri Latinorum lingua *viram* sonat. Romani autem cum audirent Germaniæ genti cultos *Man*, & *Ischa*; ut ex illo *Mannum*, ita ex hoc *Isidem* fecerint: quia non viderent, quod numen *Ischa*, quam Isis esse posset. Nisi & Ægyptiis, ut Osiris Adamus, sic Eva Isis. *Vossius.*

Sæpe in linteâ religiosaque veste propalam celebrasse.] Appianus de bellis civilibus lib. 15. Οὐλοῦσι τὸ ἀγρονομῶν περὶ ἀφῆ, καὶ φίλοι ὄρχιας ἐν τῇ Ἰσίδῳ ἔχει, ἤτησι τὴν σὺλῶν, καὶ τῶν

quæ factum putem ut mors ejus minime congruens vitæ, majori miraculo fuerit. Multi præsentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes jacentis exoscitati, fortissimum virum, unicum Imperatorem prædicantes, ibidem statim nec procul à rogo vim suæ vitæ attulerunt. Multi & absentium accepto nuntio præ dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. Denique magna pars hominum, incolumem gravissime detestata, mortuum laudibus tulit: ut vulgo jaçtatum sit etiam, Galbam ab eo non tam domnandi quam Reip. ac libertatis restituendæ causâ interemtum.

Ταῖς ὀφθαλμοῖς εὐίδου ταῖς ποδῆρεσσιν, καὶ τὴν
 Ἐκ τοῦ κεφαλῆ ἐπέτετο. καὶ διήλ-
 θεν ἔτιως ὀργαζῶν αὐτῶν χήματι ἐς
 Πομπηῖον. Sed de habitu Isiacorum
 plura B. Cyprianus, Apuleius atque a-
 lii. Casaub. Martialis:

Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.
 Mortuum laudibus tulit.] Hinc plane
 exiit illud Martialis:
 Sit Cato, dum vivit, sane vel Casare
 major:
 Dum moritur, numquid major Oibo-
 ne fuit?

A. VITELLIVS.



QVÆ PRÆLIANTVM VOTA RIDET IMMENSA,
BREVIEMQVE SVMMO CVLMINI STRVIT SCENAM,
FORTVNA FALLAX, ET VITELLIO PARTES,
PRIMO NEPOTVM, MIRA NON NEGAT PRIMAS.

I. Schildiss.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VII.

A. VITELLIVS.

VITELLIORVM originem alii aliam, & quidem diversissimam, tradunt: partim veterem & nobilem: partim vero novam & obscuram, atque etiam sordidam. Quod ego per adultores obtrectatoresque Imperatoris Vitellii evenisse opinarer: nisi aliquanto prius de familia conditione variatum esset. Exstat Q. EVlogii ad Q. Vitellium, divi AVgusti quaestorem, libellus, quo continetur, Vitellios Fauno, Aboriginum rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio im-

Exstat Q. EVlogii ad Q. Vitellium libellus.] Quintus hic EVlogius, libertus Q. Vitellii fuit, estque à manumissione appellatus Q. Vitellii EVlogius, aut fortasse Eclogius. Hic ut patrono gratificaretur, stemma Vitelliae gentis descripsit, & librum eidem nuncupavit. hoc genere officii soliti liberti patronorum studiorum studia demereri. sic Iulius Marathus AVgusti libertus, de rebus illius libros ediderat, ut dixit auctor libro secundo. Spartianus, *Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ scriptos à se, libertis suis litteratis dederit, jubens ut eos nominibus suis publicarent.* Casaubonus.

Augusti quaestorem.] Ex his (inquit Beroaldus) qui Candidati Principis dicebantur. Ego potius Augusti in expeditione aliqua Quaestorem eum fuisse crediderim, aut militaris ararii Praefectum. Torrent.

Et Vitellia.] Deæ Vitelliae nemo (quod sciam) præter Suetonium meminit. Arnob. lib. i v. Vibilliam commemorat, quæ ab viarum erroribus liberet, Macrobi. Saturn. lib. i i i. cap. i i i. Vitulam (seu ut alii legunt) Vitulinam; quæ lætitiæ præsit, quam Pisono ait Victoriæ nominari. Verum quoniam eam nominis rationem adfert Macrobius, quod potens sit vitæ tolerandæ, non temere suspicemur Vitelliam potius quam Vitulam scribi illis debere. Quanquam & Vituna vocari debere videatur, ut Vitunus Deus, quod vitam tueatur. Verum satius est ut Deam hanc (sive Nympha fuerit) certo loco circumscribamus, qualis Iuturna, & Venilia. Ut non mirum sit obscuram esse, cum in cœli Senatum nunquam venerit. De Vitellia quoque via nihil memini me legisse. Viam Vitulariam commemorat Cic. Ad Q. fratrem ep. i. lib. i i i. verum alia parte Italiæ. Idem.

imperasse. Horum residuam stirpem ex Sabinis transesse Romam, atque inter patritios allectam. indicia stirpis diu mansisse, viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque: item coloniam ejusdem nominis, quam gentili copia adversus Aequiculos tutandam olim depoposcissent: tempore deinde Samnitici belli presidio in Apuliam misso, quosdam ex Vitelliis subsedisse Nuceria: eorumque progeniem longo post intervallo repetisse urbem, atque ordinem senatorium. Contra, plures auctorem generis libertinum prodiderunt. Cassius Severus, nec minus alii, eundem & sutorem veteramentarium: cujus filius sectionibus & cognituris uberius

COM-

Ab Ianiculo.] Virgilius libro septimo dictam vult ab oppido, quod Ianus deorum omnium vetustissimus condidit:

*Hic duo praterea disjectis oppida muris
Reliquias, veterumque vides monumen-
ta virorum,*

*Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condi-
dit arcem,*

*Ianiculumque illi, huic fuerat Saturnia
nomen.*

Ianicularis à Servio vocatur, nunc à flavis harenis mons aureus nominatur, & corrupto vocabulo *Montorius*. Ex hoc propter altitudinem Roma maxime conspicua. Martialis:

Longi Ianiculi iugo recumbit

Et planus modico tumore vertex,

Cælo perfruitur sereniore.

Hinc septem dominos videre montes,

Et totam licet æstimare Romam.

Onuphr. Panvinius.

Gentili copia tutandam.] Sicut Fabia gens Bellum Veiens depoposcit à Senatu gerendum privato sumptu, & copia gentis Fabiorum.

Aequiculos.] Vitellix colonix ab Aequis expugnatae meminit Livius libro v.

Quosdam ex Vitelliis subsedisse Nuce-

ria.] Apulorum urbem Luceriam, per L, non per N, in prima adeo syllaba: Umbrosum autem Picentinorum ac Campanorum urbeis per N, Nucerias scribi, in usu apud Latinos auctores fuit. In Græcis certe codicibus hæc corrupte leguntur, ut & videre est in Prolemæi codice. Quippe λ & γ litterarum vicinitate, quemadmodum η & θ apud Latinos, facile corruptionem admittunt. Verum lector heic etiam atque etiam secum perpendat, quando Samnitico bello, cujus heic est mentio, Luceria idem idem nominatur apud Livium: utrum etiam heic Luceria potius, quod equidem puto, quam Nuceria legendum. Glareanus.

Cassius Severus.] De hoc Aug. cap. lvi.

Sectionibus & cognituris uberius compendium nactus.] Glossæ: Sectors βιάνης. ὁ ἀπόδαμτος, ὁ ἀγρογίλων νοτίας. Cognitor autem & sector pene idem. Est autem is, qui sectionibus præest, cujus munus cognitura dicitur. Ovidius:

*Apertus hæc capiant vadimoniam garrula
cera,*

Quas aliquis duro cognitor ore legat.

Glossæ:

compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cu-
jusdam furnariam exercentis filia, equitem Rom. ge-
nerit. Sed quod discrepat, sit in medio. Caterum
P. Vitellius domo Nuceria, sive ille stirpis antiquæ, si-
de pudendis parentibus atque avis, eques certe Roma-
nus, & rerum Augusti procurator, quatuor filios am-
plissima dignitatis cognomines, ac tantum prænominibus
distinctos, reliquit, AVLUM, QUINTUM, PUBLIUM
& LUCIUM. AVLVS in consulatu obiit, quem cum
Domitio Neronis Caesaris patre inierat: prælautus alio-
qui, famosusque cænarum magnificentia. QVIN-
TVS caruit ordine, cum auctore Tiberio secerni minus
idoneos senatores, removerique placuisset. PUBLIVS
Germanici comes Cn. Pisone inimicum, & interfe-
ctorem ejus accusavit condemnavitque: ac post prætu-
ra honorem inter Sejani conscios arreptus, & in custo-
diam

Glossæ: Cognitor, *ἰνδix* Ⓞ. Est ergo
proprie qui compendii sui causa nul-
lum non manubiarum genus experitur.
Ios. Scaliger.

Ex muliere vulgari.] Vulgaris mulier
est, quæ sui copiam facit, seque vulgat,
quomodo & à Jurisconsultis usurpatur.
Turnebus. Ovid. lib. 1 v. Pastor.

Nomina vulgares Veneris celebrate
puella.

Domit. cap. XXI. nataretque inter vul-
garissimas meretrices.

Cujusdam furnariam exercentis.] Fur-
naria absolute positum pro furnaria ne-
gotiatio. sic lignaria negotiatio apud Ca-
pitolinum, & id genus alibi multa. In
Glossario exponitur *furnarius*, ἰνδix Ⓞ-
ϑις, κρημνωκωϑις: sed ea interpre-
tatio ministro potius furnarii quam
furnario conveniat. Casaub.

Domo Nuceria.] Sic Virgil. Qui ge-
nus? unde domo? Horat. quoque, unde

domo quis, Cujus fortuna. Frequens in
antiquis marmoribus, ut post tribum
etiam patriæ nomen elogii, militum
maxime, apponatur. Romæ in ædibus
Maffæorum L. CASSIVS L. E. ROM. NI-
GER DOMO A TESTE MIL. COH. I. PR.
MIL. ANN. XVII. VIX. ANN. XXXVII.
Iterum L. PINARIO L. F. SCAPTIA
MATERNO FLORENTIA MIL. COH.
XII. VRB. VIX. ANN. XXX. MIL. ANN.
VII. Sed & Seneca Consolatione ad
Helviam: *Iube* (inquit) omnes istos ad
nomen citari, & unde domo quisque sit,
quare. Torrent.

Quintus caruit ordine.] Q. Vitellium
inter eos numerat Tacit. lib. 11. An-
nal. quos Tiberius Senatu movit, aut
sponte abire passus est. Sueton. igitur
nove dixit caruisse eum ordine, quo de-
jectus sit. Idem.

Fratri datus.] Ut à fratre custodire-
tur: quod in Catilinæ quoque conju-
ratione est factum, ut consilii partici-

diam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit, nec tam mortis pœnitentia quam suorum obtestatione obligari, curarique se passus, in eadem custodia morbo periit. LVCIVS ex consulatu Syria præpositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus, non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus, censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica: vir innocens & industrius, sed amore libertina perinfamis, cujus etiam salivis melle commistis, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam arterias & fauces pro remedio fovebat. Idem miri in adulando ingenii, primus C. Casarem adorari ut Deum instituit:

CUM

pes aliquot horas privato custoditi sint. Sabellicus. Tacitus Ann. v. de P. Vitellio, & Pomponio Secundo: neque aliud periclitantibus auxilii quam in fratrum constantia fuit, qui vades exstiteret.

Scalpro librario.] Græci σμίλλω, ut in epigrammate Iuliani quo continetur scribæ suppellex, σμίλλης τ' ὄξυτόμεν κρηπίδα. Latini sicilam vocant. Glossarium, Sicili, σμίλλα χαρτοτόμε. Arnobius vocem similam pro Latinitate donata usurpat libro quinto: nisi legendum ibi sicilam. Casaub. Tacitus: Crebris prolationibus spem ac metum juxta gravatus Vitellius, petito per speciem studiorum scalpro, levem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finivit. Huc Stoicum illud Senecæ refer: scalpello aperiri ad illam magnam libertatem viam, & puncto securitatem constare.

Lucius ex consulatu Syria præpositus.] Dio lib. LVIII. Tacitus in anno urbis DCCCLXXXVIII. Sueton. lib. IIII. cap. XIV. Et eâ præfecturâ, ut in Iudæos benignus, non uno in loco à Iosepho laudatus est.

Ad veneranda legionum signa.] Hoc est (opinor) quod Dio narrat non solum coactum à Vitellio pacis condiciones accipere, filiosque obsides dare, verum etiam Augusti, & Caii statuis sacrificare. Imperatorum sane imagines signis imponebantur. Historiam latius enarrat Ioseph. lib. XVII. Antiq. Terrent. Vid. ad cap. XV. Calig.

Ordinarios.] Consules ordinarios opponi sufficit, alibi dictum.

Salivis melle commistis.] Refert Seneca cognovisse se quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum, fascia uxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præsentia ejus carere poterat, potionemque sibi nullam, nisi alternis tactam labris vir & uxor hauriebant. Beroald.

Cajum Casarem adorari ut Deum instituit.] Quem morem postea retulit Diocletianus, mansitque ex parte etiam sub insecutis principibus, quorum saluatio habuit aliquid adorationis immixtum. Casaub. Festivum Vitellii responsum, quod sciscitanti de divinitate sua

sua

cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. Claudium uxoribus libertisque addictum ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messallina petiit, ut sibi pedes præberet excalceandos: detractumque socculum dextrum, inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnumquam osculabundus.

Nar-

sua Caligulae dedit, habes è Dione ad cap. XXI. Calig.

Capite velato.] Ut Deos, sic Caesarem religiose adibat Vitellius. Vnde Plinium intelligimus operis sui præfatione ad T. Vespasianum, cum ait, Te quidem, in excelsissimo humani generis fastigio positum summa eloquentia, summa eruditione præditum, religiose adiri etiam à salutantibus scio. De gestu vero habituque Deos adorantium ut pulchre hoc loco Sueton. sic Lucret. lib. v.

Nec pietas ulla est velatum saepe videri
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere
ad aras,

Nec procumbere humi prostratum, &
pandere palmas
Ante Deum delubra. —

Curtius lib. IIII. Ille in candida verbenas manu præferens, capite velato, præibat preces Regis. In nummis etiam, & marmoribus sacrificantes fere velato capite cernimus. Plura Macrobi. Saturnal. l. I. cap. VIII. Servius in illud Virgilii, Purpureo velare comas adopertus amictu, & Plutarchus Quæst. x. Rerum Rom. Accedat quod positus pænulis adiri Deos ex Tertulliano notavimus Claud. cap. VI. Torrent.

Circumvertensque se.] Adorationis vetus hic, non apud Romanos modo, sed & apud alias plerasque gentes ritus fuit, ut dextra manu labris admota, & ad osculum relata priore digito in erectum pollicem residente, capite submisso, corpus dextroorsum circumagerent. Plin. lib. XXVIII. cap. II. In adorando, dextram ad osculum referimus,

totum corpus circumagimus: quod in lævum fecisse Galliae religiosius credunt. Plautus in Curcul.

PM. Quo me vortam nescio,

PA. Si Deos salutas, dextroorsum censeo.

Ovidius lib. III. Fastorum:

Atque aliquis modo tunc visa jam vertitur aræ.

Apulej. lib. IV. Asin. aur. Et admoventes oribus suis dexteram priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosius adorationibus venerabantur. Minutius Felix Octavio: Cæcilius simulacro Serapidis viso (ut vulgus superstitiosus solet) manum ori admoventem osculum labiis pressit. Pithœus.

Pro maximo munere.] Cod. Salmaf. proximo munere. quod auget indignitatem, si id populo inspectante factum intelligas.

Socculum dextrum inter togam tunicamque gestavit.] Minus erit indignationis, si meminerimus, soccis aureis qui etiam lapillis fulgerent, usos veteres, qua foeminas qua viros ἀβρατίονες propterea non cum cæteris calceamentis promiscue habebantur, sed in thecis servabantur, quas σαρδελόφιγγες Menander appellavit. Noti etiam sandaligeruli & sandaligerula ex comœdiis. Casaub. Plin. lib. IX. cap. XXXV. loquens de margaritis, Quin & pedibus, (inquit) nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt. Vide Calig. cap. LII.

Narcissi quoque & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Hujus & illa vox est, Sæpe facias, cum
 3 *seculares ludos edenti Claudio gratularetur. Decessit paralyfi altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia probatissima, nec ignobili fœmina, editos consules vidit: & quidem eodem ambos totoque anno, cum majori minor in VI. menses successisset. Defunctum Senatus publico funere honoravit: item statua pro Rostris, cum hac inscriptione, PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM. Avlus Vitellius L. filius IMP. natus est VIII. Kalend. Octobris, vel, ut quidam, VII. Idus Septembris, Druso Cesare, Norbano Flacco Coss. Genituram ejus prædictam à mathematicis, ita parentes exhorruerunt, ut magno opere semper contenderit pater ne qua ei provincia vivo se committeretur: & mater missum ad legiones, & appellatum Imperatorem pro afflictio statim lamentata sit. Pueritiam primamque adolescentiam Capreis egit, inter Tiberiana scorta, & ipse per-*
 pe-

Inter Lares.] In Larario: qui locus est, in quo Lares, & dii domestici coluntur.

Ex Sextilia probatissima fœmina.] De qua Tacitus: nullis postea Fortuna illecebris in gaudium erecta, domus suæ tantum adversa sensit.

Eodem ambos totoque anno.] Quo pater ipse L. Vitellius ter Cos. cum Claudio Imperatore etiam Censor fuit, ac norissimum illum censum egit, de quo Tacitus. A.V.C. ut Onuphrius computat, DCCCL.

Publico funere.] Arbitror Funus publicum & indictivum, eadem: nec aliud esse, quam cum justitium indicitur, & publicus luctus. Censorium, cujus Tacitus Ann. IV. meminit, par-

tem ejus esse: id est, ut omne Censorium funus Publicum sit (qui enim aliter potest?) at non omne Publicum, Censorium. Ut inter magistratus, honoratissimi Censores, ilque cumulus quasi reliquarum dignitatum, sic inter funera illud primo loco. Publico autem funeri opponitur *tacitum*, id est, sine pompa, sine designatore, sine ludis, præcone, indictione, silens & quietum. Seneca de tranquillitate lib. I. cap. I. *Quid opus est seculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es. minus molestiarum habet funus Tacitum.* Lipsius.

Pro afflictio lamentata.] Sic Calig. cap. XIII. *prope afflictæ domus.*

Tiberiana scorta.] Scorta ergo vocantur

petuo spintriae cognomine notatus: existimatusque corporis gratia initium & causa incrementorum patri fuisse. Sequenti quoque aetate omnibus probris contaminatus, praecipuum in aula locum tenuit: Cajo per aurigandi, Claudio per alee studium familiaris. Sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem haec, tum peculiari merito: quod praesidens certamini Neronico, cupientem inter citharædos contendere, nec quamvis flagitantibus cunctis promittere audentem, ideoque egressum theatro, revocaverat quasi perseverantis populi legatione suscepta, exorandumque praebuerat. Trium itaque principum indulgentia, non solum honoribus, verum & sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africae posthaec, curamque operum publicorum administravit: & voluntate dispari, & existimatione. In provincia singularem innocentiam praestitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substituitur.

tur etiam pueri meritorii. Livius lib. xxxix. Philippum Pænum, carum ac nobile scortum. Sex. Aurelius de Domitiano: Injuria verborum qua se scortum vocari dolebat accensus Antonius. Ex quibus omnibus locis, adversus viri docti discrimen, scorta vocari pueros non meritorios tantum, qui mercede se prostituunt, verum etiam eos quos catamitos ac concubinos honestius appellabant manifestum est. Torrent.

Et ipse perpetuo spintriae cognomine notatus.] Ego spintriam cum accipio, qui muliebria patitur, seque aliis abutendum praebet: certe pro spintria Dionis compendium πρὸς ἄρχοντα dicit, id est, prostitutum & stuprum passum: sed & spintrias à patientia nominatos Tacitus ostendit. Nam in ejus verbis loci scditatem ad sellarios refero, multiplicem patientiam ad spintrias, quare

cum effeminati essent, in eis spinter effeminatur, & spintriae vocantur: unde origo appellationis. Turnebus. At Sabellici derivationem ad cap. xliii. Tiber. firmat, & quod hic Codex Salmas. pro spintrias habet Spintherias, & quod istuc additur, ut adspetu deficientes libidines excitaret. Sed talibus immorari, putidum est.

Præsides certamini Neronico.] Ner. cap. xii.

Trium principum.] Caligulam, Claudium & Neronem significat.

Curamque.] Inter officia ab Augusto excogitata cura operum publicorum, viarum, aquarum, & alvei Tiberis. Aug. cap. xxxvii.

Cum succedenti fratri legatus substitutus fuisset.] Substitui dicitur ille, qui vacuum desertione alterius locum occupat: quod hic de Vitellio dici posse non

substitutus esset. At in urbano officio dona atque ornamenta templorum surripuisse, & commutasse quaedam, ferebatur: proque auro & argento, stannum & aurichalcum supposuisse. Vxorem habuit Petroniam, consularis viri filiam, & ex ea filium Petronianum, captum altero oculo. Hunc heredem à matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit: brevi que, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii, & quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam pretorio patre. Ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit: sed marem, titubantia oris prope mutum, & elinguem. A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem missus est.

7 Adjutum putant T. Vinii suffragio, tunc potentissimi & cui jam pridem per communem factionis suae favorem

non videtur. Legendum est cum libro Memmii, cui & alii è nostris assentiuntur, *substitisset*. quum exacto tempore administrationis annuæ provincia excedendum esset Vitellio, illè substitit, ut fratri sibi succedenti legatum ageret.

Casaub.
Stannum.] Cod. Salmasii stagnum. G, pro N, ponebatur apud antiquos, sequente videlicet alio G, aut C, aut N. de quo Varro lib. 1. Analog. Sic *aggu-lus, aggens, agguilla, iggerunt* dicebant. Ita & stagnum pro stannum Plautus usurpavit: Muriaticam autem video in *vasis stagnis*.

Aurichalcum supposuisse.] Virgilius *Aeneid. XII.*

Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco

Circumdat loricae humeris.

Apud majores orichalcum pretiosius omnibus fuisse metallis, Servius in cum locum notat, & ex Lucretio fabu-

lam addit. Quanquam non plane de nihilo sit quod dicit. Nam & Plinius alicubi scribit, aurichalcum in usu gemmarum diu apud veteres in admiratione fuisse. nempe, quod auri vice eo uterentur ad includendas gemmas. Plautus quoque in *Milite Glorioso*, Ego, inquit, *istos mores orichalco contra comparem*. Album poeta dixit, non quod eo colore proprie sit, sed auri comparatione. Orichalcum vero, ut Græci *ὀρείχαλκον*. Porro, Vitellium sacrilegii exemplo prævit Julius Cæsar, qui in primo consulatu, ex illa arce religionum Capitolio, tria millia pondo auri furatus, tantumdem inaurati æris reposuit. Cæf. cap. LV. *Schildius.*

Manu emisit.] Per emancipationem exemit patriæ potestati.

Per communem factionis suæ favorem.] Lib. unus factionis Venetæ favorem, & ascriptum, *alias suæ*. Ego suæ retineo, & Venetam interpretor, cui ita favit
Vitel-

rem conciliatus esset : nisi quod Galba præ se tulit , nullos minus metuendos quam qui de sola victu cogitent : ac posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam , ut cuivis evidens sit , contemptu magis quam gratia electum. Satis constat exituro viaticum defuisse , tanta egestate rei familiaris , ut uxore & liberis , quos Romæ relinquebat , meritorio cœnaculo abditis , domum in reliquam partem anni ablocaret : utque ex aurè matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas. Creditorum quidem præstolantium ac detinentium turbam , & in iis Sinuessanos Formianosque , quorum publica vectigalia interverterat,

NON-

Vitellius, ut Veneto indutus habitu ipse aliquando abstergendis equis operam suam Circo præstiterit. Auctor Xiphilin. Eidem ergo factioni cum faveret etiam Vinius , ejus patrocinio provinciam adeptus est. magna enim (quod ait Satyricus) inter molles concordia. Torrent. Lektionem Veneta Cod. Salmat. defendit.

Meritorio cœnaculo.] Sic Aug. c. XLV. ex amicorum libertorumque cœnaculis. Frequens ICTIS. pro superiore ædium contignatione , quo scalis ascenderetur. ibi enim tenuiores fere distinctis mansionibus habitabant. Plura ad Horat. Ep. 1.

Quid pauper? Ride, mutat cœnacula. Torrent. Alibi annotavimus , quemadmodum cœnacula inquilinis locabantur, quæ meritoria dicuntur: & qui cœnacula locabant , eumque quæstum exercebant , facere cœnaculariam dicebantur. Beroaldus.

Detractum unionem.] Gloria erat fœminarum , ut inquit Plinius noster in 1x. binos ac ternos uniones auribus suspendere. Idem in x 1. de auribus scribens ait : Nec in alia parte fœminis majus impendium margaritis dependentibus : in Oriente quidem , & viris aurum

gestare eo loci, decus existimatur. In hanc sententiam est illud luculente dictum à Seneca severissimo Romanæ luxuriæ castigatore in sexto de Beneficiis : *Video uniones bina , ac terna patrimonia auribus singulis pependisse.* Beroald. Cum vero Sextilia , antiqui moris fœmina , sicut Tacitus eam vocat, tanti pretii unionem auribus suspenderit, minus sane mirandum de Cleopatra ac Metella.

Detinentium.] Sicut & creditores Iulium Cæsarem detinuerunt parantem iter in Hispaniam , quos interventu sponsorum removit.

Sinuessanos.] Sinuessa in sinu Sitalino sita est , & à sinu nomen gerit : in proximo thermæ ad quosdam morbos pellendos efficacissimæ. Strabo. Tacitus Ann. xii. de Claudio : *resolvendis viribus mollitie cæli & salubritate aquarum , Sinuessam pergit.* Apud eandem aquas , Tigellinus supremæ necessitatis nunciam accepit. Hist. 1.

Quorum publica vectigalia intervertebat.] Quare tollendam censet vocem *vectigalia* vir doctus? an quia *publicum* ἀπὸ πῶς aliquando dicitur τὸ πέλαιον, ideo vera erit ejus sententia? quasi vero non multo sæpius aliter loquantur optimi auctores : quos omnes itemque aliquot

*nonnisi terrore calumnie amovit: cum libertino cui-
dam acerbius debitum reposcenti, injuriarum formu-
lam, quasi calce ab eo percussus, intendisset, nec aliter
quam extortis quinquaginta HS. remisisset. Adve-
nientem male animatus erga principem exercitus,
pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus ex-
cepit, velut dono Deum oblatum ter consulis filium eta-
te integra, facili ac prodigo animo. Quam veterem
de se persuasionem Vitellius recentibus etiam experi-
mentis auxerat, tota via caligatorum quosque mi-
litum obvios exosculans: perque stabula ac diverforia,
mulionibus ac viatoribus prater modum comis: ut ma-
ne singulos jamne jentassent sciscitaretur, seque fecisse
8 ructu quoque ostenderet. CASTRA vero ingressus
nihil cuiquam poscenti negavit: atque etiam ultro igno-
miniosis notas, reis sordes, damnatis supplicia demisit.*

Qua-

aliquot veteres inscriptiones corrigan-
mus oportet, si locum daturi sumus
huic emendationi. *Cesaub.*

Injuriarum formulam.] Vide Claud.
cap. xiiii. *formula excidere.*

Aetate integra.] Aug. cap. xix. *neque
aetate, neque corpore integri.*

Prodigo animo.] Cum liberales ma-
xime omnium, ut inquit Aristoteles
in Ethicis, diligentur, merito prodi-
gus Vitellius fuit acceptus militibus:
cum prodigalitas liberalitatem imite-
tur, & plerumque luxuria specie libe-
ralitatis imponat. *Beroald.*

Caligatorum quoque.] Aug. cap. xxv.

Perque stabula.] Stabulum non solum
significat receptaculum equorum, &
jumentorum, ut vulgo dicitur, sed etiam
accipitur pro caupona, & pro hospitio.
Inde stabularii, de quibus titulus est ap-
ud Iurisconsultos, dicti, qui exercent,
ut ita loquar, stabulariam: & mulio-
nes viatorisque accipiunt. Apuleius:

*Quod primum ingressus fueris stabulum
prandio participabo. Iurisconsultus ti-
tulo Pro focio, viatica meritoriorum,
& stabulariorum ait recte imputatu-
rum, si quis ex focis iter fecerit. Be-
roaldus.*

Notas.] Notæ apponi solent his, qui
ignominia fuerint notati. Unde Vitel-
lius tales notas demebat ignominiosis,
& ignominiam remittebat. Corn. Ta-
citus: *Redditus à Vitellio plerisque or-
dines, remissa ignominia, allevata nota.*
Idem.

Reis sordes.] Nove sed non ineligan-
ter, sordes pro veste fordida atque habi-
tu quo in reatu utebantur, ac conse-
quenter pro reatu dixit. Sordidati au-
tem incedebant non solum rei, verum
etiam propinqui & affines. De quo
Venuleius I. C. l. xxxix. De injuriis,
*Vestem sordidam rei nomine in publico ha-
bere, capillumve submittere nulli licet,
nisi ita conjunctus sit affinitate, ut invitus*

Quare vixdum mense transacto, neque diei, neque temporis habita ratione, ac jam vespere, subito à militibus è cubiculo raptus, ita ut erat in veste domestica, IMPERATOR est consalutatus: circumlatusque per celeberrimos vicos, strictum divi Iulii gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam: nec ante in Prætorium rediit quam flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidem consternatis, & quasi omine adverso anxiiis omnibus, inquit: Bono animo estote, nobis aluxit: nullo sermone alio apud milites usus. Consentiente deinde etiam superioris provincia exercitu, qui prius à Galba ad senatum defecerat, cognomen GERMANICI delatum ab universis cupide recepit:

AV-

in veum testimonium dicere cogi non possit. Quam vero sordidam Venulejus, squalidam vocat Vlpian. lib. xv. De injuriis, & obsoletam Valer. Max. l. vi. c. lxxx. de P. Rutilio. Torrent.

Neque diei, neque temporis habita ratione.] Diei, quod is forsitan religiosus aut nefastus esset: sicuti postea Allicensi die pontificatum maximum cepit. Temporis, quod in auspiciis negotiis certas plerumque diei horas observarent. Quo pertinet locus in Nerone cap. viii. inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem non aliud auspiciandi tempus videretur. Vide quæ inibi dicuntur. Schildius.

In veste domestica.] Ad horum discrimen forensis vocabant quibus in publico utebantur, Aug. cap. lxxiii.

Divi Iulii gladium detractum delubro Martis.] Sic Strabo lib. lxxx. & Plutarch. Cæsare, Gallos etiam scribunt monstrasse Cæsaris gladium suspensum in templo Martis. Alterum exemplum apud Tacitum lib. xx. de Nerone, qui

Scevini pugionem Iovi Vindici in Capitolio consecravit. Tertium videbimus inf. cap. x. Sed & sibi ipsi detractum pugionem Vitellius, postquam eum Consules, & Senatus recusassent, in æde Concordiæ deponere voluit. Addam & Horatii locum libro lxx. Od. v.

— *signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus sine cæde (dixit)*

Derepta vidi. —

Contigere autem ea de quibus hic Sueton. apud Coloniam Agrippinam, quam strictum tenens ensẽ Vitellius ingressus est, ut Romam Galba suspensio à cervicibus ante pectus pugione. Coloniam ergo, quanquam Cis Rhenum esset, inferiori Germaniæ attribuerunt Romani. Torrent.

Superioris provincia.] Scribit Plutarchus, exercitum, qui erat in Germania superiore, evertisse imagines Galbæ, & ad Vitellium, qui inferiori Germaniæ præerat, aberatque itinere unius diei, se contulisse.

An-

AVGVSTI distulit : CÆSARIS in perpetuum recusavit. Ac subinde cæde Galbæ annuntiata, compositis Germanicis rebus partitus est copias, quas adversus Othonem præmitteret, quasque ipse perduceret. Præmissis agmini latum evenit auspiciam : siquidem à parte dextra repente aquila advolavit : lustratisque signis, ingressos viam sensim antecessit. At contra ipso movente, statuae equestres cum plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt : & laurea quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit. Mox Viennæ pro tribunali jura red-

den-

AVGVSTI distulit : CÆSARIS in perpetuum recusavit.] Et Cæsar quidem nomen neque in nummis ejus, neque in marmoribus unquam vidi, Augusti vero persæpe. sic enim numisma aureum cum liberis ipsius, ab una parte A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Torrentius.

CAESARIS in perpetuum recusavit.] Tacitus Histor. II. Præmissis in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsar non reciperet, cum de potestate nihil detraberet. At non perpetuo ab illius tanti nominis usurpatione abstinuit. Sic enim idem Tacitus, in extremis Vitellii rebus, Histor. III. Quin & Cæsarem se dici voluit, asperratus antea. sed tunc, superstitione nominis, & quia in metu consilia prudentium, & vulgi rumor juxta audiuntur. Initio vero principatus abnuendi forsan causa fuit, ut animi magnitudinem ostentaret, qui alieni nominis præscriptione tueri imperium suum nollet, sicuti nec Augusti vocabulum continuo admisit: vel certe, ut invisus reip. nominibus abolitis, æquioris principatus spem civibus præberet. Schildius.

Partitus est copias.] Vitellius duos duces, duo itinera bello destinavit: nam Fabius Valens in Italiam ex Cottia-

nis Alpibus irrumpere jussus cum exercitu, Cecinæ triginta millia armatorum data, cum quibus per Apennini juga descenderet: suas quoque Vitellius copias supplevit, tota mole belli secuturus.

A parte dextra aquila.] Quædam aves auspiciam faciunt ratum à sinistra, ut cornix: quædam à dextra, ut corvus, & aquila: &, ut autor est Seneca in secundo Quæstionum, aquilæ honor datur, ut magnarum rerum faciat auspicia. De his alibi dictum.

Lustratisque signis.] Lustrare circumire est. Ut aquila, primum circumvolaverit agmen, deinde leni meatu, nullo gaudentium militum clamore territa, tanquam dux vitæ præcesserit. Vide Virgil. Æneid. VIII.

Lustrat Aventini montem. Torrentius.

Cruribus.] Equestrium statuarum. Equestres vero statuae, ut inquit Plinius in XXXIII. Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Equestrium statuarum origo perquam verus est, cum fœminis etiam honore communicato: Clæliæ enim virgini statua equestris fuit posita. Beroaldus.

Galli-

denti, gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite adstitit. Quibus ostentis par respondit exitus: nam confirmatum per legatos suos imperium, per se retinere non potuit. De Bebriacensi victoria, & Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit: nihilque cunctatus, quidquid pratorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctoravit edicto, iussas Tribunis tradere arma. Centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat, exposcentium premia, ob editam in cede Galbae operam, conquiri, & supplicio affici imperavit: egregie prorsus, atque magnifice, & ut summi principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex natura, & priore vita sua, quam ex Imperii majestate gessisset. Namque itinere inchoato, per medias civitates ritu triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis navigiis, & variarum coronarum genere redimitis inter profusissimos opsoniorum

ap-

Gallinaceus.] Quid hoc portenderit, ipse post Sueton. explicat, venturum nempe in alicujus hominis Gallicani potestatem. Quod mihi sane frigidum videtur. Gallus quem Martis pullum vocat Aristophanes, viri pugnacis atque invicti symbolum est, qualem insultaturum ejus capiti ostentum significat. Adde proverbium, ἀλεκτρὺν ἀπιπιδῶν. Torrent.

Ut pessimi exempli.] Pessimum exemplum præbuerant pratoriani erga Imperatorem, dum deserunt Galbam, & Othonem ipsi sine Senatus populique autoritate faciunt Imperatorem. Igitur ne in posterum milites talia audent in principem, Vitellius pratorianos exauctoratos iussit arma tradere Tribunis. Ita Cæsar apud Lucanum seditiosos & desertores militiæ arma reddere jubet. sic enim inquit:

Vadite, meque meis ad bella relinquitte fatis:

Invenient hæc arma manus, vobisque repulsis

Tot reddet fortuna viros, quot tela vacabunt. Beroald.

Exauctoravit edicto, iussas tribunis tradere arma.] Pulchre huic loco convenit illud Ulpian. l. 11. De his qui not. infam. Sed & si eum exauctoraverit, id est, insignia militaria detraxerit. Eodem spectant l. 1111. §. non omnis, & l. vii. De jure militari. Torrent.

Egregie.] Cod. Salmaf. agia, quod ad regie accedit, nonnullis comprobatur.

Perque flumina delicatissimis navigiis.] Cujusmodi erant Ptolemæorum regum Παλαμνηζαὶ πλοῖα, de quibus Appianus & scriptores alii multi. vel illa Cilicum piratarum navigia, de quibus Plutarchus in Pompeio. Casaub.

Y y

Necens

apparatus, nulla familiae, aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens, qui non contenti epulo ubique publice prabito, quoscumque libuisset, in libertatem asserebant, verbera & plagas, saepe vulnera, nonnumquam necem representantes aduersantibus. Utque campos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam cadaverum tabem, detestabili voce confirmare ausus est: Optime olere occisum hostem, & melius civem. Nec eo secius ad leniendam gravitatem odoris plurimum meri propalam hausit, passimque divisit pari vanitate, atque insolentia. Lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens, dignum eo Mausoleo ait: pugionemque quo se is occiderat, in Agrippinensem coloniam misit, Marti dedicandum. In Apennini quidem jugis etiam pervigilium egit. VRBEM denique ad classicum introiit pa-

Necem representantes.] Sic Virgil.

Prasentemque viris intentant omnia mortem.

Sup. Claud. cap. XXIII. tormenta representare.

Detestabili voce confirmare ausus est.]

Erant quos varia fors rerum, lacrymaeque & misericordia subiret. at non Vitellius flexit oculos, nec tot millia insepulcorum civium exhorruit. laetus ultero & tam propinqua fortis ignarus, instaurabat sacrum diis loci. Tacitus.

Optime olere hostem.] Vox Vitelliana plane sanguinaria, ac detestabilis, quae non abhorret ab illa truculenta Annibalis voce, qui cum fossam sanguine humano plenam vidisset, dixisse proditur: *O formosum spectaculum!* Potest huic Vitellianae voci execrandae comparari proclamatio illa nefaria Volesi Afiæ proconsulis: qui cum trecentos una die securi percussisset, incedens intra cadavera vultu superbo, quasi ma-

gnificum quiddam, conspiciendumque fecisset, proclamavit: *O rem egregiam!* Fuit ejusdem Vitellii illa quoque vox sævissima, qua se pavisse oculos, spectata Blefi inimici morte, jactavit. Beroaldus.

Marti dedicandum.] Sup. cap. V. III.

Marti.] Germani inter cæteros deos Martem colunt, quem animalibus placant: quamvis Cæsar in Commentariis prodiderit, deorum numero eos solos à Germanis existimari, quos cernunt, videlicet Solem, Vulcanum, & Lunam. Quod autem & Herculem venerentur, & Martem, testis Tacitus in libro de situ Germaniæ. Beroaldus.

Etiam pervigilium egit.] Marcellum Donatum vide ad cap. LV. Calig.

Urbem denique ad classicum.] Galba pugionem præferens, Vitellius ad classicum Urbem introiit. Vtrumque Imperii signum est. De gladio passim Icti. De classico sic Veget. lib. I. cap.

ludatus, ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis, omni divino humanoque jure neglecto, Alliensi die pontificatum maximum cepit: comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum Consulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ reip. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit: ac sollenni convivio citharæ dum placentem palam admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret, inchoantique Neroniana cantica, primus exsultans etiam plausit. Talibus principiis magnam Imperii partem, non nisi¹² consilio & arbitrio vilissimi cujusque histrionum & aurigarum administravit: & maxime Asiatici liberti.

XXII. *Clasficum appellatur quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur Imperii, quia clasficum canitur Imperatore presente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur, quia hoc ex Imperatoris legibus fieri necesse est. Adde Varronem lib. v. De Lingua Lat. ubi de supplicio T. Quinctii Trogi, & Senecam lib. i. De ira cap. xvi. Torrent.*

Introit paludatus.] At Tacitus, amicorum consilio deterritum, sumpta prætexta, & composito agmine incessisse scribit.

Alliensi die.] Fuit hic dies ad quintumdecimum Calend. Sextil. duplici clade insignis. Namque eodem prius die ad Cremeram Fabii cæsi: deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum est. Romani hunc diem à posteriore clade Alliensem appellarunt, insignemque rei nullius publice, privatimque agenda fecerunt: author Livius in vi. *Beroald.* Majores nostri funestio-rem diem esse voluerunt Alliensis pugne, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Itaque alter etiam

nunc religiosus dies, alter in vulgus ignotus. Cicero.

Comitia ordinavit.] Sensus est: Magistratus, qui comitiis, comitialibusque diebus quotannis creari solebant, à Vitellio per decem annos ordinati sunt, ut ita per decennium minime foret opus habere comitia magistratuum causa. *Beroald.*

Seque perpetuum consulem.] Vetus inscriptio, A. VITELLIVS. L. F. IMPERATOR COS. PERP. *Casaub.*

Vt & aliquid de Domitio diceret.] Id est, caneret aliquod *αἴσμα*, promptum ex libro canticorum Neronis. sed quare potius de Domitio quam de Nerone? an Nero volumini à se edito indicem fecerat *Domitii cantica*? at Pithœi cod. *de dominico.* ut puto non absurde: ita enim videtur appellatum ab assentatoribus vivi Neronis liber canticorum ejus, rerum domini. quam vocem refert nunc Vitellius, non sine allusione ad tempora Neronis, quæ revocare studebat. *Casaub.* Etiam Salmas. Cod. *de dominico.*

ti. Hunc adolescentulum mutua libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscam vendentem deprehendisset, coniecit in compedes, statimque solvit, & rursus in deliciis habuit: iterum deinde ob nimiam contumaciam & ferocitatem gravatus: circumforaneo lanistæ vendidit, dilatumque ad finem muneris repente surripuit, & provincia demum accepta manumisit: ac primo Imperii die aureis donavit anulis super cænam, cum mane rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam. Sed vel præcipue luxuria sevitiæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam

riam

Poscam vendentem.] Poscam quamplurimi Grammatici loram esse suspicantur: ego semper apud Plinium, *oxy-crismum*. Qui zythum apud eum esse existimant, nugantur. Ipse enim posca & zythi, ut diversarum potionum, mentionem infert. Nec vero, ut tradunt, è farina in aqua decocta, priscorum zythus conficiebatur, nec de eo posca nomine loquuntur historici. *Brodens.* Hieronymus Mercurialis docet, vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebecula vènire solitum, quod poscam appellarint: &, sicut escam pro cibus, ita poscam pro potibus esse antiquitus usurpatam: posculenta item pro potulentis legi. Onomasticus: *Posculentum*, *ποπυγον*. At Æ. Spartianus in Adriano, leviter intuenti, inter cibos referre videatur. Sic enim ille: *Cibus etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est, larido, & caseo & posca.* nisi forte generalius, pro omni alimento, cibi nomen acceperit.

Deprehendisset.] Cod. Salmas. *reprehendisset.* quod Torrentio quoque placuit. Calig. cap. XLV. *veluti profugos ac reprehensos in catenis rediit.* Livius lib. XXXIIII. *Adeo turbata erant dextra alæ equites, peditesque, ut quosdam Con-*

sul manu ipse reprehenderet.

Circumforaneo lanistæ.] De lanistis, qui emunt, docentque familias gladiatorias, alibi dictum est. Circumforaneus autem lanista dicitur, qui circumfora multa discurret, versaturque, ut gladiatores vel emat, vel munerariis vendat. *Beroald.*

Dilatum ad finem muneris.] Sensus est: Vitellius furtim, clanculumque surripuit Asiaticum lanistæ, cum extremo loco productus digladiari deberet in spectaculo gladiatorum. *Idem.*

Provincia accepta.] Germania inferiore.

Aureis donavit anulis.] Antea quidem etiam anulus aureus à magistratibus dabatur, sed non ut eos quos donarent, equites Rom. facerent, quos à Censoribus fieri equo publico attributo oportuit, sed ut eos eo jure afficerent, quo quidem essent, si lecti equites à Censoribus essent, quorum illud est præcipuum, ut lege Roscia in XIII. gradibus considerent. Neque vero solum ingenui sed etiam libertini sæpe aureo anulo sunt donati, eo nimirum consilio, ut eis non equestris modo ornamenta, sed etiam ingenuorum jura ea largitione tribuerent. *Sizonius.*

Rogas.

viam dispertiebat : in jentacula & prandia & cœnas, comissionesque: facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die:

nec

Rogantibus pro eo cunctis.] Tacit. exercitum rogasse dicit. Sueton. ergo cunctos cum ait, milites intelligit.

In jentacula & prandia & cœnas, comissionesque.] Dio totidem nominat, ἅχ' ὅλης τ' ἡμέρας οἱ αὐτοὶ εἰσίων αὐτὸν, ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκροτίστου παρρηχόν, ἄλλοι δὲ δρυσήσων, ἕτεροι δὲ δειπνον, ἕτεροι δὲ μελαδὸρπια ἰενω πλησμονῆς ᾧ δαμύδιαι.

Jentacula.] Cod. Salm. Jantacula. Sicut antea jantassent pro jentassent. Repetiri autem in Glossariis jantare pro jentare, constat.

Comissionesque.] Commissari proprie, est post cœnam epulari: quod in Domitiano aperte significatur cum ait: Convivabatur frequenter, & large, sed pene raptim, certe non ultra solis occasum, nec ut postea comessaretur. Consimiliter Livius lib. xi. refert Demetrium post cœnam, qua sodales acceperat, dixisse, Quin comissatum ad fratrem imus? Idem post paulum ait: Comessatores tanquam ad cœnam suam venientes aditu januae arceat. Item convivam separat à comessatore, tanquam conviva ad convivium, cœnamque vocetur, comessator vero post cœnam ad comessionem. Sic enim loquitur apud eundem Perseus criminans fratrem Demetrium: Convivam me tibi committere ausus non sum: comessatorem te cum armatis recipiam? Ab eo igitur comessatio usurpatur in hoc significato, quo apud Tranquillum accipitur, ut scilicet accipiatur pro postcœnia. Cur enim non liceat nobis dicere postcœniam, sicut licuit veteribus dicere antecœniam, & domicœnium? In alia significatione comessiones accipiuntur apud Aristotelem, tanquam sint convivia ex collatione, symbolisque confecta, quæ Lacedæmonii Phi-

ditia, Cretes Andria nuncupaverunt: unde ait in secundo Politicorum: Comissiones phiditia nominant Lacedæmonii, apud quos unusquisque conferre habet, & si sunt pauperrimi: qui vero comissionum esse participes nequeunt, hi ad Reipublicæ gubernationem non admittuntur. Beroald.

Facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine.] Dio, καὶ τ' ἡμέρας καὶ τ' νυκτὸς ἐδαπάναι, ἀπλήτως τε ἐμφορέμεν, καὶ σιωχῶς πάντα ἐξεμῶν, οἷς μόνῃ τῇ παρόδῳ τ' σιτίων τρέφεται ἀφ' ἧ καὶ ἀνταρκεῖν ἠδυνάσθη. De vomitandi consuetudine, quod Cicero vocat extremo libro xiii. epistolarum ad Atticum ἐμελεκλῶ agere, Plinius libro xvi. capite iiii. Cornelius Celsus libro primo capite tertio. Iam inde ab Hippocratis temporibus mos fuit multorum, ut bis quot mensibus ἐμελεκλῶ agerent, quibus erat sua valetudo curæ. Apparet ex libro De salubri diæta. Philo de vita Caii, πολὺς ἀκροῦτος καὶ ἐψοφαγία, καὶ ἐπὶ πλήρεις τοῖς ὄστροις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμία, θερμολυσία τε ἀκροῦτοι ἐμελεῖται, καὶ δὴ πάλιν οἰνοφλυγία, καὶ ἐφεδροὶ γαστριμαργία. propter hanc consuetudinem obiectum à Magno Pompeio ingrato cuidam quem ditaverat, quod fecisset eum ἐκ πέναι καὶ ἐμεπτηνόν, de saepe esuriente, saepe rejicientem. Casaub.

Indicebat.] Plane ut Nero familiaribus suis sumtuosissimas cœnas indicebat, quorum uni mitellita quadragies us. constitit.

Aliud alii.] Ut apud alium pranderet, apud alium comessaretur. Solebat Heliogabalus quoque id genus convivia celebrare, ut apud amicos singu-

nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt. Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia à fratre: in qua duo millia lectissimorum piscium, septem avium apposita traduntur. Hanc quoque exsuperavit ipse dedica-

110-

los singuli ferculorum missus apparerentur.

Nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt.] Videtur legendum, minoris, &c. non minus. Dio de hac re ita habet. ὡς ἂν ὀλίγων ἡμερῶν διαλυσῶν, ἰκτὸν εἰς τὸ δεῖπνον μυραΐδας ἀναλώσας, &c. Corruptus locus, sed ex quo quadringenis millibus nummum legendum videatur. F. Ursinus. Quadringenis millibus, id est, decem coronatorum M.

Cœna ei data adventitia à fratre.] Solabant veteres tum Græci tum Romani advenientes peregre amicos lautiore convivio excipere. Athenæus ὀδοιπορικόν, Plutarchus Symposiacis ὑποδεχτικόν δεῖπνον vocant. Sueton. cœnam adventitiam. Plautus Bacchid. Act. 1. Sc. 11. viaticam. Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam. Iterum Act. 111. Sc. ult. salvus cum peregre advenis cœna detur. Et lepide Mostell. Act. 1 v. Scen. 111. cum Teuropides peregre se venire dixisset, prævertens Simo, promisi, inquit, foras, Ne me te ad cœnam vocare censeas. Eodem spectat tam sollicita Antiphonis excusatio Stichos Actus 1111. quod, qui fratribus duobus peregre advenientibus prior dare cœnam debuerat, ipse ab eorum altero vocari se passus fuisset. Quare, Cras, inquit, apud me eritis & tu & ille, cum vestris uxoribus. Cœnam talem Vitellio Principi frater dedit, quanquam & ipse una abfuerat. Sed & Horatius talem celebrat lib. 1. Od. xxxvi. cuius in vetustissimo cod. hæc inscriptio est, Eucharistice ad Numidam, amicum Lamiæ, redeuntem ab Hesperia. Martialis quoque

præfatione xii. adventoriam vocat epistolam quæ adveniēti amico obviam mittitur. Torrent.

Dedicatione patinæ.] De huiusmodi lautis patinis intellexit Satyricus cum dicit:

Et quadringentis nummis condire gulosum

Fictile.

nam patinæ in quibus lautiores cibi apponebantur, fictiles erant. Plinius lib. xxv. cap. xii. atque ut luxu quoque aliqua contingat auctoritas siglinis, tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia, una erat myxanarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis jam scilicet moribus, ut tamen eos præferre Græcis etiam Philosophis possimus. idem Iuvenalis:

Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus:

Argillam atque rotam citius properate. —

patina est λοπίς. Glossæ: patina, λοπίς. Meleager apud Strationem Sardinum ἐν τῇ ποιητικῇ μύσῃ:

Εἰ γὰρ σοὶ τίδ' ἔτερπν' ἄ πόροι θεός,
ὦ μάλιστα οἶον

Ἀρτύσης πύδων ἱμμερικῶ λοπίδα!

vides Romanam patinam proverbio Græco jactari de miscellanea patina, variis & exquisitis lautitiis referta. Iuvenalis:

— condire gulosum

Fictile, sic veniunt ad miscellanea ludi.

Sic Græcus poëta ἀρτύσης λοπίδα dixit quod Latinis condire gulosum fictile. Talis fuit patina Vitelliana. Et Ælopea, de qua Plinius, aves, inquit, in

ea po-

zione patina, quam ob immensam magnitudinem Clypeum Minervæ, αἰγίδα πολιέχης dictitabat. In hac scarorum jacinora, phasianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicopterum, muranarum lactes, à Carpathio usque, fretoque Hispania, per navarchos ac triremes petitarum, commiscuit. Ut autem homo non profun-

ea posuit aut cantu aliquo, aut humano sermone vocales, sex sestertiiis singulas coemptas. Salmasius. Vitellianam vero patinam idem Plinius decies n. s. id est, xxv. n. coronat. æstimat. Dedicacionem autem patinæ quod attinet, de variis veterum dedicationibus alibi Casaubonus dixit.

Clypeum Minerva.] Ingentem patinam suam clypeum Poliuchi Minervæ appellabat Vitellius, quod patina illa magnitudinem scuti Minervæ, quam Athenis fecerat Phidias, æquaret. Cum autem illa Minerva colossæa esset, amplitudinemque xvi. cubitorum æquaret: ejus etiã immensis clypeus erat, multis & operose cælatus argumentis. unde & patinarum paludes Vitellii memoriæ Mucianus exprobravit. Turnebus.

Πολιέχης] Poliuchi communi genere, ut Suidas ait, dicuntur, qui civitatibus imperant, eisque moderantur: alias dii tutelares dici possunt, seu custodes. Lilius Gyraldum vide, De diis gentium Syntagm. xi.

Scarorum jacinora.] In librorum antiquitatibus invenio, scarorum sacrorum jacinora. quibus piscibus sacri nomen attribueretur, scribit Athenæus. scarum etiam, Romani deperibant adeo, ut eum Jovis cerebrum dixerit Ennius: erant & quidam in lacubus & piscinis fortasse Dis sacri. Turnebus.

Phasianorum & pavonum cerebella.] Ocio qui abundat, ei inter Heliogabali & Vitellii luxum parallelismus ex Suetonio & Ælio Læpidio institui potest.

Phœnicopterum.] Sabellicum vide ad cap. xxi. Calig.

Muranarum lactes.] Partes sunt intestinorum, à Græco γάλακτι dictæ: cujus singulare est hac lactis. Titinius: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Plinius sentire videtur, lactes dici tantum in ovibus & hominibus. sic enim ait in xi. Ab hoc ventriculo lactes in oves, & homine, per quas labitur cibus. Plautus agninis lactibus vincendum esse dixit fugitivum: tanquam escaria vincula cæteris sint valentiora. Persius superstitiones sale Satyrice perfricans ait: Emeris auriculas pulmone, & lactibus unctis.

Beroaldus.

A Carpathio usque fretoque Hispania.] Hoc est ab extremis Imperii finibus Orientem versus & Occidentem. Legendum enim à Parthia usque, auctoribus libris scriptis. Lautos homines & populos Romanos aves à Parthis solitos petere, testatur Seneca Consolatione ad Helviam matrem. Casaub. Placet ut à Carpathio, fretoque Hispania legas: cui nostræ opinioni Columella ad stipulat: Sola, inquit, ex pretiosis piscibus muræna, quamvis Tartesiaci, Carpathique pelagi, quod est ultimum, vernacula, quovis hospes fretoperegrinum mare sustinet. Sabellicus. Pro Carpathio, quod sic dicitur ab insula Asiatica, stare etiam Plinius videatur, qui libro ix. cap. xvi. Nunc scaro, inquit, datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens.

Non profunda modo gula.] Respicit locum superiorem capite septimo, ubi similiter profundam gulam Vitellio tribuit. Sic locutus Seneca epist. lxxxi.

funde modo, sed intempestiva quoque ac sordida gula, ne in sacrificio quidem umquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra pane rapta è foco manderet, circaque viarum popines fumantia opsonia, vel pridiana atque semesa.

14 PRONVS vero ad cuiusque & quacumque de causa, necem atque supplicium: nobiles viros, condiscipulos & aequales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit: etiam unum veneno manu sua porrecto in aquæ frigida potione, quam is affectus febre poposcerat. Tum

fa-

& Apulejus in Apologia. Græci pari elegantia atque efficacia vocem βαθῶν usurpant. ut in illo Pauli Apostoli ὁ βαθῶν πλάτυ καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεῶν. & Plutarchus in Marcello Archimedi tribuit βαθῶν ψυχῆς καὶ θεωρημάτων πλάτων. Themistius oratione decima cuidam βαθῶν ἀγνοίας. dicitur & βαθύτης, ut in sexta Polybii historia, βαθύτης ψυχῆς. & apud Ciceronem ad Atticum, mea βαθύτης. quæ dicitur Sallustio in Iugurthino, altitudo ingenii. inde apud Athenæum libro nono, ὁ βαθύς τῆ φύσιν σπατηρῆς. Vopiscus in Numeriano: Denique erat altus, risit & tacuit.

altus, est βαθύς, vel βαθυγνώμων. ex eo dicta profunda mentis consilia, Quintiliano, declamatione xviii. Græci poëtæ βυσοδιδασκάλειον. Translatum dicendi genus à cultu arborum, declamant Æschyli de Amphiarao versiculi:

Βαθειῶν ἀλοκῶν ἀγὶ φρενὸς κερπύ-
 μω, (μαῖα.
 Ἐξ ἧς πὲ καδναὶ βλαστῆν βυλῶ-
 Casaubonus. De pecuniis luxu Vitelliano absorptis sic Tacitus: Ipse abunde ratas, si presentibus frueretur, nec in lan-

gius consultans, novies millies sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur. Novies millies sestertium, Budæi æstimatione summam non minorem ducenties vices quinquies centenis millibus coronatorum confecerit, seu, ut vulgo loquimur, xxii. millions cum dimidio. Confer nepotinos Caligulæ sumptus, in ejus vita c. xxxvii. Cod. Salmas. pro gula habet γυλα, quo firmantur ea, quæ de voce strangulatam ad Tiberium dicuntur.

Viscus.] Viscus non solum intestina significat, sed quicquid inter ossa & cutem est. Servius in illud Virgilii, & solida imponit taurorum viscera flammis. Æneid. vi. Lucretius quoque lib. i. quem citat Nonius,

— de paucillis atque minutis
 Visceribus viscus gigni, sanguenq; creari.
 Arnobius libro vii. Si aliquid viscus aris fuerit traditum, &c.

Farra è foco.] Numa Pompilius instituit deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atque far torrere, statuitque non esse putum ad rem divinam, nisi tostum. Idem fornacalia instituit, faris torrendi ferias. Plinius.

Allicefactos.] Multis illecebris invitatos.

Quam is affectus febre poposcerat.] Legimus,

fœneratorum & stipulatorum publicanorumque qui unquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix ulli pepercit. Ex quibus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque revocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram interfici iussit, velle se dicens pascere oculos: alterius pœnæ duos filios adjecit, deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad pœnam, Heres meus es, exhibere testamenti tabulas coëgit: utque legit coheredem sibi libertum ejus adscriptum, jugulari cum liberto imperavit. Quosdam & de plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit: contemptu sui & nova spe id ausos opinatus. Nullis tamen offensior quam vernaculis &

ma-

gimus, Petronem medicum dare solitum in potu aquam frigidam febricitantibus: qui si moverat sudorem, explicuisse se ægrum indicabat, si non moverat, plus etiã aquæ frigidæ ingerebat. Asclepiades quoque aquam frigidam tempestive dando ægros curabat. *Beron.*

Fœneratorum & stipulatorum.] Beneficium conjungit: nam quia usuræ non nisi ex stipulatione debebantur, quo incertiora erant nomina, eo majore opus erat cautione ne creditores defraudarentur. Id curabant *stipulatores*, ut enim actionum, judiciorumque, sic & stipulationum certæ erant formulæ, quarum periti contractibus fere adhibebantur. Docent id orationes Pro Quinctio, & Pro Cæcina, sed & liber 1. De legibus. *Quo me vocas? aut quid hortaris? An ut judiciorum, & stipulationum formulas componam?* Adde (si lubet) Plautum Pseudolo Act. 1. Sc. 1. & Act. 1111. Sc. vi. *Torrent.*

Venetæ factioni clare maledixerant.] Venetæ factioni favisse Vitellium, jam ante dictum. Simile Domitiani sævi-

tiæ exemplum cap. x. Justinianus vero, cum etiam tum Venetorum Prasinorumque factiones audirentur, Venetis pertinaciter deditus, ipsam rempublicam in discrimen dedit, ut autor est in *Ἀνεκδότοις* seu Historia Arcana Procopius. Quanquam ea conscribillet in isto libro, quæ ne apud credulos quidem fidem debeant invenire. Ea quippe de Justiniano in memoriam transfudit, quæ vix ulli inter monstra sua Suetonius tribuit. *Schildius.*

Et nova spe id ausos opinatus.] Cod. Salmas. *obstinatus.* Et *obstinare* quidem pro pervicaciter adfirmare, apud Plautum Aulularia, & Catonem in Q. Thermum legimus.

Quam vernaculis & mathematicis.] Merito vellunt viris doctis aurem isti *vernaculi*. quos enim sic appellat Suetonius? quare visum Iosepho Scaligero doctorum nobilissimo, nobilium doctissimo, scribere *vernaculis*, aut *vericulis*. Oracula & sortes vocabant *vera*. Julius Capitolinus: *Vates cœlestis apud Carthaginem quæ Deo repleta solebat vera*

mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat: exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat intra Kalend. Octobris urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus est propositus, & Chaldaeos dicere, Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam esset. Suspectus & in morte matris fuit, quasi agra praeberi cibum prohibuisset, vaticinante Cattamuliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti exstitisset. Alii tradunt ipsam tædio presentium, & imminentium metu, venenum à filio impetrasse, haud sane difficulter. OCTAVO imperii mense desciverunt ab eo exercitus Mæsarum, atque Pannoniae: item ex transmarinis, Iudaicus & Syriacus: ac pars in absentis, pars in presentis Vespasiani

ver-

canere. neque ego video quid commodius excogitari possit. nisi fortasse aut cum Turnebo divinaculis legamus: aut vulgaram lectionem defendamus sic, ut vernaculi sint ῥήτες. nam Zonaras distincte notat pullos ab eo & ἀπολόγους, hoc est, mathematicos, & mox ῥήτες, hoc est, praestigiatores, ac circulatores. Hos videtur Suetonius vernaculos appellare. rationem nominis non facile aliquis divinet: sed videtur vox esse sordidae plebis, quæ vilissimos de circo praestigiatores, ut erant ψήφοποιῆς) & quicumque ῥωμαῖοι ποιοῖ dicebantur, sic indigitabat: fortasse quia eorum mos erat, admirationem & risum hominibus cedere. Seneca De beneficiis libro sexto: Alter apud proximum circulatorum resedit, & dum vagus atque erro vernaculis congregatur & ludis transsemitem Platonem, quem non quaeserat, invenit. Martialis,

Vernaculorum dicta, sordidum dentem, Et sæda lingua probra circulatoris. Casaubonus.

Et Chaldaeos dicere.] V. C. habet, edicere. F. Ursinus.

Bonum factum.] Hanc formulam in edictis, è Brissonio explicatam vide ad cap. LXXX. Cæf.

Vaticinante Cattamuliere.] Germanam fuisse vel ex eo credibile est, quod & Germani (ut cæteri fere barbari) mulierum vaticiniis plurimum utebantur, quales Velledes, & Arvinius commemorat libro de ipsorum moribus Tacit. Hispanix etiam virginis fatidicæ mentio Galb. cap. IX.

Tædio presentium.] Tacitus: paucis ante diebus opportuna morte exciditæ domus prævenit, nihil è principatu filii assumpta, nisi luctum, & bonam famam.

Syriacus.] Cod. Salmat. Syriaticus, ut Asiaticus, & similia.

Pars in absentis.] Exercitus Mæfici, Pan-

verba jurarunt. Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac favorem, nihil non publice privatimque nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoque ea conditione in arbe egit, ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum justaque militiae commoda polliceretur. Urgenti deinde terra marique hosti, hinc fratrem cum classe, ac tironibus & gladiatorum manu opposuit: hinc Bebriacenses copias & duces. Atque ubique aut superatus aut proditus, salutem sibi & millies HS, à Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimque pro gradibus Palatii apud frequentes milites cedere se imperio, quod invitatus recepisset, professus, cunctis reclamantibus rem distulit: ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad Rostra: multisque cum lacrymis eadem verba, verum è libello testatus est. Rursus interpellante milite, ac populo, & ne deficeret hortante, omnemque operam suam pollicente, animum resumpsit, Sabinumque & reliquos Flavianos, nihil jam metuentes, vi subita in Capitolium compulit: succensoque

tem-

Pannonicique, utpote remotiores, jurarunt in verba absentis, Iudaicus vero in verba presentis. Mutianus autem adegit milites Syriacos in verba Vespasiani.

Bebriacenses copias, & duces.] Cecinam, Valentemque significat, quos expeditionem adversus Flavianos sumere iussit una cum illis copiis militaribus, quibus apud Bebriacum Othonianos profligaverat: sed, ut ait Tacitus, non vigor corporibus, non ardor pristinus animis militum inerat, quos urbem & deliciae subnervaverunt: itaque videres fluxa Vitellianorum arma, segnes equos, impatientem militem solis, pulverum, & tempestatum. Cod. Salmas. Betriacenses, ut semper Betriacum.

Ubiq̄e aut superatus.] Apud Cremonam in primis superati sunt Vitelliani ab Antonio Primo, qui erat acerrimus Vespasiani partium propugnator cum exercitu in Italiam praemissus: tunc Cremona colonia direpta fuit, & incendio consumpta, adeo ut solum Veneris templum steterit ante moenia.

Succensoque templo Iovis Opt. Max.] Id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque populo Rom. accidit, nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis. Sedem Iovis Optimi Maximi auspiciato à majoribus pignus imperii conditam, quam non Persena dedita urbe, neque Galli capta temerare potuissent,

sent,

templo Iovis Opt. Max. oppressit: cum & praelium & incendium è Tiberiana prospiceret domo inter epulas. Non multo post pœnitens facti, & in alios culpam conferens, vocata cõncione juravit, coëgitque jurare ceteros, nihil sibi antiquius quiete publica fore. Tunc solutum à latere pugionem, consuli primum, deinde illo recusante, magistratibus, ac mox senatoribus singulis porrigens: nullo recipiente, quasi in ade Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam acclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit: nec solum retinere se ferum affirmavit, verum etiam CONCORDIÆ recipere cognomen. Suasitque senatui ut legatos cum virginibus Vestalibus mitterent, pacem, aut certe tempus ad consultandum, petituros. Postridie responsa operienti nuntiatum est per exploratorem, hostem appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sel-

sent, furore principum excindi? Arferat & ante Capitolium civili bello, sed fraude privata. Nunc palam obfessum, palam incensum, quibus armorum caussis, quo tantæ cladis pretio pro patria bellavimus? Tacitus.

Solutum à latere pugionem.] Quo facto scilicet ostenderet, deponere se Imperium. Sic Dionis compendium. Sup. Galb. cap. xi.

Concordiæ recipere cognomen.] Vt olim M. Antonii viri frater L. cognominatus est Pietas.

Cum virginibus Vestalibus.] De intercessionibus Vestalium ad c. i. Iul. Cæs.

Hostem appropinquare.] Flaviani tripartito agmine Romam acceperunt: prælia multa, & varia inter Flavianos, & Vitellianos ante urbem facta. Concurrerunt & in campo Martio infestæ acies: sed pro Flavianis fortuna fuit. Populus Romanus aderat spectator, tanquam in ludicro certamine.

Gestatoria sella.] Celsus lib. ii. in capite proprio, De Gestatione, Genera, inquit, Gestationum plura, sed tamen levissima est navis, vel in portu, vel in flumine: vehementior in alto mari, vel lectica aut scamno: acrior vehiculo. Omitto illas in aquis. in terra triplex est: Lectica, Scamno, Vehiculo. De lectica notum est. Scamnum quid est? dico idem esse, quod Sellam. Nam in lectica jacentes fere vehebantur: in Sella sedentes, ideoque & Scamnum dixerunt. Vbi Iuvenalis dixerat:

— *strata positus longaque cathedra,*
Scholiastes interpretatus est, *Cervicalibus stratis, Scamnum dicit.* Ergo eo auctore, idem Scamnum, quod Cathedra sive Sella. Hæc est quæ Sella Gestatoria Suetonio dicitur. At tertia est in Vehiculo sive Elliedo, & communiter valde sic utebantur, & hanc maxime intelligebant. Hujus Suetonius meminit in Claudio. Lipsius.

*Sella, duobus solis comitibus, pistore & coquo, Aven-
tinum & paternam domum clam petiit, ut inde in
Campaniam fugeret. Mox levi rumore & incerto
tanquam pax impetrata esset, referri se in palatium
passus est: ubi cum deserta omnia reperisset, dilaben-
tibus etiam qui simul erant: Zona se aureorum plena
circumdedit: confugitque in cellulam janitoris, religa-
to pro foribus cane, lectoque & culcita objectis. IR-17.
RVPERANT jam agminis antecessores: ac nemine
obvio rimabantur, ut fit, singula. Ab iis extractus è
latebra, sciscitantes quisnam esset (nam ignorabatur)
& ubi esse Vitellium sciret, mendacio elusit, deinde
agnitus rogare non destitit, quasi quadam de salute
Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim vel in car-
cere: donec religatis post terga manibus, injecto cervi-
cibus laqueo, veste discissa seminudus in Forum tractus
est, inter magna rerum verborumque ludibria, per to-
tum via Sacra spatium, reducto coma capite, ceu noxii*

so-

*Confugitque in cellulam janitoris reli-
gato pro foribus cane.] Dio, ἐς οἰκημα-
τοποιῶν ἐν ᾧ ἐπέφοντο κύνες, ἐκρύ-
φθη. de cellulis janitorum diximus
ad libri quarti caput LVII. ad eas ca-
nis haberi solitus catena alligatus. Ean-
dem fuisse Græcorum consuetudinem
notabamus ad Laërtium. Dio non sa-
tis apte videtur describere hanc cellam:
nam etsi canis unus pluresve ibi habiti,
tamen is non erat locus alendis cani-
bus proprie destinatus. Sed quid sibi
vult idem optimus scriptor, paullo
mox, cum ait; Vitellium inventum à
militibus fuisse, captumque, ὑφ' αὐτῶν,
καὶ αἰματὶ ἀναπιπλῆναι. quid
significat vox ὑφ' αὐτῶν hoc loco? nihil
nempe: non enim ita scripsit Dio, sed
φоруλῶν, vel Zonara teste. Casaub.*

*Per totum via Sacra spatium.] Ce-
leberrimum videlicet urbis locum. Sic
in via Sacra deambulare consueverant,
qui, auræ popularis studiosi, populo se
ostentabant. Horatius in Epodis, de
Mena Pompeii M. liberto:*

Videsne Sacram metiente te viam

Cum bis ter ulnarum toga,

Vt ora vertat huc & huc euntium

Liberrima indignatio?

*Et de puella populo se præbente, Pro-
pertius:*

*Cui saepe immundo Sacra conteritur via
focco*

Nec finit esse morã, si quis adire velit.

In eadem Caesar habitavit. Suet. c. XLV.

Onuphr. Panvinium.

*Reducto coma capite.] Hoc vult, mi-
lites qui pone Vitellium erant, comam
ei prehensiss & cœgisse caput refupi-
nare.*

solent, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam praeberet faciem, neve summitteret: quibusdam stercore & caeno incessentibus, aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante (erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinolentia, venter obesus, alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigae, cum auriganti Cajo ministratorem exhiberet) tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, & inde unco tractus in Tiberim. Perit cum fratre & filio, anno vitae VII. & quinquagesimo: nec fefellit conjecturam eorum qui augurio, quod factum ei Vienna ostendimus, non aliud portendi praedixerant, quam venturum in alicujus Gal-

nare. Plinius in laudatione Trajani, de suppliciis delatorum loquens: *contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices.* Graeci poetae similem huic capitis reductionem in caedendis victimis fieri solitam, intelligunt verbo *αὐτὴν ἐρύειν*, pro quo & *ἀνὰ πρὸς ἐπὶ* dicunt: Virgilius, *reflexa Cervice orantis capulo tenuis abdidit ens.*

Euripedes Oreste in caede Clytemnestrae eleganter, *ἄμφοις ἀνακλάσας δέξω πύειν.* contrarium his est apud Senecam De tranquillit. *subducta cervice ferrum recipere.* Casaub.

Ceu noxis solent.] Intelligit morem in illustrium personarum supplicio servari solitum, ut capite nudo & elato, quo dignosci omnibus possint, trahantur ad supplicium. Sic apud Polybium Danaë illustris foemina rapitur *ἀπὸ μέσων τῶν πόλεως ἀνακλάσας δέξω.* Dio in Sejani supplicio, *καὶ ἀπὸ πρὸς ἐπὶ ἐπικλάσας δέξω.* Idem.

Incendiarium, & patinarium.] Ob

incensum Capitolium, & illas patinarum paludes. Vna vox Vitellii non generis animi excepta fuit à circumstantibus: nanque tribuno insultanti, se tamen Imperatorem ejus fuisse respondit.

Apud Gemonias.] Coelium Rhodiginum vide ad cap. LIII. Tiber.

Anno vitae VII. & quinquagesimo.] Tacitus, Eutropius, & ejus metaphrastes Przanus consentiunt. Dio & Zonaras tres fere annos detrahunt, & vixisse ajunt, *ἔτη τρία καὶ πενήκοντα, καὶ ἡμέρας ἑκατὰ καὶ ὄγδοον.* imperium autem tenuisse per annum, decem diebus demptis, at Clemens, *μῆνας ἑπτὰ, ἡμέρας α΄.* aliter Theophilus, & item aliter Epiphani codices. non enim illa putem scripsisse Epiphanium. Facile compones hos scriptores & ceteros qui idem tempus notarunt, ex iis qui Fastos concinnarunt. Onuphrium adi. sed in Clemente videtur scribendum *μῆνας ὀκτώ, ἡμέρας α΄.* ex Eutropio. Casaub.

Cogno-

Gallicani hominis potestatem : siquidem ab Antonio Primo adversarum partium duce oppressus est : cui Tolosæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat. Id valet, gallinacei rostrum.

Cognomen Becco.] Id hodie quoque Gallis Germanisque (*adde ex Beroaldo, Italis*) in usu est non pro gallinacei tantum, sed cujusvis etiam alterius avis rostro. Porro de Antonio Primo, Vespasiani partium acerrimo propugnatore, Tacitus, Dio, & Hegesippus l. l. l. l. *Torrent.* Plurimi sibi imaginantur, linguam Gallicam esse, quam hodie Franci in Galliam profecti ante mille annos, relicta vetere ipsorum nobilissima lingua, Romanam assumpserunt. Cæterum id haud absolum rationi est, veram Gallicam esse linguam quam adhuc illi Galli tenent, qui Romanam non acceperunt. Vt est bona pars Rheni. Celtica enim utuntur adhuc Helvetii, Rauraci, Sequani ad Rhenum (nam alii Romanam acceperunt) Tribochi. Belgica vero Brabanti, Flandri,

Geldri, Hollandi, ac vicini illorum, nempe qui Romanam non utuntur lingua. Sane vetus Gallica lingua ac Germanorum dialecto differunt, non thematicis. Hæc latius profecti sumus in Annotationibus ad C. Cæsaris Commentarios. Hoc unum heic ad hujus loci explanationem addere placuit. In Belgarum lingua etiamnum hodie manere bech pro rostro: apud Celtas nomen non admodum, sed verbum bechen vel bichen in frequenti adhuc esse usu, pro rostro ferire. *Glareanus.* Sed de Celtica lingua, & amplissimo ejus inter Illyrios, Germanos, Gallos, Hispanos, atque Britannos usu, non modo prolixius, sed & multo accuratius nobilissimus Philippus Cluverius in Germania Antiqua, quem vide imprimis lib. l. capit. v. vi. vii. & viii.

T. FLAVIVS VESPASIANVS.



QVA PHOEBVS ORBI LVMEN IMPVTAT NASCENS,
NOCTEM TIMENTIS SVRGIT IMPERĪ PHOEBVS.
IMPLERET ILLE CÆSAREM, DVCEM, PATREM,
NI VIM MINISTRO, PRINCIPEMQVE DEBERET.

J. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VIII.

T. FLAVIVS VESPASIANVS AVGVSTVS.

REBELLIONE trium principum, & cæde incertum diu, & quasi vagum imperium, suscepit firmavitque tandem gens FLAVIA: obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus: sed tamen Reip. nequaquam pœnitenda, constet licet Domitianum cupiditatis ac sevitiæ merito pœnas luisse. Titus Flavius Petro municeps Reatinus, bello civili Pompeianarum partium centurio, an evocatus, profugit ex Pharsalica acie, domumque se contulit. Vbi deinde venia & missione impetrata, coactiones argentarias factitavit. Hujus filius cogno-

Rebellione trium principum.] Nam & Galba Neroni, & Otho Galbæ, & Vitellius utriusque rebellaverat.

Incertum.] Ob vacillam siquidem, ac crebram Imperii mutationem tres illi, quorum proxime meminimus, à nonnullis in numerum Cæsarium non rediguntur. *Sabell.*

Municeps Reatinus.] Gentem Flaviam ex municipio Reatino oriundam significat. Est autem Reate oppidum in Sabinis, ut ait Plin. in 111. dicatum exlicolùm matri, ut inquit Silius. Tradit Marcus Varro Italiz umbilicum esse in agro Reatino. *Beroald.*

Pompeianarum partium centurio an evocatus.] Familiare Tacito, Plinio, aliisque loquendi genus: quo usus & noster est, in Claudio, cap. 1111. in Galba, cap. 111. & in hac vita iterum, cap. 11. Extat & apud Livium, ut li-

bro 22VII. ea suspicio, vitio orationis an rei haud sane purgata est. *Casaub.*

Coactiones argentarias.] Coactores non unius generis fuerunt. nam & publicanis, & argentariis ministrabant. Qui publicanis, ea quæ minutim à reliquatoribus debebantur vel redimebant ipsi, ut inde lucrum facerent, vel mercede aliqua persequerentur. De quibus Cic. Pro Rabirio, & Pro Cluentio. Qui vero argentariis, qui auctio- nibus præstant, pretia rerum venditarum ab emptoribus certa & ipsi mercede colligebant. Qualem fuisse patrem suum testatur Horat. lib. 1. Satyr. 11. Et hoc est, quod *coactiones argentarias factitare* appellat hoc loco Sueton. Adde Catonem De re rustica c. 1111. & cap. 11. Atque ita intelligo Plautinum illud *Asin. Act. 1. Sc. 111. vetus est nihili coactio.* præsentem enim pecuniam lena postulat, odit quod in

Zz

diem

gnomine Sabinus, expers militia (etsi quidam eum primipilarem : nonnulli, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valitudinis tradunt) publicum quadragesimæ in Asia egit. Manebantque imagines à civitatibus ei posite sub hoc titulo, ΚΑΛΩΣ ΤΕ ΔΩΝΗΨΑΝΤΙ. Postea sænus apud Helvetios exercuit, ibique diem obiit, superstitibus uxore Vespasia Polla, & duobus ex ea liberis : quorum major Sabinus ad præfecturam urbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit. Polla Nursia honesto genere orta, patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum, præfectumque castrorum, fratremque senatorem prætorie dignitatis. Locus etiam nunc ad Sextum miliarium à Nursia Spoletum euntibus

diem promittitur. *Torrent.*

Cum adhuc ordines duceret. Centuria aliter vocabatur *ordo*. Is in veteri Legione fuit LX. militum. Hinc ordines petere, impetrare : ita Ordinis ductor, pro Centurione. *Lipsius.* Dicebant militibus : Hactenus tibi licet : Hic consistes : Eo progrediere : Huc revertere, ὄρον δὲ, inde *ordo*. In militia igitur nata vox. sic & Græci πύξις, ab aciei directione. *Cæsar Scaliger.*

Per causam valitudinis. Iusta Missio duplex : Honesta, & Causaria. Honesta, quæ emeritis stipendiis datur. Causaria, quæ ob vitium, defectum, morbum. Hæc quia justam causam habebat, etiam præmiis, interdum Honestæ æquata. *Lipsius.* Inde *causarii* à Livio dicti, qui per causariam missionem sacramento solvuntur. Eodem Beroaldus refert illud ex Spartiani Adriano : Post hæc profectus in Gallias omnes causarios liberalitatibus sublevavit. Sed eum locum accuratius examinat *Il-lust. Salmas.* in Notis ad Histor. August.

Publicum quadragesimæ. Sic habent

omnia Tranquilli exemplaria, quæ adhuc videre contigit, sed ego ob ea quæ apud Tacitum legimus, publicanum pro publico scribendum contenderim : Manet, inquit ille, abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, & quæ alia ex auctionibus illicitis nomina publicani invenerant. *Sabell.*

Sabinus ad præfecturam. Præfectum fecit Nero, neque vel Galba, vel Otho honorem ei ademerunt. *Plutar. Othon.*

Vespasium Pollionem. Pollionem hunc quidam esse volunt eum de quo *Plutarch. Othone* in fine. Verum repugnat temporum ratio. cum enim Vespasianus jam senior ad Imperium venerit, qui fieri potuit ut maternas avus post occisum Othonem castrorum Præfectus fuerit? Non negaverim huius vel filium, vel nepotem fuisse. *Torr.*

Præfectumque castrorum. De cuius officio *Vegetius* lib. II. toto capite X. in hæc verba desinens : Is post longam probatamque militiam peritissimus omnium legebatur : ut recte doceret alios, quod ipse cum laude fecisset.

Fuisse

bus in monte summo appellatur Vespasia: ubi Vespasiorum complura monumenta exstant, magnum indicium splendoris familiae & vetustatis. Non negaverim jactatum à quibusdam Petronis patrem è regione Transpadana fuisse mancipem operarum, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solerent: subsedisse autem in oppido Reatino, uxore ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, inveni. VESPASIANVS² natus est in Sabinis ultra Reate, vico modico, cui nomen est Phalacrine, xv. Kalend. Decemb. vesperi, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino Coss. quinquennio ante quam Augustus excederet: educatus sub paterna avia Tertulla, in prædiis Cosanis. Quare princeps quoque & locum incunabulorum assidue frequentavit: manente villa, qualis fuerat olim: ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret. Et avia memoriam tantopere dilexit, ut sollennibus ac festis die-

*Fuisse mancipem operarum, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solent.] Mos hodie obtinet apud multos populos, ut imæ plebis pars non pœnitenda, quia domi quod agat nihil habet, certo anni tempore, voluntarium sibi indicat exilium, & alias terras petat, ut in quo suam occupet industriam inveniat. Sic Epirotarum agmina patriam quotannis relinquunt, & ulteriora ditionis Turcicæ adeunt, operis simul & quæstus faciendi gratiâ. ipsi *ergates* patrio sermone dicuntur. Longobardis & Sabaudis qui caminos purgant, puteos mundant, & similia obeunt ministeria, refertæ sunt per æstatem Galliæ omnes urbes. Lutiæ & in reliqua Francia qui ædificant, Lemovicibus operis magna parte anni plurimum utuntur. operæ rusticæ apud*

Hispanos multis locis, viles homunculî sunt Galli, qui compendii sui gratiâ illic quotannis commeant. Eundem apud veteres morem fuisse testatur hic Suetonii locus abunde. Hujusmodi igitur operarum maniceps fuit hic Vespasiani progenitor: hoc est, solitus est in Umbriam profectus operas vili pretio conducere, & præsentè pecunia; quas in Sabinos perductas mercede majore clocabat. *Casanb.*

Cosanis.] Cosa oppidum est Hetruriz à populo Romano deducta colonia, ut meminit Plinius. Virgilius pluraliter Cosas dixit, cum ait in x. (sagittæ.

Quique urbem liquere Cosas, queis tela Consa vero civitas est in Hirpinis, quæ post cladem Cannensem tradita est Annibali, ut docet Livius: sed Consani nihil ad Cosanos.

diebus pocillo quoque ejus argenteo potare perseveraverit. Sumta toga virili, latum clavum, quamquam fratre adepto, diu averfatus est: nec ut tandem appeteret, compelli nisi à matre potuit. Ea demum extudit, magis convicio quam precibus vel auctoritate, dum eum idemtidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribunatu militum in Thracia meruit. Quæstor Cretam & Cyrenas provinciam sorte cepit: adilitatis ac mox præturae candidatus, illum non sine repulsa, sextoque loco vix adeptus est: at prima statim petitione, & in primis prætor, infensus senatui, Cajum ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios

pro

Averfatus est.] Recusavit dignitatem Senatoriam, tanquam onerosam: sicuti olim Mæcenas substitit intra dignitatem equestrem, cum illi laticlavii dignitas pateret. Cicero in oratione pro Cluentio laudat quosdam equites Romanos, qui maluerunt degere vitam tranquillam, quam ascendere ad Senatoriam dignitatem.

Tribunatu militum.] Nihil dubito quin *tribunus mil.* legi debeat, ut Tit. cap. 1111. *Tribunus militum & in Germania, & Britannia meruit.* Scripserat Sueton. TR. M. vel TR. MIL. ut in Valerii Probi notis legimus. Hinc *Tribunatum* fecere alii. Idem error & Cæf. cap. v. *Torrent.* At Cod. Salmaf. *Tribunatum militum in Thracia meruit.* eam scilicet virtutem in Thracia exseruit, ut ad *Tribunatum* adscenderet.

Cretam & Cyrenas provinciam.] Liber opt. *provincias.* Et alia quidem Creta, alia Cyrenaica, illa insula nota omnibus, hæc pars Africae, à Cyrenis, urbe nobili, sic dicta eademque Pentapolis, quod præter Cyrenas urbibus aliis quatuor, Berenice, Arsione, Ptolemaide, Apollonia, insignis esset, diu ante Cretam testamento Regis Ptolemaei Apionis in potestatem pop. Rom.

redacta, sed ambæ tamen unius Præfidis imperio regebantur. Una igitur censenda provincia. sic enim Appian. post Cæsar's Dictatoris mortem Cassio Prætori Cretam cum Cyrenis mandatum scribit. *Torrent.*

Sextoque loco vix adeptus.] Quid sexto demum loco Adilitatem adipisci sit, ambigo. negant enim tot uno anno Adiles fuisse, nec verisimile est quinques eum repullam tulisse. Verum de Adilium numero res aliter se habet. nam cum antea quatuor tantum crearentur, Cæsar duos, qui frumento præessent, addidit. Auctor. Pompon. I. C. l. 11. De origine juris. Neque id eo tantum anno servatum, sed morem illum creandi Adiles sex, duos patricios, plebeios quatuor, ad suam usque durasse ætatem auctor est Dio extremo lib. XLIII. Vespasianus igitur & ante repullam tulerat, & tandem honorem quidem adeptus, sed sexto demum loco renunciatus est. *Idem.*

Extraordinarios depoposcit.] Adilium, & prætorum officium peculiare erat exhibitio ludorum. Vnde Vespasianus prætor depoposcit sibi concedi, ut ludos extra ordinem facere posset. *Berosadus.*

Pana-

pro victoria ejus Germanica depoposcit, pœnaque conjuratorum addendum censuit ut insepulti projicerentur. Egit & gratias ei apud amplissimum ordinem, quod se honore cœna dignatus esset. Inter hæc Flaviam Domitillam duxit uxorem Statilii Capelle equitis Rom. Sabratensis ex Africa delegatam olim, Latinaque conditionis, sed mox ingenuam & civem Romanam recuperatorio judicio pronuntiatam: patre asserente Flavio Liberale Ferenti genito, nec quidquam amplius quam quæstorio scriba. Ex hac liberos tulit, Titum & Domitianum, & Domitillam. Vxori ac filia superstes fuit:

Pœnaque conjuratorum.] De conjuratione Lepidi Calig. cap. xxiiii.

Egit & gratias ei apud amplissimum ordinem.] More eorum qui magistratum aliquem consecuti erant, mandante principe, aut adjuvante.

Honore cœna.] Calig. cap. xxxix.

Sabratensis.] Sabrata quidem Africae oppidum est apud Plinium & Ptolemæum, Syrtim minorem contingens, sed Tabraca nobilior & quidem civium Romanorum, teste Plinio lib. v. c. liii. De qua etiam Juvenal. Sat. x. *Quales umbriferos ubi pandit Tabraca saltus, &c.* Ut fortassis Tabracensis hic Statilius fuerit. *Torrent.*

Ex Africa delegatam.] In optimo & vetustissimo libro est *deligatam*. Vilissimi inter servos, non à l. C. tantum, sed & ab aliis passim compediti & vincti dicuntur. Dicuntur & *alligati* à Columella lib. i. cap. ult. dum scribit, *vineta plurimum per alligatos excoli*. Fortassis & eodem sensu *deligata* dicitur à Suetonio. Domitilla manumissione primum Latinae conditionis facta est, licet aliquando *deligata*. IC. nostri fortasse dicerent, dediticiorum numero fuisse. Sed neque mihi post legem Æliam pœnae causa vinctam constat, & videntur vetustiores duo fere genera

libertatis in manumissis statuisse, Iustam sive majorem & Latinam: & ex Latinis alios Iunianos, alios Dediticiorum numero dixisse: quanquam hæc in libris nostris subtilius distinguuntur. Viderit etiam qui volet, annon & apud Spartianum in Adriano deligatorum nomen de compeditis & vinctis accipi possit, dum scribit: *Corrupisse eum Trajani libertos, curasse deligatos, eosdem sepelisse per ea tempora, quibus in aula familiarior fuit*. Vulgo tamen scriptum est *delicatos*, quod de iis accipi potest, qui Principi in deliciis erant: & hoc quidem fortasse rectius. Festus: *Delicati sunt lusus dicati*: Vide & Suetonium in Tito. *Pithæus*. In Codice Salmas. olim *delicatam* fuerat, sed correctum postea *deligatam*.

Recuperatorio judicio.] Sic de palæstra sibi apud Recuperatores abjudicata queritur Labrax leno Plautinus Rudente. Plura Ner. cap. xvii. Atque huc spectat tit. De liberali causa, item si libertus ingenus esse dicatur, Pandect. lib. xlii. *Torrent.*

Et Domitillam.] Divæ Domitillæ, sororis Titi & Domitiani Imperatorum, Vespasiani Augusti filia, à Domitiano Imperatore consecrata, cujus meminit Statius libro Silvarum primo,

fuit : atque utramque adhuc privatus amisit. Post uxoris excessum, Cenidem Antonia libertam, & à manu, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium : habuitque etiam Imperator pene iusta uxoris loco. Claudio principe Narcisi gratia legatus legionis in Germaniam missus est : inde in Britanniam translatu tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superque xx. oppida, & insulam Vectem Britannie proximam in deditiorem redegit : partim Avli Plautii consularis legati, partim Claudii ipsius ductu. Qua-

re

mo, hanc marmoream inscriptionem vidi. C. ASCONIO. C. F. FAB. SARDO. IIII. VIR. I. D. PRAEF. FABR. FRATRI. CYSINIAE. M. F. SARDE. MATRI. ET. SIBI. ASCONIA. C. F. AVGV. RINA. SACERDOS. DIVAE. DOMITILLAE. *Omphr. Panvinius.*

Antonia libertam.] Cujus Antonia, non dicitur enim fuere M. Antonio, & Octavia Antonia genitrix. Fuit ab his & alia tertia Antonia Claudii principis filia, quae primo Cn. Pompeio, mox Faustae Syllae nupsit.

A manu.] Amanuensem, Nam sicut viris erant ministri, qui à manu dicebantur, ita foeminis erant libertae, ancillaeque, quae & ipsae à manu dicebantur, scribendis scilicet rationibus, & epistolis accommodatae. Marcellinus ancillam à manu signasse videtur, cum ait in decimo octavo : *Quibus literis occulte, quantum fieri potuit, missis, ancilla, quae domina dictante perscripserat, exemplum ferens chartulam prodidit.* Beroald.

Revocavit in contubernium.] Eleganter Cic. Ver. vii. *Vbi illud contubernium muliebri militia in illo delicatissimo littore?* Porro ad militaris contubernii similitudinem quandam factum est ut, cum inter servos jure Romano vera nuptia dici nequeant, servile con-

nubium non matrimonium, ut inter liberos sed uti mera cohabitatio, *contubernium* diceretur. sic enim de servilibus cognationibus pulchre Paulus I. Ctus libro decimo quarto De ritu nuptiarum. Hinc *contubernales* etiam servorum uxores dictae cum saepe alibi tum I. cxxx. De verb. signif. Sed & eleganter Seneca Controvers. lib. iii. *In contubernium (inquit) deducta servi domina est.* Talis igitur apud Virgilium Amarillis, & hoc loco Canis. Quae quanquam serva non esset, quia tamen libertinam ducere Senatores lex prohibuit, Vespasiani uxor dici non potuit. Quin etiam si mulierem cum qua matrimonium iniri potuit, non tamen maritali affectione sibi quis adjunxerit, *contubernium* potius diceretur quam conjugium, aut nuptia. sic enim Iustinian. Institut. lib. iii. titul. i. *Tertentius.*

Insulam Vectem.] In Britannico mari Plinio ponitur. *Vectes* *sixtos* legitur apud Ptolemaum. *Vecta* habet Eutropius & Panegyricus Maximiano dictus. Hae *Ista* *ixm* Diodori Siculi, Ortelio videtur.

In deditiorem redegit.] Cod. Salmas. *in ditionem.* ita fere semper.

Avli Plautii consularis legati.] Vide Claud. cap. xxiiii.

Asi-

re triumphalia ornamenta, & in spatio brevi duplex sacerdotium accepit. Præterea consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses: medium tempus ad Proconsulatum usque in otio secessuque egit: Agrippinam timens potentem adhuc apud filium, & defuncti quoque Narcissi amicos perosam. Exin sortitus Africam, integerrime, nec sine magna dignatione administravit: nisi quod Adrumeti seditione quadam, rapa in eum jacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefactata jam fide, omnia prædia fratri obligavit: necessarioque ad mangonicos questus sustinende dignitatis causa descenderit, propter quod vulgo Mulio vocabatur. Convictus quoque dicitur ducenta H S. expressisse juveni, cui latum clavum adversus patris voluntatem impetrarat, eoque nomine graviter increpitus. Peregrinatione Achaïca inter comites Neronis, cum cantante eo, aut discederet sæpius aut præsens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam

Africam integerrime.] Mutat Tacitus Histor. 1. & integrum illic, inquit, ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat. Qui concilientur, non video.

Rapa in eum jacta sunt.] Consuetudine φυλακῶδης in contrarium versa, per quam flores & omne genus fructus mittebantur. vide ad librum sextum. at odii & contumeliæ causa, rapa jacta, fimus, lapides, aut lutum: cujus moris mentio etiam apud Jurisconsultos, lege prima, Dig. de extraordinariis criminibus. Observant etiam veteres critici morem Athenis fuisse, ut facinorosi extra fines exportandi luto faciem illinerentur. Auctor Etymologici. Οἱ Ἀπικροὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἀμαρτημοῦ ἀλόνει, πηλοῦ γέροντες ἰδού-

μοῖδον. Idem auctor alibi, etiam in aliis quam in damnatis sententia judicis, hunc morem fuisse usurpatum scribit. Οἱ δὲ γαῖοι, inquit, ὅτι ἡ ἕλκον ὑβρίσται πινά κρη ἐμπυζῶν, πηλοῦ ἔχειον τὸ ἀποσωπὸν αὐτῆς. Casaubonus.

Ad mangonicos questus.] Salmasium vide ad cap. LXXIX. Aug.

Peregrinatione Achaïca inter comites Neronis.] Simile periculum subiit idem ex simili vel eadem causa & in Vrbe. Tacitus libro XVI. Annalium: Ferebant Vespasianum tanquam somno conivert, à Phæbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus oblectum: mox imminentem perniciem majore fato effugisse.

fam: prohibitusque non contubernio modo, sed etiam publica salutatione, secessit in parvam ac deviam civitatem, quoad latenti, etiamque extrema metuenti, provincia cum exercitu oblata est. Percrebruerat Oriente toto vetus & constans opinio: esse in fatis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Rom. quantum eventu postea patuit, prædictum Iudæi ad se trahentes, rebellarunt: cæsoque præposito, legatum insuper Syriæ consularem suppeticas ferentem, rapta aquila fugaverunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore, & non instrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est: ut & industriæ expertus, nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis & nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus, oçio alis, cohortibus decem, atque inter legatos majore filio

Iudæa profecti rerum potirentur.] Videntur & Tacitus & Suetonius, qui verbis iisdem hoc oraculum referunt, ipsa verba expressisse quibus id conceptum; in quibus apparent vestigia veritatis & ejus vaticinii unde istud manavit. Scriptum enim in sacris literis, *עַל סוּר יְהוֹשֻׁעַ הָאֵלֹהִים*. Lege Iosephum *Αλώσεως* libro sexto, cap. xxxi. Hegesippum libro quinto capite xlii v. *Casaub.*

Cæsoque præposito, Legatum insuper Syriæ consularem suppeticas ferentem rapta aquila fugaverunt.] Romani cum de rebus Iudæorum loquuntur, quam tenuem rerum illorum notitiam haberent, nunquam non ostendunt. Erat tum Iudææ procurator Gessius Florus, sax & auctor præcipuus illius belli. hunc si intellexit noster & fuisse occisum voluit significare, fugit eum ratio. neque enim est occisus in illo motu. sed *cadere* verbum Latinis historicis

non semper occisionem denotat: verum detrimentum, clademque exercitus, & quod Græci dicunt, *πληγὰς λαβεῖν τὸ πρῶτον*. hoc sensu feram sane, dici Florum à Iudæis cæsum, id est, clade belli affectum, multis suorum amissis. nam eo tempore multi Romani milites sunt contrucidati. Fortasse eadem illam respicit Rom. militum, quorum Metilius erat præpositus. Iosephus τὸ Γαμαλιὸν ἵππαρχον nominat, historiam commemorans libro ii. *Αλώσεως*, capite xxxii. nec refert, quod ipsius Metilii viuz partitum est. nam hoc potuit Suetonius ignorare: cum præsertim, ut diserte Iosephus docet, omnia Iudæorum delicta Flori astu & fraude graviora atque atrociora quam essent, Romam nunciarentur. Sic & quod ait de aquila rapta, in historia Iosephi non legas, quam habes fusc expositam eodem libro, capite xi. *Idem.*

assumpto, ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se: correcta statim castrorum disciplina: uno quoque & altero praelio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. POST Neronem Galbamque, Othone atque Vitellio de principatu certantibus in spem imperii venit, jam pridem sibi per haec ostenta conceptam. In suburbano Flavio quercus antiqua quae erat Marti sacrata, per tres Vespasiae partus, singulos repente ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cujusque fati. Primum, exilem, & cito arefactum: ideoque puella nata non perannavit. Secundum, praevalidum ac prolixum, & qui magnam felicitatem portenderet. Tertium vero, instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt haeruspicio in super confirmatum renuntiasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum:

Ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. Petrus Apollonius Collatius de excidio Hierosolymitano libro secundo, in ob-
sidione Iotapates,

— media inter talia stridens

Incertum qua jacta manu delapsa sagitta est

Sub Petroniada coxam, qua poplite juncta est.

Iosephus libro III. cap. XVI. Hege-
sipus lib. III. cap. XII. Idem.

Marti sacrata. Hoc peculiariter intelligendum est, quod quercus illa Marti sacrata foret: cum generaliter quercus, & æsculus sint Iovi dicatae: sicut Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Beroaldus.

Singulos repente ramos à frutice dedit. Mira Latinitas, & vitii suspecta. Probo vero Iusti Lipsii emendationem, ra-

mos an frutices dedit. quod genus dicendi non raro corruptit librariorum imperitia. Casaub.

Ideoque puella nata non perannavit. Sive perennavit scribatur, sive perannavit, ut constanter in Mss. non dubium eandem esse vocis utriusque originem.

Pere autem id verbum accipitur pro ποδά ἐν Ἀγριωτάδ, sive Ἀγριώ-
ζειν. Veteres Romani mense Martio sacra fecere Annæ Perannæ: ut liceret sibi non solum annare, sed & perannare: hoc est, durare in multos annos.

Suetonius ἡγυρονεστῆς accepit προ-
διστίζειν, durare in annum. Non dissimilis ambiguitas in dictionibus διστίς & διστός Graecorum. prior de eo dicitur qui perannet: posterior de bimio. quare etiam verbum διστίζειν, quod significat perannare, ut loquitur Suet. de bimatu quodam loco apud Theophrastum Gaza interpretatur. Idem.

tum: nec illam quidquam aliud quam cachinnasse, mirantem, quod adhuc se mentis compote deliraret jam filius suus. Mox cum adilem eum C. Cæsar, succensens curam verrendis viis non adhibitam, luto iussisset oppleri, congesto per milites in pratexta sinum: non defuerunt qui interpretarentur, quandoque proculcatam desertamque Remp. civili aliqua perturbatione in tutelam ejus, ac velut in gremium, deventuram. Prandente eo quondam, canis extrarius è trivio manum humanam intulit, mensæque subjecit. Cœnante rursus, bos arator decusso jugo, triclinium irrupit: ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque summisit. Arbor quoque cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis radicitus evulsa atque prostrata, insequenti die viridior ac firmior resurrexit. At in Achaia somnavit, initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemtus esset: evenitque ut sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet tantum quod exemtum. Apud Iudæam Carmeli Dei ora-

CII-

Quidquam aliud quam cachinnasse.] Loquitur de Tertulla, Sabini matre, Vespasianæ avia.

In pratextæ sinum.] Prætextam significat, qua indutus erat Vespasianus, utpote Ædilis. Supra enim in memoratum, prætextam proprie esse magistratum.

Canis extrarius.] Est qui externus reponendum putet, sed injuriâ. Nam non solum Latina vox est extrarius, sed & maxime propria, & ab externo differens. Ait Festus, Extrarium dici, qui extra focum jusque nostrum ac sacramentum est. Apulejus in 11. Apol. Præterea minabatur si carnario nupsisset, ni-

hil se filii ejus, ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Extrarium accipit pro eo, qui non sit domesticus, & ex eadem familia. Terentius Phormione:

Hæc conditionem si cui tulero extrario. Utuntur eo & Cicero, Lucretius, Quintilianus. Marcellus Donatus.

Carmeli Dei oraculum.] Tacitus: Est Iudæam inter Syriamque, Carmelus. ita vocant montem, Deumque, nec simulacrum Deo, aut templum: sic tradidit majores: aram tantum, & reverentiam. Et longe Tacito Suetonioque antiquior Scylax Caryandensis: Καρμελ & ὄρος, ἱερὸν Δεῶς. Significat montem, & Deum esse, & Dei sedem ac sanum. Nul-

culum consulentem, ita confirmavere sortes: ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis Iosephus, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore. Nuntiabantur & ex urbe presagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thensam Iovis opt. max. è sacratio in domum Vespasiani, & in Circum deduceret. Ac non multo post, comitia secundi consulatus ineunte Galba, statua Divi Iulii ad Orientem sponte conversa: acieque Bebriacensi, prius quam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse: victaque altera, supervenisse tertiam à Solis ortu, ac victricem abegisse. Nec tamen quidquam ante tentavit, promissimis atque etiam instantibus suis, quam sollicitatus quorundam & ignotorum & absentium fortuito favore.

Ma-

Nullum enim in eo templum, ut Tacitus indicat: sed ipse mons Carmelus quasi templum erat numinis: imo & corpus ejus. Nam Carmelus Deus constabat genio loci, & vasto montis corpore. Verisimile autem est, hanc opinionem paullatim irrepisse ex eo, quod Elias Thisbites hic habitavit, scholamque habuerit: ut quidem prodidit Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha. Vide & 1. seu 111. Reg. xviii. item xv. Reg. cap. 11. & iv. Hinc diu mons ille pro sancto habitus est, gratioremque in eo fore numini cultum, iudicatum. Nondum tamen mons ipse pro numine habebatur: non magis sane quam lapis ille fastigiatis assurgens instar montis credebatur Deus ipse Elagabalus: qui symbolum ejus solum habebatur. Nam Elagabalus quidem Deum montem, vel montis Deum signat:

sed eo nomine non mons intelligebatur, verum Sol, cujus delubrum in monte Emeseno erat. Similiter igitur non montem primo, sed sancti montis numen coluere: ac credibile est, itidem id Solem putasse. Tandem tamen ipse Carmelus mons habitus pro Deo, idque occasione ea, quam ex Tacito dicebamus. *Vossius.*

Iosephus.] Nobilis ille historicus, quem vide lib. 111. Belli Iudaici cap. xiiii. Somnio autem ea de re commonium sese, innuit. Vide & Xiphil.

Thensam.] Vide Budzum ad caput lxxvi. Caf.

E sacratio.] E factorum reposito, quod erat in Capitolio, in quo erat thensa cum aliis donatiis, sacrilque Iovi dicatis. *Beroald.*

Statua Divi Iulii.] Vide ad cap. viii. Othonis.

Rev-

Mæsiaci exercitus bina è tribus legionibus millia missa auxilio Othoni: postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse: nihilo secius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumor minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam, omni rapinarum genere grassati, cum timerent ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda pœna esset, consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris. Neque enim deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu qui Galbam, aut prætoriano qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros alium alia de causa improbarent: & quidam è legione tertia, quæ sub exitu Neronis transtata ex Syria in Mæsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent: assensere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris parumper.

Ce-

Revocatis ad officium numeris.] Numerus militare vocabulum, non solum pro catalogo, seu breviculo militum, quam etiam matriculam vocant recentiores, sed pro ordinibus ipsis, turmisque & cohortibus militum: varie enim distinguebatur. Hinc referrî in numeros, in numeros manere, desinare in numeros esse apud Ictos. tit. De test. milit. præsertim l. xlii. Vbi sic Ulpian. Ex eo tempore quis jurè militari incipit testari posse ex quo in numeros relatus est, ante non. Proinde qui nondum in numeros sunt, licet jam lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt. debent enim in numeros referrî. Nec minus eleganter l. ii. De his qui not. infamia: Exercitum non unam cohortem, neque unam aliam dicimus, sed numeros multos militum. Vide Plinium lib. x. item

lib. lli. Ep. viii. Torrent. Sed & ὄριμυς, in eadem significatione aliquando usurpavit Synesius. Turnebus. Vopiscus in Probo numeros à limitaneis militibus distinguit, hoc est, legionarios milites à limitaneis vel ripensibus, numeri enim sunt legiones. legionarii milites, per provincias dispositi in castris, & sedibus, ut tunc vocabantur, debebant. limitanei vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque constituti limitem tuebantur. Sic in Codice Theodosio multis locis comitatenses numeri, & ripenses: & militia comitatensis, & ripensis: & alibi, comitatenses, & limitanei. nam limitanei & ripenses iidem. comitatenses enim tunc legiones dicebantur, & comitatenses numeri, quos simpliciter numeros vocat Vopiscus. Salmastius.

Plus-

Ceterum divulgato facto, Tiberius Alexander præf-
 etus Egypti primus in verba Vespasiani legiones ade-
 git Kalend. Iulii: qui Principatus dies in posterum
 observatus est. Iudaicus deinde exercitus, v. Idus Iu-
 lii apud ipsum juravit. Plurimum cæptis contulerunt,
 jactatum exemplar epistolæ, veræ sive falsæ, defuncti
 Othonis ad Vespasianum, extrema obtestatione ultio-
 nem mandantis, & ut reip. subveniret, optantis: simul
 rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorem permu-
 tare hiberna legionum, & Germanicas transferre in
 Orientem ad securiorem mollioremque militiam: præ-
 terea ex præsidibus provinciarum Licinius Mucianus,
 & è regibus Vologesus Parthus: ille deposita similitate,
 quam in id tempus ex emulatione non obscure gerebat,
 Syriacum promisit exercitum: hic quadraginta millia
 sagittariorum. SUSCEPTO igitur civili bello, ac 7
 ducibus copiisque in Italiam præmissis, interim Ale-
 xan-

Ultionem mandantis.] Nimis argu-
 tatur Beroaldus, qui mandatum istud
 solum morte, ex libris Iurisconsul-
 torum annotat. nam mandare hoc lo-
 co, non simpliciter est ἐπιτάξαι, sed
 quod proprie Græcis ἐπιτοκήπειν. sic
 lib. i v. cap. 11. mandaretque domesticis
 ultionem si quid sibi accideret. Id vero
 mandati genus à morte demum man-
 datoris vim habere incipit. *Casaub.*

Mollioremque militiam.] In quam
 sententiam est illud Lucani:

*Quicquid ad Eoos tractus, mundique te-
 porems*

Labitur, emollit gentis clementia cali.

M. Tullius Asiam appellat delicatam
 provinciam, in qua continenter vixisse
 laudandum est. *Beroald.*

Sagittariorum.] Sagittarios equestres
 Græco vocabulo ἰπποτοξόται vocant:
 quæ dictio frequens est apud Histori-

cos. Parthos autem præpollere sagit-
 tariis, satis notum, cum sagittis po-
 tissimum bella conficiant, quas etiam à
 tergo scienter jaculantur, adeo ut non
 minus fugiendo noceant, quam resi-
 stendo. Hinc illud:

*Fidentemque fuga Parthum, versisque
 sagittis.*

Idem.

*Interim Alexandriam transit, ut clau-
 stra Aegypti obtineret.*] Hæc vera caus-
 sa; non quam Philostratus scriptor in-
 terdum nugacissimus, libro quinto ait;
 ubi clarissimis verbis affirmare audeat
 præstigiator ille insignis Apollonius,
 propter se transisse in Ægyptum Ves-
 pasianum: seque adeo imperium illi
 detulisse, ac donasse solum, impuden-
 tissimo animo gloriatur. Iosephus pru-
 dentissime causas hujus consilii expli-
 cat libro quarto cap. xxxvii. præcipua
 & potissima fuit, annonæ cura: norat
 enim

xandriam transiit, ut claustra Ægypti obtineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspiciam, eodem Serapidis, summotis omnibus, solus intrasset: ac propitiato multum Deo, tandem se convertisset, verbenas, coronasque & panificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est: quem neque admissum à quoquam, & jampridem propter nervorum valitudinem vix ingredi longeque abesse constabat. Ac statim advenere litteræ, fusas apud Cremonam Vitellii copias, ipsum in urbe interemtum nuntiantes. Auctoritas & quasi majestas quedam, ut scilicet inopinato & adhuc novo principi deerat: hæc quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali, pariter adierunt, orantes opem valitudinis, demonstratam à Serapide per quietem: restitutum oculos,

enim Vespasianus, si suis prædiis Ægyptum semel firmasset, fore eam populo Rom. instar freni, ob famis metum. Plura in hanc rem Pseudohegesippus libro quarto, capite xxvi. Casaubonus.

Aedem Serapidis.] His (de memorandis Alexandria loquitur) accedunt altis sublata fastigiis templa, inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis amplissimis, & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Ammianus Marcellinus.

Se convertisset.] Ritu adorantium, de quo Pithæus ad caput i. Vitellii.

Et panificia.] Quæ haud dubie à Judæis æmulatores Ægyptii accèpere. Noti in sacris panes propositi.

Basilides libertus.] Atqui Tacit. Basilidem hunc è primoribus Ægyptio-

rum, & quidem Sacerdotem, fuisse narrat, & alioqui non nomine tantum, quod regale est, sed & in specie ipsa ac functione sacerdotis Imperii omen est. Accedit quod Carmeli quoque, sive montis, sive Dei, de quo ante Sacerdotem Basilidem vocat, eundem nimirum qui in Serapidis templo apparuit. siquidem tunc longe ipsum abfuisse narrat Sueton. Quibus adductus rationibus dictionem *libertus*, à Grammatico alioqui pari imperitia atque impudentia ascriptam, amovendam censeo. quid enim Romani hominis liberto cum Judæorum, aut Ægyptiorum sacris? Torrent.

Apud Cremonam.] Vbi Antonius cum Mæsiacis legionibus Vitellianos duplici prælio fuderat.

Luminibus orbatus.] Similia Hadriani Principis miracula apud Spartianum.

A Serapide.] Sarapin Græci fere vocant, Serapin sæpius Latini: Θεὸς ἰταλιανικῶν nuncupatum ex veteri constat epigrammate, item Hesychio in

los, si inspisset: confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum vix fides esset rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit. Per idem tempus Tegeæ in Arcadia, instinctu vaticinantium, effossa sunt sacro loco vasa operis antiqui, atque in iis assimilis Vespasiano imago. TALIS, tantaque cum fama in urbem reversus, acto de Iudæis triumpho, con-

su-

ἰπὸ τῶν ἀμύμων. Eum esse Iosephum, colligere etiam est ex eo, quod modius capiti superimponeretur; ut est apud Rufinum Hist. Eccl. lib. II. cap. XXI. Cum autem varix ejus rei causæ adferantur, maxime placet, quod subjungit, frugum largitatem eo indicari. Suidas similiter in Σάραπιδι ait, μῶδιον ἔχει ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ πῆχυον. Ibidem legas, à quibusdam Iosephum putari. Eamque sententiam confirmat, quod idem sit Serapis, ac Apis: quem admodum ex Aristea Argivo tradit Clemens Alexandr. in primo Στραμ. ex Terentio item Varrone B. Augustinus lib. XVII. C. D. de cap. v. In eo interim hi pariter decepti, quod intellexerint Apim, regem Argivum, cum debuerint Ægyptium, qui Argivo compluribus erat seculis antiquior. *Ves-*

sim.
Si inspisset.] Agnosceis pie lector falsam imitationem miraculorum CHRISTI. sic solitus illudere & hominibus ὁ δαίμων. & apud Epiphanium καὶ Σαμψαίων inter instrumenta miraculorum est ὁ σιελθὸν τὸ πῆχυον, Casaub.

Hortantibus amicis.] Maxime Medicis, qui diserebant non excussam esse vim luminis illi orbatò luminibus, & redituram aciem, si pellerentur obstantia, alteri vero depravatos artus in-

tegrari posse, si salubris vis adhiberetur. Beroald.

Palam pro concione utrumque tentavit.] Quid appellat concionem? an convocatum in eam rem populum, sive in theatrum, sive in forum? an potius coronam forte adstantis multitudinis? hoc puto verius: & suadent Taciti verba, *Igitur Vespasianus cuncta fortuna sua patere ratus, nec quidquam ultra incredibile: erecta quæ astante multitudine, iussa exsequitur.* Notemus ergo vocis concio hunc usum pro multitudine ἀπλῶς. Casaub.

Talis tantaque cum fama in urbem reversus.] Tacitum vide, qui Etesiarum flatum Alexandriæ oppertum esse Vespasianum narrat: Iosephus libro quarto iter illud describit capitibus xxxvii. & xl. ac sequentibus, & libro vii. capitibus v. & x.

Acto de Iudæis triumpho.] Ne credas, Vespasianū statim ut Romam rediit, de Iudæis triumphasse: id enim repugnat sententiæ Historicorum, qui prodiderunt, Vespasianum expectasse filium Titum à Iudaica victoria revertentem: cum quo communem triumphum ob res bene gestas agere statuit: quamvis utrisque, Senatus proprium decrevisset. Pompa Iudaici triumphi graphice per scripta est à Iosepho libro septimo belli Iudaici: in quo inter cætera lex Iudæorum gestata fuit: quam in Palatio con-

ditam

fulatus octo veteri addidit. Suscepit & censuram, ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque Rempubl. stabilire primo, deinde & ornare. Milites, pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore, ad omnem licentiam audaciamque processerant. Sed & provincia civitatesque liberae, necnon & regna quaedam tumultuosius inter se agebant. Quare Vitellianorum quidem & exauctoravit plurimos, & coërcuit. Participibus autem victoria adeo nihil extra ordinem indulgit, ut etiam legitima praemia non nisi sero persolverit. Ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam pratermitteret, adolescentulum fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: Maluisses allium oboluisse: litterasque revocavit. Classarios vero, qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes, constitui aliquid sibi calcearii nomi-

ditam servari praecipit Vespasianus. *Be- roaldus.*

Consulatus octo veteri addidit.] Vete- rem vocat quem privatus adhuc gessit sub Claudio Principe ex Cal. Novembris, quo anno P. Cornelius Fustus, & L. Salvius Otho Cal. Ianuar. inie- rant Magistratum. Sup. cap. 1111. inf. Domit. cap. 1. Onufrius tamen aliter digerit. *Torrent.*

Pars victoria fiducia, pars ignominiae dolore.] Victoria fiduciam & ignominiae dolorem intelligo, prout vel Vespasiani partes secuti fuerant, vel adhaeserant Vitellio. *Idem.*

Classarios vero qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus per vices commeant.] De classariis passim loquuntur Tacitus & Suetonius, item Plinius in epistola

de morte avunculi, ac ceteri quoque historici meminerunt, & veteres inscrip- tiones: sed de hac eorum cursitatione nihil legi apud alios. similes, at non iidem tamen, dromonarii de quibus Cassiodorus lib. 11. & 1111. *Cas- saubonus.*

Calcearii nomine.] Calcearium dixit Sueton. ut *clavarium* Tacit. lib. 111. Histor. pro donativo quod vel in calceos, vel in caligares clavos impenditur. Sic *camelasia*, vel (ut alii legunt) *camelaria* apud Ictos. quod alendis camelis datur, I. 1. & I. ult. De munerib. quo vocabulo usus est etiam Ammianus lib. xvii. Neque alio sensu Ciceronis in Pisonem verba accipio cum ait: *Nonne us. centies & octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei caput*

mine: quasi parum esset, sine responso abegisse, iussit post hac, excalceatos cursitare: & ex eo ita cursitant. Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, libertate adempta, item Thraciam, Ciliciam, & Comagenem ditionis regiae usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit. Cappadociae propter assiduos

bar-

capitis ascripseras, ex arario tibi attributum Roma in questu reliquisti? vasa enim vocat omne illud quo ituri in provinciam magistratus suppellectilis causa instruebantur. Qua de re Aug. cap. xxxvi. Torrent.

Excalceatos.] Codex Salmas. excalciatos, atque ita semper. ex Graeco κἀλκίον.

Achaiam.] Sane Achajæ, & omni Græciæ libertatem ademit Vespasianus. Nam nomine Achajæ omnis Græcia comprehendebatur, auctore Pausania. De libertate Achæis à Nerone reddita Plinius lib. 1 v. cap. vi. Philostratus item libro quinto, ante finem: qui, inter cætera Apollonium sic scripsisse ad Vespasianum, tradit: Νέρων τὰς Ἑλλήνας παίζων ἠλόφ' ἔρωσε, σὺ δ' αὐτὰς ἀπαδάζων ἰδὲ λώσσω. Ἐρῶσω. Nero liberos dimittens Achæos, & omnem Græciam, ne populus Romanus doleret sibi hanc provinciam ademptam, Sardiniam Romanis donavit. Pausanias Archaicis. Ios. Scaliger.

Rhodum.] Sex. Rufus: Ita Rhodus & insula primum libere agebant. Postea in consuetudinem parendi Romanis. clementer provocata pervenerunt: & sub Vespasiano Principe insularum provincia facta est. In Notitia Imperii: Lycia, Caria, Insularum.

Thraciam, Ciliciam, & Comagenem.] Si ea scriptura sedet, intelligemus de parte aliqua Thraciæ, ubi regnum ante fuerit. & scimus quam late pateat interdum Thraciæ appellatio. Casaub. Tanto antecum in populi Romani ditionem

redacta fuisset Thracia, existimo legendum Trachiam Ciliciam. pars enim Ciliciæ propter asperitatem montium, ut ex Geographis constat, Trachia dicebatur. Turnebus. Eutropius: Ciliciam Tracheam, & Comagenem. Κίλικίς Τραχίῳ Stephano, & Straboni. Inde Κιλίκια τραχῆια. In omnibus scriptis & excusis inepte Tracia pro Trachea excusum. Alioquin Thraciæ provinciæ à Vespasiano dispositæ fuerunt. Vide Eustathium in Dionysium. Ex Thraciis sex provincias fecit, Thraciam, Æmimontem, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam, in qua secundæ arcis orbis Rom. sunt positæ: Sex. Rufus in veteri inscriptione. CONSULARI. PROVINCIÆ. EVROPAE. ET. THRACIÆ. In Notitia: Sub dispositione viri spectabilis Vicarii Dioceseos Thraciarum, EVROPA, THRACIA, HAEMIMONTVS, RHODOPA, MOESIA SECYNDIA, SCYTHIA. Ios. Scaliger.

Ditionis regiae usque ad id tempus.] Non semper tamen, Commagene quidem, quam in provinciæ formam redegit Tiberius transtulitque ad jus prætoris. Tacitus in actis anni dccclxxi. Annalium lib. 11. sed priorem formam πολιείας Commagenis restituerat Caius imposito Antiocho. Dio libro quinquagesimo octavo, Ἀντιόχῳ τε πρὸς τὸ Ἀντιόχῳ πρὸ Κομμαγενῶν, ἡ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἔχει, καὶ προσέτι τὴν περὶ παραλαβῆσιν τῆς Κιλικίας ἰδῶκε. qui locus movet me valde, ut Turnebo assentiar, & legam, Tracheam Ciliciam &

barbarorum incurfus legiones addidit: consularemque rectorem imposuit, pro equite Rom. Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat: vacuas areas occupare & edificare, si possessores cessarent, cuiuscumque permisit. Ipse restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quedam extulit: arearumque tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus, instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum: quo continebantur pene ab exordio urbis senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere ac privilegio cuiuscumque concessit.

Fe-

Commagenen. nam maritima Ciliciz, non aliud quam Trachea Cilicia, quæ Commagenæ adjuncta, ac regi uni attributa ambæ. Casaub.

Consularemque rectorem imposuit, pro equite Rom.] Cappadociæ in formam provinciarum redactæ, eques impositus à Tiberio. Dio libro LVII. in anno DCCCLXX. κγι η Καππαδοκία τ π Ρωμαίων ἰστὺρ, ε ἰππεὶ ἰπιτῆσ' α' πη. Idem.

Restitutionem Capitolii.] Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaue inter proceres. Ab eo contracti haruspices, monuere, ut reliquiæ prioris delubri in paludes averterentur, templum iisdem vestigiis sisteretur, nolle deos mutare veterem formam. Tacitus.

Ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quedam extulit.] Simile illud quod vere an falso in Actis Silvestri de Constantino Magno legitur: Octavo die processit, albis depositis, totus mundus & saluus: & veniens ad Confessionem beati Petri Apostoli, ablatoque diademate capitis, exuens se chlamyde, & accipiens bidentem, terram pri-

mus aperuit ad fundamenta basilicæ construenda. dehinc ob numerum XII. Apostolorum, duodecim cophinos terra plenos suppositis humeris bajulans asportavit. Similia his narrant alii de summis Principibus. Casaubon. Ita Ner. cap. XIX. In Achaja Isthmum persudere aggressus, &c. primus rastello humum effodit, & corbula congestam humeris imposuit, ad quem locum plura.

Arearumque tabularum.] Quod in Capitolio forent publica monumenta & leges, & fœdera in tabulis æneis scripta, testantur Historici, & docet Polybius, qui scribit in tertio, fœdera, quæ inter Romanos, & Carthaginienses iacta fuerunt, perscripta in tabulis æneis fuisse: quæ conspiciebantur in templo Iovis Capitolini, ubi ab Ædilibus diligentissime custodiebantur. M. Tullius scribens in Catilinam, ait, ara legum in Capitolio fuisse tacta de celo, & liquefacta. Plinius quoque tradit, publicas constitutiones incidi solitas in tabulis æreis. Livius refert in tertio, consulta olim fuisse relata in adem Cerevis ad ædiles: & olim fœdus iactum cum Latinis fuit insculptum in ænea columna. Beroaldus.

Tem-

Fecit & nova opera, templum Pacis Foro proximum: divique Claudii in Cælio monte, cæptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone prope funditus destructum. Item Amphitheatrum urbe media, ut destinasse compererat AVgustum. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia, purgavit: supplevitque recensito senatu & equite: submotis indignissimis, & honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. Atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate dif-

Templum Pacis.] Cujus hodie quoque visuntur vestigia ad lævam, via sacra ad Mariæ cognomento Novæ fanum tendentibus. Sabellic. De eodem templo Iosephus lib VII. cap. XXIV. de B. I. Omnia in illud sanum collecta ac disposita sunt, quorum defendorum studio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur, quomodo & in aliis situm esset, videre cupientes. Arsit temporibus Commodi. Vide Herodianum & Galenum in libro De theriaca. Nugas eorum qui memoriæ prodiderunt hoc templum Æternum fuisse dictum, & nescio quæ miracula ibi facta ad Domini adventum, erudite refellit Cardinalis Baronius. Casaubonus.

Divique Claudii.] Spectat huc Suetonii locus Claud. cap. XLV. Funeratus est sollenni Principum pompa, & in numerum Deorum relatus. Quem honorem à Nerone destitutum abolitumque recepit mox per Vespasianum. Sed & Sex. Aurelius Victor: Capitolium, adem Pacis, Claudique monumenta reparavit. Monumenta cum ait, non templum Claudii tantum, de quo hic Suetonius, sed & aquas Curtiam & Cæruleam intellige: has enim, à Claudio inductas, restituit. Qua de re Claud. cap. XX.

Amphitheatrum.] Id opus magna ex parte adhuc extat inter Palatium,

Cælium, & ædem Virginis, cuius proxime meminimus. Sabellicus. Theatri figura fuit semicirculi in cornua producti. Pompeji jussu & cura amphitheatrum, cuius vacuum expleretur hominum quadraginta millibus, C. Curio is, qui Cæsaris partes fovit, ligneum amphitheatrum excitavit; quod subditis rotis pensile ex iisdem cardinibus diduceretur medium: atque vitandi Solis causa etiam averteretur, coiretque rursus in circulum, ubi resposceret. Habes Amphitheatri laudes apud Martialem, quod ab Augusto destinatum Vespasianus extruxit, Titus filius dedicavit. Duo in urbe nostra: quorum alterum admirabile. unum Polæ vidimus non contemnendum. Nemausi unum structura & mole nulli secundum. Casar Scaliger.

Amplissimos ordines.] Amplissimum ordinem etiam Equestrem vocat. Ac de ca utriusque ordinis purgatione loqui arbitror Suetonium, qua non solum indignos removit, sed & gentes familiaeque composuit atque restituit, & quidem (si Victori credimus) numero mille, cum ægre ducentas repperisset, plerisque tyrannorum sævitia extinctis. Torrent.

Quam dignitatem differre.] Ut in ordine Senatorio dignitas tantummodo

differre, de jurgio quodam senatoris equitisque Rom.
 ita pronuntiavit: Non oportere maledici senatori-
 10 bus: re maledici civile fasque esse. *Litium series ubi-
 que majorem in modum excreverant, manentibus an-
 tiquis, intercapedine jurisdictionis, accedentibus no-
 vis, ex conditione tumultuque temporum. Sorte elegit
 per quos rapta bello restituerentur: quique judicia cen-
 tumviralia, quibus peragendis vix suffectura litigato-
 rum etas videbatur, extra ordinem dyjudicarent, redi-
 11 gerentque ad brevissimum numerum. Libido atque
 luxuria, coërcente nullo, invaluerat. Auctor senatui
 fuit decernendi, ut quæ se alieno servo junxisset, ancilla
 ha-*

major intelligatur, quam in Eque-
 stri, libertas vero in utroque ordine
 par.

Judicia centumviralia.] Centumviri
 (quos primum Quæstura functi, dein-
 de Decemviri litibus judicandis hasta
 posita solenni conventu cogere sole-
 bant. Omnibus autem Prætor præside-
 bat) de testamentis aliisque civilibus,
 ac privatis causis judicabant, quales
 nimirum Crassus enumerat lib. 1. De
 oratore, ac cernere est apud ICtos.
 l. xiiii. De inoff. test. & l. xxx. De lib.
 leg. Ea igitur judicia quæ ad Centum-
 viros pertinebant, Vespasianus etiam
 aliis extra ordinem cognoscenda com-
 misit *Torrentius*. Adde Plin. Epist.
 xiiii. libro 11. Adde Epist. ult. li-
 bro 7. & xxiiii. lib. 1111. & xxx11.
 libro 6. ac Suetonium Aug. capite
 xxxvi.

Auctor Senatui fuit decernendi.] Ob-
 servatum videmus ab optimis quibus-
 que Principibus, ut constituturi aliquid
 venirent in Senatum, atque ibi ea de re
 in quam vellent partem oratione habi-
 ta, censendi arbitrium Patribus relin-
 querent. Quo facto Senatusconsultum

in ipsorum fere sententiam sequeba-
 tur, & interdum à Principe, tanquam
 auctore, interdum à Consulibus in
 gratiam Senatus, sæpe etiam à re ipsa
 appellabatur. Exempla apud ICtos
 passim obvia. Atque hoc est quod fre-
 quenter eadem de re nunc Senatuscon-
 sulto, nunc Principis oratione cautum
 aliquid legitur. *Torrent.*

*Vt quæ se alieno servo junxisset, ancilla
 haberetur.*] Atqui multo ante à Clau-
 dio factum narrat Tacitus Annal. xii.
 Cujus verba quanquam corrupta sunt,
 non dubia tamen eorum sententia est,
 mulierem liberam quæ alieno servo,
 ignorante domino, se miscuisset, veluti
 proprio consensu servam fieri, & inde
 natos quoque pro liberis non haberi,
 sic enim S.C. Claudianum exponunt
 I. Cti, Vlpian. institut. tit. 11. Paull.
 Receptar. sententiar. lib. 1111. tit. x.
 ipse Justinian. lib. 111. Institut. tit.
 xiiii. & in Codice suo de S. Cto Clau-
 dianio tollendo. Crebra etiam in Co-
 dice Theodosiano ejus mentio. Sunt
 itaque qui velint Vespasianum primo
 suo Consulatu, quem sub Claudio
 gessit, auctorem fuisse ut id decerneretur.

haberetur. Neve filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem. CÆTERIS in rebus statim ab initio principatus usque ad exitum, civilis & clemens. Mediocritatem pristinam neque dissimulavit unquam, ac frequenter etiam præ se tulit. Quin & conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores. Reatinos, comitemque Herculis, cujus monumentum exstat via Salaria, referre, irrisit ultro. Adeoque nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetivit, ut triumpho die fatigatus tarditate & tædio pompa non reticuerit: merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum majoribus suis, aut speratum unquam sibi, tam inepte senex concupisset. Ac ne TRIBUNITIAM quidem POTESTATEM & PATRIS PATRIÆ appellationem nisi sero recepit. Nam consuetudinem salutantes scrutandi, manente adhuc bello civili, omiserat.

tur. Atqui Tacitus non solum Claudio hoc ascribit, sed & Pallantem, libertum, tanquam repertorem ejus, laudatum ac remuneratum tradit. Sed & Suetonius hic de Vespasiano, uti jam Principe loquitur. *Idem.*

Neve filiorum familias.] Id quoque ante Vespasiani tempora sæpius cautum: nam & Latorix legis circumscriptionem adolescentium vindicantis meminit Cicero lib. III. De offic. & Plautus Pseudolo legem quinam vicenariam commemorat, quæ vetaret adolescentibus pecuniam dari mutuo, ab ipsa (ut opinor) ætate, intra quam id prohiberetur, à Poëta sic appellatam. Et Claudium scribit Tacitus initio libri II. Annal. lege lata sævitiam creditorum coercuisse, ne in mortem parentum pecunias filiis familias fœneri darent. Eam igitur legem neglectam Vespasianus revocavit. Neque id pro-

fuit: aliter enim suo mox tempore usitatum fuisse ostendit Juvenalis, cum ait Satyra III.

— *funus promittere patriæ*

Nec volo nec possum. —

Leges igitur bonas semper fœneratorum vicit improbitas, ut de Fufidio illo suo lib. I. Sat. III. tradit Horatius, & de Macedone I. Cti ad S. C. Macedonianum, quod tam præclari adolescentium circumscriptoris nomen illustrat. *Idem.*

Comitemque Herculis.] Tanquam illi, qui Reate oppidum in Sabinis condiderunt, fuerint in Herculis comitatu. Silius tamen cecinit, Reate non Herculi fuisse dicatum, sed magnæ matri Cælicolarum. Herculem autem venisse in Italiam post abacta Geryonia armenta, vulgo notum est. *Beroald.*

Consuetudinem salutantes scrutandi.] Hinc scrutatores dicti Claud cap. xxxv.

- 13 *rat. Amicorum libertatem, caussidicorum figuras, ac Philosophorum contumaciam lenissime tulit. Licinium Mucianum nota impudicitiae, sed meritorum fiducia minus sui reverentem, nunquam nisi clam, & haecenus relaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clausula, Ego tamen vir sum. Salvium Liberalem in defensione divitis rei, ausum dicere, Quid ad Caesarem, si Hipparchus H. S. millies habet? & ipse laudavit. Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit Canem appellare.*
- 14 *Offensarum inimicitiarumque minime memor, executorve, Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam & instruxit. Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, quarentemque quidnam ageret, aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul*

ex-

Causidicorum figuras.] Vocabulum hac notione, eo seculo natum. Quintilianus libro ix. cap. 11. Sextus Victor vocat obliqua dicta: Eutropius in Vespasiano convicia. Suidas in eodem, *σκάμματα ῥηθῶρων*. Graeci vocant *ὑπονοίας*. Herodianus, ut videtur, *ὑπογραφάς* libro quarto, dum ait de Alexandrinis, *πισφύγεσι ἢ πως εἶναι φιλοσκάμματα, καὶ λέγειν ἐν σῶμα ὑπογραφάς ἢ παιδίας*. Figuras huiusmodi & dicta figurata sic describit Iulius Papa Romae in Epistola quam inserit Anastasius Apologiae secundae: *καὶ ἐν οἷς, ait, ῥήμασιν ἰδοῦσατε ἡμῶς ἕμῶν, ταῦτα μελαγχολικῶς ἄνθρωποι μετ' εἰρωνείας ἡμῶς εἰρηναῖοι*. Figurarum exempla sunt haec. Aelius Spartianus in Severo: *Damnabantur plerique, cur jocati essent, alii cur tacuissent, alii cur*

pleraque figurata dixissent, ut quod esset imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus. Casaub. *Morsus figuratos* vocat Macrobius lib. vii. Saturnal. cap. 111.

Nota impudicitiae.] Impudici proprie qui cum viris consueverunt. Vid. in Augusto, Quod repetendum quo melius intelligatur quod sequitur, *Ego tamen vir sum*, vel (ut Victor refert) *Noti me viram esse*.

Post damnationem.] Quod sequor. nati Vespasianus suadente Muciano Philosophos Roma expulit, relegato in insulam Demetrio auctor Xiphilin.

Ex officio.] Officium pro officialibus poni non est infrequens, nec insolens, Iurisconsultis praesertim: eodem in sensu posuit Tranquillus. *Turnebus*.

Admissionis.] Apud nos primi omnium C. Gracchus & mox Livius Drusus instituerunt segregare turbam suam,

expellens, abire Morboniam jusserat. In hunc postea deprecantem haud ultra verba excanduit, & quidem totidem fere atque eadem. Nam ut suspitione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur tantum absuit, ut monentibus amicis cavendum esse Metium Pomposianum, quod vulgo crederetur genesim habere imperatoriam, insuper C O S. fecerit: spondens, quandoque beneficii memorem futurum. Non temere¹⁵ quis punitus insons reperitur: nisi absente eo & ignaro, aut certe invito atque decepto. Helvidio Prisco, qui

suam, & alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios cum universis. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, nunquam veros. Seneca. Lampridius in Alexandro: *Moderationis tanta fuit, ut amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferioris, agrotantes viseret.* Et Tiberius ipse amicos solitus describere in tres classes. Ab hoc more Admissiones manarunt, Admissionales, & officium admittendi. Admissionum facilitatem in Trajani laudatione Plinius admiratur. Alexandrum quasi unum è Senatoribus, patente velo, Admissionalibus remotis, salutatum esse Lampridius scribit. Lipsius.

Abire Morboniam.] Morbonia, vel, ut in quibusdam libris scribitur, Morbovia, ut nomen oppidi, quod tamen nusquam est, fingi videtur. aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen, sub sensu morbi & exitio. Hoc enim perinde est, ac si quis aliquem in malam crucem amandet, aut ad corvos abire jubeat. Certe compendium Dionis pro Morbonia, *is xgogras*, habet. Turnebus.

Metium Pomposianum.] Eum ob genesim postea Domitianus occidit, c. x.

Genesim habere Imperatoriam.] Vulgo ferebatur, quod mathematici Pompo-

siano prædixerant, inspecta ejus natiuitate, fore, ut aliquando imperaret. Hoc enim significat, habere genesim Imperatoriam. Olim Severus audivit quandam in Syria foeminam nomine Juliam, regiam habere genituram, hoc est, ut regi jungeretur: eandem uxorem petiit, & accepit: & ita quum ipse regnaret, prædicta Mathematicorum de uxore comprobata sunt. Beroald.

Consulem fecerit.] Videtur Vespasianus idem sensisse, quod M. Antoninus Imperator sensit, qui de Avidio Cassio, quem Verus cavendum scripserat, tanquam osorem tyrannidis, ita rescripsit: *Si Cassio divinitus debetur Imperium, non poterimus interficere, etiam si velimus: scis enim proavi tui dictum, Successorem suum nullus occidit.* Idem.

Quandoque.] Si imperabit, sicut creditur ex genitura Imperatoria.

Helvidio Prisco.] Hic ille Helvidius Priscus gener Thraseæ de quo præclare Tacit. extremo lib. xvi. Annal. & initio lib. iiii. Histor. Juvenal. quoque Sat. v. Altercationes etiam de quibus hic Sueton. commemorat Arrianus De Epicteti sermonibus lib. i. cap. ii. Filium Helvidium patri cognomen occidit Domitianus, cap. x. De patre & filio elegans Plinii epistola lib. iiii. Ad Cerealem.

qui reversum ex Syria, solus, privato nomine Vespasianum salutaverat, & in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat, non ante succensuit quam altercationibus insolentissimis pene in ordinem redactus. Hunc quoque, quamvis relegatum primo, deinde & interfici jussum, magni estimavit servare quoquo modo, missis qui percussores revocarent: & servasset, nisi jam periisse falso nuntiatum esset. Cæterum neque cade cujusquam umquam letatus, justis
 16 suppliciis illacrymavit etiam & ingemuit. SOLA est, in qua merito culpetur, pecunia cupiditas. Non enim contentus ommissa sub Galba vectigalia revocasse: nova & gravia addidisse: auxisse tributa provinciis, nonnullis & duplicasse: negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo quadam tantum ut pluris postea distraheret. Nec candidatis quidem honores, reisve tam innoxiiis quam nocentibus, absolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur uti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobratum ei à sene bubulco: qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptum suppliciter orabat, proclamaverit, Vulpem pilum mutare, non mores. Sunt contra qui opinentur ad

ma-

Omissa sub Galba vectigalia.] Quale erat imprimis QUADRAGESIMAE. de quo ex veteri nummo ad caput xv. Galbz.

Pro spongiis dicebatur, uti.] Haud ab-

simile est scitum illud Cynici Diogenis, Dionysium, dixit, amicis uti pro vasculis, que dum plena sunt, evacuat, & abjicit vacua.

Ad manubias & rapinas necessitate

com-

*manubias & rapinas necessitate compulsum, summa
ararii fiscique inopia: de qua testificatus sit initio statim
principatus: professus quadringenties millies opus
esse, ut Resp. stare posset. Quod & verisimilius vide-
tur, quando & male partis optime usus est. In omne ho- 17
minum genus liberalissimus, explevit censum senator-
rium: consulares inopes quingenis sestertiis annuis su-
stentavit, plurimas per totum orbem civitates terra-
motu aut incendio afflictas, restituit in melius. Inge- 18
nia & artes vel maxime fovit: primus è fisco Latinis
Gra-*

*compulsum.] Xiphilinus: Ο ἰ Μυ-
κτανὸς καὶ χεῖματὰ ἀμύθητα παντα-
χόθεν, ὅθεν ἐνεδέχθη, εἰς τὸ δημόσιον
ἠ΄ ἔποιε ἐτοιμάσαι, πλὴν ἐπ' αὐτῶν
ἐπηγορεύει εἰς ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Οὐεσπα-
σιανῆ ἀναδεχόμενος. ἰδὲ καὶ ἡ
ἠγαθότης τὰ χεῖματὰ ἀεὶ ποτε εἶ-
ναι ἔλεγε. Manubiarum vero vocabulo
uti videtur Suet. pro spoliis atque illi-
cito quaestu, ut alibi quoque, & non
semel ipse Cicero. De quo verbo Gel.
lib. XII. c. XXIII. Ascen. Verrius III.
Nonius & alii. Hinc manubialis pecunia
Aug. cap. xxx.*

*Quadringenties millies opus esse.] Hanc
summam majorem esse video, quam
ut Vespasianus speraverit quantavis par-
sifonia aut tributorum exactione col-
ligi posse, quare pro quadringenties
quadragies legendum esse videtur, id
est, millies centena millia aureorum
coronatorum, ultra enim hanc sum-
mam ne ludicra quidem vota homi-
num procedere solent, etiamsi immen-
sum quid, majusque omni auri con-
ceptaculo exoptare contendant. Videtur.*

*Explevit censum Senatorium.] Avg.
cap. xli.*

*Quingenis sestertiis annuis.] Eadem
liberalitate usus est Nero in Messalam*

*consularem, cujus paupertatem, ut in-
quit Tacitus, sustentavit quingenis se-
stertiis in singulos annos. Idem Aurelio
quoque Cottæ, & Antonio annuam
pecuniam statuit, quamvis per luxum
habitas opes dissipassent. Quingenis
autem sestertiis, id est, xli. m. & d.
coronat.*

*Plurimas per totum orbem civitates.]
Tres Cypri civitates, Vespasiano im-
perante terræ motu concidisse, scribit
Eusebius num. m m x c i i i. Ille, qui lu-
sit de orio suo, quisquis is fuit Sibylli-
norum carminum conditor.*

*Καὶ τότε δὴ Σαλαμίνα Παφόνθ'
ἄμφοστρομὸς ὀλίσι,
Κύπερον ὅταν πείκλυτον, ὑπερ-
κλονίη μέλαιν ὕδωρ.*

*Ex inundatione terræ motum sequu-
turum innuit, quod clarius postea.*

*Primus è fisco Latinis Græcisque rhe-
toribus annua centena constituit.] Sive
quod idem est, aureos millenos. nostræ
vero pecuniæ, aureos bis millenos &
quingenos. Amplissimum sane, ut qui-
dem nunc vivitur, honorarium: pro ra-
tione vero illorū temporum tenue. non-
ne enim pudendum, Terpno Diodoro-
que citharædis pro una productione
data ducenta, istis vero annua centena
tantum statui? Medicis ducena saltem
quingena annuam mercedem apud*

Græcisque rhetoribus annua centena constituit. Præstantes poëtas, nec non & artifices, cœmit: item colossi refectorem insigni congiario magnaue mercede donavit: mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus sineret se plebeculam pascere. Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata revocaverat. Apollina-

principes fuisse, scribit Plinius libro **xxix.** Fuere & Philosophis annua constituta, ut clarum ex illo Tatiani loco quem supra laudavimus. at non Vespasianus ejus instituti auctor, sed M. Antoninus Pius, de quo scribit Capitolinus, *Rhetoribus & philosophis per omnes provincias & honores & salaria detulit.* Casaubon.

Necnon & artifices cœmit.] *Vetus vox cœmere pro mercede conducere: sic emptivus miles ὁ πεισθεὶς πικροῦ ἰδρῶτος, apud Festum. emere auxilio, apud Iulium Capitolinum in Antonino Philosopho. Idem.*

Colossi refectorem.] *Hic colossus erectus sub Nerone, refectus à Vespasiano, ac dempto capite Neronis, & Solis adjecto cum vii. radiis, Soli dicatus fuit. Iterum Commodus ablato capite Solis suum reposuit. Illarum enim immanium statuarum capita & brachia, quod exemptilia essent, commutabantur gomphis ferreis, aut plumbeis, binis, aut ternis, ut etiam hodie videre est Romæ in statuis vetustissimis. Hieronymus in cap. lxi. Habacuc: vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, ejus qui vicerit, facies superponitur. Ideo elegantissime Tertullianus cap. xii. Apolog. Cervices ponimus ante plumbum. Glutinum & Gomphosis capiti sunt Diis restis. Ἰσοφωνία & coagmentationem capitibus simulacrorum ex plumbo fie-*

ri ait. *Ios. Scaliger.*

Insigni congiario.] *Congiarium vocat quod privato datum fuit. Cæsar. cap. xxvii.*

Grandes columnas perducturum.] *Idem Archimedes machinator tormentorum bellicorum scientissimus scripsit ad Hieronem, quodconque onus arte mechanica moveri posse: qui olim gloriabundus jactasse fertur, si quem alterum nactus terra globum esset, se hunc orbem ad illum translaturum. Id cum Hieron admiraretur, tanquam incredibile factu, navem onerariam solito onere onustam, procul assideris, nullo corporis conatu, quietâ manu adeo facile duxit, ut mari perlabi videretur. Beroald:*

Sineret se plebeculam pascere.] *Plebeculam intelligi voluit operarios viliores, & victum ex opera quotidiana quæritantes.*

Marcelliani theatri.] *Quod Augustus extruxit cap. xxix.*

Acroamata.] *De quibus ad cap. lxxiv. Aug. addit hoc loco Beroaldus, Acroamata dici non solum ipsas voces, & verba, sed ipsos quoque histriones, enarratoresque acroamatum vocales. In quo significatu dictum est illud à Lampridio, quod Alexander Romanus Imperator nanos, & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donaverit.*

*linari tragædo quadringenta: Terpno Diodoroque ci-
tharædis ducena, nonnullis centena: quibus minimum
quadragena sestertia super plurimas coronas aureas
dedit. Sed & convivabatur assidue: ac sæpius recte,
ac dapsile, ut macellarios adjuvaret. Dabat sicut Sa-
turnalibus viris apophoreta, ita & per Kalend. Martii
fœminis: & tamen ne sic quidem pristina cupiditatis
infamia caruit. Alexandrini Cybiosacten eum vo-
care perseveraverunt, cognomine unius è regibus suis
tur-*

Terpno.] Terpni mentio Ner. c. xx.
Ac sæpius recte.] Cod. Salmas. re-
cta. Domit. cap. vii. revocata cœna-
rum rectorum consuetudine. Sed geminus
huic loco est alter Aug. cap. lxxiv.
*convivabatur & assidue, nec unquam nisi
recta.*

Ut macellarios adjuvaret.] Qui con-
viviva lautiora facit, & crebriora, is ad-
juvare dicitur macellarios, à quibus
emit obsonia. Ita enim magno anno-
na macelli venditur, & ejus pretia au-
gentur. In hanc sententiam M. Varro
in iii. de re rustica ait eleganter: *Sed
ut ad hunc bolum pervenias, opus erit tibi
aut epulum, aut triumphus alicujus: ut
tunc fuit Scipionis, Metelli, aut collegio-
rum cœna: quæ tunc innumerabiles ex-
candesciunt annonam macelli.* Beroald.

Kalendis Martii.] Quæ erant Satur-
nalia fœminarum, sicut ostendit Epi-
grammaticus poëta illo hendecasyllabo
ad fœminam:

— Scis, puto, vestra jam, venire
Saturnalia, Martias Calendas.

Plautus in milite:

Da mihi vir Calendis mittam cum Mar-
tia venerint.

Nam tunc fœminis munera missitaban-
tur: quia *Calende Martia*, ut inquit
Porphyrio, *matronarum dies festus erat,*
& *Matronalia dicebatur:* quas eleganter
Juvenalis fœmineas vocat, perinde ac
fœminis peculiariter dicatas. Præterea
mense Martio ingrediente ita servis

cœnas matronæ apponebant, ut domi-
ni Saturnalibus. Vide Ovidium in Fa-
stis. Idem.

Alexandrini.] Loquax semper, &
ingeniosa in contumelias Præfectorum
Ægyptus fuit maxime Alexãdria. Quod
cum alii, tum Seneca testatur extrema
Consolatione ad Helviam, (seu Albi-
nam mavis,) & Herodianus Antonino.
Torrent.

*Cybiosacten eum vocare perseverarunt
cognomine unius è regibus suis turpissima-
rum sordium.]* Cybium Plinio, Mar-
tiali concisam pelamydem appellari
scimus: unde frequens Plinio nomi-
nis usurpatio inter præcipua fallamen-
ta, corrupta etiam apud Varronem le-
ctione. Credidit Festus dicta à cubo-
rum similitudine, qui cum æque in o-
mnes partes pateant (quadrata enim ad-
lusum apta sunt) ita etiam piscantes
hoc genus piscis aleam veluti laudant:
hic autem quem Cybiosacten appella-
tum dicit Tranquillus propter ejus il-
liberalitatem, non unus fuit ex Prole-
mæis regibus, sed è Syria ducens origi-
nem: qui à filia maxima natu Prole-
mæi Auletæ expulsi à suis in virum ac-
cersitus, non multo post ab ipsa expelli-
tur, cum ejus ignobilitatem, atque il-
liberalitatem pati non posset. Strabo.
Vnde illi ab ordinandis cybiis, quæ for-
te ipsemet familiæ dispensaret, merito
sordidissimum cognomentum adhæsit.
Baptista Egnatius.

Favo.]

turpissimarum sordium. Sed & in funere Favo archimimus personam ejus ferens, imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus quanti funus & pompa constaret: ut audiit H s. centies, exclamavit, Centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim projicerent. STATURA fuit qua-
dra-

Favo.] Nomen archimimi omnino cum Turnebo & melioribus scriptis putamus esse. Favor, non Favo: sive ex omine popularis studii, sive ex eventu id histrio ille adsciverit. Et certe, quod refertur, ingenium & elegantiam mimicam sapit. Sic *Amor* nomen est viri in marmore Romano:

Conditus hic Amor est dictus de nomine patris,

Hec miseri patris conditus hic Amor est.

In alia inscriptione idem est fœminæ nomen. A neutris quoque sinnerunt masculina. Vt *Auxilius* Grammaticus apud Ausonium, *Obsidius* apud Florum, *L. Cincius Alimentus* nobilis historicus. *Gronovius.*

Archimimus.] Princeps ludionum, scenicoꝝque: sicut *Archigallus* dicitur princeps, primariusque Gallorum Cybeleiorum.

Personam ejus ferens, imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi.] Mos servatus in divitum & insignium viroꝝ funeribus, ut notat *Dionysius Halicarnassensis*, libro septimo, εἶδον ἃ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισημῶν τε φαῖς, ἅμω τῆς αἰχμῆς πομπῆς ἀσπιδιμῶν τε κλίνας τῆς σάτυρι τῆς χορῆς, κινημῶν τε σικίνων ὄρχησιν, μέλισσῃ δὲ ἐν τοῖς ὀδαμένων κήδεσι. Vide & in *Tiberio* capite LVII. nam videtur is *scurra* de quo ibi agitur, ex ista consuetudine funeri adnotus: etsi id *Suetonius* ἀγροῦνδων non dicit. *Casaub.*

Ut audiit vs. centies.] Hic locus omnino refingendus, ut in parte vidit

Budæus: ut audiit sestertia centies, exclamavit, centies sibi sestertium darent, ac se vel in Tiberim projicerent. Non tantum quod Favor procuratorum vocem, sed præcipue quod imitaretur avaritiam ejus, cujus personam sustinebat, *Vespasiani*. Quam ad rem non est opus summa parva. Nullum est certius argumentum sordium in avaro, quam quod ei deest tam quod habet, quam quod non habet. Adeo naturalem & instam fuisse significat illi principi pecuniæ cupiditatem, ut etiam mortuus si intelligeret, tantum impendii factum in funus suum, id esset doliturus, malletque in thesauris argentum condere, licet nunquam usus, quam extremi muneris honorem recipere: quin imo putaret tanto dono quamvis ignominiam cadaveri suo oblatam abunde compensare. Hinc satis apparet, amplam fuisse summam: videlicet ducentorum quinquaginta millium *Philippeum* nostrorum: non centum millium nummum, quæ tantum faciunt duo millia quingentos. *Gronovius.*

Statura quadrata.] Observavimus curiose apud *Celsum*, & *Columellam*, staturam quadratam dici, quæ neque longa, neque brevis sit, sed inter utrunque temperata. Sic enim ait *Columella* de canibus scribens: *Probatur quadratus potius, quam longus, aut brevis.* *Celsus* ait in secundo: *Corpus habitissimum quadratum esse, neque gracile, neque obesum. Nam longa statura, ut in juvenia decora est, sic natura senectute conficitur: gracile corpus infirmum, obesum habes est.* Igitur *Tranquillus* significare volens *Vespa-*

drata, compactis firmisque membris, vultu veluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non infacete: siquidem petenti, ut & in se aliquid diceret: Dicam, inquit, cum ventrem exonerare desieris. Valetudine prosperrima usus est: quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces ceteraque membra sibimet ad numerum in sphaeristerio defricaret, in ediamque unius diei per singulos menses interponeret. ORDINEM 24 vite fere hunc tenuit. In principatu maturus semper, ac de noctu evigilabat: deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat: ac dum salustabatur, & calceabat ipse sese & amiciebat. Post decisa quaecumque obvenissent negotia, gestationi,

Vespasianum fuisse neque proceram, neque brevi statura, sed intermedia, eleganter dixit quadrata. *Beroald.*

Vultu veluti nitentis.] Aperte quidem, sed minus verecunde Mart. lib. 111. Epigr. LXXXVII. Vide Festum in *Nictare*.

Ad numerum.] Frictiones quidem summopere commendant medici, sed audiendos negant qui numero faciant: id enim ex viribus hominis colligendum est. Et si perinfirmus est, potest satis esse quinquagies, si robustior, potest ducenties esse faciendum. Vespasianus vero, qui nulla necessitate frictionibus utebatur, numerum voluit esse æquabilem, quod conservandæ valetudini magis convenit. *Torrent.*

In sphaeristerio.] Sphaeristerium, locus erat rotundus, variis exercitationibus accommodatus: quod indicat Plinius in v. Epistolarum, cujus verba sunt hæc: *Apodyterio suppositum est sphaeristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capis.* Dicit autem videtur à sphaerica, circularique figura. Lampridius sphaeristerium capere videtur pro loco, in quo speciatim pilæ lusus exercetur: unde quidam di-

ctum esse autumant, à lusu pilæ, quam Græci *σφαῖραν* vocant. Nam & *σφαίρειζω* Græcum verbum est, quod significat pila ludere. *Beroald.*

Ordinem vite fere hunc tenuit.] Ad Lampridium in vita Alexandri Severi. ibi, *usus vivendi eidem hic fuit.* Martialem epigrammate octavo libri quarti, & xc. ejusdem. Extant & Plinii aliquot epistolæ ejusdem argumenti, itemque simiæ ejus Sidonii Apollinaris: & integro Avsonii poemate descripta Ephemeris. Ex his locis discet studiosus antiquitatis, quomodo soliti veteres diem disponere. *Casaub.*

Breviariis.] Obiter annotandum, brevem, & breve masculino, & neutro genere eleganter, & Latine dici in eo significato, quo vulgus usurpat, brevem apostolicum nominando. Lampridius in Alexandro: *Milites suos sic ubi scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium.* Flavius Vopiscus in Aureliano: *Breve nominum conscripsit.* Item, *Breve legit singulis quorum nomina continebat.* *Beroald.*

Post decisa.] Sic Horat. Epist. ad Mæcenatem:

Et inde quieti vacabat: accubante aliqua pallaciarum
 quas in defunctæ locum Canidis plurimas constituerat:
 ac secreto in balneum tricliniumque transibat. Nec
 ullo tempore facilius, aut indulgentior traditur: ea-
 que momenta domestici ad aliquid petendum magno-
 22 pere captabant. Et super cœnam autem, & semper alias
 comissimus, multa joco transigebat. Erat enim dica-
 citatis plurima: & sic scurrilis ac sordida, ut ne præ-
 textatis quidem verbis abstineret. Et tamen nonnulla
 ejus

Gaudentem parvisque sodalibus, & Lare
 certo

Et ludis, & post decisa negotia Campo.

Accubante aliqua pallaciarum.] Sicuti
 pellex ea proprie dicitur, quæ cum eo
 concumbit, qui uxorem habet, ita Pal-
 laca seu Pallace proprie vocatur, quæ
 cum calibe consuescit. quæ distinctio
 colligitur ex Festo: *Pellicem eam anti-
 qua nominabant, quæ uxorem habenti
 conjungebatur.* Item ex Gellio lib. iv.
 cap. 111. Sic Campaspen amicam Ale-
 xandri, Plinius pallacem ejus appellat.
 Et in Curtii nonnullis exemplaribus
 pro *pellice* legitur *pallace*. Suetonium
 vero etiam hac voce intelligere eas,
 quæ cum Vespasiano Inuxorato com-
 miscerentur, illa verba demonstrant:
*quas in defunctæ Canidis locum plurimas
 substituerat.* De Canide cap. 111. Mar-
 cellus Donatus.

Ac secreto.] Codex Tornacens. *A*
secreto, *A* majuscula haud dubie me-
 lius. Torrent.

Ea momenta captabant.] Apud Ma-
 ronem Dido ad Annam sororem:

*Sola viri molles aditus, & tempora
 noras.*

Item alibi:

— *Et quæ molissima sandi
 Tempora.* — Beroald.

Super cœnam autem & semper alias
 comissimus.] Mirifice placet scriptura
 Viterbiensis, *Super cœnam autem & su-*

per aleas communissimus. Alex lusu in-
 ter cœnam plurimum utebantur: vide
 ad librum secundum: de voce *commu-
 nissimus* notavimus ad Claudium capi-
 te XXI. Casaubon. Si Viterbiensem scri-
 pturam admittimus, similis huic Vef-
 pasiani comitati erit illa Theodorici
 Gothorum regis, de quo Sidonius A-
 pollinaris scribit, cum in alea vinceret,
 fuisse indulgentissimum. Tunc enim,
 inquit, *petitionibus portus aperitur.*
 Quamquam alia petendi momenta Vef-
 pasiani domestici captarunt. Scheldius.

*Ut ne prætextatis quidem verbis absti-
 neret.*] Prætextatum sermonem qui-
 dam putant dici, quod prætextatis ne-
 fas sit obsceno verbo uti. alii, quod
 nubentibus depositis à multitudine
 puerorum obscœna clamentur. Festus.

Prætextatis.] Prætextata verba obscœ-
 na & turpia interpretor, à fabulis præ-
 textis, quales Afranii fuerunt, in qui-
 bus sordidissima & turpissima dicta & ar-
 gumenta erant. Turnebus. Prætextata
 verba impudica & obscœna, ut apud
 Macrobius Saturn. cap. 1. lib. 11.
Sic prætextate, id est, verbis obscœnis,
 Prologo Captiv. Plautinæ, ubi perpe-
 ram scriptum pertractate. Eadem *Veneris*
 vocabula Varroni apud Marcellum in
 Acerbum. Verba obscœna eidem apud
 eundem in *Returare*, & in *obscœnum*.
 Eadem nupta verba apud Festum.
 Theod. Marcellus.

Admo-

*ejus facetissima exstant, in quibus & hoc: Menstrium
Florum, consularem, admonitus ab eo plaustra potius
quam plostra dicenda, die postero Flaurum salutavit.
Expugnatus autem à quadam, quasi amore sui deperi-
ret, cum producta pro concubitu sestertia quadringenta
donasset: admonente dispensatore quemadmodum sum-
mam rationibus vellet referri, Vespasiano inquit, ada-
mato. Vtebatur & versibus Grecis tempestive satis: 23
ut de quodam procera statura, improbiusque nato:*

*Admonitus ab eo plaustra potius quam
plostra dicenda.] Quanta fuerit affinitas
soni inter au & o, infinita prope sunt
quæ arguant. Dio notat Claudium aliis
dictum, qui semper apud Ciceronem
Clodius: idem observat & Scholiastes
Iuvenalis ad sextam. Dixere & cotes
pro cautes, origa pro auriga, notante
eodem interprete: sic focaneus palmes,
qui à faucibus dictus auctore Columel-
la lib. iv. Clostrum & Clostellum pro
claustrum & claustellum. caudicem pro
codicem: caudem pro cotem: sauricem
pro soricem. oricularius clyster in medi-
corum libris pro auricularius. Sic Au-
dius ille à quo Audiani hæretici sunt
denominati, aliis Αὐδῖος, aliis Ὠ-
δῖος scribitur: ideo Epiphanius,
Αὐδῖανοὶ εἴτε Ὠδῖανοί. Propheta
quoque Hosea, aliis Ὠσῆς, aliis Αὐσῆ
dictus ut & notat Hieronymus. Ca-
saubonus. Galli plane pronuntiationem
au transtulerunt in o.*

Flaurum salutavit.] Petitus est Vespasiano à Græca allusione sal & lepos, seu Grammaticam observatiunculam ridenti ut ineptam ac nullius rei, seu hominem ipsum notanti ut nihili & futilem. id enim est φλαῦρος. Torventius.

Cum producta pro concubitu n.s. quadringenta donasset.] Ex cod. Pithœi est hæc lectio: Memm. & Viterb. habent perducta. Sed quate tantam pecu-

*Ma-
nix vim homo ad opprobrium usque
deparcus, hujus rei causa effudisset,
cum non amore captus, istam accersis-
set, sed ab illa fuisset expugnatus? quare
puto non ipsum foeminae, sed ipsi fo-
minam potius donum dedisse, quasi
μίσθωμα ἢ σωστίασ. Lego igitur,
cum perducta. deinde quod de rationi-
bus sequitur, interpretor de accepti pa-
gina, in quam referri debuit hæc sum-
ma, sub aliquo titulo. Casaub. Moris
fuit unumquemque domesticam ratio-
nem sibi totius vitæ suæ per dies singu-
los scribere, ex quo appareret quid
quisque de redditibus suis, quid de arte,
scenore lucreve supposuisset quoque
die. Asconius. Codex quoque Salmas.
perducta. Unde perductores non multo
lenonibus honestiores. Vide Pithœi
Adversariorum subsecivorum lib. ii.
cap. xvii.*

Rationibus referri.] Lege potius cum Salmas. Cod. inferris.

*Procera statura improbiusque nato.]
Improbe natum vocat, ἢ κακῶς πεφυ-
κός, hominem deformi & turpi pro-
ceritate corporis. Sic apud Plautum
improba facies. Notat autem in hujus-
modi homine pravum incellum. multi
enim ejus staturæ λαρδῶν incedunt, ut
est apud Aristotelem ἐν πορείας cap.
vii. ἔσχε ergo hic dicitur de corpo-
re producto ad instar pertinæ, longurii-
ve. Casaubon. Quod Homerus Iliad. 7.
de*

Μακρὰ βίβας, κραδάων· δολιχόσκιον ἔσχε.

Et maxime de Cerylo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se & Lachetem mutato nomine cæperat ferre,

Ὡς Λάχης Λάχης, ἐπ' ἀν' ἀποθανῆς,

Αὐτῆς ἐξ' ἑσάρχης εἰρήσῃ Κηρύλ.

Maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat: ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, transferretque ad sales. Quendam è charis ministris dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit: exactaque pe-

116-

de Ajacis cum Hectore congressuri haesta dixerat, id jucundissimus Imperator ad eam corporis partem transtulit, quæ honeste nominari nequit. Itaque *vafato* scribendum esse iudico. Quid autem *vafis* in Priapi sacris sunt, neque mei pudoris est dicere, neque aliis difficile conjectare. Sed omittendum non est, præclarum illud omnium virtutum domicilium Daniëlem Heinsium, cum de hoc loco mentio casu incidisset, mihi affirmasse, sibi *mutonato* legendum videri. Eodem quidem sensu, sed meum à vulgata lectione minus abit. *Rutgerfius*.

Ob subterfugiendum quandoque jus fisci.] Vide quæ notamus Ner. c. xxxii. Quanquam nec decriit fortasse cui venustior sententia videatur, si Cerulum hunc Latine conditionis fuisse dicamus. Latini enim, sive Juniani, in vita pro liberis habiti, extremo vitæ spiritu, cum anima libertatem simul amittebant. Instituit. De success. libertorum, §. ult. Non ignoro tamen quoad jus fisci deterioris fuisse conditionis etiam alios cum morerentur, libertos omnes quam ingenuos. *Torrent*.

Ὡς Λάχης Λάχης.] Non dubito aliter accipienda hæc Ὡς Λάχης Λάχης, & ultimum vocabulum Κηρύλ, non

sunt poetæ, sed Vespasiani. Quare ita sine dubio scribendum Ὡς Λάχης Λάχης, Ε'π' ἀν' ἀποθανῆς αὐτῆς ἐξ' ἑσάρχης Κηρύλ. Huic liberto nomen erat Cerylo. sed ille ut servitutis quam servierat memoriam aboleret, Lachetem se dixerat. Hic igitur Vespasianus, *O Laches, postquam diem ultimum clausuris, eris denno Cerylus*, hoc est, jura quæ fiscus habet in bona libertorum post eorum obitum non subterfugies. Vespasiani sunt, ut diximus, prima verba & postremum etiam. Qui interjicitur medius versus, Menandri est. *Casaub.*

Dispensationem.] Vide AVG. cap. xxvi. & Orh. cap. v.

Exactaque pecunia, quantum in eum suffragatore suo pepigerat.] Per Vespasianum igitur licitum fuit suffragiorum commercium: quod jus in Imperio Rom. non semper obtinuit. Julianus Imper. lege pr. Si certum petatur de suffragiis lib. i. i. Cod. Theod. leges Romanas hujusmodi contractus penitus ignorare affirmat. extant & leges duæ Imp. Constantini Codice eodem, De honorariis codicillis, quo omnis pecunia exactio pro suffragiis veratur. per dictam Juliani legem, sicque soluti fuit repetitio, neque non soluti petito. Contrarium plane jus introduc-

cit

ciunia, quantum is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. Interpellanti mox ministro: Alium tibi ait, quære fratrem: hic, quem tuum putas, Meus est. Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calceandas mulas desilisse, ut adveniendi litigatori spatium moramque praberet: interrogavit, quanti calceasset, pactusque est lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quod etiam urina vectigal commentus esset, pecuniam

EX

cit Iustinianus lib. iv. Cod. titulo de suffragiis, ea lex & stipulationem pecuniae pro suffragio facit licitam, & promissæ petitionem concedit. id vero jus postea Tiberius Augustus sustulit, Novella CLXI. Casaub.

Ad calceandas mulas.] Calceare mulas, est soleis ferreis pedes earum munire. Plinius lib. xi. cap. xlv. de camelis: Per imus vestigio carnosio, quae de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt. Apud Plautum Captivis A&I. Scen. II. Ergasilus parasitus perquam venuste:

Cum calceas dentibus veniam tamen.

Quanti calceasset.] Quasi dicere vellet, quantam pecuniam accepisti ab hoc litigatore, ut sub hoc prætectu posset otiose satis rem suam denarrare? mulio confessus est de lucro, & id partitus est cum Vespasiano. Beroald.

Urina Vectigal.] Sordidum profecto vectigal, & ex re sordidissima repertum, minimeque principi conveniens: quod hoc, opinor, pacto excogitavit. Romæ in angiportis, & in angulis vicorum, amphoræ antiquitus erant collocatæ, in quibus transitores ebrii, & vinolenti urinae libidine lacessente, mejere solebant: quod indicat Cajus Titius vir ætatis Lucilianæ, in oratione, qua legem Faniam suavit. Potest etiam referri id vectigal ad urinam, qua fullones utuntur, quos ob urinæ tractationem tentari podagra negat Plinius. Beroald. Athenæus lib. xi.

τὸ ἢ ἀφ' ἡμῶν διηθ' ἄλλοις ἔρον ἐστὶν ὄριμ'· τὰ γὰρ ἰμῶν τὰ τῶν ἄλλοις ἰμῶν πλεονέχον· οἱ γὰρ φέροι. Similia testimonia apud Græcos Medicos, præsertim Galenum: qui etiam in tertio Ἰγνῶν Quinti indoctum dictū commemorat: tractare de utinis non Medico, verum fulloni, convenire. Potest tamen intelligi de stipe exacta ab iis qui per diem vesicam exonerare velent in amphoris quæ per angiportos erant collocatæ: ut indicat Titii veteris Scriptoris locus apud Macrobiū lib. III. cap. xvii. quem Beroaldus laudat. Meminit & Lucretius lib. IIII. Porro simile huic vectigal fuit, quod foricarii exercebant. cuius meminit Iuvenalis Satyra tertia. Extat & foricariorum mentio apud Paulum lege xvii. §. fiscus Dig. De usuris, quem locum explicat Cujacius Observat. libro xxii. capite xxxiv. beatus Chrysostomus κρηθῆνας vocat, in priorem ad Corinthios, & eorum ἐπιτήδευμα γυλαίπυρον ἢ ἰπποείδιον. Reperio etiam huic aliud simile vectigal à Vespasiano eodem excogitatum: & fimo equino impositum. Tzetzes narrat Chiliade prima, haut scio qua fide, quove auctore. Tandem vero & urina, & fimus, & omnes sordes factæ in imperio Romano vectigales. Lege Cedrenum in Anastasio, tributam Chrysargyrum describentem. Casaubonus.

Pecuniam ex prima pensione admovet

Bbb

ad

ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num odore offenderetur, & illo negante, Atqui, inquit, è lotio est. Nuntiantibus legatis, decretam ei publice non mediocris summæ statuam colosseam: jussit ut continuo ponerent, cavam manum ostentans, & paratam basim dicens. Ac ne in metu quidem ac periculo mortis extremo abstinuit jocis. Nam cum inter prodigia cetera Mausoleum Cesarum derepente patuisset, & stella in cælo crinita apparuisset: alterum ad Iuniam Calvinam è gente AVgusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorum regem, qui capillatus esset. Prima quoque morbi accessione, Vt, inquit, puto, Deus fio.

CON-

ad nares.] Ad judicium de metallis faciendum etiam olfactus adhibetur interdum, ut de poculis Darii notat Aristoteles De miraculis auditis; quæ solo narium judicio cognoscebantur ænea essent an ferrea. Ergo etiam trapezita & nummularii in æstimanda pecunia hac ratione inter alias plures usi. Arrianus Dissertationum Epicteti libro 1. cap. xx. Ad hunc morem videtur Vespasianus respexisse. Idem.

Ex prima pensione.] Cod. Salm. passione.

Odore offenderetur.] Huc haud dubie respexit Juvenalis Satyr. xiiii. cum ait,

—Lucri bonus est odor ex re

Qualibet.—

Statuam colosseam.] Ad Calig. c. xxxv.

Cavam manum ostentans.] Hoc quam vim habebat, (habet autem magnam ad denotandos mores,) fuse exponitur libro 11. ad caput xci.

Paratam basim.] Manum scilicet cavam fore fundamentum colossi, ad destinatam illius conflationem alludens. Sabellicus.

Cum inter prodigia.] Similis locus Ner. cap. xlv. De Mausoleo sponte foribus patefactis audita vox est.

Ad Iuniam Calvinam è gente AVgusta.] Et Tacitus initio lib. xiiii. An-

nal. Iunium Silanum Divi AVgusti abnepotem nominat, de quo Plin. quoque lib. vii. cap. xiii. Et hæc igitur Iunia è gente Aug. venisse, potuit.

Ad Parthorum Regem.] Verba Vespasiani referens Victor, Istud (inquit) ad Persarum Regem pertinet, cui capillus est effusior. Idem ergo Parthi qui & Persæ. Barbaros autem Reges barbam & capillum nutrire solitos, præter nummorum, & lapidum monumenta, ostendit ipse Sueton. Calig. cap. v. Liber & illud addere, alluisse ad id Iuvenalem Sat. v. cum ait,

Instantem regi Arminio, Parthoque cometen

Prima videt. Torrentius.

Vt puto, Deus fio.] Id est, morior. Nam post mortem Cæsares referebantur in numerum deorum. Unde quicumque Cæsarem, dum agit animam, eleganter dicere potest, se deum fieri: cum per mortem transeat ad divinitatem, qua mox est consecrandus. Nam, ut docet Tacitus, deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit. Beroald. Similis Neronis paricidæ joecus, quo boletum Deorum cibum vocabat, postquam eo occisum Claudium Deum fecerat. Ner. c. xxxviii.

Ter-

CONSULATV suo nono tentatus in Campania motu²⁴
*tiunculis levibus, ac protinus urbe repetita, Cutylias,
 ac Reatina rura, ubi æstivare quotannis solebat, petiit.
 Heic, cum super urgentem valetudinem creberrimo fri-
 gida aqua usu & intestina vitiaffet: nec eo minus mu-
 neribus imperatoris ex consuetudine fungeretur, ut
 etiam legationes audiret cubans, alvo repente usque ad
 defectionem soluta, Imperatorem, ait, stantem mori
 oportere. Dumque consurgit, ac nititur, inter manus
 sublevantium exstinctus est, VIII. Kal. Julii: annum
 agens ætatis sexagesimum ac nonum, superque mensem
 ac diem septimum. Convenit inter omnes, tam certum
 eum de sua suorumque genitura semper fuisse: ut post²⁵
 assiduas in se conjurationes ausus sit affirmare senatui,
 aut filios sibi successuros, aut neminem. Dicitur
 etiam vidisse quondam per quietem stateram in media
 parte vestibuli Palatina domus positam examine equo:
 cum in altera lance Claudius & Nero starent: in altera
 ipse ac filii. Nec res fefellit, quando totidem annis pari-
 que temporis spatio utrique imperaverunt.*

Tentatus motiunculis levibus.] De
 AVgusto in Campaniam progresso,
 eleganter Vellejus: quamquam jam mo-
 tus imbecillitatis, inclinataque in dete-
 rius principia valetudinis senserat.

Cutylias.] De harum usu Plin. lib.
 xxxi. Gelidissimas vocat eodem lib.
 cap. iiii. Xiphilinus: *ἐν τοῖς ὕδασι τῆς*
Σαβιτιῶν τοῖς Κελήλοις ὠνομαζομένοις.

Imperatorem ait stantem mori oportere.]
 Stoicorum est scitum: Sapientem
 in actu mori oportet: de quo Seneca
 epistola octava. in xxxvii. autem, *Re-*
ctō, inquit, *tibi invidioque moriendum*
est. idem epistola lxxxvi. *O efficacem*
concionem! quis post hanc dubitet se inse-

stis ingerere mucronibus, & stans mori?

Annum agens ætatis sexagesimum ac
nonum, superque mensem ac diem septi-
imum.] Vixit annos lxxix, menses
 viii. monarchiam obtinuit annos x,
 sex diebus exceptis. Ex quo fit, ut à
 morte Neronis, neque ad principatum
 Vespasiani, annus unus intercedat, die-
 que viginti duo. Quod idcirco scriben-
 dum putavi, ne errore ducerentur ii,
 qui numerum temporis ad eos, qui
 principatum obtinuerunt, referrent.
 Non enim sibi succedere invicem, sed
 vivo adhuc, & imperante altero, quis-
 que eorum imperatorem se tam esse
 credidit, ex quo in ipsum quasi prospere-
 casset imperium. Xiphilinus à Dione.

TITVS FLAVIVS VESPAS. AVG.



DISPAR PARENTI TITVS. IMPIO FRATRI,
SIBIQVE DISPAR, CIVE PRINCIPEM MISCET,
ET AVDIT ORBIS CVRA CORQVE: SED NVNQVAM,
NISI IMPERASSET, IMPERARE DEBERET.

J. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VIII.

TITVS FLAVIVS VESPASIANVS AVGVST.

TITVS, cognomine paterno, amor ac deliciae generis humani: (tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii vel artis, vel fortunae superfuit: & quod difficillimum est, in imperio, quando privatus atque etiam sub patre principe, ne odio quidem, nedum vituperatione publica caruit) natus est III. Kalend. Ian. insigni anno ² Cajanae nece, prope Septizonium, sordidis aedibus: cubi-

TITVS, cognomine paterno.] Brevissime Suetonius significare voluit, discrimen inter duos filios Vespasiani, ratione assumptorum ab illis cognominum. Titus cognomine paterno dictus Vespasianus: alter frater cognomine materno à Domitilla, Domitianus est appellatus.

Amor ac deliciae generis humani.] Idem de Tito Victor & Eutropius tradunt. Atque Augusti quidem & Galbæ nummis inscriptum legimus, SALVS GENERIS HVMANI, alii quoque conservatores restitutoresque sese orbis terrarum vocant, sed omnes omnium titulos Titus superat, qui, omni virtutum genere admirabilis, gentium consensu sic appellatus sit. Torr. Hinc illud Pacati ex Panegyrico ad Theodosium: *Quin me Nerva Tranquillus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret.*

Superfuit.] Affluit. In hunc sane significatum coepit id verbum circa Plinii, & Tranquilli tempora usurpari:

quod Gellius ait à peritioribus repudiatum. *Sabellicus.*

Ne odio quidem, nedum vituperatione.] Odio, ob cædes quas Præfectus Prætorio perpetravit, *vituperatione*, ob amores & libidinem.

Prope Septizonium.] Nomen est magnæ molis, & ædificii, quod septem cingulis ambiabatur: unde dictum videtur: Græci enim ζώνιον cingulum vocant. Spartianus inter opera, quæ publica à Severo principe extracta sunt, memorat Septizonium, & thermas Severianas: sed hic haud dubie de alio Septizonio est intelligendum, cum multis annis post Severus imperaverit. Apud Ammianum Marcellinum mentio fit Septizonii, quem locum Romæ celebrem fuisse testatur: ubi operis ambitiosi nymphæum, hoc est, lavacrum conditum fuisse ait à Marco Imperatore. Septizonium dimidiatum adhuc Romæ invisitur. Superfuit tres ambitiosi veluti zonæ, columnarum pulchritudine, magnificentia, altitudine spectabiles: ex quibus conjectatur vix

Bbb 3

reli-

biculo vero per parvo, & obscuro: nam manet adhuc, & ostenditur. Educatuſ in aula cum Britannico ſimul, ac paribus diſciplinis: & apud eoſdem magiſtros inſtitutuſ. Quo quidem tempore, ajunt, metopſcopum à Narciſſo Claudii liberto adhibituſ ut Britannicum inſpiceret, conſtantiſſime affirmaviſſe illum quidem nullo modo, ceterum Titum, qui tunc prope adſtabat, utique imperaturum. Erant autem adeo familiares, ut de potionem, qua Britannicus hauſta periit, Tituſ quoque juxta cubans guſtaſſe credatur, graviſſimo morbo afflictuſ diu. Quorum omnium mox memor, ſtatuaſ ei auream in Palatio poſuit, & alteram ex ebore equeſtrem, quæ Circenſi pompa hodieque præfertur, dedicaſ vit, proſecutuſque eſt. In puero ſtatim corporiſ animique doteſ exſplenduerunt: magiſ ac magiſ deinceps per ætatiſ gradus: forma egregia, & cui non minus auctoriſtatiſ ineſſet quam gratiæ: præcipuum robur, quam neque procera ſtatura, & ventre paulo projectiore: memoria ſingulariſ, docilitaſ ad omneſ fere tum belli tum paciſ arteſ. Armorum & equitandi peritiſſimuſ, Latine Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendiſ poëmatibuſ promptuſ, & facilis ad extemporalitateſ uſque:

reliqua altitudo faſtigium ad cacumen æſtimantibuſ, ſi moleſ integra, cum totiſ ſeptem zoniſ ſuper'eſſet. *Beroald.*

Metopſcopum.] Perinde ac ſi frontiſ inſpectorem dicat. Utitur eo vocabulo etiam Pliniuſ libro xxxv. cap: x. *Phyſiognomi* generaliuſ nomen eſt, pro eo qui ſe profiteatur hominum mores naturaliſque ex corpore, oculiſ, vultu, fronte pernoſcere, qualiſ Zopyruſ, qui Socratem notarat apud Xenophontem & Ciceronem lib. de fato. Adde Juven. locum è Sat. vi. -- frontemq, manumq,

Præbebit vati.—

Tituſ quoque juxta cubans guſtaſſe.] *Cubans?* Atqui Britannicuſ ipſe non cubabat, verum ſedebat. Lege Tacituſ, & Tranquillo negligentiam dicti condona. *Casaubon.* Claud. cap. xxxii. *Adhibebat omni cœna & liberoſ ſuoſ cum pueriſ puelliſque nobilibuſ, qui more veteri ad fulcra ſedenteſ reſcenderentur.* Similiſ locuſ eſt at Aug. cap. cxiv.

Quam gratiæ.] In hanc ſententiã ait Tacituſ, in Tito fuiſſe decorem, cum quadam majeſtate.

Notiſ

que: sed ne musica quidem rudis, ut qui cantaret & psalleret jucunde, scienterque. E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem imitari chirographa quaecumque vidisset: ac saepe profiteri se maximum falsarium esse potuisse. Tribunus mi- 4 litum & in Germania & in Britannia meruit, summa industria nec minore modestie fama: sicut apparet statuarum & imaginum ejus multitudine, ac titulis per utramque provinciam. Post stipendia, foro operam dedit, honestam magis quam assiduam. Eodemque tempore Arricidiam Tertullam patre equite Rom. sed praefecto quondam praetorianarum cohortium, duxit uxorem & in defuncta locum Marciam Furnillam splendidi generis,

Notis quoque excipere.] De notis Galb. cap. v. De celeritate vero notarum & quam multa parvo spatio scriberentur, Seneca Epist. xiv. ad Lucilium, & Quintilian. lib. xi. cap. ii. Vulgatum & illud, Homeri Iliadem in nucis putamine sic inscriptam fuisse, ex Solino. Sed & Plutarch. Catone auctor est orationem ejus quam adversus Caesarem de Catilinae sociis habuit notis exceptam, sua adhuc aetate extitisse. Torrentius. Manilius lib. i v.

Ille scriptor erit felix, cui littera verbum est,

Quinque notis linguam superet, cursumque loquentis

Excipiet longas nova per compendia voces.

Avsonius:

Puer notarum praepetum

Solers minister advola.

Vide & de Cassiano martyre Prudentium *Ὁσι σφάων*, Hymn. xix.

Ac saepe profiteri se max. falsarium.]

Eleganter Cic. ii. Philipp. Quo me teste convinces? An chirographo & in quo habes

scientiam quaestuosam. Qui possis? sunt enim librarii manu. Notat enim Antonium, id facientem quod Titus se facere posse dicebat. Chirographum hac significatione Graeci *ἰδιοχρῶν* appellant: nam *χρόγραφο* proprie ad contractus pertinet, & debitoris aut alterius manu signata cautio est. *συμβόλαιον χρομγραφείον*, ut exponit Hesychius. Torrent.

Honestam magis, quam assiduam.] Instat magni patroni causas nobiliores tantummodo suscipiebat.

Patre equite Rom.] Meminisse debemus Praefecturam Praetorii summum fuisse honorum equestris ordinis gradum. Galb. cap. xv. Male igitur qui sed & Praefecto hic legunt. Tertullum enim Equitem tantum fuisse significat, sed in eo ordine summum. Torrent.

Marciam Furnillam.] Furnia gens Romana est, & quidem Consularis, Marcia tamen multo illustrior. Hoc igitur est quod eam splendidi generis fuisse adjicit Suetonius. Idem.

ris, cum qua, sublata filia, divortium fecit. Ex quaestura deinde honore legioni prepositus, Tarichæam & Gamalam urbes validissimas Iudææ in potestatem rediguit: equo quadam acie sub feminibus amisso, alteroque inscensso, cujus rector contra se dimicans occubuerat.

5 Galba mox tenente Remp. missus ad gratulandum, quaqua iret, convertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta sensit, rediit ex itinere: aditoque Paphia Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de imperii spe confirmatus est. Cujus brevi compos, & ad perdomandam Iudæam relictus, novissima Hierosolymorum oppugnatione XII. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus: cepitque eam natali filie sue, tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione IMPERATOREM eum consalutaverint: & subinde decedentem provincia detinuerint, suppliciter nec non & minaciter efflagitantes, ut remaneret, aut secum omnes pariter ab-

ab-

Tarichæam & Gamalam.] De his Iosephus & Hegefippus, Plinius quoque & alii.

Rediit ex itinere.] Corinthum usque processerat. *Rediit* autem pro rediit scribunt fere antiquissimi codices, uti & Pandectæ Florent. veterum more, qui I longum pro geminato ponebant. *Torrentius.*

Aditoque Paphia Veneris oraculo.] Simulacrum deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exsurgens & ratio in obscuro. *Tacitus.*

Cepitque eam natali filia.] Octava die mensis Septembris, anno secundo principatus Vespasiani Hierosolyma civitas à Tito capta est: ut scribit Iosephus in VII. Dionis è Theodosio:

Οὕτω τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἢ μάλιστα ἔτε καὶ νυκτὶ πέντε, ἐξώλετο. Cod. Salm. cepitque ea, nempe Hierosolyma.

Tanto militum gaudio ac favore.] Refert Philostratus in VI. de vita Apollonii, gentes finitimas ob victoriam Iudaicam coronare Titum voluisse: qui tali honore indignum se esse respondit. Non enim se esse talium operum authorem, sed Deo iracundiam contra Iudæos demonstranti suas manus præbuisse: quæ cum audisset Apollonius Tyanæus, vehementer virum laudavit, quod videretur Titus ingenio abundare, & modestia, tum vero divinarum, humanarumque rerum naturam nosse, cum sanguinis causa coronari noluisse. *Escorialensis.*

Sed.

abduceret. Unde nata suspicio est, quasi descisceret à patre, Orientisque regnum sibi vindicare tentasset. Quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam petens, in consecrando apud Memphim bove Apide diademagestavit: de more id quidem rituque priscae religionis: sed non deerant qui secius interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Rhegium, deinde Puteolos oneraria nave appulisset, Romam inde contendit expeditissimus, inopinantique patri, velut arguens rumorum de se temeritatem, Veni, inquit, pater, veni. Neque ex eo destitit participem, atque etiam tutorem imperii agere. Triumphavit cum patre, censuramque gessit una. Eidem collega & in tribunitia potestate, & in septem consulatibus fuit. Receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & epistolas ipse dictaret, & edicta conscriberet, orationesque in senatu recitaret etiam quaestoris vice, praefecturam quoque praetorii suscepit, numquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam. Egitque ali-

Sed non deerant qui secius interpretarentur.] Et sane qui circa illa tempora vixerunt sic loquuntur, quasi alia vulgo opinio hominum fuerit. Philost. lib. vi. ἀναρρήθεις ἢ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ἐν τῇ Ρώμῃ, καὶ δρισείων ἀξιώθεις τῶτων, ἀπὸ τῆς ἰσομοιρήσων τῆ δόξης τῆς πατρει. At quod ait de salutato Romae tunc temporis Tito Imperatore, an verum? non sane, sed prorsus nugatorium: nam id factum in castris ad Hierosoly-ma, ut modo dixit Suetonius, & narrat Iosephus libro vi. capite xxxii. neque aliter salutatus à suo exercitu Titus Imperator, quam vetusto sub Republica more, qui omnibus notus. Vide libro primo ad caput lxxvi. Casanb.

Triumphavit cum patre.] Triumpho scilicet Iudaico, quo Vespasianus prior ibat, Titus sequebatur.

Censuramque gessit una.] Plinius in vii. meminit hujus censuræ, quam duo Vespasiani, pater, & filius simul gesserunt. Sic enim inquit: Accedunt experimenta, & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Casares Vespasiani, pater, filiusque censores egerunt.

Quaestoris vice.] Id enim Quaestorum qui Candidati Principis vocabantur officium erat. Aug. cap. lxxv.

Nisi ab equite Romano.] Hoc ergo est quod praefatione sua ad Titum ait Plin. Triumphalis, ac Censorius tu, sexiesque Consul, ac Tribunitia potestatis par-

aliquanto incivilius & violentius : siquidem suspectis-
simum quemque sibi, submissis qui per theatra & ca-
stra, quasi consensu ad pœnam deposcerent, haud cun-
ctanter oppressit. In his A. Cacinam consularem vi-
rum vocavit ad cœnam, ac vix dum triclinio egressum,
confodi jussit : sane urgente discrimine : cum etiam
chirographum ejus preparata apud milites conjuratio-
nis deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum se-
curitati satis cavet, ita ad præsens plurimum contraxit
invidiæ : ut non temere quis, tam adverso rumore,
magisque invitis omnibus transierit ad principatum.

7 PRÆTER scivitiam, suspecta in eo etiam luxuria
erat, quod ad mediam noctem comissationes cum profu-
sissimo quoque familiarium extenderet. Nec minus li-
bido, propter exoletorum & spadonum greges, propter-
que insignem reginæ Beronices amorem, cui etiam nu-

ptias

ticeps, & (quod hic nobiliter fecisti, dum
illud patri pariter & Equestri ordini præ-
stas) Præfectus Prætorio ejus. Porro ex
Equestri ordine Præfectos Prætorio su-
mi solitos etiam alter Suetonii locus
ostendit, Claud. cap. xii. neque in eo
ordine majus quicquam, aut sublimius
fuisse, Galb. cap. xiv. Idem etiam Ca-
pitolinus nos docet de Pertinace, scri-
bens M. Aurelium palam doluisse, quod
eum, cum Senator esset, Præfectum
Prætorii facere non posset. Primus ve-
ro Alexander statuit Præfecti Prætorio
Senatorii ordinis insignia, haberent,
ne Senatorem per non Senatorem ju-
dicari contingeret. sic enim de eo tradit
Lampridius. Nec dissimilis Spartiani
de Hadriano locus est. *Torrent.*

Incivilius.] Civilis dicitur qui scivus
non est, sed moderatus, parique cum
ceteris jure venit: incivilis, qui se pro
principe & Imperatore non gerit, sed
arrogans est & tyrannus. *Qua de re*

cap. xi. Tiberii. Hic A. Licinius Cz-
cina fuit, quo bello civili duce uteba-
tur Vitellius.

A. Cacinam consularem virum.] Vi-
ctor ad verbum è Suetonio. A quo
tamen in eo discrepat, quod ob su-
spicionem stupræ Beronices, quam
etiam uxoris nomine dignabatur, jugu-
latum dicit.

Præparata apud milites conjurationis.] Scribe concionis, & ita scriptum in me-
lioribus libris. *Casaub.* Ita etiam scri-
ptum in Salmasiano, qui semper me-
lioribus accedit.

Comissationes.] Vitell. cap. xiii.

Beronices amorem.] De hac Tacitus:
Nec minore animo regina Beronice juva-
bat partes, florens aetate, famaque; &
seni quoque Vespasiano magnificentia ma-
nerum grata. Idem alio loco indicat,
Beronicem à Tito adamatam fuisse, cum
ait, animum Titi juvenilem non ab-
horuisse à Beronice: cujus desiderio

accen-

ptias pollicitus ferebatur. Suspecta & rapacitas: quod constabat in cognitionibus patris nundinari premiari- que solitum. Denique propalam alium Neronem & opinabantur & predicabant. At illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes: neque ullo vitio reperto, & contra virtutibus summis. Convivia instituit jucunda magis quam profusa. Amicos elegit, quibus etiam post eum principes, ut & sibi & Reip. necessariis, acquieverunt, precipueque sunt usi. Beronicem statim ab urbe dimisit invitum invitam. Quosdam è gratissimis delicatorem, quamquam tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint, non modo fovere prolixius, sed spectare omnino in publico cœtu supersedit. Nulli civium quidquam ademit: abstinit alieno, ut si quis umquam: ac ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante se

mu-

accensus ferebatur olim ex Græcia in Iudæam vertisse iter. Opinor hanc esse illam Beronicem Agrippæ sororem, cuius magna mentio fit apud Iosephum & Hegeisippum: de qua vulgatus est rumor, quod cum Agrippa fratre coiret. *Beroald.*

Quod constabat in cognitionibus patris nundinari, premiarique solitum.] V. C. habet: Quod constabat in negotiationibus patris nundinari, prædarique solitum, &c. quod non displicet. Fulvius Ursin.

Premiarique.] Verbum elegans, & antiquum, pro quomodolibet questum facere. Hinc premiosus pro pecuniosus apud Festum, & premiatores nocturnos prædones exponit Nonius. Atque hinc porro intelligimus Tibulli locum lib. 1. Eleg. 11. (ferro

Nec finit occurrat quisquam qui corpora vulneret, aut rapta præmia veste petat. Torrentius.

Neque ullo vitio reperto.] Vitium vo-

care videtur quod natura infecerit, non quod ætas attulerit, aut paterni Imperii occasio. sic enim Tacit. initio lib. 11. Histor. *Latam voluptatibus adolescentiam egit, suo quam patris Imperio modestior. Idem.*

Acquieverunt.] Sic Tib. cap. LV1. quibus vel maxime acquiescebat.

Quosdam è gratissimis delicatorem.] Refer ad illa superiora, suspecta libido fuit, propter exoletorum & spadonum greges. Sunt enim delicati quos Græci πῦδας ἀπαλῆς vocant. Dio Chrysostomus de regno, καὶ μὲν ὀπίσθεν ἀφείς, ὡσπερ οἱ νῦν τῆς πῦδας τῆς ἀπαλῆς. Casaub. Enervatos greges vocat Victor.

Scenam tenuerint.] Id est, principem in ea locum habuerint. Sic scholam tenere, tenere Remp. Cicero & alii. Torr.

Collationes.] Calig. cap. XLII. collationes in alimoniam atque dotem puella recepit.

munificentia minor. Amphitheatro dedicato, thermis que juxta celeriter extructis, munus edidit apparatusissimum largissimumque. Dedit & navale praelium in veteri naumachia: ibidem & gladiatores: atque uno die quinque millia omne genus ferarum. NATURA autem benevolentissimus, cum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem & ipsi dedissent: primus præterita omnia uno

CON-

recepit. Aug. cap. LVII. libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt. Collationes idem esse Latinis, quod Gallis tailles, alibi notamus ex Budæo in Pandectas. Adde locum à Plinii Panegyrico: *Feres, Cæsar, curam & sollicitudinem consularem: nam mihi cogitanti, eundem te collationes remisisse, donatorum reddidisse, congiarium obtulisse, delatorios abegisse, vectigalia temperasse, &c.*

Amphitheatro dedicato.] Augustus id opus destinavit, Vespasianus extruxit, Titus dedicavit. Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte durer, notior omnino est, quam pluribus explicari verbis oporteat. *Sabellio.* Valerii Martialis liber exstat extra numerum aliorum, nomine Amphitheatri hujus. Vide & Vespas. cap. IX.

Celeriter extructis.] Cod. Salmas. *celebriter.* Sed *celeriter* retine ex historia. Sic enim & Martialis.

Hic ubi miramur velocia numera thermas.

Munus edidit apparatusissimum largissimumque.] Grues certaverunt inter se, & quatuor elephantum: ac pecorum ferarumque millia novem interfecta sunt. *Xiphilinus à Dione.* Pro grues lege Germani, ex sententia Casauboni, τῶν γερμανῶν substituentis Γερμανῶν. Quamquam vulgata lectio nihil absurdi contineat, utut novum spectaculi genus

esse videatur. Præcedit enim apud Xiphilinum: πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἰπποῖσι.

Dedit & navale praelium.] Omnino Xiphilinum adi: qui simulacra ista praeliorum à fictinis Corcyrensis & Corinthiis, itemque à Syracusanis & Atheniensibus exhibita tradit.

Quinque millia.] *Amphitheatrum,* quod Titus ædificandum curavit, *Breviarium Dionis* appellat τὸ θίατρον τὸ κωνηγαλῆρον, id est, *Theatrum venatorium,* quod venationum causa extructū esset: ut & thermas βαλανείων: in quo pro quinque millibus ferarum à Tranquillo scriptarum, referuntur novem millia. *Turnebus.* Sic *Torrentius* quoque. *Dionis,* inquit, *Compendium,* impudentius, novem millia ponit. At non ferarum modo, sicuti *Tranquillus,* sed & pecorum, βοτῶν, in ampliore illo numero *Compendium Dionis* meminit. Verba: ἀλλὰ τε ἰς ἐνακιστάλια καὶ βοτῶν καὶ θηρίων ἀποφάγη. Non igitur absurdum hoc quaecunque narrationis distidium. *Schildius.*

Primus præterita omnia uno confirmavit edicto.] *Edicti* hujus meminit & *Dio.* Habes ejusdem plane argumenti edictum divi Nervæ libro decimo epistolarum Plinii. Titi enim exemplum plerique deinceps principum imitari. De patre suo M. Antonino philosopho testatur

confirmavit edicto: nec à se peti passus est. In ceteris vero desideriis omnium hominum obstinatissime tenuit ne quem sine spe dimitteret. Quin & admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur quam præstare posset: Non oportere, ait, quemquam à sermone principis tristem discedere. Atque etiam recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: AMICI, DIEM PERDIDI. Populum in primis universum tanta per omnes occasiones comitate tractavit: ut proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed spectantium arbitrium editurum se professus sit. Et plane ita fecit. Nam neque negavit quidquam petentibus: & ut quæ vellent, peterent, ultro adhortatus est. Quin & studium armaturæ Threcum præ se ferens, sæpe cum populo, & voce, & gestu, ut fautor, cavillatus est: verum majestate salva, nec

mi

testatur Commodus apud Modestinum Jurisconsultum. ὁ θεϊότερος, inquit, πατήρ με παρελθὼν ὄψιν ἐπὶ τὴν δόχλῳ, ἀγαθὰ μακρὰ τὴν ὑπαρχέσασιν πρὸς τὴν ἀπελείας ἐθελοῦσα. Casaub.

AMICI, DIEM PERDIDI.] Themistius oratione sexta, Τίτῳ τῷ ἀγαθῷ τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα ἐκείνο ῥήμα, ὅτι τῆμερον σὺν ἐβασίλειαν ἐδὲν γὰρ ὄψιν ἐποίησα. Meminit idem Themistius & alibi. Atque hoc vere χρυσὸν ἐπὶ Τίτι, Imperatores sunt imitati principio constitutionis de patrimonialibus rei dom. Prope est ut beneficium accepisse credamus, quotiens offertur nobis causa præstandi: & diem periisse proculdubio suspicemur, quem nostri numinis munificentia non illustrat. Alluserunt & alii multi; ut Leo Augustus in constitutione quadam de Imperatoris officio

differens. Et Radevicus, de gestis Frederici I. lib. I. cap. XIV. Nullos sibi dies ociosos transire passus est: eos se ratus perdidisse, in quibus non aliquid de utilitatibus imperii disposuisset. Idem.

Proposito gladiatorio munere.] Sic proposito millies H. S. Tib. cap. XLVIII.

Et ut quam vellent, peterent, ultro adhortatus est.] Plinius in Panegyri de Trajani liberalitate: Impetratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur: institit ultro, & ut concupisceremus admonuit. Casaub.

Studium armaturæ Threcum.] Contra Domitianus mirmillonibus favebat, cap. X. Cajus etiam Threcibus, cap. XXX.

Ut fautor cavillatus est.] Cavillatus est, id est, cavillatione & derisione profectus est, inquit Beroaldus. At Sabellicus; Cavillatus est, tempestivo cavillo studium dissimulavit suum. Hæ expo-

minus equitate. Ne quid popularitatis pratermitteret, nonnumquam in thermis suis, admissa plebe, lavit. Quaedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Vesuvi montis, in Campania: & incendium Romæ, per triduum, totidemque noctes, item pestilentia quanta non temere alias. In his tot adversis, ac talibus, non modo principis sollicitudinem, sed & parentis affectum unicum prestitit: nunc consolando, per edicta: nunc opitulando, quatenus suppeteret facultas.

Cu-

expositiones minime concordant. Nam si fautor erat, quomodo derisione prosequutus est? quod Philippus ait. sin dissimulabat, ut Sabellicus inquit, quomodo ut fautor cavillatus est, Vnde fortassis ita legendum: *Sape cum populo & voce & gestu, ut fautor, cavillatus est.* Atque ita egregie procederet sensus ac dissimulatio, quam innuit Sabellicus. Quasi dicat Tranquillus: Fautor erat Titus Threcum, sed dissimulabat. Ergo una cum populo & voce, & gestu eos cavillatus est, ut non fautor. Majestate tamen salva, nec minus æquitate. Lector, si melius quid reperiat, id sequatur. *Glareanus.*

Nec minus æquitate.] Sensus est: Quamvis Titus favere videretur, & studere his gladiatoribus, qui Threces dicuntur, tamen æquus erat iudex, & ex æquitate palmam dabat victori.

Nonnumquam in thermis suis admissa plebe, lavit.] Lampridius in Alexandro Severo: Thermis & suis & veterum frequenter cum populo usus est, & æstate maxime, balneari veste ad palatium revertens: hoc solum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat. Casaubonus.

Vt conflagratio Vesuvi montis.] Memorabilis hujus incendii multi meminerunt, Eusebius, Dio apud Xiphilinum, Plinius junior, Iosephus, Martialis. Simile ejusdem montis incendium

accidit anno Christi cccclxxiii. Marcellinus Comes: INDICTIONE X. Marciano & Festo coss. *Vesuvius mons Campania torridus intestinis ignibus astuans exusta vomuit viscera, nocturnisque in die tenebris omnem Europæ faciensem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant viii. Idus Novembris. Hodie perit illius cultus instauratio ex Menologiis Græcorum. Iosephus Scaliger.*

Et incendium Romæ, per triduum totidemque noctes.] Tito ad visendam calamitatem Campaniæ profecto, multa Romæ conflagraverunt. Nam Serapidis ac Isis fana, Septa, templum Neptuni, balneum Agrippæ, Pantheon, diribitorium, theatrum Balbi, scena Pompeii, Octaviana ædificia una cum libris, templum Iovis Capitolini, cum proximis templis igni consumpta sunt. Xiphilinus è Dione.

Pestilentia.] De hac Eusebius sic: Lues ingens Romæ facta, ita ut per multos dies in ephemeridem decem nullis ferme mortuorum hominum referrentur. Beroald. Quæ quidem Ephemeris à Libitiniis conficiebatur, & ratio Libitina à Suetonio Ner. cap. xxxix. dicitur. Locum vero, quem ex Eusebio Beroaldus laudat, non in Titi rebus, sed Vespasiani, apud Eusebium reperias. Schildius.

Vese-

Curatores restituendæ Campaniæ à consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Veservo, quorum heredes non exstabant, restitutioni afflictarum civitatum attribuit. Urbis incendio nihil nisi sibi publice periisse testatus, cuncta prætiorum suorum ornamenta operibus ac templis destinavit: præposuitque complures ex equestri ordine, quo quæque maturius peragerentur. Medendæ valitudini leniendisque morbis, nullam divinam humanamque opem non adhibuit, inquisito omnium sacrificiorum remediiorumque genere. Inter adversa temporum, & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri. Hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac novissime traductos per Amphitheatri haren-

nam,

Veservo.] Cod. Salmaf. Vesuvio. At Virgilius: — Vicina Veservo

Ora jugo. —

Nihil nisi sibi publice periisse testatus.] Trajectio. nam publice jungi cū testatus debet. sic membranæ est ἢ οὐδὲν ἔστι, nihil nisi sibi periisse, publice testatus. Titi hanc vocem imitati sunt Imperatores Theodos. & Valent. A A. in constitutione de indulgentiis reliquorum. Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit non gravatus. Casaub.

Cuncta prætiorum suorum ornamenta.] Adspice quæ notantur ad locum in Augusto cap. lxxii. Ampla & operosa prætoria gravabatur.

Delatores mandatoresque.] Mandare est gerendum aliquid alicui committere. Hinc mandatores dupliciter ferè accipiuntur apud Jurisconsultos, & hi videlicet quorum mandato pecunia alicui creditur, (Nec quicquam à fidejussoribus differunt, nisi quod illi rancquam auctores præcedunt, fidejussores vero sequuntur) & hi qui delatores instruunt subornantque ad accusandum. Quare ut in pari sunt turpitudine, ita parem quoque pœnam detecta calum-

nia merentur. sic enim Callistratus l. i r. De jure fisci. Differt tamen à mandatore exhortator, aut instigator tantum, quod Papinianus respondit l. xx. De his qui not. infamia. Auctorem ergo fieri necesse est, ut mandatoris nomine quis puniatur. Male autem qui amandatores, aut emendatores hic legunt. Torrent.

Traductos.] Veluti per ignominiam, hoc enim significat traducere, quod Græci dicunt ἀπαγαγεῖς ἡγοῦν. Vnde in Evangelio scriptum est: Et nolens eam traducere, voluit occulte eam dimittere. Vbi exposuit interpret non infulse, propalare, & infamare. Papinius: In summa nempe ego sum qui traducor. & à Martiale dictum:

*Rideris, multoque magis traduceris
Afer.*

Seneca quoque in hoc significato sic inquit in decimo septimo Epistolarum: Volo luxuriam objurgari, libidinem traduci. Beroald.

Per amphitheatri arenam.] Ob hoc dixisse videtur Epigrammaticus poëta:

— Nec cepit arenam nocentes,

Et delator habet quod dabat exilium.

Sub-

nam, partim subjici in servos, ac venire, imperavit: partim in asperrimas insularum avehit. Utque etiam similia quandoque ausuros perpetuo coerceret, vetuit inter cetera, de eadem re pluribus legibus agi: quæ rive de cujusdam defunctorum statu, ultra certos annos.

9 PONTIFICATVM maximum ideo se professus accipere ut puras servaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cujusdam necis, nec conscius, quamvis interdum ulciscendi causa non deesset: sed periturum se potius, quam perditurum adjurans. Duos patricii generis convictos in affectatione imperii, nihil amplius quam ut desisterent monuit, dicens principatum fato dari: si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum: & confestim quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium salvum nuntiarent. Ceterum ipsos non solum familiari cœnæ adhibuit, sed & insequentem die gladiatorum spectata-

Subjici in servos, ac venire.] Illud subjici in servos, sic interpretor, ut hæc subjecti pro mancipiis vendantur. Juvenal. Sat. tertia.

Et præbere caput domina ranale sub hasta. Torrentius.

Partim in asperrimas insularum avehit.] Vide quæ scribuntur libro primo ad cap. lxxvi.

De eadem re pluribus legibus agi.] Multa sunt inventa legum diverticula, & vafritiæ: ut si actionem intendero adversario secundum formulam legis Aquiliæ & ille absolvatur, tunc alterius legis actionem mihi competere dicam, ut ita infelix reus divexetur. Ad hæc vaframenta, calumniasque tollendas noluit Titus ut de eadem re actio fieret pluribus legibus, sed una tantum lege competeret. Beroald.

Ultra certos annos.] Hinc titulus ille

Codicis Justiniani, Ne de statu defuncti post quinquennium quaeratur. Sed & Capitolin. de M. Antonino, De statu (inquit) defunctorum intra quinquennium quaeri jussit. Torrent.

Puras servaret manus.] Sic Horat. libri primi Sat. tertia,

— at bene si quis,

Et vixit puris manibus.

Nec difficile illud Plinii libri decimi octavi in capite tertio Honestis manibus omnia latius proveniunt. loquitur enim de agricultura, in qua cultorum innocentia feliciter agitur. At quanto ea magis in Pontifice requiritur? Sancte igitur Titus. nam Dii (quod in Alcibiade docet Plato) integritate animorum, & precibus placantur: Eleganter etiam Horatius libri tertii Odarum vigesima tertia:

Immunis aram si tetigit manus, &c. Idem.

Oblata

Et aculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita utriusque genitura, imminere ambobus periculum affirmasse, verum quandoque & ab alio: sicut evenit. Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed pœne ex professo sollicitantem exercitus, meditantem fugam, nec occidere, neque seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit: sed ut à primo imperii die, consortem successoremque testari perseveravit: nonnumquam secreto lacrymis & precibus orans ut tandem mutuo erga se animo vellet esse. INTER hæc 10 morte præventus est, majore hominum damno quam suo. Spectaculis absolutis, in quorum sine populo coram ubertim fleverat, Sabinos petit aliquanto tristior: quod sacrificanti hostia aufugerat, quodque tempestate serene

na

Oblata sibi ornamenta pugnantium.] Ornamentum est *οὐδὴ* quam Græci vocant. Sic *οὐδὴ Ἡρακλῆος* dicitur, quicquid prodituro in scenam assumendum ut Hercules personam agat; puta, leonina pellis, clava, pharetra, & cætera omnia id genus. Latini *ornamenta* vocant, ut ex Festo, Seneca, & Suetonio recte animadvertum viris eruditis. Seneca in epistola XLVIII. *subornare* pro armis instruere. Nihil igitur mutandum. In codice tamen Viterb. & Cujaciano, *ferramenta* scriptum, non *ornamenta*. Casaub. *Ferramenta* Cod. Salm. tueretur. Victor mirmillonum gladios exponit. Quos editorum mos exhibere, ut periculum faceret satisne essent acuti. *Ornare* autem eleganter dixerunt veteres pro instruere. Sic *ornati asini* apud Catonem De re rustica, *ornata jumenta* apud Vlpianum lege trigesima octava De Ædilit. edicto, *ornata provincia*, & *ornare provinciam* apud Suetonium Cæsarem capite decimo octavo. Torrent.

Inspicienda.] Ut inquit Aurelius

Victor quasi ad explorandam aciem, uni, atque alteri commisit.

Morte præventus est.] Observavi diligenter apud Philostratum de morte Titi aliter tradi, quam memoret Tranquillus, & reliqui prodiderint. Is enim scribit in sexto de vita Apollonii, Titum ab Apollonio admonitum, ut ab his sibi caveret, qui essent propinquissimi: necatumque esse eum memorat à Domitiano, veneno leporis marini propinato: Nerone quoque tradunt multos in conviviis sustulisse. Est enim lepus Marinus venenum aliis in potu, aut in cibo datus: aliis etiam visus, liquidem gravidæ si aspexerint leporem marinum, nauseant: ac deinde abortum faciunt. Beroaldus.

Hostia aufugerat.] Sic Cæs. cap. LIX. Vide Galb. cap. XVIII.

Tempestate serena.] Hoc alii pro læto, felicique auspicio observaverunt, sicut indicat illud Ennianum: *Cum tonnit lævum bene tempestate serena.* Unde ait Cicero: *Quadam nobis videntur ad-*

ccc

versa,

na tonuerat. Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum: multumque conque-
 stus, Eripi sibi vitam iminerenti: neque enim exsta-
 re ullum suum factum poenitendum, excepto dun-
 taxat uno: id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit,
 neque cuiquam facile succurrit. Quidam opinantur,
 consuetudinem recordatum quam cum fratris uxore
 habuerit. Sed nullam habuisse per sancte Domitia ju-
 rabat: haud negatura, si qua omnino fuisset, immo
 etiam gloriatura: quod illi promptissimum erat in
 11 omnibus probris. Excessit in eadem, qua pater, villa:
 Idib. Septembris, post biennium, ac menses duos, dies-
 que

versa, qua Græcis, & barbaris bona existimantur: cum alii aliter observent signa.

Tempestate serena.] Idem de Cæsaris morte Virgil. 1. Georg.

Non alias cælo ceciderunt plura sereno
 Fulgura.

Horat. lib. 1. Od. xxxiii.

Per purum tonantes

Egit equos, volucrumque currum.

Sup. Aug. cap. xcv. Torrent.

Ad primam mansionem.] Vbi primo pernoctavit. Aug. capite lxxviii. in proximo cujuscumque domesticorum cœnaculo manebat. Ibidem capite lxxiv. Ipse scribit invitasse se quendam, in cujus villa maneret, id est, cubaret aut pernoctaret.

Dimotis plagulis.] Plaga (inquit No-
 dius) grande tegmen linteum, quam le-
 cticariam sindonem dicimus. Hinc igitur
 plagula non totum illud lecticæ te-
 gmen, sed quibus fenestra lecticæ ob-
 tegeretur. Quo vocabulo usus est et-
 iam Livius lib. ix. ubi de luxu ex Asia
 Romam advecto conqueritur. Torrent.
 Dimotis pallulis in juratissimis antiqui-
 tatis libris reperi. quidni enim vela ob-

ducta lecticæ pallulæ vocari queant? quod ita à me affirmatur, ut tamen pla-
 gulis de suo jure nullam controversiam
 faciam, ne momenti actionem mihi
 intendat, & à Prætoris restitui petat, si
 à me dejiciatur. Turnebus. Pallulis de-
 fendit Cod. Salmas.

Quidam opinantur.] Alii putant (qui-
 bus ego assentior) quod Domitianum,
 à quo sibi certo sciebat insidias parari,
 non interfecisset, sed id ab eo pati ma-
 luisset: & quod traderet imperium Ro-
 manum tali viro, qualem cum fuisse
 referemus. Dio Cassius.

Excessit in eadem, qua pater, villa.]
 Periit conjectus in arcam ligneam nive
 oppletam, si Dioni credimus. Aliter
 Tzerzes esu leporis marini:

Τίτῳ ἢ Τρησὶν Βεβρωκῶς λαζῶν
 ἢ Πελασίων.

Vnde Græculus hæc tam discrepantia
 à Dione, & aliis? Plutarchus in bal-
 neo extinctum fuisse, in libro ὑπε-
 ρῶν ἀφ' ἡλιμῶν. Stulti Iudæi
 muscam in ejus cerebrum ingressam:
 unde σφακλιῶς perierit. Quæ sunt
 portenta Iudaica. Josephus Scaliger.

Nam

que xx. quam successerat patri, altero & quadragesimo
 etatis anno. Quod ut palam factum est, non secus at-
 que in domestico luctu parentibus publice cunctis, se-
 natus prius quam edicto convocaretur, ad curiam cu-
 currit: obseratisque adhuc foribus, deinde apertis,
 tantas mortuo gratias egit, laudesque congesit, quan-
 tas ne vivo quidem umquam, atque presenti.

Non secus atque in domestico luctu ma-
 rentibus publice cunctis.] Et istud viden-
 tur Græci de Suetonio vertisse, quem
 etiam Eutropius est imitatus: Cedre-
 nus, vel is potius unde habet Cedrenus:
 τοσῦτ' ἤν' ἐπὶ τῇ τελευτῇ
 Τίτῳ κατέχευε πλὴν Ῥώμῃ, ὡς ἐν
 χρόνῳ πολλῷ τῶν ἀπομνημονεύον-
 τες, καὶ τοῖς δὲ τοῖς αὐτῶν ἀναλογιζό-
 μνοι, δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους κλαίον,
 ὡς οἰκείᾳ πένθει κατεχόμε-
 ῖναι. Quam bene affecuti sint Græ-
 culi isti mentem Suetonii, qui valent
 iudicio, satis intelligunt. Casaub.

Senatus prius quam edicto convocaretur
 ad Curiam cucurrit.] Simile huic est,

quod de populo Romano observat Ta-
 citus: audita morte Germanici ultro il-
 lum sibi indixisse iustitium. Annalium
 lib. 11. Hos vulgi sermones audita mors
 adeo incendit, ut ante edictum magistra-
 tum, ante Senatusconsultum, summo iusti-
 tio desererentur fora, clauderentur domus.
 Casaubonus.

Congessit, quantas ne vivo.] Idem Eu-
 tropius iisdem verbis memorat. sic e-
 nim ait: Tantus luctus eo mortuo publi-
 cus fuit, ut omnes tanquam in propria do-
 luerint orbitate. Senatus, obitu ipsius,
 circa vesperam nuntiato, nocte irru-
 pit in curiam, & tantos ei laudes, gra-
 tiasque congesit, quantas nec vivo un-
 quam egerat, nec presenti: & inter di-
 vos relatus est. Beroald.

TITVS FLAVIVS DOMITIANVS.



EREXIT VRBEM, SED FATIGAT ERECTAM
GENS FLAVIORVM. META CRIMINVM, FINIS
IMMANITATIS, LÆTIORA PORTENDI,
CVM NIL FVRORI RESTAT, VLTIMVS SPONDET.

L. Schildius.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE XII. CÆSARIBVS

LIBER VIII.

TITVS FLAVIVS DOMITIANVS.

DOMITIANVS natus est IX. Kal. Novembris, patre Cos. designato, inituroque mense insequenti honorem, regione urbis sexta, ad Malum Punicum, domo, quam postea in templum gentis Flavia convertit. Pubertatis ac primæ adolescentiæ tempus, tanta inopia tantaque infamia gessisse fertur, ut nullum vas argenteum in usū haberet. Satisque constat, Clodium Pollionem prætorium virum, in quem est pœma Neronis, quod inscribitur Luscio, chirographum ejus conservasse, & nonnumquam protulisse, noctem sibi pollicentis: nec defuerunt qui affirmarent corruptum Domitianum à Nerva

suc-

Honorem.] Consulatus scilicet, quem per duos novissimos anni menses gessit. Vespas. cap. 1111.

Ad Malum Punicum.] Declarat hoc P. Victor De regionibus urbis, cum ait, *Malum Punicum, ad quod Domitianus dedicavit templum Minerva Flavianæ, seu templum gentis Flaviae, & erat domus ejus.* Quod dictum volui, ne quis malum Punicum insigne domus illius fuisse existimet. Fuit autē regione Urbis VI. De quo Præfatione operis sui Valerius Flaccus, *Ille tibi cultusque Deūm delubraq; genti Instituet.* —

Loquitur enim de Domitiano, non de Tito, ut quidam viri docti credidere. Quamvis enim Titus patrem Vespasianum consecravit, non idcirco Domitianus excluditur, qui & ipse templi, de

quo agimus, dedicatione divinos parenti suo honores instituit. Quo referendum etiam illud Martialis lib. IX.

Addita quid Latio Flavia templa polo?

Nam *Latum polum* appellat eam veluti poli partem, cui Latinorum Romanorumque Dii transcripti fuerant, eosque inter Vespasianus. *Torrent.*

Pœma Neronis.] Ut hunc Claudium Pollionem, sic Afranium Quinctilianum, vel (ut alii volunt) Quinctianum, probroso carmine diffamavit Nero. Auctor Tacit. lib. Annal. xv. Hinc itaque Iuvenalis versum intelligimus à Sat. IV.

— *improbior Satyræ scribente cinado.*

Neronem enim significat, qui molles, ipse mollior ac nequior, carminibus suis perfrinxerat. *Torrent.*

Ccc 3

Apud

successore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capitolium cum patruo Sabino, ac parte presentium copiarum: sed interrumpentibus adversariis, & ardente templo, apud adituum clam pernoctavit: ac mane Isiaci celatus habitu, inter sacrificulos vana superstitionis, cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui vestigia subsequuti erant, deprehendi non potuerit. Post victoriam demum progressus, & CÆSAR consalutatus, honorem præturae urbanae cum consulari potestate suscepit titulo tenus: quam jurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Ceterum omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut jam tum qualis futurus esset ostenderet. Ne exsequar singula, contrectatis multorum uxoribus, Domitiam Longinam & Elia Lamiae nuptam, etiam in matrimonium abduxit: atque uno die super viginti urbana officia atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dictitante, quod succes-

so-

Apud adituum.] Adituum significatur ille, qui præest tuendis ædibus: veteres aditimum appellaverunt. Lucretius pro adituus adituentes appellat. Scribit Iulius Firmicus, adituum nasci, aut hierodulos, hoc est, templorum ministros, qui in xxvi. parte Geminarum habuerint horoscopus. Beroaldus.

Isiaci celatus habitu inter sacrificulos.] Sic nimirum & M. Volusius, Aedilis plebis, proscriptus à iii. viris, Isiaci habitu per itinera viasque publicas stipem petens, evasit. Appian. Bellor. civilium iiii. & Valerius Max. lib. vii. cap. iii. Quem vero Isiaci habitum hic Sueton. vocat, Tacit. lineum amictum appellat, ut linream religiosamque vestem ipse etiam Sueton. Tiber.

cap. xxxvi. & Otho. capite decimo secundo. Eleganter etiam Tibull. libro primo Eleg. iii.

*Ut mea votivas persolvens Delia voces
Ante sacras lino tecta fores sedeat.*

Sed & Iuvenal. Sat. vi. Isiacorum gregem linigerum pariter & calvum vocat, ab amictu nempe linigerum, calvum, quod & caput raderent. Ortum id vero ex Orphei, & Pithagoræ disciplina, qui lanca omnia in rebus divinis, ut impura & profana, damnabant. Qua de re in defensione sua Apollonius apud Philostratum lib. viii. cap. iii. Cui addere poteris Plinium lib. xix. cap. i. & Plutarchum De Iside & Osiride. Torrent.

Aelio Lamiae nuptam.] Hunc post interfecit, Inf. cap. x. Iuvenal. Sat. iii.

Expe-

forem non & sibi mitteret. Expeditionem quoque in Galliam, Germaniasque, neque necessariam, & dissuadentibus paternis amicis, inchoavit: tantum ut fratri se & operibus & dignatione adaequaret. Ob hæc correptus, quo magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre una: sellamque ejus ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur: ac triumphum utriusque Iudaicum equo albo comitatus est. In sex consulatibus, nonnisi unum ordinarium gessit: eumque cedente & suffragante fratre. Simulavit & ipse mire modestiam: in primisque poëticae studium, tam insuetum antea sibi, quam postea spreum & abjectum: recitavitque etiam publice. Nec tamen eo secius, cum Vologesus Parthorum rex auxilia adversus Alanos, du-

Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque.] Ad Josephum, qui plenis velis laudat Domitiani hoc inceptum *Αλώστως* libro septimo, capite xi.

Germanias.] De hac Domitiani adhuc pueri expeditione Germanica sentire videtur Silius, cum ait in tertio Punicorum:

At puer auricomus præformidate Batavo. Germanias ideo pluraliter protulit, quia & superior & inferior Germania est. Beroald.

Conditionis.] Quæ privata adhuc erat: ut ætatem ad belli consilia, conditionem ad officia temere distributa referas. Sabellius.

Equo albo comitatus est.] *Ἐπὶ κέλη* vertit Zonaras. Nec male Zonarae interpretes equum singularem exponit, nam & navigia quædam actuaria, quod uno tantum remo agantur, seu remorum ordine potius, Græci *κέλη* vocant, Celoces Gellius. Torrentius. Vide quæ notantur ad Tib. cap. vi. sumali equo.

Unum ordinarium gessit.] Ætate Imperatorum annus in multos divideba-

tur Consules; sed soli, qui anni initio inibant honorem, ordinarii censebantur, honoratiorisque erant. Seneca, *Consulem me fecit, sed non ordinarium*: Id à Dione lib. xliii. etiam scribitur. Tarnebus.

Simulavit & ipse mire modestiam, in primisque poëticae studium.] De poëtica Domitiani idem Tacitus: at Fabius & Plinius mire laudant. Pertinent huc elegantes Valerii Flacci ex opere primo *Argonauticæ* versus, variè à Criticorum ingeniis emaculati.

Vologesus.] Hic ille est, qui sub initium Imperii Vespasiano pollicitus est quadringenta sagittariorum millia. Vef. cap. x.

Alanos.] Alani, populi sunt Scythiæ Europæ, juxta quos sunt Toxolani: author Plinius in 1111. Refert Ammianus Marcellinus Alanos appellari, quos Prisci Masagetæ dixerunt: ab eodem Alani Europæi cognominantur. Martialis:

Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Alani, ut docet Eusebius in vi. Præ-

ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res est, alios Orientis reges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus sollicitare tentavit. Patre defuncto, diu cunctatus, an duplum donativum militi offerret, numquam jactare dubitavit, relictum se participem imperii, sed fraudem testamento adhibitam. Neque cessavit ex eo insidias struere fratri clam, palamque: quoad correptum gravi valitudine, prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deserijussit: defunctumque nullo præterquam consecrationis honore dignatus, sæpe etiam carpsit obliquis orationibus & edictis. INTER initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quidquam amplius quam muscas captare, ac stylo præacuto confingere: ut cuidam interroganti, esset ne quis intus cum Cæsare, non absurde responsum sit à Vibio Crispo, ne musca quidem. Deinde uxorem Domitiam, ex qua

in

parationis Evangelicæ, carnibus a-luntur, panem non esitant. Beroald.

Inter initia principatus quotidie secretum.] Ut hæc lectio est, videtur Domitianus consuetudine captandi secretum istud horarium per initia tantum principatus esse usus: postea mutasse morem. Contrarium tamen suadet Plinius in Panegyrico, cum ait: non adire quisquam, non alloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem. Sed falluntur qui Plinianum locum superiorem cum isto Suetonii comparant. nam illud secretum de quo Plinius, diversum est ab isto horario. ille *ἀποκρύφους* de moribus Domitiani loquitur: hic de primis illius gestis post assumptum imperium. clarum hoc vel ex voce deinde quæ statim subjicitur.

Casaubonus. Codex Salmas. inter vitia principatus.

Muscas captare ac stylo præacuto confingere.] Et animi quidem, sed & corporis fortasse vitium ad hoc insanix genus Domitianum adegit. Nam Hippocrates inter alia indicia hominis quem atrabilis vexat, hoc quoque recenset, & muscas cum captare scribit. Locus est in libro de internis affectionibus. Casaubonus.

A Vibio Crispo.] De hoc sic Quintilian. lib. x. Vibius Crispus compositas, & jucundus, & delectationi natus, privatis tamen causis quam publicis melior. Similem ejus jocum de Vitellio refert Xiphilin. Tacit. tamen Histor. lib. 11. & 1111. ut delatorem notat. Quod cum fortassis fidentiore fecit.

Ex

*in secundo suo consulatu filium tulerat, alteroque anno consalutaverat ut AVGVSTAM, eandem Paridis histrionis amore deperditam, repudiavit: intraque breve tempus impatiens dissidii, quasi efflagitante populo, reduxit. Circa administrationem imperii aliquandiu se varium praestitit: mistura quoque aequali vitiorum atque virtutum, donec virtutes quoque in vitia deflexit: quantum conjectare licet, super ingenii naturam, inopia rapax, metu sevens. SPECTACULA 4
CVLA magna assidue & sumtuosa edidit: non in Amphitheatro modo, verum & in Circo: ubi praeter sollemnes bigarum quadrigarumque cursus, praelium duplex etiam equestre ac pedestre commisit, atque in Am-*

Ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat.] Hunc infantulum mortuum, in Divos relatum, & immortalitate donatum fuisse ex argenteo Domitiae denario intelligimus, in cuius altera parte puerulus nudus quasi supra caelum collocatus videtur. F. Ursinus.

Alteroque anno consalutaverat ut AVGVSTAM.] Quamvis uxores Augustorum Augustas vocari ratio postulat, tamen hoc decreto Senatus fiebat. Capitolinus in Antonino Pio: uxorem Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit. Alioqui mos erat non solas Augustas appellare uxores Imperatorum, quam filiae, sorores, & nurus quoque, & socrus Augustorum ita vocarentur, ut in Inscriptione: DIVAE. MARCIANAE. AVG. SORORI. item: DIVAE. MATIDIAE. AVG. FIL. AVG. Claudio mos est socrus, filias, & neptes Augustorum reginas vocare. Repudiatam uxorem suam Domitiam Longinam intra breve tempus reduxit: in cuius rei gratiam nummi cusi sunt: DOMITIA. AVGVSTA. IMP. DOMIT. CONCORDIA. AVGVST. Item: ΔΟΜΙΤΙΑ. ΛΟΝΓΕΙΝΑ. ΣΕΒΑ-

ΣΤΗ. Iosephus Scaliger.

Sollemnes bigarum quadrigarumque cursus.] Sollemnes vocat, sine quibus Circenses nulli peragerentur. Torrent.

Atque in Amphitheatro navale quoque.] Neque hoc explicant commentatores, quo pacto praelium navale in Amphitheatro representari potuerit. Pudet alios fateri ignorantiam. Sed id est parum ingenui hominis, & diffidentis sibi in aliis. Glareanus. Hoc spectaculi genus quomodo in Amphitheatro representari potuerit, in Tito docet & Dione Xiphilinus. Verba ipsa subjeci: τὸ γὰρ θίατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὑδαίων ἐξαίφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲ καὶ ἵππους καὶ ταύρους καὶ ἄλλα πρὸς χροῆσιν, δεδιδοσμένον πρὸ ὅσων ἐπὶ τῆ γῆς, πρᾶττεν καὶ ἐν τῷ ὑδαίῳ εἰσήγαγε ἢ καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων. καὶ εἶθι μὲ ἐκεῖ ὡς οἱ μὲ Κερκυραῖοι, οἱ ἢ Κορίνθιοι ὄντες, ἐναυμάχουσαν. Ait, derepente immixtis aquis impleto theatro, naumachiam quandam exhibitam fuisse. Θίατρον autem ibi pro Amphitheatro accipiendum. Nam in

Amphitheatro navale quoque. Nam venationes, gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos: nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum. Præterea quæstoriiis muneribus, quæ olim omiffa revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret, bina paria è suo ludo postulandi, quæ novissima aulico apparatu induceret. Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes ejus stabat puerulus coccinatus, parvo portentosoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnumquam serio. Auditus est certe, dum ex eo querit, ecquid sciret cur sibi visum esset ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum. Edidit navales pugnas pene justarum classium,

ef-

dedicatione Amphitheatri tale quid Titus populo præbuit. Et sic à Xylandro quoque vertebatur. Quod perperam ab emendatore Xylandri postea sollicitatum. Schildius.

Et noctibus ad lychnuchos.] Noctibus & spectacula & convivia sæpius exhiberi solita à Domitiano. Xiphilinus: *δειπνοσφίσι δημοσίᾳ ἀπὸ πόνου τῶν νυκτῶν παρέχει πομπὰς ἢ ὑγιῆς αἰζῶνας ὑκτιοῦ ἐπιπέδ.* idem paulo ante narraverat noctu Domitianum sylvanos vino inmanentes multis locis populo exhibuisse: *οἶνον τε σφίσι πομπὰν ἢ ῥέοντα νυκτῶν παρέχειν.* Casaubonus. Vide Cæf. cap. xxxvii. Calig. c. xviii. quondam etiam & nocturnos (ludos) accensis tota urbe luminibus.

Nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum.] Discite, & credite prisca, non in caveam solum fœminas venisse, sed in arenam. Testatur Juvenalis Sat. vi. Statius de iisdem ludis, de quibus hic Suetonius:

*Stat sexus rudis insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim serumque Phasim*

Thermodontiacas calere turmas.

Adeoque id verum & vulgatum, ut Severo imperante cavendum S. fuerit, *μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μισομαχεῖν.* non ultra fœminam ullam ad gladium depugnare, ait in Severo Xiphilinus. Quin & Tacitus in rebus Neronis: *fœminarum illustrium senatorumque plures per arenam fœdatis sunt.* Lipsius.

Quæstoriiis muneribus.] Ludis, & spectaculis, quæ per quæstores exhiberi solebant: nam, ut inquit Tacitus, institutum fuit à Claudio principe, ut spectaculum gladiatorum per omnes annos celebraretur pecunia eorum, qui quæstoriam adipiscerentur.

È suo ludo.] Ex gladiatorio Imperatoris ludo, ubi familiarum gladiatorum erudiebantur. Itidem Plinius in undecimo mentionem facit de ludo gladiatorio Imperatoris Caligulæ, cum ait: *Thraci enim studioso in Caji Caesaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem.* Beroaldus.

Aulico apparatu.] Non vulgari, quo alii à lanistis accersiti, sed aliquanto exquisitiore: ut ex aula principis producti videri possent. Sabell.

Cir-

effosso, & circumstructo juxta Tiberim lacu: atque inter maximos imbres perspectavit: fecit & ludos seculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. In his, Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Instituit & quinquennale certamen, Ca-

pi-

Circumstructo.] Circumstructum intel- ligo in cuius circuitu sedilia extructa fuerint, unde spectari pugna posset. sic enim Aug. cap. XLIII. Ut fortassis hæ porticus fuerint quas inter Domitiani opera enumerat Eutropius, uti nau- machiam cap. sequenti Sueton. Tor- rentius. Tacitus loco simili Annalium XII. lacu in ipso navale prælium ador- natur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno.

Perspectavit.] Sic ut Aug. c. XCVIII. quinquennale certamen gymnicum, honori suo institutum, perspectavit.

*Fecit & ludos seculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Clau- dius proxime, sed quo olim Augustus edi- derat.] Quam recte hæc Tranquillus scripserit, haud satis scio. Siquidem Domit. Imp. nec Augusti nec Claudii secularium, quum ipse eos celebrasset, rationem habuit. Non Claudii, quia vix XL. ab ejus ludus annus exactus e- rat: non Augusti, quia sex annos anti- cipavit. Eos enim non DCCCXLI. sed DCCCXLVII. ad Augusti summam ede- re debuisset. Quod qua ratione fecerit, haud equidem scio. Tacitus libro XI. se hanc causam reddidisse scribit, ubi ita ait: *Vtrinque principis (& Claudii, & Domitiani) rationes prætermitto, sa- tis narratas libris, quibus imperatoris Domitiani res composui. Ego autem exi- stimarem Domitianum ipsum ludos seculares à numero decennii septena- rio, in quo prius celebrabantur, tan- quam parum apto ad primum ejus de- cadis, Livianam forte, & Antiatis an-**

norum summam in hac dumtaxat re sequutus redigere voluisse, in qua ex antiqua consuetudine ludos seculares referri oportebat, & ita aliqua ratione Augusti ordinem est sequutus, potius quam Claudii, non quidem ratione numeri, sed annorum decadis. Onu- phrius Panvinus.

Centum missus.] De missibus ad cap. XXI. Claud. Salmasius.

*A septenis spatiis] Peractis septem spatiis palma victori dabatur. Vnde ait Seneca libro quarto Epistolarum mo- ralium: *Agitatorum lætitia cum septimo spatio palmæ appropinquant. Et ad hunc numerum alludens Lactantius, sic scri- bit libro septimo Institutionum Di- vinarum: Quoniam decursis propositi operis septem spatiis, ad metam provec- ti sumus. Propert. lib. II. Eleg. XXV.**

Aut prius infecto deposcit præmia cursu Septima quam metam triverit arte rota. Corripuit autem, id est, contraxit.

Instituit & quinquennale certamen Capitolino Iovi.] Factum anno V. C. DCCCXXXIX. COSS. Domitiano XII. & Ser. Cornelio Dolabella. vide Cen- sorinum. sed nemo plura de hoc ago- ne quam Staius Papinius in Sylvis. quem eximium poetam certum est in eo superatum esse, aliis contra eum co- ronatis. testis ipse cum in carmine ad Claudiam uxorem, tum in epicedio patris. Casaubon. Capitolinus Agon à Græcis passim vocatur Καπιτώλια & Καπιτώλια. In nummo Domitiani legitur: ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΝ ΣΕΒΑΣ- ΤΩΝ.

pitolino Iovi triplex, musicum, equestre, gymnicum, & aliquanto plurimum quam nunc est, coronarum. Certabant etiam & prosa oratione Græce Latineque: ac præter citharædos chorocitharistæ quoque, & psilocitharistæ: in stadio vero cursu etiam virgines. Certamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus toga Germanica, capite gestans coronam auream cum effigie Iovis, ac Iunonis, Minervaque assidentibus Diali sacerdote & collegio Flavialium pari habitu, nisi quod

ΣΤΩΝ. Vocatur autem lustrum semper in veteribus inscriptionibus, ut in illa egregia, adducta ab Onuphrio Panvinio. L. VALERIO. L. F. PVDENTI. HIC. CVM. ESSET. ANNORVM. XIII. ROMAE. CERTAMINE. IOVIS. CAPITOLINI. LYSTRO. SEXTO. CLARITATE. INGENI. CORONATVS. EST. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS. SENTENTIIS. IVDICVM. HVIC. PLEBS. VNIVERSA. HISCONIENSIVM. STATVAM. AERE. COLLATO. DECREVIT. In ea inscriptione manifesto lustrum est Agon Capitolinus, celebratumque est illud lustrum anno à Christo CVI. Exstat Romæ luculenta stela ex portu Anconitano devedta, quæ tota pertinet ad hunc agonem. Et quamvis sit Græca, tamen pro lustro littera L. singularis apposita est. Etiam in numismatis Græci nunc L. nunc A. pro lustro ponitur. *Iosephus Scaliger.*

Quinquennale certamen.] Vti & Nero cap. xii. Sed Domitiani certamen, quod ab eo annus magnus, seu lustrum (ut Censorin. tradit) observari cœperit, usque ad Constantini tempora duravit. Adde Plinium lib. iiii. Epist. xxi. *Tarrentius.*

Coronatorum.] Sic ampliare numerum palmarum Ner. cap. xxii.

Chorocitharistæ quoque & psilocitharistæ.] De psilocitharistis & arte psilocitharistica, Athenæus libro xiv. sic

apud Græcos ψιλὴ κιθάρα, cui adjungitur vocis melodia: ut in i. Platonis de Legibus. κιθαρίζου ψαλλῶν eleganter in secunda historia Diodori. *Casaubon.* Chorocitharistæ vero plures sunt citharædi una modulabiles, quod vocabuli ratio ostendit.

Purpureaque amictus toga Germanica.] Vt toga nihil aliud erat quam pallium rotundum, sic pallium Græcicum aliud nihil quam toga quadrata. Hinc togam Græcicam Suetonius pro pallio Græco dixit. Ita enim optimus librorum, quem vidi, legit pro Germanica, quod editiones nunc occupat. Frustra etiam laborant in quaerenda illa Germanica purpura viri eruditissimi. Toga Græca purpurea est pallium purpureum Græcum. *Salmasius.*

Cum effigie Iovis & Iunonis.] In corona aurea, quam gestabat Domitianus, visebantur effigies, & simulacra deorum Capitolinorum, qui sunt Iupiter, Iuno, & Minerva. Erant enim hæc spectacula Iovi Capitolino dicata. *Beroald.*

Flavialium.] Sacerdotum, quos ille patri, & Flaviz genti consecravit. *Papinius:*

— Est hic, agnosco, minister
Illius aterna modo qui sacra genti
Condidit, atque alio posuit sua sidera
celo.

Martialis:

Templa deis, mores populis, dedit etiam
Astra

quod illorum coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, ederentque eximias venationes & scenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum trecentorum ter dedit: atque inter spectacula muneris, largissimum epulum. Septimontiali sacro quidem Senatui, equi-

Astra suis, cælo sydera, ferta Iovi.
Sabellicus.

Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria.] In Albano accipiendum, ut, in Tusculano. non enim Albanum montem intelligit: sed arcem ad ejus radices sitam. Albanum secessum Tranquillus nominat cap. xix. Dio fere, τὸ Ἀλβανὸν, vel τὸ Ἀλβανὸν χωρίον. Vlpianus ad Sabinum: *Albanus fundus principalibus usibus deserviens.* Casaub.

Minervæ, cui collegium instituerat.] Minervam, cujus etiam filius dici ac credi voluit, viderique ejus omnia consilio agere, præcipua veneratione Domitianus semper coluit. Quod non solum ejus ætatis historici, sed & Quintilian. & Philostratus attestantur, nummi præterea plurimi, Deæ effigiem præferentes. Quare in Albano monte non solum Quinquatria annis singulis celebravit, sed & collegium instituit. Quod insigniter describit Juvenal. Sat. 11. tam liber, & verax, atque ubique sui similis, quam contra vani ac futiles Papinius & Martialis, quavis occasione turpissime adulantes. *Torrentius.* Ter victor discessit ex hoc certamine Papinius in carmine ad uxorem,

— ter me vidisti Albana ferentem
Dona comes, sanctoque indutum Caesaris
auro,
Visceribus complexa tuis, fertisque dedisti
Oscula vobela meis.

Magisterio fungerentur.] Sup. Aug. cap. 11. *Avus municipalib. Magisterio, &c.*

Superque oratorum ac poetarum certamina.] Inscriptio, quam ex Onuphrio subjecimus, potest referri ad Quinquatria Albana: in queis erant oratorum & poetarum certamina: L. SVRREDIO. L. F. CLV. FELICI. PROCVRATORI. AB. SCEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN. PRINCIP. CORONATO. CONTRA. OMNES. SCENICOS. Quod autem in ea inscriptione dicitur *coronatus contra omnes scenicos*, manifesto ostendit, in commissione poematum hoc contigisse. Et qui ita coronati erant contra omnes, sive poetæ essent, sive Hieronicæ, omnes illi dicebantur paradoxo. *Ios. Scaliger.*

Inter spectacula muneris.] Hujus loci sententia est Domitianum, spectaculo muneris gladiatorii populo ibidem sedenti epulum dedisse. Ex Xiphilino.

Septimontiali sacro.] Septimontium dies festus appellatur mense Decembri, qui dicitur in fastis Agonalia, quod in septem montibus fiunt sacra, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalò, Cælio, Oppio, Cespio. Hæc Festus. Nam Varro differens de festis, quæ in mensem Decembrem incidebant, ponit & inter ea Septimontium. Agonalia vero eodem mense erant propriæ Idus Decembres, alia ab illis Agonalibus, quæ notant fasti mense Januario. Hinc tantum interest, quod Agonalia sint ante

Lar-

equitique, panariis, plebei sportellis cum opsonio distributis, initium vescendi primus fecit: dieque proximo omne genus missilia sparsit: & quia pars major intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiavit.

5 *Plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit: in queis & Capitolium, quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Novam autem excitavit adem in Capitolio Custodi Iovi, & forum quod nunc Nervæ vocatur.*

Larentinalia: Varro vero Septimontium ponat post Larentinalia. De Septimontio habes & apud Tertullianum libro de Idololatria: *Etiam strenx captanda & Septimontium & brumæ & caræ cognationis honoraria exigenda omnia.* Ex quibus apparet, non solum mense Decembri fuisse, quia is est brumæ mensis: sed etiam circa finem ejus mensis fuisse, quia proximum sit strenx exigendæ quod fiebat Kalendis Januariis. *Iosephus Scaliger.* Septimontium celebrant ob inclusum pomeriis septimum collem, atque adeo ob Romam septicollem effectam. *Plutarchus.*

Panariis.] Panaria tanquam capaciora, atque honestiora, Equiti, & Senatori data, ut *sportellæ* plebi. Similis locus Calig. cap. xviii. *panaria cum opsonio viritum divisit.* *Torrent.*

Intra popularia.] Vide Ner. cap. xi. & Calig. cap. xxvi. Observandum vero obiter quod & Senatorum loca cuneis distinguebantur. Quod etiam ex Virgilio animadvertere est *ii. Georg.*

— *hunc pluvius hiantem*

Per cuneos (gemnatur enim) plebsque, Patrumque

Corripuit. —

Torrentius.

Quinquagenas tesseras.] Alibi dictum de tesseras, quæ pro hoc vel illud inscriptum continebant, ita raptorem sui

locupletabant. Aug. cap. xli. *tesserasque nummarias duplicavit.*

Plurima & amplissima opera.] Habes apud Eutropium & Eusebium in Chronico multorum operum nomina, quæ partim Titus, partim Domitianus fecerunt. neque enim satis distincte ab auctoribus sunt tradita. *Casaub.*

Quod rursus arserat.] Capitolium ter arsisse apud Historicos observavimus: semel Scipione & Norbano consulibus per bella civilia Mariana: iterum Vitelliano bello: tertio una cum Vespasiani interitu inflammatum, incensumque est: & tunc à Domitiano restructum fuit magnificentius, elegantiusque, quam antea fuisset: cujus impensam duodecim millia talentorum excessisse auctumat *Plutarchus. Bevoald.*

Novam autem excitavit adem in Capitolio custodi Iovi.] Domitianus prima irruptione (*Vitellianorum*) apud adituum occulatus, solertia liberti, lineo amictu turbæ sacrificarum immixtus ignoratusque, apud Cornelium Primum paternum clientem, juxta Velabrum, delituit. Ac potente rerum patre, disiecto aditui contubernio, medicum sacellum IOVI CONSERVATORI, aramque posuit, casusque suos in marmore expressit. Mox imperium adeptus, IOVI CYSRODI templum ingens, seque in sinu dei sacravit. *Tacitus.*

@desau.]

tur. Item Flavia templum gentis, & stadium, & odeum, & naumachiam: è cujus postea lapide maximus Circus, deustis utrimque lateribus, exstructus est.

EXPEDITIONES partim sponte suscepit, partim 6
necessario. Sponte in Cattos: necessario unam in Sarmatas, legione cum Legato simul caesa. In Dacos duas, primam Appio Sabino consulari oppresso: secundam, Cornelio Fusco praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat. De Cattis Dacisque post varia praelia, duplicem triumphum egit. De Sarmatis lau-

Odeum.] Vbi canebatur, ὠδείοι. Ea vox apud Ciceronem & in historiis frequens. In Odeo Attici theatri Ægyptiorum regum statuas fuisse, Pausanias scripsit. Extra theatrum quoque loca dicata Musis eodem dicta nomine. Quale Athenis à Pericle destinatum, Musicis certaminibus. Alexi quoque, & Plutarchus, Demosthenes & Aristoteles in quarto divinæ Philosophiæ ὠδείοι faciunt mentionem. Pausanias in Achaicis memoriæ prodidit, Herodæ Attici jussu atque impensis constructum pulcherrimum ὠδείοι defunctæ uxoris monumentum. ὠδείοι columnarum mentio fit in libro de formis dicendi, qui Theophrasto attribuitur. Ἀοσειόι sic ab Odeo distinguit Vitruvius, ut sit pulpiti pars, in qua canerent, ὠδείοι. altera autem, in qua aurisum moverent, aut censuram exercerent, aut vitæ nostræ putarent rationes. *Cæsar Scaliger.*

Naumachiam.] Cujus adhuc aliqua creduntur extare vestigia post Sylvestri fanum, inter Flammiam viam, & Pincianum collem, vinetis cooperta. *Sabellicus.*

E cujus postea lapide maximus Circus est exstructus.] Auctor tanti operis est Trajanus. Multa de hoc Circo Plinius in libro panegyrico.

Cornelio Fusco praefecto cohortium praetorianarum.] Iuvenalis:

Et qui vulturibus servabat viscera Dacis,
Fuscus marmorea meditatns praelia villa.
Martialis quoque ejus interitum eleganti deplorat carmine:

Ille sacri lateris custos, Martisque rogati.

Sabellicus.

De Cattis Dacisque post varia praelia duplicem triumphum egit.] Dacicum & Germanicum cognomina ex devictis gentibus reportasse testis Iuvenalis:

— cum lance beata

Dacicus, & lato splendet Germanicus auro.

Et tamen nullus nummus exstat, nullum monumentum, in quo Dacici cognomen sit. At Germanicus sæpissime in ejus nummis legitur: quod cognomen non habet nisi jam consul decies. Sane in XI. & XIII. consulatu nummi habent Trophæum cum inscriptione, GERMANIA CAPTA. *Iosephus Scaliger.*

De Sarmatis lauream modo Capitolino Iovi retulit.] Clarum ex hoc loco errare doctissimos viros, qui triumphare & Iovi Capitolino lauream referre idem esse putant. majus enim & longe dignius triumpho quam laureæ jus. quod etiam stante Rep. omnibus competiit qui cæsis hostibus Imperatores salutati fuissent: sive illi res triumpho dignas,

successore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capitolium cum patruo Sabino, ac parte presentium copiarum: sed interrumpentibus adversariis, & ardente templo, apud adituum clam pernoctavit: ac mane Isiaci celatus habitu, inter sacrificulos vanæ superstitionis, cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui vestigia subsequuti erant, deprehendi non potuerit. Post victoriam demum progressus, & CÆSAR consalutatus, honorem præturae urbanae cum consulari potestate suscepit titulo tenus: quam jurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Ceterum omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut jam tum qualis futurus esset ostenderet. Ne exsequar singula, contraetatis multorum uxoribus, Domitiam Longinam & Elia Lamia nuptam, etiam in matrimonium abduxit: atque uno die super viginti urbana officia atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dictitante, quod succes-

so-

Apud adituum.] Adituum significatur ille, qui præest tuendis ædibus: veteres aditimum appellaverunt. Lucretius pro aditu adituentes appellat. Scribit Iulius Firmicus, *adituum nasci, aut hierodulos*, hoc est, templorum ministros, qui in xxxvi. parte *Geminorum habuerint horoscopum*. Beroaldus.

Isiaci celatus habitu inter sacrificulos.] Sic nimirum & M. Volusius, Aedilis plebis, proscriptus à iii. viris, Isiaci habitu per itinera viasque publicas stipem petens, evasit. Appian. Bellor. civilium 1111. & Valerius Max. lib. vii. cap. 111. Quem vero Isiaci habitum hic Sueton. vocat, Tacit. *lineum amictum* appellat, ut *linream religiosamque vestem* ipse etiam Sueton. Tiber.

cap. xxxvi. & Otho. capite decimo secundo. Eleganter etiam Tibull. libro primo Eleg. 111.

*Ut mea votivas persolvens Delia voces
Ante sacras lino tecta fores sedeat.*

Sed & Juvenal. Sat. v. 1. Isiacorum gregem linigerum pariter & calvum vocat, ab amictu nempe linigerum, calvum, quod & caput raderent. Ortum id vero ex Orphei, & Pithagoræ disciplina, qui lanca omnia in rebus divinis, ut impura & profana, damnabant. Qua de re in defensione sua Apollonius apud Philostratum lib. viii. cap. 111. Cui addere poteris Plinium lib. xix. cap. 1. & Plutarchum De Iside & Osiride. Torrent.

Aelia Lamia nuptam.] Hunc post interfecit, Inf. cap. x. Juvenal. Sat. 1111.

Expe-

forem non & sibi mitteret. Expeditionem quoque in Galliam, Germaniasque, neque necessariam, & dissuadentibus paternis amicis, inchoavit: tantum ut fratri se & operibus & dignatione adaequaret. Ob hac correptus, quo magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre una: sellamque ejus ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur: ac triumphum utriusque Iudaicum equo albo comitatus est. In sex consulatibus, nonnisi unum ordinarium gessit: eumque cedente & suffragante fratre. Simulavit & ipse mire modestiam: in primisque poetica studium, tam insuetum antea sibi, quam postea spreum & abjectum: recitavitque etiam publice. Nec tamen eo secius, cum Vologesus Parthorum rex auxilia adversus Alanos, du-

Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque.] Adi Iosephum, qui plenis velis laudat Domitiani hoc inceptum *Ἀλώσεως* libro septimo, capite xi.

Germanias.] De hac Domitiani adhuc pueri expeditione Germanica sentire videtur Silius, cum ait in tertio Punicorum:

At puer auricomos præformidate Batavo.
Germanias ideo pluraliter protulit, quia & superior & inferior Germania est. Beroald.

Conditionis.] Quæ privata adhuc erat: ut ætatem ad belli consilia, conditionem ad officia temere distributa referas. Sabellius.

Equo albo comitatus est.] *Ἐπὶ κέλη* & vertit Zonaras. Nec male Zonarae interpretres equum singularem exponit, nam & navigia quædam actuaria, quod uno tantum remo agantur, seu remorum ordine potius, Græci *κέλη* vocant, Celoces Gellius. Torrentius. Vide quæ notantur ad Tib. cap. vi. sumali equo.

Unum ordinarium gessit.] Ætate Imperatorum annus in multos divideba-

tur Consules; sed soli, qui anni initio inibant honorem, ordinarii censebantur, honoratioresque erant. Seneca, *Consulem me fecit, sed non ordinarium:* Id à Dione lib. xliii. etiam scribitur. Turnebus.

Simulavit & ipse mire modestiam, in primisque poetica studium.] De poetica Domitiani idem Tacitus: et Fabius & Plinius mire laudant. Pertinent huc elegantes Valerii Flacci ex opere primo *Argonauticæ* versus, varie à Criticorum ingeniis emaculati.

Vologesus.] Hic ille est, qui sub initium Imperii Vespasiano pollicitus est quadringenta sagittariorum millia. Vef. cap. x.

Alanos.] Alani, populi sunt Scythiæ Europæ, juxta quos sunt Toxolani: author Plinius in iii. Refert Ammianus Marcellinus Alanos appellari, quos Prisci Masagetæ dixerunt: ab eodem Alani Europæi cognominantur. Martialis:

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.
Alani, ut docet Eusebius in vi. Præ-

ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res est, alios Orientis reges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus sollicitare tentavit. Patre defuncto, diu cunctatus, an duplum donativum militi offerret, numquam jactare dubitavit, relictum se participem imperii, sed fraudem testamento adhibitam. Neque cessavit ex eo insidias struere fratri clam, palamque: quoad correptum gravi valitudine, prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deserijussit: defunctumque nullo præterquam consecrationis honore dignatus, sæpe etiam carpsit obliquis orationibus & edictis. INTER initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quidquam amplius quam muscas captare, ac stylo præacuto confingere: ut cuidam interroganti, esset ne quis intus cum Cæsare, non absurde responsum sit à Vibio Crispo, ne musca quidem. Deinde uxorem Domitiam, ex qua

170

parationis Evangelicæ, carnibus a-luntur, panem non esitant. Beroald.

Inter initia principatus quotidie secretum.] Ut hæc lectio est, videtur Domitianus consuetudine captandi secretum istud horarium per initia tantum principatus esse usus: postea mutasse morem. Contrarium tamen suadet Plinius in Panegyrico, cum ait: non adire quisquam, non alloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem. Sed falluntur qui Plinianum locum superiorem cum isto Suetonii comparant. nam illud secretum de quo Plinius, diversum est ab isto horario. ille *ὁ πλῶς* de moribus Domitiani loquitur: hic de primis illius gestis post assumptum imperium. clarum hoc vel ex voce deinde quæ statim subjicitur.

Casaubonus. Codex Salmas. inter vitia principatus.

Muscas captare ac stylo præacuto confingere.] Et animi quidem, sed & corporis fortasse vitium ad hoc insanix genus Domitianum adegit. Nam Hippocrates inter alia indicia hominis quem atrabilis vexat, hoc quoque recenset, & muscas cum captare scribit. Locus est in libro de internis affectionibus. Casaubonus.

A Vibio Crispo.] De hoc sic Quintilian. lib. x. Vibius Crispus compositus, & jucundus, & delectationi natus, privatis tamen causis quam publicis melior. Similem ejus jocum de Vitellio refert Xiphilin. Tacit. tamen Histor. lib. 11. & 1111. ut delatorem notat. Quod cum fortassis fidentiore fecit.

Ex

in secundo suo consulatu filium tulerat, alteroque anno consalutaverat ut AVGVSTAM, eandem Parisi histrionis amore deperditam, repudiavit: intraque breve tempus impatiens dissidii, quasi efflagitante populo, reduxit. Circa administrationem imperii aliquandiu se varium praestitit: mistura quoque aequabili vitiorum atque virtutum, donec virtutes quoque in vitia deflexit: quantum conjectare licet, super ingenii naturam, inopia rapax, metu saevus. SPECTACULA 4
magnifica assidue & sumtuosa edidit: non in Amphitheatro modo, verum & in Circo: ubi praeter sollemnes bigarum quadrigarumque cursus, praelium duplex etiam equestre ac pedestre commisit, atque in
Am-

Ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat.] Hunc infantulum mortuum, in Divos relatum, & immortalitate donatum fuisse ex argenteo Domitiae denario intelligimus, in cujus altera parte puerulus nudus quasi supra caelum collocatus videtur. F. Ursinus.

Alteroque anno consalutaverat ut AVGVSTAM.] Quamvis uxores Augustorum Augustas vocari ratio postulat, tamen hoc decreto Senatus fiebat. Capitolinus in Antonino Pio: uxorem Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit. Alioqui mos erat non solas Augustas appellare uxores Imperatorum, quum filiae, sorores, & nurus quoque, & socrus Augustorum ita vocarentur, ut in Inscriptione: DIVAE. MARCIANAE. AVG. SORORI. item: DIVAE. MATIDIAE. AVG. FIL. AVG. Claudio mos est socrus, filias, & neptes Augustorum reginas vocare. Repudiata uxorem suam Domitiam Longinam intra breve tempus reduxit: in cujus rei gratiam nummi cusi sunt: DOMITIA. AVGVSTA. IMP. DOMIT. CONCORDIA. AVGVST. Item: ΔΟΜΙΤΙΑ. ΛΟΝΓΕΙΝΑ. ΣΕΒΑ-

ETH. Iosephus Scaliger.

Sollemnes bigarum quadrigarumque cursus.] Sollemnes vocat, sine quibus Circenses nulli peragerentur. Torrent.

Atque in Amphitheatro navale quoque.] Neque hoc explicant commentatores, quo pacto praelium navale in Amphitheatro representari potuerit. Pudet alios fateri ignorantiam. Sed id est parum ingenui hominis, & diffidentis sibi in aliis. Glareanus. Hoc Spectaculi genus quomodo in Amphitheatro representari potuerit, in Tito docet è Dione Xiphilinus. Verba ipsa subiecti: τὸ δὲ θεῖατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὑδαίων ἐξαιφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲ καὶ ἵππους καὶ ταύρους καὶ ἄλλὰ πνὰ χροήθη, δεδιδοσμένα πρὶν ὅσα ἐπὶ τῷ γῆς, πρῶτον καὶ ἐν τῷ ὑδαί εἰσήγαγε ἢ καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων. καὶ ἔθρε μὲ ἐκεῖ ὡς οἱ μὲ Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες, ἐναυμάχισαν. Ait, derepente immixtis aquis impleto theatro, naumachiam quandam exhibitam fuisse. Θεῖατρον autem ibi pro Amphitheatro accipiendum. Nam in

Amphitheatro navale quoque. Nam venationes, gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos: nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum. Præterea quæstoriis muneribus, quæ olim omiffa revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret, bina paria è suo ludo postulandi, quæ novissima aulico apparatu induceret. Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes ejus stabat puerulus coccinatus, parvo portentosoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnumquam serio. Auditus est certe, dum ex eo querit, ecquid sciret cur sibi visum esset ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum. Edidit navales pugnas pene justarum classium,

ef-

dedicatione Amphitheatri tale quid Titus populo præbuit. Et sic à Xylandro quoque vertebatur. Quod perperam ab emendatore Xylandri postea sollicitatum. *Schildius.*

Et noctibus ad lychnuchos.] Noctibus & spectacula & convivia sæpius exhiberi solita à Domitiano. Xiphilinus: *δοίτων σφίσι δημοσίᾳ ἡγὶ πύων τ' νυκτὸς παρέχει πολλάκις ἢ νυγὶ τ' αἰώνιος νύκταρ ἰποίῃ.* idem paulo ante narraverat noctu Domitianum sylvanos vino inmanentes multis locis populo exhibuisse: *οἶνόν τε σφίσι πολλάκι πύων τ' νυκτὸς παρέχειν.* *Casaubonus.* Vide *Cæf. cap. xxxvii. Calig. c. xviii.* quondam etiam & nocturnos (ludos) accensis tota urbe luminibus.

Nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum.] Discite, & credite prisca, non in caveam solum fœminas venisse, sed in arenam. Testatur Iuvenalis Sat. vi. Statius de iisdem ludis, de quibus hic Suetonius:

*Stat sexus rudis insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim serumque Phasim*

Thermodontiacas calore turmas.

Adeoque id verum & vulgatum, ut Severo imperante cavendum SC. fuerit, *μηκέτι μὲνδεμίαν γυναῖκα μῦθου γχεῖν.* non ultra fœminam ullam ad gladium depugnare, ait in Severo Xiphilinus. Quin & Tacitus in rebus Neronis: *fœminarum illustriam senatoriamque plures per arenam fœdati sunt.* *Lipfius.*

Quæstoriis muneribus.] Ludis, & spectaculis, quæ per quæstores exhiberi solebant: nam, ut inquit Tacitus, institutum fuit à Claudio principe, ut spectaculum gladiatorum per omnes annos celebraretur pecunia eorum, qui quæsturas adipiscerentur.

È suo ludo.] Ex gladiatorio Imperatoris ludo, ubi familiæ gladiatoria erudiebantur. Itidem Plinius in undecimo mentionem facit de ludo gladiatorio Imperatoris Caligulæ, cum ait: *Thrace enim studioso in Caji Caesaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem.* *Beroaldus.*

Aulico apparatu.] Non vulgari, quo alii à lanistis accersiti, sed aliquanto exquisitiore: ut ex aula principis producti videri possent. *Sabell.*

Cir-

effosso, & circumstructo juxta Tiberim lacu: atque inter maximos imbres perspectavit: fecit & ludos seculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. In his, Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Instituit & quinquennale certamen, Ca-

pi-

Circumstructo.] Circumstructum intelligo in cujus circuitu sedilia extructa fuerint, unde spectari pugna posset. sic enim Aug. cap. XLIII. Ut fortassis hæ porticus fuerint quas inter Domitiani opera enumerat Eutropius, uti nau-machiam cap. sequenti Sueton. Tor-rentius. Tacitus loco simili Annalium XII. lacu in ipso navale prælium adornatur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno.

Perspectavit.] Sic ut Aug. c. XCVIII. quinquennale certamen gymnicum, honori suo institutum, perspectavit.

*Fecit & ludos seculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat.] Quam recte hæc Tranquillus scripserit, haud satis scio. Siquidem Domit. Imp. nec Augusti nec Claudii secularium, quum ipse eos celebrasset, rationem habuit. Non Claudii, quia vix XI. ab ejus ludus annus exactus erat: non Augusti, quia sex annos anticipavit. Eos enim non DCCCXLI. sed DCCCXLVII. ad Augusti summam edere debuisset. Quod qua ratione fecerit, haud equidem scio. Tacitus libro XI. se hanc causam reddidisse scribit, ubi ita ait: *Vtrinque principis (& Claudii, & Domitiani) rationes prætermitto, satis narratas libris, quibus imperatoris Domitiani res composui. Ego autem existimarem Domitianum ipsum ludos seculares à numero decennii septenario, in quo prius celebrabantur, tanquam parum apto ad primum ejus decadis, Livianam forte, & Antiatis an-**

norum summam in hac dumtaxat re sequutus redigere voluisse, in qua ex antiqua consuetudine ludos seculares referri oportebat, & ita aliqua ratione Augusti ordinem est sequutus, potius quam Claudii, non quidem ratione numeri, sed annorum decadis. Onu-phrius Panvinius.

Centum missus.] De missibus ad cap. XXI. Claud. Salmasius.

*A septenis spatiis] Peractis septem spatiis palma victori dabatur. Vnde ait Seneca libro quarto Epistolarum moralium: *Agitatorum letitia cum septimo spatio palma appropinquant.* Et ad hunc numerum alludens Lactantius, sic scribit libro septimo Institutionum Divinarum: *Quoniam decursis propositi operis septem spatiis, ad metam proventi sumus.* Propert. lib. II. Eleg. XXV.*

Aut prius infecto deposcit præmia cursu Septima quam metam triverit arte rota. Corripuit autem, id est, contraxit.

Instituit & quinquennale certamen Capitolino Iovi.] Factum anno V. C. DCCCXXXIX. COS. Domitiano XII. & Ser. Cornelio Dolabella. vide Censorinum. sed nemo plura de hoc agone quam Stadius Papinius in Sylvis. quem eximium poetam certum est in eo superatum esse, aliis contra eum coronatis. testis ipse cum in carmine ad Claudiam uxorem, tum in epicedio patris. Casaubon. Capitolinus Agon à Græcis passim vocatur Καπιτώλια & Καπιτώλια. In nummo Domitiani legimus: ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ.

pitolino Iovi triplex, musicum, equestre, gymnium,
 & aliquanto plurium quam nunc est, coronarum. Cer-
 tabant etiam & prosa oratione Græce Latineque: ac
 præter citharædos chorocitharistæ quoque, & psilocitharistæ:
 in stadio vero cursu etiam virgines. Cer-
 tamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus to-
 ga Germanica, capite gestans coronam auream cum
 effigie Iovis, ac Iunonis, Minervæque assidentibus
 Diali sacerdote & collegio Flavialium pari habitu, nisi
 quod

ΣΤΩΝ. Vocatur autem lustrum sem-
 per in veteribus inscriptionibus, ut in
 illa egregia, adducta ab Onuphrio Pan-
 vinio. L. VALERIO. L. F. PVDENTI.
 HIC. CVM. ESSET. ANNORVM. XIII.
 ROMÆ. CERTAMINE. IOVIS. CA-
 PITOLINI. LVSTRO. SEXTO. CLA-
 RITATE. INGENI. CORONATVS. EST.
 INTER. POETAS. LATINOS. OMNI-
 BV.S. SENTENTIIS. IVDICVM. HVIC.
 PLEBS. VNIVERSA. HISCONIENSIVM.
 STATVAM. AFRE. COLLATO. DECRE-
 VIT. In ea inscriptione manifesto lu-
 strum est Agon Capitolinus, celebra-
 tumque est illud lustrum anno à Chri-
 sto CVI. Exstat Romæ luculenta stela
 ex portu Anconitano devecata, quæ to-
 ta pertinet ad hunc agonem. Et quam-
 vis sit Græca, tamen pro lustro littera
 L. singularis apposita est. Etiam in nu-
 mismatis Græci nunc L. nunc A. pro
 lustro ponitur. *Iosephus Scaliger.*

Quinquennale certamen.] Vti & Nero
 cap. XII. Sed Domitiani certamen, quod
 ab eo annus magnus, seu lustrum (ut
 Censorin. tradit) observari cœperit,
 usque ad Constantini tempora dura-
 vit. Adde Plinium lib. IIII. Epist. XXI.
Torrentius.

Coronatorum.] Sic ampliare numerum
palmarum Ner. cap. XXI.

*Chorocitharistæ quoque & psilocithari-
 stæ.*] De psilocitharistis & arte psiloci-
 tharistica, Athenæus libro XIV. sic

apud Græcos ψιλὴ κιθάρα, cui ad-
 jungitur vocis melodia: ut in II. Pla-
 tonis de Legibus. κιθαρίσται ψιλῶ
 eleganter in secunda historia Diodori.
Casaubon. Chorocitharistæ vero plures
 sunt citharædi una modulantes, quod
 vocabuli ratio ostendit.

Purpureaque amictus toga Germanica.] Vt toga nihil aliud erat quam pallium rotundum, sic pallium Græcicum aliud nihil quam toga quadrata. Hinc togam Græcicam Suetonius pro pallio Græco dixit. Ita enim optimus libro-
 rum, quem vidi, legit pro Germanica, quod editiones nunc occupat. Frustra etiam laborant in quaerenda illa Ger-
 manica purpura viri eruditissimi. Toga Græca purpurea est pallium purpureum Græcum. *Salmasius.*

Cum effigie Iovis & Iunonis.] In co-
 rona aurea, quam gestabat Domitianus, visebantur effigies, & simulacra deorum Capitolinorum, qui sunt Iupiter, Iuno, & Minerva. Erant enim hæc spectacula Iovi Capitolino dicata. *Bersald.*

Flavialium.] Sacerdotum, quos ille patri, & Flaviz genti consecravit. *Papinius:*

— Est hic, agnosco, minister
 Illius æternæ modo qui sacraria genti
 Condidit, atque alio posuit sua sidera
 celo.

Martialis:

Templa deis, mores populis, dedit etia
 Astra

quod illorum coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, ederentque eximias venationes & scenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit: atque inter spectacula muneris, largissimum epulum. Septimontiali sacro quidem Senatui, equi-

Astra suis, caelo sidera, ferta Iovi.
Sabellicus.

Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria.] In Albano accipiendum, ut, in Tusculano. non enim Albanum montem intelligit: sed arcem ad ejus radices sitam. Albanum secessum Tranquillus nominat cap. XIX. Dio fere, τὸ Ἀλβανὸν, vel τὸ Ἀλβανὸν χωρίον. Ulpianus ad Sabinum: *Albanus fundus principalibus usibus deserviens.* Casaub.

Minervæ, cui collegium instituerat.] Minervam, cujus etiam filius dici ac credi voluit, viderique ejus omnia consilio agere, præcipua veneratione Domitianus semper coluit. Quod non solum ejus ætatis historici, sed & Quintilian. & Philostratus attestantur, nummi præterea plurimi, Deæ effigiem præferentes. Quare in Albano monte non solum Quinquatria annis singulis celebravit, sed & collegium instituit. Quod insigniter describit Juvenal. Sat. II. tam liber, & verax, atque ubique sui similis, quam contra vani ac futiles Papinius & Martialis, quavis occasione turpissime adulantes. *Torrentius.* Ter victor discessit ex hoc certamine Papinius in carmine ad uxorem,

— ter me vidisti Albana ferentem
Dona comes, sanctoque indutum Casaris
auro,
Visceribus complexa tuis, fertisque dedi-
disti
Oscula vobela meis,

Magisterio fungerentur.] Sup. Aug. cap. II. *Avus municipalib. Magisteris,* &c.

Superque oratorum ac poetarum certamina.] Inscriptio, quam ex Onuphrio subjecimus, potest referri ad Quinquatria Albana: in queis erant oratorum & poetarum certamina: L. SVRREDIO. L. F. CLV. FELICI. PROCVRATORI. AB. SCEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN. PRINCIP. CORONATO. CONTRA. OMNES. SCENICOS. Quod autem in ea inscriptione dicitur *coronatus contra omnes scenicos*, manifesto ostendit, in commissione poematum hoc contigisse. Et qui ita coronati erant contra omnes, sive poetæ essent, sive Hieronicæ, omnes illi dicebantur paradoxo. *Ios. Scaliger.*

Inter spectacula muneris.] Hujus loci sententia est Domitianum, spectaculo muneris gladiatorii populo ibidem sedenti epulum dedisse. Ex Xiphilino.

Septimontiali sacro.] Septimontium dies festus appellatur mense Decembri, qui dicitur in fastis Agonalia, quod in septem montibus fiunt sacra, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalò, Cælio, Oppio, Cespio. Hæc Festus. Nam Varro differens de festis, quæ in mensem Decembrem incidebant, ponit & inter ea Septimontium. Agonalia vero eodem mense erant propriæ Idus Decembres, alia ab illis Agonalibus, quæ notant fasti mense Januario. Hinc tantum interest, quod Agonalia sint ante

LXXX

tur. Item Flavia templum gentis, & stadium, & odeum, & naumachiam: è cuius postea lapide maximus Circus, deustis utrimque lateribus, exstructus est. EXPEDITIONES partim sponte suscepit, partim 6 necessario. Sponte in Cattos: necessario unam in Sarmatas, legione cum Legato simul cæsa. In Dacos duas, primam Appio Sabino consulari oppresso: secundam, Cornelio Fusco præfecto cohortium prætorianarum, cui belli summam commiserat. De Cattis Dacisque post varia prælia, duplicem triumphum egit. De Sarmatis lau-

Odeum.] Vbi canebatur, ᾠδαίων. Ea vox apud Ciceronem & in historiis frequens. In Odeo Artici theatri Ægyptiorum regum statuas fuisse, Pausanias scripsit. Extra theatrum quoque loca dicata Musis eodem dicta nomine. Quale Athenis à Pericle destinatum, Musicis certaminibus. Alexi quoque, & Plutarchus, Demosthenes & Aristoteles in quarto divinæ Philosophiæ ᾠδαίς faciunt mentionem. Pausanias in Achaicis memoriæ prodidit, Herodæ Artici jussu atque impensis constructum pulcherrimum ᾠδαίων defunctæ uxoris monumentum. ᾠδαίς columnarum mentio fit in libro de formis dicendi, qui Theophrasto attribuitur. Ἀοσειών sic ab Odeo distinguit Vitruvius, ut sit pulpiti pars, in qua canerent, ᾠδαίων. altera autem, in qua aurisum moverent, aut censuram exercerent, aut vitæ nostræ putarent rationes. *Cæsar Scaliger.*

Naumachiam.] Cujus adhuc aliqua creduntur extare vestigia post Sylvestri fanum, inter Flammiam viam, & Pincianum collem, vinetis cooperta. Sabellicus.

E cuius postea lapide maximus Circus est exstructus.] Auctor tanti operis est Trajanus. Multa de hoc Circo Plinius in libro panegyrico.

Cornelio Fusco præfecto cohortium prætorianarum.] Iuvenalis:

Et qui vulturibus servabat viscera Dacis, Fuscus marmorea meditatus prælia villa. Martialis quoque ejus interitum eleganti deplorat carmine:

Ille sacri lateris custos, Martisque rogati.

Sabellicus.

De Cattis Dacisque post varia prælia duplicem triumphum egit.] Dacicum & Germanicum cognomina ex devictis gentibus reportasse testis Iuvenalis:

— cum lance beata

Dacicus, & lato splendet Germanicus auro.

Et tamen nullus nummus exstat, nullum monumentum, in quo Dacici cognomen sit. At Germanicus sæpissime in ejus nummis legitur: quod cognomen non habet nisi jam consul decies. Sane in XI. & XIII. consularu nummi habent Trophæum cum inscriptione, GERMANIA CAPTA. Iosephus Scaliger.

De Sarmatis lauream modo Capitolino Iovi retulit.] Clarum ex hoc loco errare doctissimos viros, qui triumphare & Iovi Capitolino lauream referte idem esse putant. majus enim & longe dignius triumpho quam laureæ jus. quod etiam stante Rep. omnibus competiit qui cæsis hostibus Imperatores salutati fuissent: sive illi res triumpho dignas,

lauream modo Capitolino Iovi retulit. Bellum civile motum à L. Antonio superioris Germaniæ Præside confecit absens, felicitate mira: cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus, transitarus ad Antonium copias Barbarorum inhibuisset. De qua victoria præfagiis prius quam nuntiis comperit. Siquidem ipso, quo dimicatum erat, die, statuam ejus Romæ insignis aquila circumplexa pennis, clangores letissimos edidit: paulloque post occisum Antonium adeo vulgatum est, ut caput quoque ejus apportatum vidisse se plerique contenderent. **MULTA** etiam in communi rerum usu notavit. Sportulas publicas sustulit, revocata

cæ-

dignas gessissent, sive starent eorum facta intra gloriam triumphii: præter hoc certissimum testimonium, sunt & alia non minus liquida. lib. v. scribit Suetonius cap. xiiii. Neronem ob Teridatis in urbem adventum, Imperatorem consalutatum, lauream in Capitolium latam. Nemo tamen sanus triumphasse eam propterea dixerit. Antonium collegam Ciceronis ex bello Catilinario lauream reportasse quis nescit? atqui triumphandi neque jus neque spem ullam habuisse Antonium certissimum est. M. quoque Tullium præliis aliquot in Cilicia feliciter gestis, & Imperatorem fuisse salutatum, & laurea fasces suos ornasse constat. triumpho res dignas eum gessisse adeo non constabat, ut Catoni & senatorum plerisque aliis absurde facere visus sit, qui triumphum peteret. *Casaub.*

Paulloque post occisum Antonium adeo vulgatum est.] Papinius:

Quæque tuas laurus volucris Germanice cursu

Fama vehit prægressa diem, tardumque sub astris

Arcada, & in medio linqvit Thaumantida cælo.

Occisum Antonium vulgatum est.] Sed

author hujus nuntii quaereretur, inventus est nemo: sed quum alter alterum allegabat. Tandem vero quia in plebem, veluti in vastum quoddam pelagus sermo referebatur, apparebatque, nullum certum habuisse principium, subito hujusmodi fama prolapsa ceciderat: sed postea à Domitiano cum exercitu ad bellum proficiscenti, in ipsa via certus nuntius, & literæ de victoria adversus Antonium habita venerunt. Dies pugnae idem fuerat, quo Romæ victoriam fama vulgaverat, ultra distantiam viginti millium stadiorum. Hæc ita fuisse, nemo nostræ ætatis ignorat. *Plutarchus. Simile Ner. cap. i.*

Sportulas publicas sustulit.] Sub Nerone (ut Suetonii verbis utar cap. xv.) publicæ cæna ad sportulas redacta. Publicas hic igitur sportulas intelligo quæ loco cænae publicæ dabantur. Quas Domitianus sustulit revocata cænarum restarum consuetudine. Sporta autem, unde sportula, & sportella, calathi erant viminei, quibus ad rem penuriam utebantur. Vlpian. l. iiii. de penu legata. Hinc dicitur sportula quæ pro salutationis officio clientibus erogabantur, sive id opsonii aliquid, sive stipes, aut quadrantes essent. Et Cyprian, Epist. xxxiv.

spor-

cænarum rectorum consuetudine. Duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus scenam, intra domum quidem exercendi artem jure concesso. Castrari mares vetuit. Spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arva, edi-

xii

sportulas vocat quæ Christianorum consuetudine Sacerdotibus distribuebantur. *Torrent.* Erogationes etiam, quæ in ordinem decurionum fiebant, sportulæ appellatæ fuere, de quibus Papi- nianus in L. Epurii tit. de Decur. ita scribit: *Minores xxv. annis decuriones facti, sportulas decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter ceteros ferre non possunt.* Quod etiam ex epist. Plinii ad Trajan. lib. x. clare patet. Sed & pecunias illas, quæ iudicibus vel viatoribus, id est, executoribus litium ac negotio- rum pro salario dabantur, sportulas ap- pellatas observamus. Apud nostrates quoque pecuniæ, quum in Ducali Can- cellaria persolvuntur, sportulæ dicuntur à participantibus, qui à libellis & à secretis principis sunt. *Marcellus Do- natus.*

Ad quatuor pristinas addidit.] Cassio- dorus colores quatuor totidem factio- num in Circensibus fuisse memorat, pro- pter quatuor anni tempora: nam Prasi- nus, qui viridis est, virenti veri dicatus erat: Roseus, flammæ æstati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus, pruinoso au- tumno. De coloribus harum quatuor factionum, & de toto studio auriga- rum, scite scribit Sidonius Appolli- naris.

Interdixit.] Sup. Ner. capite xvi. Plinius in Panegyrico hoc signat, quum ait, *Pantomimos à malo principe fuisse sublato.*

Castrari mares vetuit.] Statius:
Qui castæ Cereri diu negata,

Reddit jugera, sobriasque terras.

Qui fortem vetat interire sexum.

Postquam hoc exiit edictum, solita peti venia à principe vel præside pro- vinciæ, si quis vel se vel alium vellet evirare. Justinus Apologia secunda: *ἤδη τις τῶν ἡμετέρων βιβλίδιον ἀνέδω- κεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φήλικι ἡγεμό- νειοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατροῖς τὰς διδύμους αὐτῶν ἀφελεῖν ἀνδρῶν γὰρ τῶν ἡγεμόνων ἐπιτροπῆς τῶν προση- ἀπέρησιν οἱ οὐκ ἰατροὶ ἔλεγον.* *Cas- saubonus.* De hoc sic Dionis epitome, *Et si Carinum amabat, quia tamen Titus exsecutos dilexerat, vetuit in ejus contume- liam ne quis in posterum intra fines Rom. Imperii castraretur.* Adde Martialem lib. vi. Epigr. 11.

Apud mangones.] Hi enim castra- bant pueros, quo plaris venderent. Quod Martial. ostendit cum ait,

Non puer avari sectus arte mangonis. O- stendit & Quintilian. lib. v. cap. xii. pulcherrima illa similitudine qua de mancipiorum negotiatoribus utitur, qui formæ puerorum excisa virilitate lenocinantur, ac postremo Vlpian. lib. xxvii. Ad legem Aquiliam his verbis, *Si puerum quis castraverit, & pretiosio- rem fecerit, Vivianus scribit cessare A- quiliam, sed injuriarum erit agendum, aut ex edicto Aedilium.* *Torrent.*

Existimans nimio vinearum studio neg- ligi arva.] Non solum in vita Apollo- nii lib. vi. meminit hujus rei Philo- stratus: quem locum laudat Beroaldus:

P d d

sed

xit ne quis in Italia novellaret: utque in provinciis vinea succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte: nec exsequi rem perseveravit. Quædam ex maximis officiis inter libertinos equitesque Rom. communicavit. Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nummos à quoquam ad signa deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res novas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur. Addidit & quartum stipendium mi-

sed uberius in vita Scopeliani sophistæ. Is est qui totius Asiæ nomine legationem obiit ad Domitianum, deprecaturus edicti hujus executionem. in quo tanta fuit illius vel dexteritas vel felicitas, ut non solum colendi vineas impunitatem suis nactus sit, sed etiam necessitatem. Causam latæ legis quod ad Asiam provinciam attinet, aliam affert Philostratus: seditiones nempe sæpe ortas ex temulentia. Ideo servatum videtur sub Imperatoribus insequentibus, ut promiscui non esset juris vitem instituire: sed eorum tantum qui à principe veniam impetrassent. Vopiscus in Probo: *Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis hic permisit ut vites haberent vinumque conficerent.* Eutropius in eodem, *Vineas Gallos & Pannonios habere permisit.* quo loco ridicula est Præanii appendix ad verba superiora, *ἔπευ ὡς ἕτερον τὸ εἶδος.* quasi ante Probum vineas colere nescierint Galli. *Casaub.*

Ne quis in Italia novellaret.] Hoc est, vites novellas (quo verbo aptissime usus est Virgil.) institueret. Male autem apud Eusebium Chronicis veruisse scribitur Domitianus vites in urbe seri, pro in Italia. Neque infacete apud Philostratum Apollonius intellecto Domitiani de vitibus edicto, *At hic (inquit) præclarus Imperator, qui mares castrari vetuit, terram eunucham fecit.* quod etiam citat Beroaldus, & Pauli Iurif-

consulti locus l. vi. De impensis in rebus dotalibus factis, ubi *novelleti* vocabulo pro vinea recenter instituta utitur. Sed tamen *olivetum* etiam ibi legitur. *Torrent.*

Geminari legionum castra prohibuit.] Puto geminari castra dici, non, ut censent interpretes, cum ex veteri more pro occasione fierent majora & minora: sed cum duæ legiones coeunt in unum locum, & castra una: quod semper experientia docuit esse periculosum. fere enim *secuta exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam à disciplina desceiscit*, ait Vellejus verissime, & Dio quoque lib. xlix. milites, inquit, *ὡς πλὴν ὅψιν ἔπαύθη, σφῶν ἰρασιών.* ideo seditionem parantes, aquilas, signa, castra jungebant, ut de legionibus Germanicis narrat Tacitus libro primo. confirmant hanc interpretationem quæ statim sequuntur, de occasione legis hujus ferendæ. *Casaub.*

Ad signa deponi.] Divinitus institutum est, quum milites publica sustinerentur annona, ex donativo, quod consequuebantur, pars dimidia ipsis servaretur, ne inutiliter se absumerent, & depositi memores signa non desererent. *Vegetius.*

Addidit & quartum stipendium militi, aureos ternos.] Locum corruptissimum vulgo sic emendant, *addidit & quartum stipendium militi ad aureos ternos.*

militi, aureos ternos. Ius diligenter & industrie dixit. Plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumvirorum sententias rescidit. Recuperatores, ne se persuasoriis assertionibus accommodarent, idemdem admonuit. Nummarios iudices

CUM

nos. & vere quidem quod ad sententiam. nam certum est Domitianum, ad aureos ternos, quos accipiebant prius milites stipendii nomine, aureum unum addidisse, & sic militaris stipendii modum quaternis in mensem aureis statuisset. sed verba ipsa quomodo stabunt? *quartum stipendium addidisse ad aureos ternos?* mira sane locutio, pro, quartum aureum addidisse ad ternos. quod enim dicunt stipendium vocari aureum unum, quem mensem merebant sub Augusto milites, alterum porro stipendium adiecisse Caligulam, alium deinde principem tertium, postremo quartum stipendium ad tria priora Domitianum: quis, rogo te, quis unquam sic locutus est? Ex numero quidem annorum stipendia sua numerabant milites: unde *senae & vicena stipendia emeruisse* quidam leguntur in veteribus monumentis. sed ex aureorum numero plane novum & inauditum. hoc enim modo quadringenta & octo stipendia anno non meruisse poterat miles, tot enim aureos accipiebat. quod quam ridiculum sit, nemo non videt. Legendum in Suetonio puto: *addidit quartum stipendii militi in aureos ternos.* hoc est, addidit militi quartum aureum in ternos aureos stipendii, quod scilicet prius accipiebant. *addere quartum aureum in aureos ternos,* proba & Latina locutio. sic enim *oleum in ignem addere: & aquam in mare* dixit Ovidius. Possumus tamen etiam stipendium retinere, cum hac distinctione: *addidit & quartum, stipendium militi, in aureos ternos,* id est, quartum, subaudi aureum, addidit in aureos ternos, militi stipendium.

atque hæc vera omnino est lectio. *Salmasius.*

Ambitiosas Centumvirorum sententias.] De Centumviris Vespas. cap. x. Ambitiosas vero sententias vocat non qua decet libertate latas, sed obsequio, favore, & gratia. Simile illud Vlpiani l. i v. De Decretis ab ord. faciendis, Ambitiosa decreta Decurionum rescindi debent. Sic iudex ambitiosus apud Livium, ambitiosa & sucosa amicitia apud Cicero- nem. Torrent.

Recuperatores.] Ad Ner. cap. xvii. Hottomannus.

*Ne se persuasoriis assertionibus accommodarent, idemdem admonuit.] Olim qui in libertatem vindicabantur, cum servi essent, nec pro se iudicio liberali experiri possent, assertorem quærebant. in causis igitur liberalibus monuit recuperatores, ne, tametsi favorabilis libertas est, sequerentur in iudicio assertiones vel prece, vel pretio, vel persuasione eblanditas contra jus dominorum. Iurisconsultorum tamen princeps Cujacius persuasoriis legendum censet, & ut legit, in antiquissimo libro reperi, pudetque dissentire. Turnebus. Cod. Salm. ad stipulatur Cujacio. Codex item Salmasii *persuasoriis.* Cujacium vero consule ad legem xlii. Dig. de excusationibus,*

Nummarios iudices.] Causam nummariam, iudiciumque nummarium vocant Iurisconsulti nostri quando de pecunia disceptatur, sic enim Callistratum intelligo l. ult. Ne de statu defunctorum post quinque quaratur. Atqui contra Cicero Verr. v. nummarium appellat iudicium, quod acceptis pecuniis agitur, ut nummarios quoque iudices Pro

cum suo quemque consilio notavit. Auctor & tribunis pleb. fuit, adilem sordidum repetundarum accusandi, iudicesque in eum à senatu petendi. Magistratibus quoque urbicis, provinciarumque præsilibus coercendis, tantum cura adhibuit, ut neque modestiores umquam, neque justiores exstiterint: è quibus plerosque post illum reos omnium criminum vidimus. Suscepta morum correctione, licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit. Scripta famosa, vulgoque edita, quibus primares viri ac femina notabantur, abolevit non sine auctorum ignominia. Quæstorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, movit senatu. Probrosis feminis leætice usum

ade-

Cluentio, & lib. 1. Ad Attic. sordidos mercenariosque, qui nummis se corrumpi sinant, quales (ut Suetonius hoc loco tradit) Domitianus una cum assessoribus ac consiliariis suis notavit infamia. Sic nummarios quoque Sacerdotes dixit Hieronymus, nummarium tribunal Seneca De benef. 1. cap. 18. Torr.

Cum suo quemque consilio.] Consilium pro consiliariis & adsectoribus, qui iudicantibus soliti adesse, ut conjugium pro conjugue.

Aedilem sordidum repetundarum accusandi.] Sordes apud optimos quosque auctores etiam pro avaritia legimus. At Iurisperiti manifestius pro pecuniaria corruptione accipiunt cum alibi sæpe, tum l. 11. & l. 18. De receptis ut arbitr. dicant, & l. xv. De iudiciis. De arbitro nempe agitur sordibus corrupto, cuiusve sordes manifestæ sint, item de iudice cuius evidens vel gratia, vel inimicitia, vel sordes sint. Sordidum ergo Aedilem hic accipio qui pecunia corruptus aliter officium exercuit quam debuit, ut cap. sequenti, nequid sordide facerent. Et sordide egisse tutorem legimus apud Vlpian. l. 111. De suspectis tutoribus qui per avaritiam pupillum

defraudavit, & sordide Proconsulatum gerere apud Plinium Epistolis. Torrent.

Suscepta morum correctione.] Sic Tib. cap. xlii. in ipsa publicorum morum correctione. Domitianus autem Cæsaris Dictatoris exemplo Consulatum in annos decem, & Censuram perpetuam assumpsit. Dionis epitome.

Promiscue in equite.] Martialis:

Edictum domini, Deique nostri,
Quo subsellia nostra certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit.

In equite spectandi, id est, in Equestribus, sive Equitum cuneis.

Scripta famosa.] Vide Aug. cap. 17.

Quod gesticulandi saltandique studio teneretur.] Gesticulari, est histrioniam exercere Suetonio. Sic in Nerone cap. xlii. Iocularia in desectionis duces carmina, lasciveque modulata, que vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est. Id est, mimicis gestibus expressit. Demonstrare vocat eiusdem Neronis cap. xxxix. Atellanarum histrio in cantico quodam ita demonstraverat, ut bibentem natantemque faceret.

Probrosis feminis.] Easdem (ut puto) famosas vocat Tib. cap. xxxv. sicut & Vlpian. l. 11. Ad SC. Tertullianum, &

maxi-

ademit: jusque capiendi legata hereditatesque. Equitem Rom. ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, erasit iudicium albo. Quosdam ex utroque ordine lege Scatinia condemnavit. Incesta Vestalium virginum, à patre suo quoque & fratre neglecta, varie ac severe coercuit: priora, capitali supplicio, posteriora, more veteri. Nam cum Ocellatis sororibus, item Varonilla liberum mortis permisisset arbitrium, corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam virginem maximam absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit: stupratoresque virgis in

CO-

maxime quidem ob stuprum, aut lenocinium. probrum enim in foemina proprie stuprum est. Ut cum probrum Virginis Vestalis capite puniri, virum qui eam incestavisset verberibus necati lex jubet, de qua Festus in *Probrum*. Torrentius. Adde Catonis verba; de muliere; *si vinum bibit, si cum alieno viro probrum quid fecit, condemnatur.* Gell. lib. x. cap. xxiii.

Cui dimissæ.] Lex (inquit Vlpian.) mariti lenocinium coercet, qui deprehensam in adulterio uxorem retinuit. Atque hic dimiserat quidem, sed cum eam mox reduxisset, videri poterat non dimississe. Vide l. xxxix. De adulteriis. Torr.

Lege Scatinia.] Hæc impudicitiam coercere, ut lex Julia stuprum, & adulterium. Quanquam & Julia (si Justiniano credimus) eos puniebat etiam qui cum masculis deliquissent. Qua de re Aug. cap. xxxiv. Poena autem Scatinia legis primum pecuniaria fuit, sub Christianis vero capitalis. l. xxxi. Cod. De adulter. Quinctilian. lib. xv. cap. ii. *Ingenium stupravit, & stupratum se suspendit.* Non tamen ideo stuprator capite, ut causa mortis, punietur, sed x. millia, qua poena stupratori constituta est, dabit. Similis locus l. vii. cap.

1v. Meminerit ejusdem legis Cic. Philipp. 111. Cælius ad Cicer. epist. Fam. l. viii. Iuvenalis Sat. 11. Tertullian. De monogamia, & Prudentius hymno in Romanum Martyrem. Sunt qui Scatiniam vocatam velint à C. Scatinio Tr. pleb. stupri in Marcelli filium commissi damnato, de quo Valer. Max. libri vi. cap. i. Torrent.

Mox Corneliam.] Plinius lib. iv. epist. xi. *Quum Corneliam Maximillam Vestalem desiderare viram concupisset, ut qui illustrari seculum suum ejusmodi exemplo arbitretur, Pontificis maximi jure, seu potius immanitate tyranni, licentia domini, reliquos Pontifices non in regiam, sed in Albanam villam convocavit.* Præter Corneliam vero tres alias sub Domitiano damnatas fuisse, etiam Euseb. Chronicis refert. Cui adde Plutarchum Probl. Rom. Quæst. lxxxviii.

Virginem maximam.] Virgo maxima dicitur præfecta, & princeps reliquarum Vestalium: qualis hodie Abbatisa nuncupatur. Hinc non absurde apud Plinium pro Corneliam Maximillam Vestalem, legi posset Corneliam maximam Vestalem, ut conveniat cum sententia Tranquilli. Beroald.

Defodi imperavit.] Plinius: *quum in*

comitio ad necem cadi: excepto pratorio viro: cui dubia etiamnum caussa, & incertis quaestionibus atque tormentis de semet professo, exilium indulgit. Ac ne qua religio deum impune contaminaretur, monumentum quod libertus ejus è lapidibus templo Capitolini Iovis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossaque & reliquias, quæ inerant, mari misit. INTER initia usque adeo ab omni cade abhorrebat, ut absente adhuc patre, recordatus Virgilii versum,

Impia quam cæsis gens est epulata juvencis:
edicere destinaverit Ne boves immolarentur. Cupiditatis quoque atque avaritiæ vix suspicionem ullam, aut privatus umquam, aut princeps aliquandiu dedit: immo è diverso magna sæpe non abstinentiæ modo sed etiam liberalitatis experimenta. Omnes circa se largissime profecutus, nihil prius aut acrius monuit quam

ne

illud subterraneum cubiculum demitteretur, hæsissetque descendenti stola.

Excepto pratorio viro.] Fortassis signat Valerium Licinianum, qui præmonitus fuit, si comitium, & virgas pati nollet ad confessionem incesti cum Cornelia Vestali, confugeret, Domitianus exilium ei molle dedit, permisitque, si qua posset ex rebus suis raperet, antequam bona publicarentur.

Ossaque & reliquias, quæ inerant.] Vide quæ ex ore Illustris Salmasii notamus ad cap. c. Augusti.

Impia, quam cæsis.] Virgilius in II. Georgicorum sic scribit:

Ante etiam sceptrum Dictæ regis, & ante

Impia quæ cæsis gens est epulata juvencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

In expositione hujus versus ait Servius: Quod majores, boves comesse nefas putabant. Plinius quoque, & Columella

tradunt, in tanta fuisse apud antiquos veneratione boves, ut tam capitale esset bovem necasse, quam civem *Berodd.*

Ne boves immolarentur.] Ex dogmate Pythagorico præcipitur apud Ovidium, ne boves immolentur, neve adhibeantur in cibatu. Sic enim scriptum est:

Quid meruere boves, animal sine fraude,
doloque,

Innocuum, simplex, natum tolerare labores?

Porphyrius quoque refert, ex iniquitate hominum esse inductum morem immolandi hostias: quem foeditissimum appellat, & crudelitatis plenum: cum ex sanguine occisorum animalium imbuantur ara deorum. *Berodd.*

Omnes circa se largissime profecutus.] Circa se Græcorum more dixit, ut omnibus circa eum Cæsar. capite xxvii. Profecuti etiam absolute; pro beneficio ac liberalitate profecuti.

Apud

ne quid sordide facerent. Relictas sibi hereditates ab iis quibus liberi erant, non recepit. Legatum etiam ex testamento Ruscii Cæpionis: qui caverat ut quotannis ingredientibus Curiam senatoribus, certam summam viritim præstaret heres suus, irritum fecit. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit: nec repeti, nisi intra annum, eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exsilium pœna esset. Scribas quæstorios negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, venia in præteritum donavit. Subseciva, quæ divisis per veteranos agris captim superfuerunt, veteribus possessoribus, ut usucapta

Apud ærarium pependissent.] Intel-
ligit diuturnos reos, quorum nomina
ab accusatoribus delata, inter acta ma-
gistratum ad ærarium fuerant delata.
Similis locus in vita Augusti capite
xxxii. Ita potius capiam hæc verba
cum eruditissimo Iuriconsulto Gul.
Ranchino: quam ut Torrentius, qui
ex libri quinti capite nono locum in-
terpretabatur. *Casamb.*

Qui causam non teneret.] Qui non
obteneret reum damnari.

Scribas Quæstorios.] Talis Flavius
Liberalis, Vespasiani socer, Vespas. ca-
pite iii.

Subseciva.] Quod si subseciva lege-
ris, subsecando inclinabitur. Plinius
in proœmio Nat. historię, & Aulus
Gellius in novissimo Noctium Antica-
rum, subseciva, sive subseciva tempora
dixerunt, quæ subducta, subtractaque
sunt, & veluti subseciva, sive subseciva à
rebus necessariis. Item Tranquillus
subseciva appellat portiunculas agro-
rum, quasi subsecivas relictasve, quæ vel-
ut reliquæ in dividendis agris super-
fuerant. *Beroald.* Subsecivus ager, de
quo heic agitur, Boethio is est, qui se-

cundum proprias determinationes ad-
scriptus in finibus suis tabulario Cæsa-
ris infertur, & qui beneficio concessus,
aut assignatus colonię fuerit, sive is
proximus, sive is longius positus, quem
colonia in tabulario Cæsaribus manu con-
ditoris subscriptum habere debet. Item
ager similis subsecivus est, qui non assi-
gnatus reip. populoque, aut colonię,
cujus sine circumdatur, remanet in ejus
potestate, qui assignare potuerit, hoc
est, principis. Vnde inter XIII. contro-
versiarum genera illa vel præcipua est,
quæ de subsecivis agris oritur. *B. Egnat.*

Usucapta.] Quasi per usucapionem
vendicata. Antiquitus jure civili con-
stitutum fuerat, ut res, si mobilis e-
rat, anno ubique uno; si immobilis,
biennio tantum in Italico solo usuca-
peretur, ne rerum dominia in incerto
essent. Mox Justinianus constitutio-
nem promulgavit, qua cautum est, ut
res quidem mobiles per triennium, im-
mobiles vero per longi temporis pos-
sessionem, id est, inter præsentis de-
cennio, inter absentes viginti annis
usucapiantur: sicut scribunt latissime
Iuriconsulti. *Beroald.*

pta concessit. Fiscales calumnias, magna calumniantium pœna repressit: ferebaturque vox ejus: PRINCEPS QUI DELATORES NON CASTIGAT, 10 IRRITAT. SED NEQVE inclementia, neque in abstinentia tenore permansit: & tamen aliquanto celerius ad sevitiam descendit, quam ad cupiditatem. Discipulum Paridis pantomimi, impuberem adhuc, & tum maxime agrum, quod arte formaque non absimilis magistro videbatur, occidit: item Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historia figuras: librariis etiam qui eam descripserant, crucifixis. Patremfamilias, quod Threcem mirmilloni parem, munerario imparem, dixerat, detractum è spectaculis in arenam, canibus objecit, cum hoc titulo: IMPIE LOCUTVS PAR-

Calumnias.] Falsas delationes adversus cives pro fisco intentas.

Impuberem adhuc.] Ut nec ætas obstitit quo minus ob magistri odium discipulum perderet. Paridem enim ante necaverat. Nec vero miretur quispiam puerum adhuc adeo excellere potuisse. Extat enim hæc inscriptio, D. M. PVERI SEPTENTRIONIS QUI ANNORVM XII. ANTIPOLI IN THEATRO BIDVO SALTAVIT ET PLACVIT. Torrent.

Quasdam in historia figuras.] Sic causidicorum figuras dixit Vespas. cap. XIII. quem locum vide.

Threcem mirmilloni parem.] Hoc quoque seu scomma seu figuram, ad se traxit Domitianus. nam cum gladiatorio munere paterfamilias quidam non infacetus Threcem mirmilloni cum quo committebatur parem quidem esse diceret, sed munerario imparem, quod nempe Domitianus, qui munus edebat, aut (ut apud Homerum Achilles, apud Virgilium Æneas) muneri forte præsidebat, ob adversæ factionis favorem eum premeret; id sævus Impera-

tor, ut in se dictum, morte punit. Sic igitur munerarii vocabulum accipio, usurpatum primo ab Augusto. Auctor Quinctilian. lib. VII. cap. III. Florus lib. III. cap. XX. muneratorem vocat muneris editorem, seu ludi dominum. Patrem quoque familias dixit pro quendam è populo, ut sup. Calig. cap. XXVI. patresfamilias notos, &c. Mirmillonum autem factioni vel in fratris odium favebat Domitianus, Titus enim studium armaturæ Threcum præ se tulit. Torrent.

Munerario imparem dixerat.] In V. C. est, Retiario, pro, Munerario, &c. & post: Acilium Glabronem in exilio, &c. nam in vulgatis deest, in, præpositio. Ursinus.

*Impie locutus parmlularius.] Non solum in spectaculis periculum fuit sub tyrannis favere alicui contra studium principis: sed etiam domi in vino & conviviis liberam vocem de his nugis misisse verti solitum in occasionem calumniæ, & impietatis crimen ut appellabant. Allusit suo more ad hanc historiam Plinius in Panegyrico: *Lam quam libera**

PARMVLARIVS. Complures senatores, in his aliquot consulares, interemit: ex quibus, Civicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Salvidienum Orfitum, Acilium Glabrionem exsilio, quasi molitores novarum rerum. Ceteros levissima quemque de causa: Aelium Lamiam, ob suspiciosos quidem, verum & veteres & innoxios jocos: quod post abductam uxorem laudanti vocem suam, Heu taceo, dixerat: quodque Tito hortanti se ad alterum matrimonium responderat, μή κὲ οὐ

κα

libera spectantium studia, quam securus favor? Nemini impietas, ut solebat, obiecta, quod odisset gladiatorem nemo spectator spectaculum factus, miseras voluptates unco & ignibus expiavit. Similis scævitiæ exemplum in Caligula, c. xxxv. Martialis de suo convivio:

De prasino convivā meus venetoque loquatur,

Nec facient quemquam pocula nostra reum.

Porro parmularios, vel ut Græci scribunt hanc vocem, παρμυλαρίους appellabant, qui Threcibus in arena favebant, quorum erat propria parma. Ab eadem causa dicti Prasiani vel Prasiniani, Venetiani, & Secutoriani. Casaubonus.

Complures Senatores, in his aliquot consulares interemit.] Adde etiam aliquot triumphales, vel certe triumphalibus ornamentis donatos. In his Iulium Agricola, quanquam gener ejus suspicari id, quam asseverare, malit.

Salvidienum Orfitum, Acilium Glabrionem.] Orfiti meminit Philostratus, Acilii Dionis compendium, & Juvenalis Sat. iv. Xiphilinus Glabrionem Christianum fuisse indicat. Consulatum vero gessit cum Vlpio Trajano, Imperii Domitiani anno x. Torrentius.

Quasi molitores novarum rerum.] Ita Ner. cap. xxxv. quasi molitricem novarum rerum.

Aelium Lamiam.] De hoc sup. c. i. Quod post abductam uxorem laudanti vocem suam, Heu taceo, dixerat.] Nobis videbatur notatam fuisse tyrannidem principis, qui omnia in suo genere pulchra & excellentia possessoribus eriperet. unde necessitas incumbere sua bona dissimulandi celandique. Sic esse exponendum docent illa verba, laudanti vocem suam. ad quæ parum attendisse interpretes videntur. Similes sententiæ multæ apud poetas. Literas postea ab illustrissimo Scaligero acceptimus, quibus ille nobis suam de isto loco sententiã aperit. Sic autem acutissimus vir: Placet eutactio ut erat in optimo Turonensi codice, vel ἄπειρα, ut in quibusdam. Acer & mordax jocus. ὅτι ἄδω μὲν ἀδικαί τὰς ἀδονίας ἄπειρα. Proverbum etiam inter Gallos jactatum, le ne chante point, mais i'acorde. Nam non poteratur uxore sua, ut Domitianus: sed stuprum dissimulando, pacem inter se & uxorem & Imperatorem natriebat. ἄπειρα cum accusativo satis frequens: & ita semper Georgius Codinus. Heu taceo quod vulgo legitur ineptum est. ὅτι ἄδω μὲν ἀδικαί τὰς ἀδονίας, ἐγὼ δὲ ἄπειρα. Est locus elegans & notabilis. Casaubon: Eutaco est in Salmasiano.

Μὴ κὲ οὐ.] An & tu uxorem ducere vis? Quo dicto intelligi voluit Aelius Lamia, quod & Titus quoque vellet abducere alteram sibi uxorem;

D d d 5

sicut

σαμῆσαι θάλας; *Salvium Cocceianum*, quod Othonis Imperatoris patrum sui diem natalem celebraverat: *Metium Pomposianum*, quod habere Imperatoriam genesim vulgo ferebatur: & quod depictum orbem terra in membranas, concionesque regum ac ducum ex Tito Livio circumferret: quodque servis nomina *Magonis* & *Annibalis* indidisset. *Sallustum Lucillum Britannia legatum*, quod lanceas novae formae appellari *Luculleas* passus esset. *Iunium Rusticum*, quod *Pati Thrasea* & *Helvidii Prisci* laudes edidisset, appellassetque eos sanctissimos viros: cuius criminis occasione,

Phi-

sicut Domitianus primam abduxerat. *Beroald.*

Quod Othonis Imperatoris patrum sui diem natalem celebraverat.] Patrus his, inter alia hortamentis, moerentem eum ac trepidum crexerat: non patrum sibi Othonem fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset. Autor Tacitus Histor. II. Sed leviculae ejusmodi offensae non soli Coeciano capite steterunt, Imperatoribus nihil non in exitia bonorum arripientibus. Certe ad Thrasiam quoque evertendum, tale aliquid valuisse credibile est. De quo Juvenalis Satyra v.

Quale coronati Thrasea, Helvidiusque bibebant,

Brutorum & Cassi natalibus. —

Brutorum ac Cassi natalem celebrare, delatorum interpretatione, eorum erat, qui praesentia perosi, spem in mutatione rerum ponerent. Hinc *Cossutianus* ad *Neronem* Ann. XVI. *Frustra Cassium amovisti* (de C. Cassio Syriz praeside loquitur, & anceps nomen in occasionem calumniae vertit) si gliscere & vigere Brutorum annales passurus es. *Schildius.*

Metium Pomposianum.] Pomposianum interemit propterea, quod in horoscopo sydereque natalicio Imperatoria dignitas ei destinata esse vulgo di-

cebatur. Idem exstat capite XIV. *Vespas.*

Quodque servis nomina *Magonis* & *Annibalis* indidisset.] Non absimili calumnia circumventus est, *Neronianis* temporibus, *Torquatus Silanus*, cui accusatores objecere: eum nobiles habere, quos ab epistolis & libellis & rationibus appellet, nomina summa cura & meditata. *Annal. XV.*

Laudes edidisset.] Legimus cum *Aulo Rustico* *Patus Thrasea*, *Herennio Senecioni* *Priscus Helvidius* laudati essent, capitale fuisse: neque in ipsos modo autores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem *Pop. Rom.* & libertatem *Senatus*, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus, atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. *Tacitus.*

Appellassetque eos sanctissimos viros.] *Dio* vertit, ἀνδραγαθῶν & ἰσθῶς, quae de voce ad *Athenarum* notamus. *Iunius Rusticus* de quo hic *Suetonius*, is est de quo *Plutarchus*, in lib. De curiositate. *Casaubon.*

Phi-

Philosophos omnes urbe Italiaque submovit. Occidit & Helvidium filium, quod quasi scenico exodio sub persona Paridis & OEnones divortium suum cum uxore taxasset. Flavium Sabinum alterum à patruelibus, quod eum comitiorum consularium die destinatum, perperam praeo non Consulem, ad populum, sed Imperatorem pronuntiasset. Verum aliquanto post civilis belli victoriam saevior, plerosque partis adversae, dudum etiam latentes conscios, investigato novo quaestionis genere, distorsit: immisso per obscæna igne. Nonnullis & manus amputavit. Satisque constat duos solos è notioribus venia donatos, tribunum laticlavium, & centurionem: qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probaverant: & ob id neque

Philosophos omnes urbe Italiaque submovit.] Non solum temporibus nimis rudibus, necdum Græca doctrina expolitis philosophi ex urbe Roma pulsi sunt: verum etiam Domitiano imperante senatusconsulto ejecti atque urbe & Italia interdicti sunt, qua tempestate Epictetus quoque philosophus propter id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit. Gellius.

Helvidium filium.] Tacitus in Agricola: Mox nostræ duxere Helvidium in carcerem manus: nos Maurici, Rusticique visus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Patrem Helvidium Vespasianus occiderat. cap. xv.

Quod quasi scenico exodio.] Vide quæ ex Livio decerpimus ad cap. xlv. Tiberii.

Sub persona Paridis & OEnones.] Suspiciatur Demetrius, Ilii regionem, quæ sub Hectore fuit, à Navali usque ad Cebreniam pertinuisse. nam & sepulchrum Paridis hic ostendi ait, atque OEnones quæ ante raptum Helenes uxor Paridis fuit. Strabo.

Flavium Sabinum.] Extat inscriptio

vetus ex lapide Tiburtino his verbis concepta: EK. AVCTORITATE. IMP. CAESARIS. TITI. VESPASIANI. AVG. IN. LOCO. QUI. DESIGNATUS. ERAT. FLAVIUM. SABINUM. OPERVM. PVBLICORVM. CVRATOREM. TEMPLVM. EXTRVXERVNT. NEGOTIATORES. FRUMENTARI. Vrsinus.

Civilis belli.] Quod Antonius Saturninus moverat. Sup. cap. vi.

Latentes conscios, investigato novo quaestionis genere, distorsit.] Emenda, latentes per conscios investigatos, novo quaestionis genere distorsit. Casaubon. Vide Iuvenal. Sat. x.

—fecit ille cruentis

Verberibus quosdam mæchos, & mugilis intrat.

Tribunum laticlavium & centurionem.] De juvenibus laticlaviis dictum est ad libri ii. caput xxxviii. nam fuisse istos juvenes certum est. Casaubonus.

Qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probaverant.] Simile est illud sub finem Annal. xi. Cesoninus vitis protectus est, sanquam in illo

que apud ducem, nec apud milites ullius momenti esse potuisse. Erat autem non solum magna, sed & callide inopinataque sevitia. Auctorem summarum pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Aretinum Clementem consularem virum, è familiaribus & emissariis suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratia, habuit, quoad novissime simul gestanti conspecto delatore ejus, Vis, inquit, hunc nequis-

illo fœdissimo cœtu passus muliebria. Sic Nero professis apud se obscenitatem cœtera quoque concessit delicta, c. xxix.

Sed & callida inopinataque sevitia.] Cod. Salm. calida, quam accipio pro repentina.

Auctorem summarum.] Nihil dubito quin actorem legendum sit, agendi enim vocabulum latissime patet. Hinc rerum actus, & agentes in rebus, quorum tam frequens in Cæsarium constitutionibus mentio. Actores etiam servi quibus præcipua rerum domini incumberebat cura, atque in magna familia aliis sub se servis (quos vicarios vocabant) in sua quisque functione imperabant, quos Theophilus διοικηταί vertit, Scævola διοικηταί l. xli. De fide commiss. libertatibus. Interdumque absolute actores appellantur, interdum adjuncto aliquo, ut actores rerum, actores bonorum, actores prædiorum, fundorumque, de quibus etiam Columella libro 1. De re rust. & Plin. Epist. ad Calvisium libro 1111. Simili ergo ratione actorem summarum cum vocat Sueton. qui omnium rationibus dispungendis præerat, easque observabat, quales qui ἀντιγραφεῖς à Græcis, à nobis Gallico vocabulo contrabularii appellantur. Post Suetonii vero ætatem, rationarii & rationales à Marcellino & Lampridio dici cœpere. Torrent.

Assidere in toro juxta coëgit.] Ita moris, intra cubiculum sedere in toris, ut fit hodie in scamnis: non solum cum ad cibum sumendum discumberent, sed in omni otio aut negotio, quod quiescere non prohiberet. Galenus in libro de præcognoscendo, loquens de matre quæ puero ægro adsidebat, ἐν τοῖς οἰκῆματι καὶ κλίσιν, καὶ ἢς ἢ μύτης ἔπειδὴ ἐκαθίσει. totum illum locum vide, & si lubet, quæ notavimus libro secundo capite lxxviii. Casaub.

Partibus de cœna dignatus est.] Epularum partes misit ad auctorem summarum ex more, quo principes partibus ciborum principalium de cœna missis convictorem honorabant. Ex hoc conjectabant, illum esse Domitiano charissimum. Mamertinus in Panegyrico ad Iulianum: Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem divitatem, cachinnantemque sevitiam, à quibus ingens crudelitas figmento lætitiæ tegebatur? Plinius quoque in Panegyrico ad Trajanum luculenter inquit: Quod enim tam infidum mare, quam blanditiæ principum illorum, quibus tanta levitas, tanta stans, ut facilius esset iratos quam propitios habere? Beroald.

Simul gestanti.] Galb. cap. viii. inter gestandum, &c.

Hunc nequissimum servum.] Ita delatorem Clementis appellavit.

Merite

quissimum servum cras audiamus? Et quo contemtius abuteretur patientia hominum, numquam tristiores sententiam, sine praefatione clementiae, pronuntiavit: ut non aliud jam certius atrocis exitus signum esset quam principii lenitas. Quosdam majestatis reos in curiam induxerat: & cum praedixisset experturum se illa die quam charus senatui esset, facile perfecerat ut etiam more majorum puniendi condemnarentur: deinde atrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam invidiam intercessit, his verbis: neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere. Permittite, Patres Conscripti, à pietate vestra impetrari (quod scio me difficulter impetraturum) ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam & parceris oculis vestris, & intelligent me omnes senatui interfuisse. EXHAUSTVS operum ac munerum impensis, stipendioque quod adjecerat: tentavit quidem, ad relevandos castrenses sumtus, militum numerum diminuere. Sed cum obnoxium se barbaris per hoc animadverteret: neque eo secius in explicandis oneribus omnibus hareret: nihil pensi habuit quin praedaretur omni modo. Bona vivorum & mortuorum usquequaque, quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: satis erat objici qualecumque factum dictumque adversum majestatem principis. Confiscabantur alienissima hereditates: vel existente uno qui diceret, audisse se ex de-

fun-

Morte majorum.] Ner. cap. xlix.
 Nam & parceris oculis vestris.] At
 Tacitus: Praecipua sub Domitiano miseria-
 riarum pars erat, videre & adspici.
 Senatui interfuisse.] Tanquam per-

suaserim Senatoribus, liberum mortis
 arbitrium esse indulgendum majestatis
 reos.

Stipendioque quod adjecerat.] De quo
 cap. vii.

Præz

functo, cum viveret, heredem sibi Cæsarem esse. Præter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur qui veluti professi, Iudaicam intra urbem viverent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore, frequentissimoque concilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset. Ab juvena minime civilis, animi confidens etiam, & tum verbis tum rebus immodicus. Cenidi patris concubinae ex Istria reversæ, osculumque, ut assueverat, offerenti, manum præbuit. Generum fratris indigne ferens, albatos & ipsum

Præter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est.] Quod factitatum alibi notabam in artibus sordidis & vitiosis, ut pretio depenso permitteretur illarum professio: idem factum in religione Iudaica, ac mox quoque in nostra, sicut declarat Tertullianus, is est quem vocat auctor fiscum Iudaicum, & à duobus hominum generibus pensitatum fuisse indicat. prius fuit eorum, qui liberam suæ sectæ professionem in urbe redimebant. Iudæis enim licuit soluto pretio quod erat imperatum, in urbe manere: nam interpretes qui ad persecutionem secundam Christianorum sub Domitiano hæc verba referunt, falluntur. Tributi hujus meminit Xiphilinus in Vespasiano, & Appianus in Syriacis, ubi $\phi\acute{o}\rho\omicron\nu\ \tau\acute{o}\nu\ \sigma\omega\mu\epsilon\gamma\acute{\iota}\tau\omega\nu$ vocat. Ita interpretamur illa verba, qui velut professi Iudaicam intra urbem viverent vitam. Casaub.

Iudaicus fiscus.] Significat tributum, quod Iudæi omnes, qui in imperio Romano erant, solvebant. nam viritimbina drachmæ exigebantur ab iis, qui Iudaicam religionem colebant, Iovis Capitolini nomine, ut Dio refert. Turnebus. De hac re in numismate Nervæ sic habetur, IUDAICI. FISCI.

CALVMNIA. SVELATA. Fulv. Vrsin.

Vel dissimulata origine.] Possunt hæc verba etiam ad Christianorum persecutionem sub Domitiano referri. Nam hi videntur esse quos pro Iudæis passim habitos dissimulatæ originis arcebant. Casaubon.

Circumsectus.] Vulgo circumcisos dicimus. Hinc verpus, recutitus, curtus, apella, Iudæorum epitheta.

Osculumque, ut assueverat.] Tib. cap. xxxiiii. quotidiana oscula. Manum autem per contemptum ac fastum Cenidi, patris concubinae, sed uxoris loco habitæ, Domitianus osculandam porrexit, ut Chereæ Caligula cap. lvi. nam manum osculari summæ reverentiæ erat indicium. Plutarchus Catone Uticensi, Ejus abitum agre ferentes milites vestes suas qua iturus erat sternebant, & manus desculabantur. Adde Plinium libri xi. cap. xlv. & lib. xxviii. capite ii. Torrent.

Indigne ferens, albatos & ipsum ministros habere.] Albati ministri Imperatorum, id est, albis tunicis induti. Nec solum albæ illæ tunice, sed etiam auro distinctæ. Lampridius: auratam vestem ministrorum nullus vel in publico conviviis habuit. auratam vestem vocat, qualem gere-

ipsum ministros habere, proclamavit: Οὐκ ἀγαθὸν πολυκρίειν. Principatum vero adeptus, neque in¹³ senatu jaētare dubitavit, & patri se, & fratri imperium dedisse: Illos sibi reddidisse. Neque in reducenda post divortium uxore, edicere, revocatam eam in pulvinat suum: acclamari etiam in Amphitheatro epulari die libenter audiit: Domino & Dominae feliciter. Sed & Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes ut Palfurium Suram restitueret, pulsum olim senatu, ac tunc de oratoribus coronatum: nullo responso dignatus, tacere tantummodo jussit voce

ce

gerabant regii ministri, tunicam albam, auro distinctam. Alexander vero albatos tantum, non etiam auratos habuit ministros. Tunicae autem illae imperialis ministerianorum non per totum auro sparsae & intextae, sed paragaudis, hoc est, loris auratis praetextae. Cod. de vestibus hol. leg. 11. *nemo vir auratus in tunicis aut in lineis habeat paragaudas: nisi hi tantummodo quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est.* Albati igitur illi ministri, & in tunicis albis, auro limbatis. Sed haec pluribus in libro de officiis Augustae domus. *Salmasius.* Albati epulo intererant, ut docet Cicero in oratione contra Vatinius: & ab Horatio dictum est:

*Ille repotia, natales, aliosque dierum
Festos albatu celebrat. —*

Beroaldus. Elegans Vopisci locus vita Taciti Caesaris: *Quo in Principem lecto, Senatores elati letitia albati sederunt, atque albas hostias immolarunt.*

Et patri se, & fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.] Tanquam debitum destituisse. Hoc autem ideo dicebat, fuit in bello civili Vitelliano, patre & fratre absentibus, ipse Romae cuncta confecerat, & Capitolium una cum Sabino patruo velut arcem occupaverat: tandem profligatis Vitellianis mi-

litibus Caesar est consalutatus: ex quo videbatur ipse Imperium dedisse patri Vespasiano & fratri Tito. Hinc illud Martialis,

*Solus Iuleas cum jam retineret habenas,
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.*

In pulvinar suum.] Quasi nimirum & ipse Deus esset. Diis enim pulvinaria sternebantur. Hinc ad omnia pulvinaria supplicare Cic. & Livius. Eleganter igitur de Messalina è prostibulo ad sacrum cubiculum redeunte Juvenalis,

— *fumoque lucernae*

Fæda lupanaris tulit ad pulvinar odorem. Sed & Seneca Consolat. ad Polybium, loquens de Fortuna, *Potest hæc, inquit, adversus privatas domos ullam equitatem nosse, aut ullam modestiam, cujus implacabilis sævitia toties funestavit ipsa pulvinaria. ? Pulvinaria privatis Laribus opponit. Torrent.*

Epulari die.] Quo datum est populo epulum. Papinius:

*Vna vescimur omnis ordo mensa,
Parvi, sæmina, plebs, eques, Senatus.* Sabellicus.

Domino & Dominae feliciter.] Ad Claudii cap. VII. Briffonium.

Capitolino certamine.] Ante dictum est, quinquennale certamen Capitolino Jovi institutum fuisse à Domitiano.

Forma

ce præconis. Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cæpit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter. Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Ianos, arcusque cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis, tantos ac tot extruxit: ut cuidam Græce inscriptum sit arcui ΑΡΚΕΪ. Consulatus XVII. cepit: quod ante cum nemo. Ex quibus septem medios continuavit: omnes autem pane titulo tenuis gessit: nec quemquam ultra Kalendas Maii, plures ad Idus usque Ianuarias. Post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumpto, Septembrem menssem & Octobrem, ex appellationibus suis,

Formalem dictaret epistolam.] Formalem epistolam vocat Tranquillus, formatam epistolam, qua aliquid Imperator edicebat, & publice imperabat: aut publice ad aliquos scribebat: ut ex ejus stylo & forma & exemplari, similes scriberentur: nam cum habent eam formam quam instrumenta publica & edicta habent, formales epistolæ dicuntur. Suetonius, epistolas orationesque & edicta alieno formabat ingenio. Itaque epistola formalis, alia est, quam familiaris. Turnebus. Græci Historici vocant, ἑσκευκλίσσῃ ἐπιστολαί.

Dominus & Deus noster.] Sic de eo Victor, More Caligula Dominum sese, Deumque dici coëgit. & adulator Marcial. Edictum Domini, Dei que nostri.

Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permisit.] Plinius Panegyrico ad Trajanum, Paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat. Xiphilinus:

καὶ τοσαῦτα αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε

πᾶσαν ὀλίγη δὲ τὴν οἰκονομίαν τὴν ὑπὸ αὐτῷ εἶχοντι αὐτῷ καὶ ἀνδραγαθῶν καὶ δόξων καὶ χροσῶν ἐμπληροῦσα.

Ianos.] Arbitramur, per Ianos intelligendas esse portas illas magnas, quæ in viarum capitibus extrui solebant ab antiquis Romanis, unica tantum janua aditum præbentes, vulgo *Portæ* dicuntur. Dio in Nerva ἀΐδασ, id est, fornices appellat. Livius lib. 11. *Infelici via è dextro Iano portæ Cæmentalis profecti.* Ammianus Marcellinus, *Ex plebe, inquit, Romana quosdam nominibus cultos & seniores per Ianos & fora clamitari sope.* Marcellus Donatus. Vide in Octavio cap. xxxi.

Consulatus XVI II.] E quibus decimum septimum, qui illi ultimas fuit, adorat: (sic enim loquitur) Papinūs l. 1 v. Sil. 1. Aliter quidem Plin. Panegyrico in Trajanum, & altero in Gratianum Ausonius.

Septembrem menssem & Octobrem, ex appellationibus suis,

suis, Germanicum Domitianumque transnominavit: quod altero suscepisset Imperium, altero natus esset. PER HÆC terribilis cunctis & invisus, tandem ¹⁴ oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione, simul & uxoris. Annum diemque ultimum vitæ jam pridem suspectum habebat, horam etiam, necnon & genus mortis. Adolescentulo Chaldaei cuncta prædixerant. Pater quoque super cœnam quondam fungis abstinentem palam irriserat, ut ignarum sortis suæ, quod non ferrum potius timeret. Quare pavidus semper atque anxius, minimis etiam suspicionibus præter modum commovebatur, ut edicti de excidendis vineis propositi, gratiam facere non alia magis re compulsus credatur, quam quod sparsi libelli cum his versibus erant,

Κλω̄ μὲ Φάγης Ἐπὶ ρίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσον Ἰπταεῖσσι καίσαρι θυομένω.

Ea-

appellationibus suis, Germanicum Domitianumque transnominavit.] Mensis Septembris principalem sibi retinet appellationem, ex Germanici appellatione: Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat. Sed ubi infaustum vocabulum ex omni ære, vel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Cautio postea principum cæterorum diris ominis infausta vitantium, mensibus à Septembri usque ad Decembrem prisca nomina reservavit. *Macrobius.*

Simul & uxoris.] Sextus Aurelius refert, adscitam esse in consilium conjuratorum Domitiam, uxorem tyranni Domitiani, ob amorem Paridis histrionis. *Beroald.*

Adolescentulo Chaldaei cuncta prædixerant.] Constituta est habitatio peculiaris in Babylonia Philosophis indigenis, plurimum astronomiam tra-

stantibus qui Chaldaei appellantur. Sunt ex iis qui è natalibus hominum eventura iis vaticinari se profiteantur: sed à cæteris non probantur. *Strabo.* Cœpit autem ex nomine gentis, ea vox professionis esse, ut alibi commonitum est,

Fungis abstinentem.] Tanquam cibo mortifero. Fungorum numerosa sunt genera, inter quos suilli numerantur, venenis accommodatissimi, qui olim familias interemere, & tota convivia, & Annum Serenum præfectum Neronis vigillum, & tribunos, & centuriones. *Beroald.*

Edicti gratiam.] August. capite XVI. conjurandi gratiam fecit.

Κλω̄ μὲ Φάγης ἐπὶ ρίζαν, &c.] Verto: *Et si me comederis ad radicem, tamen adhuc fructum producam, quantum infundi Cæsari immolato, sufficiat. Quod vitis capro minitabatur apud Euenum*

Ecc

poëtam

Eadem formidine oblatum à senatu novum & excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusavit: quo decretum erat, ut quoties gereret consulatum, equitum, equites Rom. quibus fors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus, præcederent eum, inter lictores apparitoresque. Tempore quoque suspecti periculi appropinquante, sollicitior indies, porticum in quibus spatari consueverat, parietes phengite lapide distinxit: è cuius splendore per imagines quidquid à tergo fieret, provideret. nec nisi secreto atque solus plerasque custodias,

poëtam, hoc eadem nunc Cæsari, pulcherrima, Hercule, parodia: Vel si me, inquiens, ad radicem comederis, tantum tamen vini producam, quantum immolando Cæsari possit infundi. Mos enim veteribus, uti capitibus stantium sub ictu cultroque victimarum vinum infunderetur. Sic apud Maronem videlicet,

*Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima
Dido,*

Candentis vacca media inter cornua fudit.

Igitur neci Domitianum Cæsarem per hos versiculos libelli destinabant, ob editum de excidendis vincis. *Politianus.*

Equites Romani, quibus fors obtigisset, trabeati.] Trabeatum tria genera Suetonius in libro de vestimentis, auctore Servio in lib. v. i. Virg. fuisse ostendit, unum è sola purpura, diis consecratum: alterum è purpura, non sine albo, quo reges utebantur: tertium augurale, è purpura & cocco. Militarem habitum, post reges crediderim trabeam fuisse, quo consules in bello uterentur. Livius lib. xxxii. Consul, inquit, cum Corcyra hibernasset, vere primo in continente trabeatus ad hostem ducere pergit. Propterea equestres turmae,

bellicam speciem representantes, idibus Quinctilian. ante censores trabeati transvehantur. Valerius Max. lib. i. i. cap. i. *Trabeatos equites idibus Iulii Q. Fabius transvehi instituit.* Et apud Tacitum lib. i. i. in funere Germanici: *Præcedebant in comita signa, versi fasces, atque ubi colonias transgredierentur, atrata plebs, trabeati equites.* A. Manutius.

Phengite lapide.] Scribit Plinius in xxxvi. repertum esse lapidem in Cappadocia Neronis principatu duritia marmoris, candidum atque translucentem, qui ex argumento Phengites, appellatus est: $\phi\epsilon\gamma\sigma$ enim apud Græcos significat illumino: & $\phi\epsilon\gamma\sigma$, lumen: unde phengites, luminosus dictus. Hoc lapide construxerat Nero adem Fortunæ, quam aurea domo complexus est: quare etiam foribus opertis interdum claritas diurna erat haud alio, quam speculari, modo, tanquam inclusa luce, non transmissa. *Beroald.*

Plerasque custodias audiebat.] Seneca Ep. v. *eadem catena & custodiam & militem copulat.* Solebat, Vlpiano teste, aestimari, essetne reus in carcerem conjiciendus, an militi tradendus, vel fideiussoribus committendus. fereque, nisi tam grave scelus admissum esset, ut supplicium

dias, receptisque in manu catenis, audiebat. Utque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necem: Epaphroditum à libellis, capitali pœna condemnavit: quod post destitutionem, Nero in adipiscenda morte, manu ejus adjutus existimabatur. Denique Flavium Clementem patruelem suum contemptissimæ inertie, cujus filios etiamnum parvulos successores palam destinaverat: & abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari jusserat, alterum Domitianum: repente ex tenuissima suspitione tantum non ipso ejus consulatu interemit. Quo maxime factò maturavit sibi exitium. Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt: ut exclamaverit, Feriat jam quem volet. Tætum de cælo Capitolium, templumque Flaviae gentis: item domus Palatina & cubiculum ipsius: atque etiam è basi statuæ triumphalis titulus excussus vi procelle in monumentum proximum decidit. Arbor,

que

plicium carceris pœna præcedere deberet, militibus fontes assignabantur, dicti custodia ab eo, quod patiebantur, toto titulo π. de reorum custodia & exhibitione, nominatim ibi: *si custodia se interfecerit, vel præcipit averit, militis culpæ adscribitur.* Et alibi: *Ne quis receptam custodiam sine causis dimittat, mandatis ita cavetur, &c.* Hinc clarus hic Suetonii locus. *Modius.*

Epaphroditum à libellis.] Sup. Ner. cap. XLIX.

Quod post destitutionem.] Ita Ner. cap. XI. *Talem principem terrarum orbis tandem destituit.*

Flavium Clementem patruelem suum.] Flavius Sabinus, Præfectus Vrbi, Vespasiani Principis frater, Capitolii oppressus incendio, duos reliquit filios, Flavium Sabinum, de quo ante cap. X.

& Flavium Clementem. Vtrique prænomen Titus. Cum autem hunc Flavium Clementem contemptissimæ inertie hominem vocat Sueton. eo ipso Christianum fuisse demonstrat, De quod injuriæ in Christianos titulo, quod inertes & inutiles atque infructuosi dicerentur, Tertull. Apol. c. XLII. *Torrent.*

Tot fulgura facta nuntiataque sunt.] Fulgura pro fulminibus usurpat: ut Plinius lib. xxxv. cap. x. lib. xv. cap. xviii. & lib. II. cap. LIV. cum loquatur de fulminibus, *Quæ jam, inquit, fulgura enuntiare, non putant fas.* Nonius quoque *fulguritum*, pro fulgure dictum, explanat, & *Fulgurire*, pro fulgur jacere. Denique locus est lib. II. de Divin. in quo *Fulgurare*, pro fulmen jacere, dictum est. *A. Manutius.*

Arbor.] Vespas. cap. v.

Ecc 2

Pia-

que privato adhuc Vespasiano eversa surrexerat, tunc rursus repente corruit. Prænestina Fortuna, tota imperii spatio annum novum commendanti, letam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit: nec sine sanguinis mentione. Minervam, quam superstitiose colebat, somniavit excedere sacrario: negantem ultra se tueri eum posse, quod exarmata esset à Iove. Nulla tamen re perinde commotus est quam responso casuque Ascletarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem jactasse se quae providisset ex arte, sciscitatus est quis ipsum maneret exitus: & affirmantem fore ut brevi laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissime imperavit. Quod cum fieret, evenit ut repentina tempestate dejecto funere semivivum cadaver discerperent canes: idque ei cœnanti à mimo Latino, qui præteriens forte animadverterat, inter cæ-

te-

Prænestina Fortuna.] Silius :

— *Sacrisque dicatum*

Fortune Præneste jugis. —

Sed inspicere quæ ad caput LXIII. Tiberii.

Minervam quam superstitiose colebat.]

Ita oportuit, matrem coli à filio. præter alios testatus Philostratus libro septimo, quendam periisse commemorans, ἐπεὶ δὲ θύων ἐν Τάρανθι εἴηχε, μὴ παρ᾽ ἐθήκε ταῖς δημοσίαις Ὀχραῖς ὅτι Δομιτιανὸς Ἀθηναῖς εἰς πῶς. *Casaubonus.* Apud Eusebium, inter opera sub Domitiano facta, mentio fit Minervæ Chalcidicæ. Τὸ πᾶν Ἀθηναίων καὶ τὸ χάλκιδον ἄνωμα (ἄνωρον ab Augusto dedicatum scribit Dio lib. LI. Chalcidicū igitur fuit ædificium, à cuius vicinia dicta fuerit Minerva Chal-

cidica. Hoc fanum vetustate corruptum instaurasse Domitianus videtur.

Exarmata] Despoliata armis, quibus cum hæcenus tutata fuisset. *Arma* autem Palladi assignant, clypeum, & hastam.

A mimo Latino.] Latini mimi, qui temporibus Domitiani floruit, meminerunt poetæ, & in primis Martialis, cum ait ad Domitianum:

Qua Thymelen spectas, derisoremque Latinum,

Ista fronte precor carmina nostra legas.

Apud eundem extat epigrammum Latini mimi, in quo sic ipse loquitur:

Dulce decus scena, ludorum fama Latinus:

Ille ego sum plausus, deliciae que tuæ.

Beroaldus.

Obla-

teras diei fabulas referretur. PRIDIE quam peri- 16
ret, cum oblatos tuberes servari jussisset in crasti-
num: adjecit: Si modo uti licuerit. Et conversus
ad proximos, affirmavit fore ut sequenti die, Luna
se in Aquario cruentaret, factumque aliquod exi-
stere, de quo loquerentur homines per terrarum
orbem. At circa mediam noctem ita est exterritus,
ut de strato prosiliret. Dehinc mane haruspicem
ex Germania missum qui consultus de fulgure muta-
tionem rerum prädixerat, audiit, condemnavitque.
Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehemen-
tius scalpit, profluente sanguine, Utinam, inquit,
hactenus. Tunc horas requirenti, pro quinta, quam
metuebat, sexta ex industria nuntiata est. His velut
transacto jam periculo latum, festinantemque ad cor-
po-

Oblatos tuberes.] Tuberes non terræ
callus, ut tubera, sed arboris fructus
sunt, prima syllaba correpta. Plin. lib.
xv. cap. xiv. Columella xi. capite ii.
Torrentius. Martialis tuberes Africanos,
tanquam generosiores, celebrat illo
disticho:

*Non tibi de Libycis tuberes, & Apyri-
na ramis,*

De Nomentanis sed damus arboribus.

Luna se in Aquario cruentaret.] Cum
Aquarius sit signum humectum, & im-
bricum, dixit Domitianus Lunam se
in Aquario cruentaturam: quia non
aqua, sed cruor effunderetur. Et hoc
prædixit, præfagiens mortem suam fu-
turam sanguinariam, quo tempore Lu-
na erat in Aquario, quem Græci
υδροχοον vocant. Vnde Germanicus in
Arato ait:

*Infimus Hydrochoos, sed qua vestigia fi-
git,*

Sunt alia stella. —
Beroaldus.

Ita est exterritus.] Tunc forte cum
somniauit Iunium Rusticum, quem
occiderat, stricto ad se gladio venire.
Ex Xiphilino.

Audiit condemnavitque.] Sed dilato
supplicio, quo tum demum afficeretur,
quum ille periculum effugisset, tandem
necato Domitiano salvus evasit, & à
Nerva quadringenta sestertia accepit.
Xiphilinus à Dione.

Horas requirenti.] Romæ quod pri-
mum horologium statutum est, alii in
Capitolio, nonnulli in æde Dianæ po-
situm fuisse volunt. In foro postea aliud
constitutum constat, quod ex Sicilia ad-
vectum fuit, quo unico horologio tota
urbs diu contenta est. Proceres Romani
pueros ad hoc habuere, qui horas sibi
nuntiarent. In Græcia quoque idem
obtinuit, & dominæ ancillas, quæ hoc
manus sibi fungerentur, habebant. He-
sychius: Περηγία ἢ ὠδὸς γάλακτος
τὴν ὥραν ταῖς κερτηρίαις. Sal-
masius.

poris curam, Parthenius cubiculo prepositus conver-
 tit: nuntians esse qui magnum nescio quid afferret,
 nec differendum. Itaque summotis omnibus, in cubi-
 17 culum se recepit, atque ibi occisus est. De insidiarum
 cædisque genere, hæc fere divulgata sunt. Cunctan-
 tibus conspiratis quando & quomodo, id est, levan-
 temne an cœnantem aggredierentur: Stephanus Do-
 mitille procurator, & tunc interceptarum pecunia-
 rum reus, consilium operamque obtulit. Ac siniste-
 riore brachio velut agro, lanis fasciisque per aliquot
 dies ad avertendam suspicionem obvoluto, ad ipsam
 horam dolum interjecit: professusque conspirationis

177-

Domitilla procurator.] Domitillam hanc esse puto quam Flavius Clemens (si Dionis compendio credimus) uxorem duxerit, quos ambos Domitianus illato impietatis crimine occiderat. *Torrent.* Flaviam Domitillam Iudæorum religioni addictam scribit Dio, quum Christiani tunc iidem cum Iudæis esse putarentur. Vnde Suetonius: *Iudæos duce Chresto tumultuantes.* Dio de Domitilla, & Flavio Clemente: *ἐπιπνέχθη ἡ ἀμφοῖν ἑσκλημα ἀθεότη-
 τῶ, ὑφ' ἧς οἱ αἰδοὶ εἰς τὴν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάζθησαν.* Hieronymus Epithaphio Paulæ: *Delata ad insulam Pontiam, quam clarissima quondam seminarum sub Domitiano principe pro confessione nominis Christiani Flavia Domitilla nobilitavit exilium: vidensque caulos, in quibus illa longum martyrium duxerat, &c.* Iosephus Scaliger.

Sinisteriore brachio velut agro lanis fasciisque obvoluto.] Ita moris fuit: atque hæc sunt lanæ quarum meminit Vlpian. §. ne ea quidem, lege Si cui lana. Dig. de legatis 111. Apud Hippocratem & alios medicos leges sæpe ἰεῖοις ἰπι-

καταδεῖν aut ἀειλίος ἐν ἀεθροῖς ἔνεγκε, id est, ut pars affecta commodius sese habeat. Martialis: *Quod lana caput alligat Charine.* Meminit & Aristides in Sacris sæpius. Ex eo istud Artemidori libro 1. *ἴσα αἰπὴ τριχῶν ἔχου νόσους μακροῦς καὶ φθίσιν παρὰ τὸν ὄφθαλμον.* hinc dicti sunt *lanoculi*, ut docet Festus. *Casaubonus.*

Brachio obvoluto ad ipsam horam dolum interjecit.] Scribe *dolonem*. sic emendavit hunc locum *δύσχευτα* Iacobus Ferrarius, ut testatur clarissimus doctissimusque Petrus Faber III. Semestrium. *Dolo* sicæ vel pugionis est genus. Hesych. *δύλωνες, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.* Servius: *Dolo est flagellum intra cuius virgam latet pugio.* Plutarch. in Gracchis interpretatur *λησπικὸν ξιφίδιον.* Vide in Claudio cap. 111. Vnice comprobatur hanc pulcherrimam conjecturam Philostratus. *Idem.*

Ad ipsam horam.] Ita dictum ad horam, ut ad presens. Sic ad horam consistere orator Quintiliano dicitur, qui ex tempore dicere cogitur, & statim causam

indiciū, & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum, & attonito, suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius, & Maximus Parthenii libertus, & Saturius decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio ludo, vulneribus septem contrucidaverunt. Puer, qui cura Larium cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cædi, hoc amplius narrabat, jussum se à Domitiano ad primum statim vulnus pugionem pulvino subditum porrigere, ac ministros vocare: neque ad caput quidquam, excepto capulo, & præterea omnia clausa reperisse: atque illum interim correpto deductoque ad terram Stephano, colluctatum diu, modo ferrum extorquere, modo, quamquam laniatis digitis, oculos effodere conatum.

sam agere. Arnobius libro v. conclamant exterriti ad horam Phryges, id est, *Ἰσχυροὶ καὶ ἰσχυροὶ*. Salmasius.

Admissus.] Plinius in Panegyrico: Dimouit, perfregitque custodias pœna, angustosque per aditus, & obstructos non secus, ac per apertas fores, & invitantia limina irrupit, longeque tunc illi divinitas sua, longe arcana illa cubicula sævique secessus. in quos timore, & superbia & odio hominum agebatur.

Clodianus cornicularius.] Hæc nomina, commentariensis, cornicularius, de legionaria militia sumta sunt. Ascenius. Ut in exercitu acacie dicitur cornu, ita in cohortibus tribuni militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionum: à quo cornicularius, qui corniculo tribuni militum præest. Turnebus. Refert Livius in x. Papyrium Consulem equites omnes ob insignem in bellis operam donasse corniculis, armillisque argenteis: tanquam cornicula sint inter donatica ornamenta militaria. Beroald. Meminit & Val. Maxim. lib. vi. cap. i. item

Suetonius de claris Gramm. primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit. A voce Cornicularius est illa, Cornel, nota in militia hodierna. Boxhorn.

Saturius Decurio cubiculariorum.] Decurionem cubiculariorum vocat Sueton. qui ad militiæ similitudinem parti alicui cubiculariorum præfuit. nam omnibus simul præfectum fuisse Parthenium crediderim, qui etiam gladii gestandi honorem adeptus fuerat. Extat Romæ in hortis Cardinalis Carpensis hæc inscriptio. TI. CLAUDIUS AVG. L. QUADRATUS DECURIO IECTICARIORVM BRITANNICI VIX. A. LX. Recentiores fere Decanos vocant, ut olim quoque in monasteriis Decanos appellatos fuisse qui decem monachis præerant, Augustinus tradit lib. De moribus Manichæorum. Torrent.

Colluctatum diu.] Mirum quod de Apollonio Xiphilin. & Philostratus lib. viii. tradidere, cum Ephesi esset, hanc eum vidisse cædem, & Stephanicum tyranno luctam.

tum. Occisus est XIII. Kal. Octobris anno etatis XLV. Imperii XV. Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit: sed reliquias templo Flavie gentis clam intulit, cineribusque Iulie Titi filie, quam & ipsa educaverat, commiscuit. STATIRA fuit procera, vultu modesto, ruborisque pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore: praterea pulcher ac decens, maxime in juventa, & quidem toto corpore, exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores habebat: postea calvitie quoque deformis, & obesitate ventris, & crurum gracilitate: quæ tamen ei vali-

tu-

Populari sandapila. Tenuiores & plebei non in lecto ferebantur ad rogam, sed in arca lignea, vel ligneo sarcophago ex paucis tabulis compacto, unaque cum cadavere eadem ustrina comburebatur. De hujusmodi arca lignea accipiendi Horatius & Lucanus, qui plebeias & viles vocant, quia cadavera plebeia in illis efferebantur. *Sandapilas* Latini proprie vocarunt hujusmodi loculos ligneos in quibus mortui de nota plebeia efferi solebant. Glossæ: *sandapila*, $\pi\alpha\rho\phi\omicron\rho\rho\epsilon\iota\omicron\nu$. Glossæ nondum editæ vetustissimæ: *Sandapila*, *feretrum quo mortuorum pauperum corpora ad sepeliendum ejiciuntur sine ditiori apparatu, dicta sandapila, quasi sine dapila.* Immo *sandapila* est $\sigma\alpha\upsilon\iota\delta\delta\pi\upsilon\lambda\omicron$, ex tabulis & asseribus compacta arca. Græci $\sigma\omicron\rho\upsilon\varsigma$ vocant, quas ligneas fuisse constat. Nam $\sigma\omicron\rho\omicron\pi\eta\gamma\iota$ dicti sandapilarii qui arcas eas ex ligno compingebant. *Salmastius.*

Per vespillones exportatum. Vespæ & vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam ne-

queunt. *Festus.*

Latina via.] A Latina porta initium habet via ejusdem nominis, in Latinos populos ducens, quæ modo Latina, modo Aufonia dicitur à Martiali. *Omphrius Panvinus.* Satyrographus:

Clivosa reberis dum per monumenta Latina.

Item:

(Latina.

Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Vultu modesto, ruborisque pleno.] Et vultum modestum hic, & mox *verecundiam oris*, accipe ut loquuntur Iuriconsulti, sine effectu: quomodo sæpe Suetonium loqui ante notavimus. Modestum ergo vocat, qui, ut Tacitus ait, imaginem modestiæ præ se ferret. nam falluntur interpretes qui aliter sensisse Suetonium quam Tacitum & Plinium notant. modestiæ illa imago fuit rubor: qui color in vultu pudoris ingeni argumentum esse solet, ideoque non parvam commendationem affert. Lege epistolam Senecæ undecimam. Propterea Hesychius $\gamma\epsilon\mu\rho\delta\omicron\varsigma$ quod est rubrum, explicat etiam $\sigma\epsilon\mu\iota\delta\omicron\varsigma$ & vocem $\gamma\epsilon\mu\iota\rho\omega\pi\iota\varsigma$ (ut in Æschyli Promethæo $\upsilon\iota\eta\omicron$, $\iota\pi\alpha\lambda\eta\zeta\iota\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\iota\gamma\epsilon\mu\iota\rho\omega\pi\iota\varsigma\alpha\iota\delta\omega$) interpretatur idem, $\iota\epsilon\gamma\epsilon\sigma\mu\iota\alpha$. *Casaub.*

Que

tudine longa remacruerant. Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut apud senatum sic quondam jactaverit, Usque adhuc certe animum meum probastis & vultum. Calvitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii joco vel jurgio objectaretur: quamvis libello, quem De cura capillorum ad amicum edidit, hoc etiam illum simul seque consolans inseruerit,

Οὐχ ὀρέσας οἱ καὶ γὰρ καλὸς τε μέγας τε.

eadem me tamen manent capillorum fata & forti animo fero comam in adolescentia senescentem. Scias nec gratius quidquam decore, nec brevius. Laboris impatiens, per urbem pedibus non temere ambulavit: in expeditione & agmine, equo varius, lectica assidue vectus est. Armorum nullo, sagittarum vel

pra-

Qua tamen ei valitudine longa remacruerant.] Sensus apertior, si admittas, quod Pulmannus alicunde eruit, crurum gravitate, non gracilitate.

Commendari se verecundia oris adeo sentiebat.] Arguunt hunc ejus sensum adulatores poëtae Statius & Martialis: qui hoc nomine sæpe illum laudant, nempe quia sciebant gratius ei nihil accidere posse.

Calvitio.] Ob id eum Iuvenalis & Aufonius Calvum Neronem vocant.

Οὐχ ὀρέσας, &c.] Est ex Iliad. XXI.

Scias, nec gratius quicquam decore nec brevius.] Eandem sententiam elegantissime persecutus Arbitet in hoc capillorum elegidario,

Quod solum formæ decus est, cecidere capillantesq; comas tristis abegit hiems.

Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrent:

Arcaque attritis ridet aduſta pilis.

Oſallax natura deum: quæ prima dedisti

Aetati nostra gaudia, prima rapis.

Casaubonus.

Laboris impatiens.] Plin. Panegy. ad fastum magis referre videtur quod non temere pedibus ambularet. Ante te Principes fastidio nostri, & quodam aequalitatis metu usum pedum amiserant. Illos humeri cervicesque serverum super ora nostra vehebant.

Armorum nullo, sagittarum.] Exercitium armorum ab exercitio sagittarum, missilium, pilorumque diversum. Sic exercitium armorum à sagittis his separat Suetonius. Pilum autem & sagittas conjungit Vopiscus in Aureliano: nullum unquam diem pratermisit, quamvis festum, quamvis vacantem, quo non se pilo & sagittis cæterisque armorum exerceret officiis. Si arma generaliter accipiantur, non sum nescius & sagittas, & pila, & alia missilia eo nomine comprehendi. Sub armorum vero exercitio, scutum & gladius tantum comprehendebatur. Ovidius jaculandi peritiam ab armis distinguit:

Sunt illis celeresque pila, jaculumque, trochique,

Ecc 5

Arma-

præcipuo studio tenebatur. Centenas varii generis fe-
 ras sæpe in Albano secessu conficientem spectavere ple-
 rique: atque ex industria ita quarundam capita fi-
 gentem, ut duobus ictibus quasi cornua effingeret.
 Nonnumquam in pueri procul stantis, præbentisque
 pro scopulo dispansam dextra manus palmam, sagittas
 tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum
 20 innocue evaderent. Liberalia studia in initio Imperii
 neglexit, quamquam bibliothecas incendio absum-
 tas impensissime reparare curasset, exemplaribus un-
 dique petitis: missisque Alexandriam, qui describe-
 rent emendarentque. Numquam tamen aut historie
 carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stylo
 vel necessario dedit. Præter commentarios & acta
 Tiberii Cesaris nihil lætitabat: epistolas, orationesque
 & edicta alieno formabat ingenio. Sermonis tamen
 nec inelegantis: dictorum interdum etiam notabi-
 lium, Vellem, inquit, tam formosus esse quam
 Metius sibi videtur. Et cujusdam caput varietate ca-
 pilli

*Armaque, & in gyros ire coactus
 equus.*

Cicero in Catone majore, ubi exercita-
 tionum militarium genera enumerat,
 arma quoque ab hastis separat. *Salmas.*

Quasi cornua.] In cornuum speciem
 duabus à fronte sagittis affixis.

Præbentisque pro scopulo.] V. C. ha-
 bet, *scopo.* & sic legendum, non *scopulo.*
Vrsinus.

Missisque Alexandriam.] Idem Vi-
 ctor tradit, quamquam maximam il-
 lam Ptolemæi Pailadelphi bibliotheca-
 cam bello Alexandrino exustam auctor
 Plutarch. Casare. Meminit & Seneca
 De tranquill. vitæ cap. ix. *Torrent.*

Carminibusve.] Nisi ad Titi fratris
 æmulationem. Sup. Tit. cap. 111. At-

que hæc quidem Suetonii opinio est,
 Plinius tamen in præfatione præclari
 illius operis sui primas Domitiano tri-
 buere videtur, quem frater Titus feli-
 cissime imitatus fuerit. Sed de eo Pli-
 nii loco alii viderint. Martialis certe
 Domitianum eo nomine præ in cœ-
 lum fert cum alibi tum L. VII. Epigr.
 ult. Idem de Domitiano Papinius, Si-
 lius Italicus, Valerius Flaccus, Quin-
 tilianus, Tacitus. *Idem.*

Commentarios & acta Tiberii.] Com-
 mentarii quidem quem summam ac
 breviter de vita sua scripsit Tiberius
 mentio cap. LXI. magis tamen credi-
 derim Suetonium hic aliorum de Tibe-
 rio libros intelligere, atque acta publi-
 ca ejus temporis. *Idem.*

*pilli subrutilium, & incanum, perfusam nivem mulso dixit. Conditionem principum miserri-
mam agebat: quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis. Quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus matutinisque horis: ac lavabat de die, prandeatque ad satietatem: ut non temere super cœnam præter Matianum malum, & modicam in ampulla potiunculam, sumeret. Convivabatur frequenter ac large, sed pæne raptim: certe*

Et incanum perfusam nivem mulso dixit.] Græci incanum *σπαρξὸ πρόλιον* dicunt: apud eosdem leges pro canitie & *χρόια* & τὸ χιονέμυρον & τριχώματ' & apud Græcos poëtas, *γῆρας ὄρωται πάχνω*. quod dictum laudat & explicat Philosophus libro v. De generatione animalium. *Casaub.* Non simpliciter hoc dictum putes, sed scito alluisse ad potionem mulsi & nivis, quæ simul in convivio dari solebant, mistura coloris rutili & albi facta: quod indicat Plinius, cum sic ait in Epistola ad Septitium Clarum: *Parata erant lactuca singula, cochlea trina, ova bina, alicacum mulso & nive. Nam hanc quoque computabis, imo hanc in primis, qua perit in serculo.* *Beroald.*

Conditionem principum miserriam.] Idem dictum Hadrianus Imp. usurpabat. De quo elegans M. Antonini ad L. Verum epistola apud Vulcatium vita Avidii Cassii.

Etiam profestis diebus.] Sic ferme de Augusto. cap. lxxi.

Lavabat de die.] Balnearum significat lotionem, qua Commodus Imperator adeo oblectabatur, ut per diem septies, atque octies in balneis lavaretur. E contrario prisca, ut inquit Seneca in xiiii. Epistolarum moralium, brachia tantum, ac crura quotidie abluabant, quæ scilicet sordes opere collegerant: ceterum toti nudinis la-

vabantur. Tempus autem lavandi erat, ut docet Vitruvius, post meridianum. *Beroaldus.*

Matianum malum.] C. Matius primus nemora tonsilia invenit. Auctor Plin. libro xii. capite ii. ubi tamen Cn. vocat. De pomo idem Plin. lib. xv. cap. xiv. & Columella lib. v. cap. x. Macrob. lib. iiii. Saturnal. cap. xix. *Torrent.*

In ampulla potiunculam.] Ampulla vasculum erat ventrosum, oris angusti. Cujus præcipuus erat in balneis usus. Unde *ampulla olearia* apud Apulejum, & *ampullaria unctio* apud Plautum. Ampulla quoque & strigilis apud eundem Persa, & Ciceronem i v. De finibus Cynici suppellex. Sed & viatorem Plautus chlamyde, zona, machara, petaso, atque ampulla instruit, verum vinariam potius (ut arbitror) quam oleariam intelligens. nam & *potaria ampulla* in mensis usus. De qua Martialis lib. xiiii. Epigr. cap. x. & Suetonius hic. *Idem.*

Pæne raptim.] Hoc explicant illa Plinii ad Trajanum: *Non enim ante medium diem distentus solitaria cœna spectator adnotatorque convivii tuis immines: nec jejunis & inanibus plenus ipse & crustans non tam apponis quam objicis cibos quos dedigneris attingere: atque perpeffus superbam illam conviviis simulationem, rursus te ad clandestinam ganeam occultumque luxum refers.*

Quasi

certe non ultra Solis occasum, nec ut postea commis-
saretur. Nam ad horam somni nihil aliud quam se-
22. creto solus deambulabat. Libidinis nimie assiduitatem
concupitus velut exercitationis genus, clinopalen vo-
cabat. Eratque fama; quasi concubinas ipse divelleret,
nataretque inter vulgatissimas meretrices. Fratris
filiam adhuc virginem oblatam in matrimonium sibi,
cum devinctus Domitia nuptiis pertinacissime recu-
sasset, non multo post alii collocatam, ultro corrupit,
& quidem vivo etiam tum Tito: mox patre ac viro
orbatam, ardentissime palamque dilexit: ut etiam
caussa mortis exstiterit, coacta conceptum à se abigere.
23. OCCISVM eum, populus indifferenter, miles gra-
vis-

Quasi concubinas ipse divelleret.] Le-
gendum, devellendis. devellere enim est
vellere & depilare. Divellere & devel-
lere significatione longe differunt. Plau-
tus Pœnulo:

SV. Sine pennis volare hand facile 'st,
mea ala pennas non habent.

MI. Nolito pol devellisse, jam duobus
mensibus

Volucres tibi erunt hircinae.

Glossæ: *ἄρολιον*, decerpo, devello:
at divello, dilacero: *ἄροισ*. Sal-
masius.

Fratris filiam.] Iuliam significat Ti-
ti filiam, quam Domitianus, ut inquit
Plinius in IIII. Epistolarum, non solum
polluit incesto, verum et iam occidit. Nam
vidua abortu perit. Hinc exit illud Sa-
tyricum:

Cum tot abortivis fecundam Iulia vul-
vam

Solveret, & patris similes effunderet
offas.

Apud Philostratum mentio fit Iulix,
quæ neptis erat Domitiani ex filia,
quam Sabino nuptam abduxit Domi-
tianus in uxorem, interfecitque ipsum
Sabinum, & cum Ephesi pro his nu-

ptiis Imperatoriis sacrificarent, inter-
veniens Apollonius, O nox, inquit, qua-
lis fuit Danaï filiarum, cur sola fuisti?
Beroaldus.

Occisum eum populus indifferenter tu-
lit.] Non sunt audiendi, qui, differenter,
legunt. Neque enim hoc vult Sueto-
nius, è populo quosdam ex de Domi-
tiani lætatos, quosdam eam graviter
tulisse; sed vero illud; cum miles gra-
vissime ferret occisum Domitianum,
Senatus autem adeo lætaretur, ut re-
pleta certatim curia non temperaret,
quin mortuum contumeliosissimo at-
que acerbissimo acclamationum gene-
re laceraret; populum, ut negligentem,
& nulla Reipub. tactum cura, mortem
Domitiani ad animum non revocasse.
Hoc est, indifferenter ferre principem
occisum. Eam securitatem aut socor-
diam, sive *ἀναισθησία*, Populi Ro-
mani arguit Iuvenalis Satyr. x.

— Nam qui dabat olim

Imperium, fasces, legiones, omnia,
nunc se

Continet, atque duas tantum res anxius
optat,

Panem & Circenses.

Causa

vissime tulit statimque eum Divum appellare conatus: paratus & ulcisci, nisi duces defuissent. quod quidem paullo post fecit, ex postulatis ad pœnam pertinacissime cædis auctoribus. Contra senatus adeo letatus est, ut repleta certatim curia non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret: scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrabi, & ibidem solo affligi juberet: novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. Ante paucos quam occideretur menses, cornix in Capitolio elocuta est,

Causa vero hujus securitatis est, quod in aliorum potius exitium grassatus esset Domitianus, quam ejus populi, de quo hic agit Suetonius. *Boxhorn.*

Miles gravissime.] Quod milites gravissime tulerint Domitiani mortem, testis est Sextus Aurelius scribens, milites poposcisse à Nerva ad cœdem interfectores Domitiani, qui Petronium uno ictu, Parthenium vero amputatis prius genitalibus, & in os conjectis, jugulavere. *Beroald.*

Letatus.] Merito Senatores lætati morte Domitiani, à quo quotidie ad necem destinabantur. à quo dixit Cornelius Tacitus obsessam curiam, & clausum Senatum, & factas multorum consularium cædes, ut non immerito nobilitas commesa à Satyrographa dicta sit. *Idem.*

Contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum.] Signat à Senatu factas in Domitianum acclamationes, quales in Commodum Imperatorem occisum factæ fuerunt, acclamante Senatu, *Hosti patriæ honores detrahantur, parricida trahatur, hostis deorum, carnifex Senatus, parricida, hostis Senatus trahatur: qui Senatum occidit, unco trahatur: qui Senatum occidit, in spoliario ponatur: qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur:*

necator civium trahatur. Id genus acclamationes factæ sunt à Senatu conviciis proscindente, laceranteque Domitianum carnificem, parricidamque Senatus, & bonorum. *Idem.*

Scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrabi.] Detrahere, est de loco superiore de jicere aut amovere. Clypei & imagines dedicabantur sublimes, ut cuilibet est comperitum. quare in re simili verbum detraho est usitatissimum. Justinus libro xxxviii. *tunc populus Alexandrinus statuas & imagines ejus detrahit.* & inter Senatus acclamationes extincto Commodo, fuit hæc: *gladiatoris statua detrahantur.* *Casaub.*

Abolendamque omnem memoriam.] Multa nunc quoque Romæ marmora in quibus erasum Domitiani nomen. *Torrentius.* Adde locum è Macrobio ad cap. xiiii.

Cornix elocuta est.] Plinius in x. auctor est, cornicem esse inauspicatæ garrulitatis. Non mirum vero si cornix hæc pauca Græca verba id temporis elocuta est, cum scribat Plinius, equitem Romanum habuisse cornicem plura contexta verba exprimentem, & alia, atque alia crebro addiscentem. *Beroaldus.*

Gibbam

est, ἔσται πάντα καλῶς. Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,
Est bene, non potuit dicere: dixit, Erit.

Ipsam etiam Domitianum ferunt somniasse, gibbam sibi pone cervicem auream enatam: pro certoque habuisse, beatiorum post se latiorumque portendi statum Reipublicæ. Sicut sane brevi evenit, abstinentia & moderatione insequentium principum.

Gibbam sibi pone cervicem auream enatam.] Gibbum, & gibbam masculino genere & feminino in eodem significato usurpamus. Dicitur & gibber: hinc homines gibberi, gibbi, gibbosi, & gibberosii nominantur. Somnium hoc Domitiani significabat, à tergo

ejus, hoc est, post ipsius obitum, futuros principes optimos, qui ætatem auream orbi terrarum reducerent. Idem.

Insequentium principum.] Nervæ, Trajani, ac fortè etiam Hadriani, sub quo epistolarum magister Suetonius fuit.

F I N I S.



C. SVETONII TRANQVILLI
LIBRI DVO,
DE ILLVSTRIBVS
GRAMMATICIS,
ET
DE CLARIS
RHETORIBVS.



C. SVETONI TRANQVILLI
DE ILLVSTRIBVS
GRAMMATICIS
LIBER.

GRAMMATICA olim Romæ ne in usu quidem, nedum in honore ullo erat: rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate, necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante. Initium quoque ejus mediocre extitit: siquidem antiquissimi docto-

DE ILLVSTRIBVS GRAMMATICIS.] Hunc, & qui sequitur libellus, excerpta puto è Suetonii libro de viris illustribus. quod imitatio Divi Hieronymi facile declarat. verba illius in epistola ad Desiderium sunt: *Scripsi librum de illustribus viris ab Apostolis usque ad nostram atatem, imitatus Tranquillum, Gracumque Apollonium.* Ac liber quidem Hieronymi de Apostolis doctisque viris fuit, ut Suetonii librum ejusdem argumenti atque sententiæ fuisse necesse sit. *A. Stadius.*

Rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate.] Sunt qui, ante Lælii ætatem & Scipionis ingenii cultum Romanis ignoratum velint. At non tam male de priscis illis Cicero est opinatus, ut eos, qui incredibiles ad omnem excellentiam curius fecissent, eruditionis gloria plane destitutos fuisse crederet.

Imo vero, etiam veteres illos ac horridos, à vicino Pythagora sapientiæ plurimum hausisse, cum conjectura probabile esse, tum quibusdam etiam vestigiis indicari, judicat. *Quis est, inquit, qui putet, cum floretet in Italia Græcia potentissimis & maximis urbibus, ea quæ magna dicta est, in hisque primum ipsius Pythagora, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces, aureis clausas fuisse? Cætera, quæ ad sententiæ suæ præsidium affert, edisserentem vide sub initium lib. xv. Tusc. Quæst. Ex quibus intelligere licet, sapientiæ studium antiquiores amplexos fuisse, sed non ultra, quam concessum Romanis. Posteritas, evagata liberius, ad tricas & minutias descendit, nec retinuit, quod est difficillimum, ex sapientiæ modum: quam laudem Socero suo, antiquitatis æstimatori, Tacitus adscribit. Schild.*

ctorum, qui iidem & poëtae & oratores seivigræci erant (Livium & Ennium dico: quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotum est) nihil amplius quam Græce interpretabantur: ac si quid Latine ipsi composuissent, prælegebant. Nam quod nonnulli tradunt, duos libros *De literis syllabisque*, item *De metris*, ab eodem Ennio editos, jure arguit Lucius Cotta, non poëtae sed posterioris Ennii esse: cujus etiam de augurandi disciplina volumina feruntur.

2 Primus igitur, quantum opinamur, studium grammaticæ in Urbem intulit CRATES MALLOTES Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, quum in regione Palatii, prolapsus in cloacæ foramen, crus fregisset, per omne legationis simul & valetudinis tempus, plurimas ἀκροάσεις subinde fecit, assidueque disceruit: ac nostris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent: ac legendo commentandoque etiam cæteris nota facerent: ut CAIVS OCTAVIVS Lampadio, Nævii Punicum bellum: quod unico volumine & continenti scriptura expositum, divisit in septem libros: ut post-

ca

Livium & Ennium dico.] Consulibus Claudio Centone Appii Cæci filio & M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum & sexaginta, post Menandri, annis circiter quinquaginta duobus. Claudium & Tuditanum consules sequuntur Q. Valerius & C. Manilius: quibus natam esse Q. Ennium poëtam M. Varro, in primo de poëtis libro, scripsit. *A. Gellius.*

Adnotum est.] Adnotum, ut adprime, adfabre, loquitur eodem modo Corn. Tac. in v. *Fortunæ quidem meæ fortasse minus expediat adnoscere crimen, quam abnoscere. Ac si quid Latine ipsi com-*

posuissent, prælegebant. Achilles Stætius.

Crates Mallotes.] Mallus, urbs Ciliciæ, condita ab Amphilocho & Mopso Apollinis filio. Mallotes fuit Crates Grammaticus, cujus discipulum fuisse ajunt Panætium. *Strabo.*

Plurimas ἀκροάσεις subinde fecit.] Id est, frequenter auditores admisit. Apud Græcos quoque, ποιῆσαι ἀκροάσειν reperias. *Facere ἀκροάσειν* sic dicitur Suetonio, ut aliis *medicinam facere*, & ipsi paullo post cap. iiii. *præconium facere*, item cap. ix. *apparaturam facere.* Schildius.

Continenti scriptura.] Perpetua, non distincta libris ac numero.

Præ-

ea QUINTVS VARGONTEIVS annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat: ut LÆLIVS, ARCHELAVS, VECTIVS, QUINTVS PHILOCOMVS Lucilii satyras familiaris sui: quas legisse se apud Archelaum, Pompejus Lenæus, apud Philocomum Valerius Cato, prædicant. Instruxerunt auxeruntq; ab omni parte grammaticam, LVCIVS ÆLIVS LANVINVS, gener Quinti Ælii, SERVIVS CLAVDIVS, uterque eques Romanus, multique ac varii & in doctrina & in republica usus. LVCIVS ÆLIVS cognomine duplici fuit: nam & Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur: & Stylo quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat: tantus optimatum fautor, ut Quintum Metellum Numidicum in exilium comitatus sit. SERVIVS cum librum soceri nondum editum fraude interceptisset: & ob hoc repudiatus pudore ac tædio secessisset ab Vrbe, in podagræ morbum incidit: cuius impatiens veneno sibi perunxit pedes, & enecuit, ita, ut parte ea corporis quasi præmortua, vixerit. Post hoc magis ac magis & gratia & cura artis increvit: ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus & ipsi aliquid de ea scriberent: utque temporibus quibusdam, super viginti, celebres scholæ fuisse in Vrbe tradantur: pretia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magnæ: ut constet LVTATIVM DAPHNIDEM, quem LENÆVS

Præconinus.] Præconini nomen etiam apud Plinium integrum locis aliquod reperi veluti libro ultimo, & tricesimo tertio: ubi scribit Plinius, præcones etiam olim Romæ vulgo purpura latiore tunicæ usos fuisse, sicut patrem Lucii Ælii Stilonis. unde filius sit Præconinus cognominatus. Hunc & Marcus ille Terentius Varro magistratum habuit, Cicerone, Gellio, & Carisio, auctoribus, & Cicero adolescens audivit.

Vinetus.

Quod pater ejus præconium fecerat.] Id est, præco fuerat. Præconum plurimum in civitate usum fuisse, nulli non

historias ingresso, manifestum est. Accurate multiplex eorum officium, & varias in pronuntiando formulas explicat Brissonus. *Præconium* vero etiam merces est præconis, ut in illo Catonis de R. R. cap. CXLVI. *præconium præsens sestertii quinquaginta.*

Lutatium Daphnidem.] Omnes hi fere grammatici, fuerunt servi: qui à dominis suis tandem manumissi, eorum nomina sumpserunt: ut Romæ quondam fieri solitum jam pridem ostendit Angelus Politianus in capite tricesimo primo miscellaneorum. atque ita pluribus pro uno nominibus

NÆVS MELISVS per cavillationem nominis, Πενὸς ἄγμυθῶν dicit, ducentis millibus nummūm Quinto Catulo emptum, ac brevi manumissum: LVCIVM APVLEIVM ab Efcio Calvino equite Romano prædite, quadringenis annuis conductum, multos edocuisse. Nam in provincias quoque Grammatica penetraverat, ac nonnulli de notissimis doctolibus peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata: inter quos OCTAVIVS TEVCER, & SISCENIVS IACHVS, & OPIIVS CARES: hic quidem ad ultimam ætatem, & cum jam non gressu modo deficeretur, sed & visu.

4 Appellatio GRAMMATICORVM Græca consuetudine invaluit: sed initio *Literati* vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello quo distinguit literatum ab erudito: *literatos* vulgo quidem appellari ait eos qui aliquid diligenter & acute scienterque possint aut dicere aut scribere; cæterum

more Romano sunt appellati. Daphnis ergo hic, quem prius Marco Scauro servisse scribit Plinius libro septimo, Naturalis historię, ab alio domino suo Quinto Lutatio Catulo libertate donatus, Quintus Lutatius Catulus Daphnis fuit dictus. *Vinetus.*

Per cavillationem nominis, Πενὸς ἄγμυθῶν dicit.] Συμβολικῶς. fuit autem hic, opinor, finis carminis veteris poëtæ. itaque insigniter stolidum ac stupidum significabat. *A. Statius.* Scaliger δαπάνης ἄγμυθῶν, vel δαπάνημυθῶν, legebat.

Ducentis millibus nummūm.] Id est, V. M. coron.

Quadringenis annuis.] Id est, X. M. coronat. Id autem cum privati hominis modum excedat (namque Imperator Vespasianus annua solum centena Latinis Græcisque Rhetoribus constituit, ut est in ejus vita cap. xviii. & Verrius Flaccus ab Augusto sestertia centena in annum accepit, infra cap. xvii. facile adducor, ut legam quadrin-

gentis aureis: vel, quadringenis annuis. Ita è contrario cap. xli. Octavii, quo loco vulgatz editiones exhibent *quadringenos*, Salmasii codex substituit *quadringenos*. Adde locum cap. xxiii. *nee sufficeret sumptibus, quamquam ex schola quadragesima annua caperet.* Schildius.

Quo distinguit literatum ab erudito.] Quid eruditio Tullio, aliisve tertioribus, notet, dictum est ad cap. lli. Calig. Ad intelligendam vero, quam deinceps persequitur, controversiam, Scaligeri verba faciunt, quæ ex epistola ejus ad Petrum Scriberium capite lxx. Tib. adnectuntur: & Vossii, quæ infra capite xx. Sed & apud Senecam Epigr. lxxxviii. invenio, quæ faculam huic loco possint allucere. *Grammaticus, inquit, circa curam sermonis versatur, & si latius evagari vult circa historias. Iam ut longissime fines suos præferat, circa carmina. & apud Fabium lib. ii. cap. i. Grammaticæ, quam in Latinum transferentes, literaturam vocaverunt, tenuis & fonte, assumtis poëtarum historicorumque viribus, pleno jam satis alveo fluit.*

terum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui à Græcis *ῥητοροὶ* nominentur; eosdem LITERATORES vocitatos. Messalla Corvinus, in quadam epistola non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut literatore Catone: significat enim haud dubie Valerium Catonem poetam simul, grammaticumque notissimum. Sunt qui *literatum* à *literatore* distinguant, ut Græci Grammaticum à Grammatista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. quorum opinionem Orbi- lius etiam exemplis confirmat. Nam apud majores, ait, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem literatum, in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum literis, sed imbutum. Veteres Grammatici & Rhetoricam docebant: ac multorum de utraque arte commentarii feruntur, secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo, quamquam jam discretis professionibus, nihilominus vel retinuisse, vel instituisse & ipsos quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, periphrales, elocutiones, ethologias, atque alia hoc genus; ne scilicet ficci omnino atque aridi pueri Rhetoribus traderentur. quæ quidem omitti jam video desidia quorundam & infantia; non enim fastidio putem. Me quidem adolescentulo, repeto quendam Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane differere, post meridiem remoto pulpito, declamare solitum. Audiebam etiam memoria patrum, quosdam è Grammaticis statim è ludo transisse in fo-

Ut Græci Grammaticum à Grammatista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment.] Usus hoc pacto Augustin. lib. 1. Confess. Ad am- veram, inquit, Latinas litteras, non quas primi magistri, sed quas docent, qui Grammatici vocantur. Similiterque Ælius Lampridius in Alexandro Severo litteratores sive Grammatistas, quos Severus in pueritia habuit, distinguit à Grammaticis, quibus in patria, Romæque

usus est. Idem quoque discrimen observat Iulius Capitolinus, in M. Antonino Philosopho: *Usus, inquit, est magistris ad prima elementa Euphonone litteratore, & Gemino Comædo, &c. Et mox: Usus præterea Grammaticis Græco Alexandro, quotidianis Latinis Trofio Apro, Pollione, &c. Vossius.*

Remoto pulpito.] E quo docebant. Horat. in 1. Serm. (dignor.

Grammaticas ambiretribus, & pulpita

forum, atque in numerum præstantissimorum patronorum receptos. Clari professores, & de quibus prodi possit aliquid duntaxat à nobis, fere hi fuerunt.

- 5 SÆVIUS NICANOR primus ad famam dignationemque docendo pervenit; fecitque præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, satyram quoque: in qua libertinum se, ac duplici cognomine esse hoc indicat,

Sævius Nicanor Marci libertus negabit:

Sævius Posthumius idem sed Marcus docebit.

Sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse, ibique diem obiisse.

- 6 AVRELIVS OPILIVS Epicurei cujusdam libertus, philosophiam primo, deinde rhetoricam, novissime Grammaticam docuit. Dimissa autem schola, Rutilum Rufum damnatum in Asiam secutus, ibidem Smyrnæ simulque consenuit: composuitque variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis. qui quia scriptores ac poëtas sub clientela Musarum judicaret, non absurde & scripsisse & fecisse se ait *ex numero Divarum & appellatione*. Hujus cognomen in plerisque indicibus & titulis per unam literam scriptum animadverto; verum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur PINAX.

- 7 MARCVS ANTONIVS GNIPHO ingenuus, in Gallia natus, sed expositus; à nutritore suo manumissus, institutusque, Alexandria quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scythobrachionis; (quod equidem non temere crediderim; quum temporum ratio vix congruat) fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græ-

ce

Avrelins Opilius.] Qui Carisio & Festo frequenter citatur.

In parastichide libelli.] Παράστιχίς, unde Πάστιχίδιον, continuum ordinem notat. item capita, & primas versuum litteras.

Marcus Antonius Gnipho.] Quem ci-

tat Quintilianus libro primo, & Carisius ex commentariis in Virgilium epistolis, & orationibus Macrobius libro tertio Saturnaliorum. Item Antonius Gnipho, vir doctus cujus scholam Cicero post laborem fore frequentabat. Vinctus.

PRÆ-

ce quam Latine doctus; præterea comi facilique natura, nec unquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discipulorum consecutus. Docuit primum in Divi Iulii domo pueri adhuc; deinde in sua privata. Docuit autem & Rhetoricam, ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret vero non nisi nundinis. Scholam ejus claros quoque viros frequentasse ajunt; in his Marcum Ciceronem, etiam cum prætura fungeretur. Scripsit multa, quamvis annum ætatis quinquagesimum non excesserit; etsi Atejus Philologus duo tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit. Nam cætera scripta discipulorum ejus esse, non ipsius; in quibus & suum alicubi reperiri nomen.

POMPILIUS ANDRONICUS, natione Syrus, studio Epicureæ sectæ desidiosior in professione Grammaticæ habebatur, minusque idoneus ad tuendam scholam. Itaque cum se in Urbe non solum Antonio Gniphoni, sed cæteris etiam deterioribus postponi videret, Cumas transiit: ibique in otio vixit, & multa composuit: verum adeo inops atque egens, ut coactus sit præcipuum illud opusculum annalium elenchorum sedecem millibus numinûm cuidam vendere. Quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris.

ORBILIVS PVPILLVS Beneventanus, morte parentum, una atque eadem die, inimicorum dolo, interemptorum, destitutus, primo apparituram magistratibus fecit: deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit: functusque militia, studia repetit: quæ jam inde à puero non leviter attigerat: ac professus diu in patria, quinquagesimo demum anno Romam, consule Cicerone, transiit: docuitque majore fama quam emolumento. Namque jam per senex pauperem se, & habitare sub tegulis, quodam scri-

Præcipuum illud annalium elenchorum.] Lege cum Statio ex vet. edit. *annalium Ennii elenchorum.* Q. Ennii annales sæpe Gellio laudati.

Primo apparituram magistratibus fecit.]

Id est, apparitorem egit, sive ut lib. 11. cap. 11. Valerius maximus, magistratibus apparuit. Locutio, qualis est cap. 11. & 12.

scripto fatetur. Librum etiam, cui est titulus *Perialogos*, edidit, continentem querelas de injuriis, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. Fuit autem naturæ acerbæ non modo in antisophistas, quos omni sermone laceravit, sed etiam in discipulos, ut Horatius significat, *plagosum* eum appellans, & Domitius Marfus scribens:

Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.

Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit: si quidem ignotus adhuc, quum judicio frequenti, testimonium diceret; interrogatus à Varrone diversæ partis advocato, *quidnam ageret, & artificio uteretur*, *Gibberosos se de sole in umbram transferre* respondit: quod Muræna gibber erat. Vixit prope ad centesimum ætatis annum amissa jam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet,

Orbilius ubinam est, litterarum oblivio.

Statua ejus Beneventi ostenditur, in Capitolio, ad sinistram latus, marmorea, habitu sedentis ac palliati, appositis duobus scriniis. Reliquit filium *ORBILIVM*, & ipsum Grammaticum professorem.

AT-

Deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.] Adspice notata ad cap. xvii. Domitiani.

Pauperem se, & habitare sub tegulis.] Homines Romæ mediocris fortunæ suarum adium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed & erant qui cœnaculariam faciebant. Itaque pauperes cœnacula conducebant, cum in suo non habitarent. Prudentius libro 1. contra Symm.

Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus.

Qui autem omnium tenuissimi erant, cœnacula tegulis proxima conducebant. Huc pertinet illud, quod est in Epigrammate cap. xi. *tegula sub una.* Martialis lib. 1. Ep. clxii.

Et scalis habito tribus, sed altis.

Significat enim se ultimo cœnaculo ha-

bitare sub tegulis. Turnebus.

Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit.] Legendum videtur cui est titulus, αἰτιαλόσ. Nam αἰτία etiam querelam Græce significat. Senex, enim qui ab Aristotele φιλαίπ dicitur, ab Horatio querulus nominatur. Ach. Statius. Minus à recepto abit, quod Turnebo placuit, αἰτιόζων.

*Quod Muræna gibber erat.] In Galbam eloquentia clarum, sed quem habitus corporis destruebat, M. Lollii vox circumferebatur: Ingenium Galba male habitat. In eundem Galbam Orbilius Grammaticus acerbis irrisit. Prodierat Orbilius in rem testis: quem Galba ut confunderet, dissimulata ejus professione, interrogavit, *Quid artium facis?* respondit, *In sole gibbus fricare soleo.* Macrobius.*

Inter

ATTEIVS PHILOLOGVS libertinus, Athenis natus. 10
 Hunc Capito Atejus Iurifconsultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. De eodem ASINIUS POLLIO in libro quo Sallustii scripta reprehendit, ut nimia prisorum verborum affectatione oblita ita tradit: *In eam rem adiutorium ei feci maxime quidam Atejus prætextatus nobilis Grammaticus Latinus, declamantium deinde adiutor, atque præceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus.* Ipse ad Lucium Hermam scripsit, *se in Græcis literis magnum processum habere, & in Latinis nonnullum: audisse ANTONIUM GNIPHONEM, ejusque HERMAM: postea docuisse. Præcepisse autem multis & claris juvenibus: in quibus APPIO quoque & PVLCHRO, CLAVDIIS, fratribus, quorum etiam comes in provincia fuerit.* Philologi appellationem assumpsisse videtur; quia sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vendicavit, multiplici variaque doctrina censebatur. quod sane ex commentariis ejus apparet, quamquam paucissimi extent. de quorum tamen copia, sic altera ad eundem Hermam epistola significat: *HYLEN nostram aliis memento commendare: quam omnis generis cœgimus uti scis octingentos in libros.* Coluit postea familiarissime Cajum Sallustium, & eo defuncto ASINIUM POLLIONEM: quos historiam componere aggressos, alterum breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet, eligeret, instruxit; alterum præceptis de ratione dicendi. Quo magis miror Asinium Pollionem credidisse, antiqua cum verba & figuras solitum esse colligere Sallustio: quum sibi sciat nil aliud suadere, quam ut noto civilique & proprio sermone utatur: vitetque maxime obscuritatem Sallustii & audaciam in translationibus.

VALERIUS CATO, ut nonnulli tradiderunt, Burseni 11
 CU-

Inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum.] Simile illud de Hermogene rhetore, Inter senes puer, inter pueros senex. A. Staius.

Audisse Antonium Gniphonem, ejusque

Hermam, postea docuisse.] Ut sententia sit, usum illum præceptoribus, Gniphone atque ejus filio Herma, postea præceptorem aliorum fuisse. A. Staius.

FFF 5

Appio

cujusdam libertus ex Gallia: ipse libello, cui est titulus INDIGNATIO, ingenuum se natum ait, & pupillum relictum, eoque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio. Docuit multos, & nobiles: visusque est peridoneus præceptor maxime ad poëticam tendentibus; ut quidem apparere vel his versiculis potest,

*Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solus legit, ac facit poëtas.*

Scriptit præter grammaticos libellos, etiam poëmata, ex quibus præcipue probantur Lydia, & Diana. Lydiæ Tici-
da meminit:

Lydia doctorum maxima cura liber.

Dianæ Cinna:

Sacula permaneat nostri Diana Catonis.

Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, & pene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus:

*Si quis forte mei domum Catonis,
Depictas minio assulas, & illos
Custodis videt hortulos Priapi,*

Mi-

Appio quoque.] Publius Clodius fuit à Milone interfectus, anno ab Vrbe condita septingentesimo secundo: qui Pompeium Magnum & Metellum Scipionem habuit consules. Isti Clodio frater fuit Cajus Clodius: duosque habuit filios, qui patrui sui mortem adolescentuli sunt persecuti: ut scribit Afconius Pedianus. si forte sint hi, Clodii fratres, quos Atteium Philologum docuisse Suetonius hoc loco tradit. *Vinet.*

Assulas.] Assulas marmoris in Vitruvio legimus: sic enim in eo scribitur lib. v. 11. cap. v. 1. *Cementa marmorea sive assula dicuntur.* vereor tamen, ne è Paulino *astula* legendum sit, cujus versus est libro x. natali Sancti Felicis:

*Quamque aqua non poterat, vicit brevis
astula flammam.*

Illam autem astulam paulo ante explicat,

De crucis aeternæ sumptum mihi fragmine lignum

Promo.

Vt enim quæ franguntur è ligno, astulæ sunt: sic quod è marmore malleis decutitur. *Turnebus.*

Custodis videt hortulos Priapi.] Baalphegor sive Priapus, nihil aliud est, quam seu naturæ, seu cæli, seu Solis vis generatrix, coelitus sese diffundens per universum orbem, maximeque se exserens, tum in plantis; unde in hortis simulachrum Priapi constitui solebat: tum in animalibus, etiam hominibus; unde nupturæ ad Mutinum Titinum (ædis ei, Festo teste, in Veliis ad murum Mustellinum: atque ut B. Augustinus nos docet, idem est ac Priapus) deduci solebant, ut à numine generationis præside, post sædos quosdam ritus, vim & ipsæ generandi apiscerentur. Qua de

Miratur quibus ille disciplinis
 Tantam sit sapientiam assecutus,
 Quam tres cauliculi, & selibra farris,
 Racemi duo, tegula sub una
 Ad summam prope nutriant senectam.

Et idem rursus,

Catonis modo: Galle, Tusculanum,
 Tota creditor urbe venditabat.
 Mirati sumus unicum magistrum,
 Summum grammaticum, optimum poëtam,
 Omnes solvere posse quæstiones,
 Vnum difficile expedire nomen.
 En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

CORNELIUS EPICADVS Lucii Cornelii Syllæ Di-
 ctatoris libertus Calatorque sacerdotio augurali, filioque
 ejus Fausto gratissimus fuit; quare nunquam non utrius-
 que se libertum edidit. Librum autem, quem Sylla novissi-
 mum

re Arnobius lib. 1 v. & Lactantius lib. 1.
 cap. 22. Vosius.

Tegula sub una.] Id est, in uno eo-
 demque coenaculo sub tegulis diutissi-
 me ætatem trivit. Regredere sis ad
 cap. 1 x. & adde Iuvenalem Satyr. 111.

Ultimus ardebit, quem tegula sola tue-
tur

A pluvia, molles ubi ponunt ova co-
lumbæ.

Omnes solvere posse quæstiones, unum
difficile expedire nomen.] Solvere atque
 expedire idem valent in quæstionibus,
 solvere translatum est à nodis: quam-
 obrem etiam addidit, expedire, pro-
 prie. namque solvendo qui non erant,
 nervo inligati domum ducebantur.
A. Statius.

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.] *Cor*
 esse Latinis prudentiam & sapien-
 tiam, cognomen Corculi satis osten-
 dit: & Versus Ennii,

Egregie cordatus homo, Catus Aelius
Sextus,

Jecur etiam in eadem significatione hîc

ponitur. Nam in eo etiam, non tan-
 tum in corde, fensa animi collocata &
 affectus credebant, eamque animi se-
 dem domiciliumque existimabant. Ita
 plane Persius Sat. 1.

Quo didicisse, nisi hoc fermentum, &
quæ semel intus

Innata est, rupto jecore exierit caprifi-
cus?

Eleganter & perfacete dixit: ut erum-
 pere solent è parietinarum & monu-
 mentorum veterum commissuris steri-
 les ficus. Non ab alia origine & mente
 est, quod dixit eadem Satyra:

— *neque enim mihi cornea fibra est.*

Et quinta:

Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Nam in jecore fibræ sunt. Turnebus.

Calatorque sacerdotio augurali.] Cala-
 tores dicebantur servi *ἀπὸ τοῦ καλεῖν*,
 quod est vocare, quod semper possent
 vocari ob necessitatem servitutis. Festus.
 Propius huc spectat, quod est in Glossis
 Isidori: *calator, minister sacrorum.*

Quem Sylla novissimum de rebus suis
impera

mum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit.

13 LABERIUS Hiera suo hero emptus de catasta, & propter literarum studium manumissus, docuit inter cæteros Brutum & Cassium. Sunt qui tradant tanta eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis, proscriptorum liberos, gratis & sine mercede ulla in disciplinam receperit.

14 CVRTIVS NICIA hæsit Cn. Pompeio & Cajo Memmio; sed quum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea, Pompejum offendit; domoque ei interdictum est. Fuit & M. Ciceronis familiaris; in cujus epistola ad Dolabellam hæc de eo legimus; *Omnino mihi litera magis sunt expetenda à te, quam à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare, nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum & Vidium iudicem esse. Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum Nicia: aliter Aristarchus hos ὀσιλίζῃ. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum,*

UTRUM

imperfectum reliquerat, ipse sepelivit.] Plutarchus in Sylla: Non modo præfagit suum obitum, sed & quodammodo de eo scriptum reliquit. Nam vigesimum secundum commentariorum librum biduo antequam moreretur scribens, finem operi fecit, &c.

Emptus de catasta.] Ridicule quidam magni nominis catastam compedem ligneam interpretatur. An non legit in suis martyrologiis, catasta ferrea martyres imponi? Gloss. Isidor. *Catasta lectus ferreus.* Iosephus Scaliger. *Catastus* Vitruvio est servus venalitiis è catasta profectus. Sic ille lib. VIII. cap. I V. *Ut qui ibi procrearentur, voces ad cantandum egregias haberent, ideoque semper transmarinos catastos emere, formosas & puellas maturas, eosque conjungere, ut qui nascerentur ex his, non solum egregia voce, sed etiam forma essent non invenasta.* Hos transmarinos catastos circumscriptit Plinius I XXXV. c. XVII. de creta loquens vilissima: *Qua, inquit, pedes venalium trans mare advektorum denotare instituerunt majores. Exstat*

& catasti mentio apud Martialem lib. XII. Epigr.

Cum tibi Nilivus portet crystalla catastus.

H. Iunius. Porro, qui catastam accipiunt pro loco, ubi venales servi constituebantur, & exponebantur, eorum interpretatio à loci Suetoniani sententia minime est aliena.

In cujus epistola ad Dolabellam.] Libro nono earum quæ vulgo familiares inscribuntur. Ad Atticum vero libro duodecimo.

Ego tanquam Criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint ἢ ποιητῆς, αἰ ποιεῖν μετὰ βλημῶσι.] Critici, tertium genus Grammaticorum, non probos tribu movere possunt, ut ille apud Ausonium:

Quique notas spurvis versibus addiderat, neque tantum quæ perperam ab auctoribus dicta, scripta, pronunciata sunt, ἀρετῆν, ὀσιλίζῃ, sed & aliorum Criticorum temere scita notare ac castigare solebant, quam κείων εἰκαίους ἀρετῆς

τίσις

utram sint ἡ ποιητῆ, αἱ παρεμβεβλημένοι. Item ad Atticum, De Nicia quod scribis, si ita me haberem ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere: sed mihi solitudo & recessus provincia est. quod quia facile ferebat Sicca, eo magis illum desidero. Præterea nosti Nicia nostri imbecillitatem, molliciem, consuetudinem victus. Cur ergo illi molestus esse velim, quum mihi ille jucundus esse non possit? voluntas tamen ejus mihi grata est. Hujus de Lucilio libros etiam satyra comprobat.

LENÆVS Pompeii Magni libertus, & pene omnium 15 expeditionum comes, defuncto eo, filiisque ejus, schola se sustentavit; docuitque in Carinis ad Telluris ædem; in qua regione Pompejorum domus fuerat; ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut SALVSTIVM historicum, quod

ἡ μόδος vocabant. Sed præcipua hujus studii pars, transposita in auctoribus suis sedibus vindicare, ut fecit ille,

Qui sancti lacerum collegit corpus Homeri.

Quomodo μετὰ θεοῦ & χαρῶν valde celebrarunt. Et cōciliatio sententiarum etiam in Philosophis ad eos pertinebat, ejusmodi sunt συμφωνίαι & ἁρμονίαι in Platone à veteribus Criticis notata. Iosephus Scaliger.

Sed mihi solitudo & recessus provincia est.] Tanti æstimat, sibi vivere, ut, eo pretio, lubenter administratione alicujus provincie sit cariturus. Ita hæc accipi debere, commonstrant illa, quæ, tina interjecta epistola, idem Tullius ad Atticum suum scribit: Quod me ad consuetudinem revocas: fuit meum quidem jam pridem temp. regere quod faciebam: sed interea erat ubi acquiescerem. Plane cum illo Flacci convenit, qui nec

Otia divitiis Arabum liberrima mutat. Schildius.

Hujus de Lucilio libros, etiam Satyra comprobat.] Mendose, opinor, sic legitur. emendabam, Hujus de Lucilio libros etiam Santra comprobat. Santræ Quin & Nonius Marcellus in verbo Sac-

chari, meminerunt. A. Statius. Vulgatam sic tueor, ut intelligam, etiam ex Satyra Niciae deprehendi potuisse, quod idem ille libros de Lucilio aliquot exarasset. In ea enim forte hunc ingenii sui foetum agnoverat, de cujus parente Tranquilli temporibus dubitabatur. Schildius.

In Carinis.] De his, ac Pompejana domo ad cap. xv. Tiber.

Ad Telluris ædem.] Telluris ædis, quæ Romæ prima memoretur ea est, quam exstruxere in area Spurii Cassii, publicata anno cclxviii. Meminit Cicero pro domo sua, & Valerius Maximus lib. vi. cap. iii. Anno quoque cccclxxxv. P. Sempronius Sophus ædem Telluris vovit: cum, acie jam instructa adversus Picentes, terra contremuisset, eaque res ingentem incussisset horrorem Romanis, sic ut ad pugnandum vix possent compelli. Auctores Florus lib. i. cap. xix. & Orosius lib. iv. cap. iv. Etiam deæ hujus ædem memorat Plinius lib. xxxiv. cap. vi. Non multum abfuisse à Carinis, indicat hic Suetonius. Sicut & P. Victor, qui in quarta collocat Urbis regione, itidem non procul à Carinis, Vossius.

quod eum *oris improbi animo inuerecundo* scripsisset, acerbissima satyra laceraverit, *lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemque* appellans & *vita scriptisque monstrosam*: præterea *priscorum, Catonisque verborum ineruditissimum furem*. Traditur autem puer adhuc catenis subreptus, refugisse in patriam; perceptisque liberalibus disciplinis, pretium domino suo retulisse, verum ob ingenium & doctrinam gratis manumissus.

- 16 **QVINTVS CÆCILIVS** Epirota, Tusculi natus, libertus Attici Satrii equitis Romani, ad quem sunt Cicronis epistolæ, cum filiam patroni nuptam Marco Agrippæ doceret, suspectus in ea, & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit: vixitque una familiarissime, quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab AVgusto objicitur. post deinde damnationem in mortemque Galli, scholam aperuit: sed ita, ut paucis, & tantum adolescentibus, præciperet, prætextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset. Primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium & alios poëtas novos prælegere cœpisse, quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat,

Epirota tenellorum nutricula vatam.

- 17 **VERRIVS FLACCVS**, libertinus, docendi genere maxime

Lastaurum.] Taurus pars est obscœna, ut apud Festum in Solitaurilibus: *atque harum hostiarum omnium immolati sunt tauri, quæ pars caditur in castratione.* inde lastauri dicti. *Turnebus.*

Adde Suidam: *λαΐστωρ*, *πόρν*, *δουὸς τὸ πῦρον*, *λασιόταυρος ἕς ὧν.*

Libertus Attici Satrii equitis Romani.] Avunculum is habuit Quintum Cæcilium: à quo moriente, fuit testamento adoptatus hæresque factus ex dodrante. Adoptati autem nomina eorum gerebant, à quibus adoptati fuerant: ut de Scipionibus & Cæsaribus ostendimus in iis quæ in Eutropium scripsimus. Atticus ergo, Titus Pomponius Atticus, Quintus Cæcilius

Pomponianus fuit appellatus. Atque hinc ejus libertus Epirota, Quintus Cæcilius, patroni nominibus: Verum istud Satrii vocabulum undenam ortum? Fuit quidem Satrius inter Romana nomina. In epistolis namque ejusdem Cicronis ad Brutum memoratur Satrius quidam Trebonii legatus. Est Satrius Secundus apud Tacitum libro quarto. Suntque alibi alii. Verum de tertio Quinti Cæcili avunculi nomine nihil comperi. *Vinetus.*

Verrius Flaccus.] Prænomine Marcus. quem floruisse ad annum Christi dati decimum, Latina Eusebii Chronica memorant. Citatur Plinio, Gellio, Festo, Macrobio, & aliis veteribus.

Sester-

xime inclaruit. Namque ad exercitanda discipulorum ingenia æqualeis inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scriberent, sed & præmio, quod victor auferret. Id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab AVgusto quoque nepotibus ejus præceptor electus, transiit in Palatium cum tota schola: verum ut ne quem amplius post hac discipulum reciperet: docuitque in atrio Catilinæ domus, quæ pars Palatii tunc erat: & sestertia centena in annum accepit. Decessit ætatis exactæ sub Tiberio. Statuam habet Præneste, in inferiore fori parte, contra hemicyclum: in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos, publicarat.

LVCIVS CRASSIVS genere Tarentinus, ordinis 18 libertini, cognomine Pasides, mox Panfam se transnominavit. Hic initio circa scenam versatus est, dum Mimographos adjuvat. deinde in pergula docuit, donec commentario

Sestertia centena.] Centum sestertia sunt Budæo duo millia cor. & quingenti.

Statuam habet Præneste in inferiore fori parte.] Mendose scriptum videtur *Præneste*. Octavius Pantagathus mutabat in, *pro vestæ*, ut statua Verrii fuerit ante Vestæ templum, octava regione videlicet, in qua forum. Antonius AVgustinus legebat, *pedestrem*. Ego vero faciebam *pura veste*. ut statua Flacci veste fuerit pura & simplici, nullis argumentis. Eodem prope modo est in veteri monumento Romæ apud Marianum, civem Romanum, in eo vico qui hodie dicitur, Spolia Christi. HVIC SENATVS, AVCTORE M. AVRELIO ANTONIO AVG. ARMENTAC. MEDIC. PARTHIC, MAXIMO GERM. SARMAT. STATVAM PONI HABITV CIVILI, IN FORO DIVI TRAIANI, PECVNIA PVBLICA, CENSVIT. Sic Plin. in xxxi. *puros lemniscos* dicit. *Puri*, inquit, *diu fuere hi, calare eos primum instituit P. Appius Pulcher*. Nec tamen repugno, quo minus etiam *Præ-*

neste legatur. Fieri enim potuit, ut etiam Præneste, quemadmodum Romæ Verrii ipsius fasti fuerint marmoreo parieti incisi. *A. Statius*.

Contra hemicyclum.] In vet. impr. *contra henniculum*. Legendum opinor, *contra senaculum*. fuit enim eadem regione, inter Capitolium & forum, senaculum ubi magistratus cum senioribus deliberabant. auctor Victor. id erat, opinor, senaculum aureum. in altero manuscripto, *hemicyclium*, in altero *hemicyclum*. ac si id factum Præneste accipimus, hemicyclum illic fuisse intelligamus. cujus nulla apud Victor. mentio. *Idem*.

In quo fastos à se ordinatos & marmoreo parieti incisos.] Quorum putantur esse fragmenta, quæ hodieque visuntur Romæ in Capitolio, muro impressa, eruta è fori ipsius ruinis. *Idem*.

Deinde in pergula docuit.] Cum Suetonius inquit, AVgustū Apolloniæ ascendisse pergulam Theogenis Mathematici, intelligendum, ascendisse ad locum apertum in domus superna parte, in quo

tario Smyrnæ edito, adeo inclaruit, ut hæc de eo scriberentur,

Vni Crassitio se credere Smyrna probavit:

Desinite indocti conjugio hanc petere.

Soli Crassitio se dixit nubere velle:

Intima cui soli nota sua extiterint.

Sed cum edoceret jam multos, ac nobiles, in his Iulium Antonium triumviri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Quinti Septimii Philosophi sectam.

19 SCRIBONIVS APHRODISIVS, Orbilii servus atque discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prior AV- gusti uxor fuerat, redemptus & manumissus, docuit, quo Verrius tempore: cujus etiam libros de orthographia rescripsit, non sine insectatione studiorum morumque ejus.

20 CAIVS IVLIVS HIGINVS, Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cæsare

pue-

in quo Theogenes artem suam docebat & profitebatur, quo in loco & alii artifices se exercere, & res venales exponere consueverant. Vopiscus in Saturnino: *In Africa Rhetorica operam dederat, Roma frequentaverat pergulas magistras.* Iuvenalis: (omnis

Sed nec structor erit, cui cedere debeat Pergula. —

Hinc & illud Lucilii:

Pergula pictorum veri nihil, omnia picta. Marcellus Donatus.

Intima cui soli nota sua extiterint.]

In vet. impr. *vota*, non *nota*, in eam sententiam, Vota Smyrnæ Crassitio fuerunt intima: solus quid sibi vellet Smyrna Crassitius intellexit. Intelligit autem, opinor, *Smyrnæ*, poema Cinnæ. *A. Statius.*

Ad Q. Septimii sectam.] In vet. impr. *Septimi.* Atque hic sit fortasse Septimius, de quo sæpe Horatius. *Idem.*

Cujus etiam libros de Orthographia rescripsit.] Si placet viri magni emendatio: cujus etiam libro vel libris de Ortho-

graphia rescripsit: exemplum succurrit Iulii Cæs. cap. LXXXI. *cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat.* Sed nec vulgatam adspernandam, suadet locus in eodem Cæsare, cap. LVI. *existimatque rescripturam & correcturam fuisse.* Schildius.

Cajus Iulius Higinus.] Huic duo priora nomina sunt à patrono Cajo Iulio Cæsare, Octaviano Augusto. Potest autem hic esse cujus extant fabulæ, & astronomica ad Marcum Fabium: quis hic sit Fabius. Nam Quintilianum credere, qui libros de institutione oratoria scripsit, nihil necesse esse video, & cujus commentaria in Virgilium memorat Avlus Gellius libri primi capite vicesimo primo, & libri sexti capite sexto. Avrelius Macrobius libro tertio Saturnaliorum, libros de Dis penatibus, & de proprietatibus Deorum: ac de urbibus libro quinto, Serviusque in septimum Æneidos Virgilitii. de Agricultura vero Carilius, & quædam alia. *Vinetus.*

Quædam

puerum Romam advectum, Alexandria capta. Studiose & a vide imitatus est Cornelium Alexandrum Grammaticum Græcum: quem propter antiquitatis notitiam, *Polyhistorem* multi, quidam *historiam* vocabant. Præfuit Palatinæ bibliothecæ: nec eo secius plurimos docuit: fuitque familiarissimus Ovidio poëtæ & Cajo Licinio consulari historico: qui eum admodum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixit, sustentatum. Hujus libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus.

CAIUS MELISSVS, Spoleti natus, ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, cura & industria educatoris sui altiora studia percepit: ac Mæcenati pro Grammatico muneri datus est. Cui quum se gratum & acceptum in modum amici videret; quamquam adserente matre, perman-

Quem propter antiquitatis notitiam, Polyhistorem multi.] Quomodo *γραμμάτια*, & *litera*, nunc prima notant elementa, ut cum literarum alias dicimus esse vocales, alias consonantes: nunc vero sumuntur pro literarum studiis: ut in veteri senario:

Διπλῆν ὀράσιν οἱ μαθόντες γραμμάτια.

quomodo item Tullius literas dividit in vulgares, & interiores sive reconditas: ita & *γραμματικὴ*, quæ ἀπὸ τῶν *γραμμάτων* dicta, nunc legendi scribendique, vel bene loquendi artem designat: nunc vero, præter eam, historiarum ac fabularum notitiam comprehendit: quandoque etiam plurimum artium, & multarum rerum scientiam, & efflorescentem inde facultatem enarrandi scriptores, & judicandi de eorum scriptis, locisque corruptis. Atque hoc pacto cum sententia nostra conciliari posse arbitror opinionem veterum, qui late adeo Grammaticen extendunt, ut non una sit scientia, sed scientiarum cinnus. Hoc sine dubio argumentum fuit Telephi Grammatici libro eo, quo ostendit, *πῶσα γρη εἰ-*

δύναμι γραμματικὴν. Suida teste. A varia qui scientia commendarentur, appellabantur *πολύστορες*. Ut Alexander Cornelius: item Apion Alexandrinus, contra quem Flavius Iosephus scripsit. Dicti quoque *φιλόλογοι*: ut Eratosthenes, & Attejus: de quibus c. x. Etiam dicebantur *πολυμαθεῖς*. Studiumque ipsum nominatum *πολυμάθεια*. Vossius.

Quidam historiam vocabant.] Ita supra alius *literarum oblivio* vocabatur.

Quamquam adserente matre.] Certam fuisse adsertionum formulam dubium non est. Quam integram Terentius versu uno clausit, apud quem Adelph. Act. 11. Sc. 1. Æschines ita loquitur:

Neque vendendum censeo, quæ libera est, Nam ego illam liberali adsero causa manu.

Vbi Donatus, *Ordo est*, ait, *Ego liberali causa manu adsero. Et sunt juris verba, quibus Adsertores dicuntur, aliena vindicet libertatis.* Plautus *Persa* Act. 1. Sc. 111.

Nam ubi ego argentum accepero Continuo tu illam à lenone adserito manu. Varro lib. v. de l. l. *Hinc adserere ma-*

mansit tamen in statu servitutis : præsentemque conditionem veræ origini anteposuit. quare cito manumissus, AV-
gusto & insinuatus est. Quo delegante, curam ordinanda-
rum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit. Atque, ut
ipse tradit, sexagesimum ætatis annum agens, libellos *Ine-*
ptiarum, qui nunc *Iocorum* inscribuntur, componere insti-
tuit: absolvitque centum & quinquaginta, quibus & alios
diversos postea addidit. Fecit & novum genus Togatarum,
inscripsitque *Trabeatas*.

22 MARCVS POMPONIVS MARCELLVS sermonis
Latini exactor molestissimus, in advocazione quadam (nam
interdum & causas agebat) solæcismum ab adversario fa-
ctum usque adeo arguere perseveravit, quoad Cassius Seve-
rus interpellatis iudicibus dilationem petiit: ut litigator
suus alium Grammaticum adhiberet; quando non putat is
cum adversario de jure sibi, sed de solæcismo controver-
siam futuram. Hic idem cum ex oratione Tiberium repre-
hendisset: affirmante Ateio Capitone, & esse illud Lati-
num, & si non esset futurum: *Certe jam inde mentitur*, in-
quit, *Capito. Tu enim Caesar civitatem dare potes hominibus, ver-*
bis non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum
Epigrammate ostendit:

Qui caput ad levam didicit, glossemata vobis

Præ-

nu, in libertatem cum prehendimus. Ab
hac autem manuum prehensione Ad-
sertio, in Lexico Latino græco B. Ger-
mani Parisiensis Καρτισία, & Ad-
sertoi καρτισίης definitur. *Brissolinus.*

Quare cito manumissus.] Servus er-
go dicebatur Melissus: sed à domino
suo Cajo Mæcenate manumissus, Ca-
jus Mæcenas Melissus dictus est. Hic
enim est, quem Mæcenatem Melissum
legere oportet apud Plinium vicesimi
octavi capite sexto. *Vinetus.*

Quo delegante.] In Cæsaris dictatoris
vita, eodem verbo, & eodem genere
est usus, *Quos omnes libellos retulit Aug.*
publicari ea epistola, quam brevem adm-

dam ac simplicem ad Pompeium Macrum,
cui ordinandas bibliothecas delegaverat,
misit.

Fecit & novum genus Togatarum, in-
scripsitque Trabeatas.] De Togatis fa-
bulis ad cap. xlv. Aug. Barthius: de
trabeis ad cap. xlv. Domit. Manutius.
Quibus inter se comparatis facile, quid
Trabeatæ fabulæ sint, perspicies.

Cassius Severus.] August. cap. lvi. &
Calig. xvi.

Qui caput ad levam didicit.] Pro ca-
put, legebam, capere, ut pugilum ac lu-
tatorum λαβὰς & ἀπλάσας signi-
ficet. *Glossemata* vocabant verba exqui-
sita, neque vulgo nota, aut etiam vetu-
sta:

Præcipit: os nullum, vel potius pugilis!

REMMIUS PALÆMON VICENTINUS, mulieris²³ verna, primo, ut ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in scholas literas didicit. postea manumissus, docuit Romæ: ac principem locum inter Grammaticos tenuit; quanquam infamis omnibus vitiis, palamque & Tiberio, & mox Claudio, prædicantibus, nemini minus institutionem puerorum vel juvenum committendam: sed capiebat homines cum memoria rerum tum facilitate sermonis: necnon etiam poemata faciebat ex tempore. Scripsit & variis, nec vulgaribus metris. Arrogantia fuit tanta, ut Marcum Varronem *porcum* appellaret; *secum & natas & morituras literas* jactaret. *nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed presagiente Virgilio fore quandoque omnium poetarum ac poematum Palæmonem judicem.* Gloriabatur etiam latrones quondam sibi propter nominis celebritatem paruisse. Luxuriæ ita indulgit, ut sæpius in die lavaretur: nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari: cujus dili-

gen-

sta: de quibus Quintilianus in 1. *Pro-*
tius enim potest interpretationem lin-
gua secretioris, quas Græci γλωσσας vo-
cant. Atque alibi, Circa glossemata et-
iam, id est, voces minus usitatas, non ul-
tima ejus professionis diligentia est. Ex
quibus intelligimus, grammatici ope-
ris ac muneris fuisse, glossas præcipere,
atque interpretari. *A. Statius.* Ita di-
stinguendum ex sententia Salmasii:

Cui caput ad lævam, didicit glossemata,
nobis

Præcipit: os nullum, &c.

Os nullum, vel potius pugilis.] Solent
pugiles, cum dextra adversarium pete-
re soleant, caput ab ictu in lævam lon-
gius deflectere, ne feriantur. Maro,

Abduxere retro longe capita ardua ab
ictu.

Et quia tuber plagis & deformatum tu-
midumque redditur eorum caput, in-
terdum etiam sic male mulstantur, ut

exossetur ejus aliqua pars, ideo addi-
dit, *os nullum, vel potius pugilis.* In quo
etiam ei objicitur impudentia & inciti-
tia literarum. *Turnebus.*

Mulieris verna primo.] Vet. impr.
mulieris verna primo quod placet. Pri-
mo, ut ferunt, textrinum. vel legendum,
textrinam, vel faciendum, textricis. il-
lud probabilius. *A. Statius.*

Luxuria ita indulgit, ut sæpius in die
lavaretur.] Id in Grammatico carpi,
minime mirum, nam & in Commodo
Imperatore notatur, septies aut octies
in die lavisse. Etiam inter Christianos
Sisennius quidam Episcopus bis in die,
non sine suspitione intemperantiæ &
voluptatum: sed ille dicitur culpantes
illusit: *Quia ter lavare non posset.* Li-
psium vide.

Quadragena annua.] Mille aureos
Francicos: si Budæi rationibus cre-
dis.

gentissimus erat; cum & officinas promerçalium vestium exerceret: & agros adeo coleret, ut vitem manu ejus institutam satis constet trecenta sexaginta quinque vasa edidisse. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris: dictoque non infaceto notatum ferunt cujusdam, qui quum in turba osculum sibi ingerentem, quanquam refugiens, devitare non posset: *Vis tu, inquit, magister, quotiens festinantem aliquem vides, abligurire?*

24 MARCVS VALERIVS PROBVS Berytius, diu centuriatum petiit, donec tædio ad studia se contulit. Legerat in provincia quosdam veteres libellos apud Grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita, sicut Romæ. Hos quum diligentius repetere atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamvis se contemni, magisque obprobrio legentibus, quam gloriæ & fructui esse animadverteret, nihilominus in proposito mansit: multaque exemplaria contracta emendare, ac distinguere, & adnotare curavit, soli huic nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Hic non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit. Nunquam enim ita docuit ut magistri personam sustineret. Vnum vel alterum, vel, quum plurimos, tres aut quatuor, postmeridianis horis admittere, cubansque, inter longos ac vulgares sermones solebat, legere quædam, idque perraro. Nimis pauca & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocre sylvam observationum sermonis antiqui.

*Marcus Valerius.] Martialis:
Illo vindice, nec Probum timeto.
Floruit autem Romæ sub Nerone, ut
Eusebii Chronica monent, qui Bery-*

tius cognominatus est, ex civitate Phœnicæ, quæ Græcis Βηρυττός, nostris Gallis Barut. Vinetus.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE CLARIS

R H E T O R I B V S

L I B E R.

RHETORICA quoque apud nos, perinde atque grammatica, sero recepta est, paulo etiam difficilius, quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri. Quod ne cui dubium sit, vetus senatusconsultum, item Censorium edictum, subjiciam. CAIO FANNIO STRABONE, MARCO VALERIO MESSALLA CONSVLIBVS, Marcus Pomponius praetor senatum consuluit. Quod verba facta de Philosophis & de Rhetoribus, de ea re ita censuerunt: Ut Marcus Pomponius praetor animadverteret, curaretque uti ei è Republica fideque sua videretur, uti Romæ ne essent. De iisdem interjecto tempore, Cnæus Domitius Aenobarbus, & Lucius Licinius Crassus censores, ita edixerunt, RENVNTIATVM EST NOBIS ESSE

Vetus senatusconsultum, item Censorium edictum, subjiciam.] Extat utrumque etiam apud A. Gellium lib. xv. cap. xi.

Quod verba facta sunt.] Hæc singularibus litteris scribebant, utpote solennia: hoc modo, Q. V. P. S. ut illa, De ea re ita censuerunt. D. E. R. I. C. A. Statius. Consules plane de eo quod retulerant verba fecisse dicebantur. Id patet cum ex hoc Senatusconsulto, tum etiam ex iis quæ à Frontino lib. 11. de Aquæductibus, & à Cælio lib. viii. Epist. Famil. & ex Opiniano S. C. quod à Cicero viii. Philipp. citatur, nec non ex S. C. Vellejano, & de petitione hereditatis, quæ à Iureconsultis referuntur. Eratque idem loquendi genus commune cum his omnibus, qui sive

sententiæ loco, sive legatione fungentes, sermonem de re aliqua in Senatu habebant. *Briffonius.*

Lucius Licinius Crassus.] Hic est Crassus ille orator qui istius sui edicti meminit apud Ciceronem, libro tertio de Oratore. Censores autem hi fuerunt, Cajo Claudio Pulchro, Marco Perperna consulibus: ut est in fragmentis fastorum, anno ab Roma condita sexcentesimo sexagesimo secundo, ut putat Plinius in principio libri septimi decimi. *Vinetus.*

Renuntiatum est nobis.] Referre, verba facere, nuntiare, & renuntiare, solennia verba sunt in hoc genere. Nuntiare verbum est apud Gellium in iv. cap. vi. *A. Statius.*

ESSE HOMINES qui novum genus disciplina instituerunt: ad quos juvenus in ludos conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adulescentulos totos dies desiderare. Majores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos ire vellent, instituerunt. Hæc nova quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter & iis qui eos ludos habent: & iis qui eo venire consueverunt, videtur faciendum ut ostendamus nostram sententiam nobis non placere. Paulatim & ipsa utilis honestaque apparuit: multique eam præsidii causa, & gloriæ, appetiverunt. CICERO ad præturam usque Græce declamavit. Latine vero senior quoque, & quidem consulibus Hirtio & Pansa: quos discipulos, & grandeis prætextatos, vocabat. CNÆVM POMPEIUM, quidam historici tradiderunt, sub ipsum civile bellum, quo facilius Cajo Curioni promptissimo juveni, causam Cæsaris defendenti, contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem. MARCVM ANTONIUM, item AVGVSTVM ne Mutinensi quibem bello omisisse. NERO CÆSAR & primo imperii anno, publice quoque bis antea declamavit. plerique autem oratorum, etiam declamationes ediderunt. Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam professorum ac doctorum profuxit copia, adeoque floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atque ad summos honores processerint. Sed ratio docendi nec una omnibus, nec singulis eadem semper fuit: quando vario modo quisque discipulos exercuerunt. Nam & dicta præclare, per omnes figuras,

per

Nobis non placere.] Hæc verba sententiz solemnia. ut illa, *Senatus populoque placere.*

Latine vero senior.] Fuerunt consules AVlus Hirtius, & Cajo Vibius Pansa, anno ab urbe Roma condita septingentesimo & undecimo. quo anno, septimo Idus Decembres, occisus fuit Cicero: ut est apud autorem dialogi de oratoribus. *Vinetus.*

Prætextatos.] Id est, pueros. Calig. c. xiv. nepotem suum prætextatum adhuc coheredem ei dederat. Ex epistola Ciceronis ad Pætum, lib. ix. *Hirtium ego, & Dolabellam discendi discipulos habeo, cærandi magistros. Puto enim te audisse (si forte ad vos omnia perferuntur) illos apud me declamitare, me apud cœnitate.*

Per figuras.] Κατὰ χημεῖα ac fortasse figuratas intelligit controversias, de

per casus, & apologos, aliter atque aliter exponere: & narrationes, tum breviter & presse, tum latius & uberius explicare consueverant: interdum Græcorum scripta convertere, ac viros illustres laudare, vel vituperare: quædam etiam ad usum communis vitæ instituta, tum utilia, & necessaria; tum perniciofa & supervacanea ostendere: sæpe fabulis fidem firmare, aut historiis demere, quod genus *ἱστορίας & ἀπολογίας & κεραιολογίας* Græci vocant, donec sensum hæc exsoleverunt: & ad controversiam ventum est. Veteres **CONTROVERSIÆ**, aut ex historiis trahebantur: sicut sane nonnullæ usque adhuc: aut ex veritate, ac re, si qua forte recens accidisset. Itaque locorum etiam appellationibus adjectis, proponi solebant. Sic certe collectæ editæque se habent: ex quibus non alienum fuerit unam & alteram, exempli causa, ad verbum referre: *Aestivo tempore adolescentes urbani cum Ostiam venissent, litus ingressi, piscatores trahentes rete adierunt: & pepigerunt, bolum quanti emerent: nummos solverunt. diu expectaverunt, dum retia extraherentur. aliquando extractis, piscis nullus insuit, sed sporta auri obsuta. Tum emptores bolum suum ajunt, piscatores suum. Venalicii quum Brundusii gregem venalium è navi educerent, formoso, & precioso puero, quod portitores verebantur, bullam, & prætextam togam imposuere: facile fallaciam celarunt. Romam venit, res cognita est, petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem. Olim autem eas appellationes Græci *συνοπία* vocabant: mox controversias quidam, sed aut fi-*

ctas,

de quibus Quintil. in ix. quarum cum triplex genus esse dicat, primum frequens in scholis esse tradit. *A. Statius.*

Per casus.] Eventus, ut quid quoque casu dicendum. vel casum intelligit, de quo Quintilianus in v. *Casus autem*, inquit, *qui & ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus, & quæ sequuntur. A. Statius.*

Bolum quanti emerent.] *Βόλον*, id est, jactum retis. Sic apud Plutarchum

βόλον πρῆλασθαι, quantum uno jactu capitur, emere.

Venalicii.] Aliter mangones. Salmasium vide ad cap. lxxix. Aug.

Bullam & prætextam togam imposuere.] Ut conditionem ejus dissimulant, liberorum puerorū habitu induti.

Petitus puer in libertatem.] Sic petere in servitutem dixit, qui Livium contraxit, de Virginia, libro tertio. *Vinetus.*

Mox controversias.] Quarum sunt

ctas, aut iudiciales. Illustres professores, & quorum memoria aliqua extet, non temere alii reperientur quam de quibus tradam.

2 LVCIVS PLOTIVS GALLVS. De hoc Cicero ad Marcum Titinnium sic refert; *Equidem memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere cœpisse Lucium Plotium quendam: ad quem quum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate: qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.* Hunc eundem (nam diutissime vixit) M. CÆLIUS in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat dictasse Atracino accusatori suo, actionem: subtractoque nomine *ordearium eum rhetorem* appellat, deridens ut inflatum, ac levem, & sordidum.

3 LVCIVS OTACILIVS PILITVS servisse dicitur, atque etiam hostiarius, veteri more, in catena fuisse: donec ob ingenium ac studium literarum manumissus, accusanti patrono subscripsit. Deinde Rhetoricam professus, Cnæum Pompejum Magnum docuit, patris ejus res gestas nec minus ipsius, compluribus libris exposuit: primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere

exempla apud Senecam & Quintilianum seniores.

Lucius Plotius Gallus. De hoc.] Titulum opinor capiti præposuerat Suetonius. Lucius Plotius Gallus. cui attexit consequentia. Credo, ego, eodem versu & contextu titulos poni solitos: ut in epistolis etiam solebant eorum, ad quos scribebant, nomina ponere. A. Statius.

Quam pro se de vi habuit.] Oratio illa Marci Cœlii non extat: sed ea quam pro Cœlio Cicero habuit: ex qua quædam cognosces de Atracino. Chronicon Eusebii: Atratinus, qui septemdecim natus annos Cœlium accusaverat, clarus inter Oratores habetur. Et ad extremum morborum tœdio in balneo voluntate examinatus heredem dereliquit AVgustum.

Atque etiam hostiarius, veteri more, in catena fuisse.] Hostiarius pro Ostiario. Fuerunt quondam apud Romanos janitores vinculis ad fores alligati. Ejus autem moris mentio & apud alios, & apud Ovidium in illo versu,

Janitor indigne, dura religate catena.
Muretus.

Accusanti patrono subscripsit.] Legendum fortasse, accusanti patrono suo scripsit. quod multi alii factitarunt rhetores ipsi foro abstinentes, aliis orationes scripserunt, quamobrem à patrono sit ille manumissus. sin illo modo malumus, subscriptorem intelligamus, sunt autem subscriptores, ut jurisconsulti definiunt, qui se accusationi ejus qui rei nomen detulerat, subscribunt.
A, Statius.

Cui

bere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam.

Ad id tempus EPIDIUS calumnia notatus, ludum docendi aperuit: docuitque inter cæteros Marcum Antonium & Augustum. Quibus quondam Cælius Caninius, objicientibus sibi quod in Republica administranda potissimum consularis Isaurici sectam sequeretur, *Malle respondit, Isaurici esse discipulum, quam Epidii calumniatoris.* Hic Epidius ortum se ab Epidio Nuncione prædicabat: quem ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni, paulo post cum cornibus extitisse, ac statim non comparuisse, in numeroque deorum habitum.

SEXTUS CLODIUS è Sicilia, Latinæ simul Græcæque eloquentiæ professor, male oculatus, & dicax: par oculorum in amicitia Marci Antonii triumviri extitisse se agebat. Ejusdem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflator erat, *acumen stili tentare* dixit, nec eo minus immo vel magis ob hoc, Antonio gratus. A quo mox consule ingens etiam congiarium accepit: ut ei in Philippicis Cicero objicit. *Adhibes joci causa magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum Rhetorem: cui concessisti, ut in quem vellet, diceret, falsum omnino hominem: sed materia facilis, in te, & in tuos dicta dicere. At quanta merces rhetori est data, audite Patres Conscripti, & cognoscite Reipublicæ vulnera. duo millia jugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori assignasti, & quidem immunia: ut tanta mercede nihil sapere disceres.*

CALVUS ALBUTIUS SILVUS Novariensis, quum ædilitate in patria fungeretur, quum forte jus diceret ab iis contra quos pronuntiabat, pedibus è tribunali detractus est. Quod indigne ferens, statim contendit ad portam, & inde

Ro-

Cui altera bucca inflator erat, acumen stili tentare dixit.] Stilo enim medici inflationes fodiebant, qua re cognita, jocus apparet. Aciem tentare sic idem dixit in vita Neronis Cæs. Duos pugiones, quos secum attulerat, arripuit, ten-

tataque utriusque acie, rursus condidit.

A. Stadius.

Ingens etiam congiarium accepit.] Congiarium appellat munus, homini privato collatum, ut Vesp. cap. xviii.

Vt in Philippicis.] In secunda.

G G G S

Planci

Romam: receptusque in PLANCI oratoris contubernium: cui declamatorio mos erat, prius aliquem, qui ante diceret, excitare: suscepit eas partes, atque ita implevit, ut Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Sed ex eo clarus, propria auditoria instituit, solitus proposita controversia sedens incipere, & calore demum proventus consurgere, ac perorare. Declamabat autem genere vario: modo splendide atque adornate: tum, ne usquequaque scholasticus existimaretur, circuncise ac sordide, & tantummodo trivialibus verbis. Egit & causas, verum rarius, dum amplissimam quanque sectatur, nec alium in ulla locum, quam perorandi. Postea renuntiavit foro, partim pudore, partim metu. Nam quum in lite quadam centumvirali, adversario, quem ut impium erga parentes, incessebat, iusjurandum quasi per figuram sic obtulisset: *Iura per patris matrisque cineres, qui inconditi jacent*: & alia in hunc modum: arripiente eo conditionem, nec iudicibus aspernantibus, non sine magna sui invidia negotium affixit. Et rursus in cognitione cædis, Mediolani, apud Lucium Pisonem proconsulem, defendens reum, quum cohibente lictore nimias laudantium voces, ita excaudisset, ut & deplorato Italiæ statu, quasi iterum in formam provinciæ redigeretur: Marcum insuper Brutum, cujus statua in conspectu erat, invocaret, *legum ac libertatis*

tis

Planci Oratoris.] Lucii Munacii Plan-
ci: de quo sic Latina Eusebii Chronica,
de Octaviani AVGUSTI temporibus,
apud annum quartum Olympiadis cen-
tesimæ octogésimæ octavæ: *Munatius
Planus, Ciceronis discipulus, orator ha-
betur insignis. Qui quum Galliam com-
tam regeret, Lugdunum condidit. Vine-
tus.*

*Nec alium in ulla locum, quam peroran-
di.*] Plures enim in eadem causa ora-
tores audiebantur. Epilogus vero seu
peroratio acris esse debet, ut relinquat
aculeos in animis auditorum. Quare
has partes, ingenio suo convenientes,

Albutius sibi depoposcit. Multum hac
re valuisse Ciceronem, ac inprimis si
opus esset misericordiâ, argumento est,
quod, si is affectus ciendus esset, Cice-
roni ab aliis peroratio relinqui soleret.
Ita enim de se ait in Oratore: *Quid ego
de miserationibus loquar? quibus eo sum
usus pluribus, quod, etiamsi plures dice-
bamus, perorationem tamen mihi omnes
relinquebant, in qua ut viderer excellere,
non ingenio, sed dolore assequabar.*

In lite quadam centumvirali.] De ha-
sta centumvirali Budzum, de causis
centumviralibus Sigonium consule ad
cap. XXXVI. August.

Mure

tis auctorem, & vindicem, poene poenas luit. Iam autem senior ob vitium vomicae Novariam rediit: convocataque plebe, causis propter quas mori destinasset, diu, ac more concionantis, redditis, abstinuit cibo.

More concionantis.] Concionem habentis, verba facientis. Caeterum deesse huic libro multum, intelligi potest ex catalogo rhetorum, qui principio duorum manuscript. legitur. namque praeter superiorum nomina, haec etiam leguntur: L. Caestius Pius, M. Porcius Latro, Q. Curtius Rufus, L. Valerius Primanus, Virgilius Flavus, L. Stadius Ursulus, P. Clodius Quirinalis, M. Antonius Liberalis, Sex. Iulius Gabinianus, M. Fabius Quint. Iul. Tiro. *A. Stat.*

P. V. B. T E R E N T I I A F R I
C A R T H A G I N I E N S I S

V I T A.

PUBLIUS T E R E N T I U S A F E R, Carthagine natus, servivit Romae Terentio Lucano Senatori: a quo ob ingenium & formam, non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse *Fenestella* docet: quum inter finem secundi belli Punici, & initium tertii natus sit, & mortuus: nec si a Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem coepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit: sed maxime cum Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Quod & ipsum *Fenestella* arguit, contendens utroque majorem natu fuisse. Quamvis & *Cornelius Nepos* aequales omnes fuisse tradat, & *Porcius* suspicionem de consuetudine per haec faciat,

Dum lasciviam nobilium & fucosas laudes petit:
Dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus:
Dum ad Furium se coenitare & Laelium, pulchrum putat:
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem aetatis suae: ad summam inopiam reductus est.
Itaque e conspectu omnium abiit Graciam in terram ultimam.
Mortuus est in Stymphalo, Arcadia oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.

Eorum

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam :

Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Scriptit Comœdias sex. Ex quibus primam *Andriam* cum ædilibus daret, jussus ante *Cacilio* recitare. Ad cœnantem cum venisset, dictus est, initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens, legisse : post paucos vero versus invitatus, ut accumberet, cœnasse una, deinde cætera percurrisse non sine magna *Cacilii* admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probavit : quamvis *Volcatius* de enumeratione omnium ita scribat, *Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.*

Eunuchus quidem bis die acta est : meruitque pretium quantum nulla antea cujusquam comœdia, id est, octo millia nummum. propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam *Adelphorum* principium *Varro* etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibus cum familiariter vixit. Eandem ipse auxit : nunquam enim nisi leviter se tutari conatur, ut in Prologo *Adelphorum* :

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles

Hunc adjutare, assidueque una scribere :

Quod illi maledictum vehemens existimant,

Eam laudem hic ducit maximam : cum illis placet,

Qui vobis universis, & populo placent :

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,

Suo quisque tempore usus est sine superbia.

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingratham esse hanc opinionem ; quæ tamen magis & usque ad posteriora tempora valuit.

Q. *Memmius* in oratione pro se ait : *Pub. Africanus*, qui à Terentio personam mutuatus, qua domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. *Nepos* authore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore, temporibus ut discumberet, petiisse ab ea ne interPELLARETUR : serius tandem ingressum triclinium, dixisse : non sæpe in scribendo magis successisse sibi. deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus qui sunt in *Heautontimorumenos*,

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam C. Sulpitio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum : vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari utroque, ac poëta. Ideo ipsum non juvenes designasse, qui se adjuvisse dicerentur : sed viros, quorum operam, & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias

mœdias nondum quintum atque trigessimum egressus annum ; causa evitandæ opinionis , quia videbatur aliena pro suis edere : seu percipiendi Græcorum instituta moresque , quos periinde exprimeret in scriptis , egressus urbem est , neque amplius rediit . De morte ejus *Volcatius* tradit :

*Sed ut Afer sex populo dedit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit. navem cum semel
Conscendit, visus nunquam est, sic vita vacat.*

Q. *Conseptius* redeuntem a Græcia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis , conversis è Menandro . Cæteri mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo , sive Leucadia , tradunt , Cn. Cornelio Dolabella , M. Fulvio Nobl. Coss. , morbo implicitum acri, dolore ac tœdio amissarum fabularum quas in navi præmiserat , ac simul fabularum quas novas fecerat . Fuisse dicitur mediocri statura , gracili corpore , colore fusco . Reliquit filiam , quæ post equiti Romano nupsit . Item hortulos xx. jugerum , via Appia ad Martis villam . Quo magis miror *Porcium* scribere ,

————— *nihil Publius*

*Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam :
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.*

Hunc *Afranius* quidem omnibus comicis præfert, scribens in *Comptalibus*, T E R E N T I O non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed *Licinio* quoque postponit. *Cicero* in *Limone* hæctenus laudat:

*Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voci Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers:
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

Item, C. CÆSAR:

*Tu quoque tu in summis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito puri sermonis amator,
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut equato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres,
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.*

IVVE-

I V V E N A L I S V I T A.

IVNIUS IUVENALIS liberti locupletis incertum filius, an alumnus, ad mediam fere ætatem declamavit, animi magis causa, quam quod scholæ & foro præpararet: deinde paucorum versuum Satyra non absurde composita in Paridem pantomimum, poëtamque Claudii Neronis, ejus semestribus militioliis tumentem, genus scripturæ industriose excoluit. Et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus. Mox magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque quæ prima fecerat, inferci-
ret novis scriptis:

Quod non dant proceres, dabit histrio, tu Camerinos,

Et Bareas, tu nobilium magna atria curas.

Præfectos Pelopæa facit, Philomela tribunos.

Erat tum in delitiis aulæ histrio: multique fautorum ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in suspicionem, quasi tempora figurate notasset: ac statim per honorem militiæ, quanquam octagenarius, urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti. Id supplicii genus placuit, ut levi atque joculari delicto par esset. Verum intra brevissimum tempus angore & tædio periit.

P E R S I I V I T A.

AVLVVS PERSIVS FLACCVS natus est pridie Nonas Decembris, Fabio Persico, L. Vitellio Coss. decessit 8. Kal. Decemb. Rubrio Mario, Asinio Gallo Coss. Natus in Etruria Volaterris, Eques Romanus, sanguine & affinitate primi ordinis viris conjunctus. decessit ad octavum milliarium via Appia, in prædiis suis. Pater ejus Flaccus pupillum reliquit moriens, annorum fere sex. Fulvia Sisennia mater nupsit postea Fusio; Equiti Romano: & cum quoque extulit intra paucos annos. Studuit Flaccus usque ad annum 12. Volaterris: inde Romæ apud Grammaticum Remmum Palæmonem, & apud rhetorem Verginium Flaccum. Cum esset annorum 16. amicitia cœpit uti Annæi Cornuti, ita ut ab eo nusquam discederet: à quo introductus aliquatenus in philosophia est. Amicos habuit à
prima

prima adolescentia Cæsium Bassum, & Calpurnium Statiram, qui eo vivo juvenis discessit. Coluit ut patrem Servilium Numanum. Per Cornutum cognovit Annæum etiam Lucanum, æquævum auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, sectæ Stoicæ, qui libros philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se illo recitante à clamore (quin illa esse vera poëmata diceret.) Sero cognovit Senecam, sed non ut caperetur ejus ingenio. Vfus est apud Cornutum duorum convictu doctissimorum, & sanctissimorum virorum, acriter tum philosophantium, Claudii Agatèni medici Lacedæmonii, & Petronii Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est & æmulatus, cum æquales essent, & Cornuto minores. Ipse etiam decem fere annis summe dilectus apud Thraseam est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam ejus Arriam uxorem habente. Fuit morum lenissimorum, verecundiæ virginalis, formæ pulcræ, pietatis erga matrem & sororem & amitam exemplo sufficientis. Fuit frugi & pudicus. Reliquit circa H. SXX. matri & sorori. scriptis tantum ad matrem codicillis, rogavit eam ut daret Cornuto sestertia, ut quidam dicunt, centies, ut alii volunt plus, & argenti facti pondera viginti, & libros circa septingentos, Chryssippi, sive bibliothecam suam omnem. Verum Cornutus sublatiis libris, pecuniam sororibus, quas frater hæredes fecerat, reliquit. Et raro, & tarde scripsit. Hunc ipsum librum imperfectum reliquit. Versus aliqui dempti sunt in ultimo libri: & quasi finitus esset, leviter recitavit Cornuto: & Cæsio Baso petenti ut ipse ederet, tradidit edendum. Scripserat etiam in pueritia Flaccus prætextam, & *Oδισσεύων* librum unum, & paucos in sororem Thraseæ in Arriæ matrem versus, quæ se ante virum occiderat. Omnia autem Cornutus auctor fuit matri ejus, ut ea aboleret. Editum librum continuo mirari homines, & deripere cœperunt. Decessit autem vitio stomachi, anno, ætatis 30. Sed mox ut à schola & magistris deverterat, lecto libro Lucilii decimo, vehementer satyras componere studuit: cujus libri principium imitatus est: sibi primo, mox omnibus detrectaturus, cum tanta recentium poëtarum & oratorum insectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem, culpaverit: cujus versus in Neronem cum ita se haberet,

Auriculas asini Mida rex habet,

In hunc modum à Cornuto ipso tantummodo est emendatus,

Auriculas asini quis non habet?

Ne hoc Nero in se dictum arbitraretur.

H O R A T I I
V I T A.

HORATIVUS FLACCUS Venusinus, patre, ut ipse tradit, libertino, & exactio- num coactore: ut vere creditum est sal- mentario, quum illi quidam in altercatione exprobrasset; *Quotiens ego vidi patrem tuum cubito emungentem?* Bello Philippensi, excitus à Marco Bruto Imperatore, tribunus militum meruit: victisque parti- bus, venia impetrata, scriptum quaestorium comparavit. Ac primo Mæcenati, deinde Augusto insinuatus, non mediocrem locum in am- borum amicitia tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexit, satis mon- stratur illo Epigrammate: ubi inquit,

*Ni te visceribus meis, Horati,
Plus jam diligo, Titium sodalem
Mimo tu videas strigiosorem.*

Sed multo magis extremis, tali ad Augustum elogio: *Horatii Flacci, ut mei, memor esto.* A U G U S T U S ei Epistolarum officium obtulit: hoc ad Mæcenatem scripto significat. *Ante ipse scribendis epistolis ami- corum sufficebam: nunc occupatissimus, & infirmus, Horatium nostrum à te cupio abducere. Veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc re- giam: & nos in scribendis epistolis iuvabit.* Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam ingerere desiit. Extant epi- stolæ: ex quibus argumenti gratia, pauca subjeci. *Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si victor mihi fueris: recte enim, & non temere feceris, quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valitudinem tuam fieri possit.* Et rursus. *Tui qualem habeam memoriam poteris ex Septi- mio quoque nostro audire. nam incidit ut illo coram fieret à me tui men- tio. Neque si tu superbus amicitiam nostram spreveris, ideo nos quoque* αὐτὸν ὑπερηφανῆσαι. Præterea sæpe inter alios jocos purissimum penem, & homuncionem lepidissimum appellat: unaque & altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem ejus usque adeo probavit, mansuraque perpetuo: ut non modo Seculare carmen componendum injunxerit, sed & Vindelicam victoriam Tiberii Drulique privignorum: eum- que coëgerit propter hoc, tribus carminum libris, ex longo inter- vallo, quartum addere: post Sermones quoque lectos, nullam sui mentionem habitam ita sit questus, *Irasci me tibi scito, quod non in ple- risque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris ne apud posteros tibi infame sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Expellit- que elogium, cujus initium est,

*Cum tot sustineas, & tanta negotia, solus:
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,*

Legi-

Legibus emendes: in publica commoda peccem,

Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

* Idem Horatius habitu corporis brevis fuit atque obesus: qualis a se ipso & in Satyris describitur, & ab AVgusto hac epistola: *Protulit ad me Dionysius libellum tuum, quem ego, ne accusem te, quantumviscunque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es: sed si tibi statura deest, * unde est. Itaque licebit in sextariolo scribas: quum circuitus voluminis tui sit * ἰσχυρὰ γὰρ, sicut est ventriculi tui.* Ad res Venereas intemperantior traditur. Nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita: ut quocunque respexisset, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini, aut Tiburtini: domusque ejus ostenditur circa Tiburtini luculum. Venerunt in manus & elegi sub titulo ejus, & *Epistola* prosa oratione, quasi commendantis se Mæcenati: sed utraque falsa puto. Nam elegi vulgares, epistola etiam obscura: quo vitio minime tenebatur. Natus est sexto Idus Decembres, Lucio Cotta & Lucio Torquato Consulibus. Decessit quinto Calendas Decembres, Cajo Marcio Censorino, Cajo Asinio Gallo Consulibus, post nonum & quinquagesimum annum, hærede AVgusto palam nuncupato: quum urgente vi valitudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus & conditus est extremis Esquiliis, juxta Mæcenatis tumulum.

L V C A N I

V I T A .

MANNEVS LVCANVS Gordubensis prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine. Dein civile bellum quod cum Pompejo & Cæsare gestum est, recitavit. Qui tantæ levitatis & tam immoderatæ linguæ fuit, ut in præfatione quadam ætatem & initia sua cum Virgilio comparans ausus sit dicere, *Et quantum mihi restat ad culicem?* Hic in initio adolescentiæ, cum ob infestum matrimonium patrem suum ruri agere longe cognovisset, revocatus Athenis à Nerone cohortique amicorum additus, atque etiam quæstura honoratus: non tamen permansit in gratia. Siquidem ægre ferens, recitante se, subito, ac nulla nisi refrigerandi sui causa, indicto Senatu Neronem recessisse: neque verbis adversus principem, neque factis extantibus post hæc temperavit. Adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum strepitu ventris emisso, hemistichium Neronis magna cum sessorum fuga pronuntiarit: *Sub terris tomisse putes.* Sed

H h h

& fa-

& famoso carmine cum ipsum, tum potentissimos amicorum, gravissime proscidit. Ad extremum pene signifer Pisonianæ conjurationis extitit. Multis in gloriam tyrannicidarum palam indicenda: ac plenus minarum usque eo intemperans, ut Cæsaris caput proximo cuique jactaret. Verum detecta conjuratione, nequaquam animi constantiam præstitit. Facile enim confessus, & ad humillimas devolutus preces: matrem quoque innoxiam inter socios nominavit: sperans impietatem sibi apud parricidam principem profuturam. Impetrato autem mortis libero arbitrio, codicillos ad patrem de corrigendis quibusdam versibus suis exaravit: epulatusque largiter, brachia ad secandas venas medico præbuit. Poëmata etiam ejus prælegi memini: confici vero, ac vanaalia proponi, non tantum operose & diligenter, sed inepte quoque.

P L I N I I

V I T A.

PLINIUS SECUNDUS Novocomensis, equestribus militiis industrie functus, procurationes quoque splendidissimas, atque continuas, summa integritate administravit, & tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in otio scripserit. Itaque bella omnia, quæ unquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit. Item naturalis historiæ triginta septem libros absolvit. Perit clade Campaniæ. Nam quum Misenensi classi præesset, & flagrante Veservo, ad explorandas propius causas, liburnicas prætendisset: neque, adversantibus ventis, remeare posset: vi pulveris ac favillæ oppressus est: vel, ut quidam existimant, à servo suo occisus: quem, deficiens æstu, ut necem sibi maturaret, oraverit.

INSCRIPTIONES
ANTIQUÆ ILLUSTRIORES
DE
CÆSARIBVS SVETONIANIS.

Quæ Commentario non sunt inserta.

D. IVLIO CÆSARI.

I.

In Hispania Tarraconensi.

BELLVM. CAESARIS
ET. PATRIAE. EX. MAGNA. PARTE. CONFECTVM
SEX. ET. CN. MAGNI. POMPEII. FILIIS. HIC. IN. AGRO
BATESTANIORVM. PROFLIGATIS.

II.

Augustæ Taurinorum.

C. IVL. CAESAR. C. F
DE
GALLEIS
ET
ALLOBROGIBVS
TRIVMPHAVIT.

III.

Treveris.

CAES. PRO. EXERC. IMP. P. P
S. C. AV. TREVE.
INGRESSVM. H. CASTRA. SARRAE
FLV. PRO. MIL. CVSTODIA
BIENN. POTITVS. EST.

IV.

Eboræ.

DIVO. IVLIO
LIB. IVL. EBORA
OB. ILLIVS. IN. MVN. ET. MVN
LIBERALITATEM
EX. D. D. D.
QVOIVS. DEDICATIONE
VENERI. GENETRICI
CÆSTVM. MATRONÆ
DONVM. TVELRVNT.

INSCRIPTIONES

D. AVGVSTO CÆSARI.

I.

Tergeste.

IMP. CAESAR. COS. DES. TERT. III. VIR. R. P. C
ITERVM. MVRVM. TVRRES. QVE. F.

II.

SENATVS. POPVLVS. QVE. ROMANVS
IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F. COS. QVINCT
COS. DESIGN. SEXT. IMP. SEPT
REPVBLICA. CONSERVATA.

III.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX
COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIII
ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATIS. TEMPLO
IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEGIBVS
ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS. REFORMATA
VIAM. SVPERIOR. COS. TEMPORE. INCHOATAM
ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO
DIGNITATE. IMPERI. P. R. LATIOREM.
LONGIOREM. QVE. GADEIS. VSQ. PROMOVIT.

IIII.

Romæ.

I M P E R A T O R
CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. IMP
XII. COS. XI. TRIB. POT
XIV. AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLII
ROMANI. REDACTA
SOLI. DONVM. DEDIT,

V. Ro-

DE CÆSARIBVS.

V.

Romæ.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT.
NERONE. CLAVDIO. DRVSO
T. QVINCTIO. CRISPINO. COS
VOLCANO.

VI.

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM
IMP. CAESAR. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTESTAT. XVIII
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI
CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI
C. CALVISIO. SABINO
L. PASSIENO. RVFO. COS.

VII.

Romæ.

COLLEGIO. CENTONARIORVM.
CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB. DVOBVS
AEREIS. HABENTIBVS. EFFIGIEM. CVPIDINIS. TENEN-
TIS. CALATHOS. L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO
D. D. HOC. AMPLIVS. ARK. RET. P. COLLEGII. SS. DO-
NUM DEDIT. -X- V. VT. EX. VSVRIS. CENTESIMIS. EIVS
QVANTITATIS. QVAE. EFFICIT. ANNVS. -X- DC. DIE
VIII. KAL. OCTOB. NATALI. DIVI. AVGVSTI. ERO-
GENTVR. EX. ARK.

VIII.

Romæ.

IMP. CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XII
TRIBVNICIAE. POTESTAT. XIX. IMP. XIII
RIVOS. AQVARVM. OMNIVM. REFECIT.

H h 3

IX.Sc-

INSCRIPTIONES

IX.

Seduni in Vallesia,
ex emendatione Casauboni.

IMP. CAESARI. DIVI IVLI. F
AVGVSTO. COS. XIII
TRIBVNITIA. POTESTATE. XXVIII
PATRI. PATRIAE
PONTIFICI. MAXIMO
CIVITAS. SEDVNORVM
. . . PATRONO.

X.

In Piceno.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVST.
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XIII
TRIBVNICIAE. POTESTATIS. XXXII
IMP. XVI. PATER. PATRIAE
MVRVM. DEDIT.

*Monumentum Ancyranum, de quo
ad cap. CI. August.*

I.

Annos undeviginti natus exercitum privato
consilio & privata impensa comparavi. * *perque*
M. Antoni Factionis oppressam, in libertatem
vindicavi *Remp.* decretis honorificis ordinem
suum.

II.

Patriciorum numerum auxi, consul quintum
jussu populi & Senatus. Senatum ter legi, & in
consulatu sexto censum populi collega M.
Agrippa egi, lustrum post annum alterum &
qua-

Quadragesimum feci (legi) quo lustrum civium Romanorum censita sunt capita quadragens centum millia & sexaginta tria. cum nuper lustrum solus feci (legi) censorino & asinio Cos. quo lustrum censita sunt civium Romanorum *capita* quadragens centum millia & ducenta triginta tria. in consulatu fl. cum nuperrime lustrum *conlega* Tiberio, Sext. Pompejo, & Sex. Apulejo Cos. quo lustrum *censa sunt* Romanorum capita quadragens centum millia. Iginta & septem mil. legi. Pno. exempla majorum, & exolescentia jam ex nos. multarum rerum exempla imitando

III.

Honoris mei causa Senatus Populusque Romanus annum Quintum & decimum agentis Consulis designavit, ut cum magistratum inirent, post quinquennium ex eo die, *quo* deducti in *forum* ut interessent consiliis publicis, decrevit Senatus. Equites autem Romani universi Principem *juventutis* *Cajum* hastis argenteis donatum appellaverunt.

Libri Romani viritim *centenos* *vicenos* numeravi ex testamento patris mei, & nominis meo quadringenos ex bellorum manubiis Consul quintum dedi; iterum autem in Consulatu decimo ex patrimonio meo bis quadringenos congiarum viritim, iterum ære merui, & Consul undecimum duodecim frumentationes, frumento privatim *coempto* meo emensus sum, & tribunitia

INSCRIPTIONES

potestate duodecimum quadringenos nummos
 tertium viritim dedi. *Qualia mea* congiaria
 frumenti *medimnum* nunquam minus quinquaginta & ducenta sia duodevigintefimum
 Consul trecentis & viginti millibus plebis
 urbanæ sexagenos denarios viritim dedi, &
 quinque militum meorum consul quintum ex
 manubiis viritim millia nummum singula dedi,
 acceperunt id triumphale congiarium in colonias
 hominum circiter centum & viginti millia.
 Consul tertium decimum sexagenos denarios
 plebi quæ tum frumentum publicum accepit,
 dedi. ea millia hominum paulo plura quam
 ducenta fuerunt *pro* agris quos in consulatu
 meo quarto & postea, Consulibus Marco &
 Cn. Lentulo Augure assignavi militibus solvi
 municipiis pa. *sestertium* circiter sexagesim.
 itineris emi, quam Romanis *Prætoribus* numeravi
 quod pro agris provincialibus solvi unus
 & solus omnium, qui deduxerunt colonias
 militum in provincias ad memoriam ætatis
 meæ feci. postea Nerone & Cn. Pisone Coss.
 itemque C. *Antistio* & D. Lelio Consulibus, &
 L. Caninio, & Q. Fabricio Consulibus *militibus*,
 quos emeritis stipendiis in sua municipia præm.
 persolvi: *quam in rem* sest. mili. impendi
 Quater. avi ærarium, ita ut sestertium
 millia quingenta. ded. rari ærario
 detuli. quod ex consilio. militibus
 quin. meruissent HS. mil. detuli.
 Cn. P. Lentulo ules fuerunt cum
 D.

D. cerent. centum millibus hominum
 frumentum

I V.

Curiam & continens & calchidicum tem-
 plumque Apollinis in palatio cum porticibus,
 ædem Divi Iulii, lupercal, porticum ad circum
 Flaminium, quem sum adpellari passus ex nomine
 ejus, qui priorem ædem in solo fecerat, Octa-
 viani pulvinar ad circum maximum, ædes in
 Capitolio Iovis Feretrii & Iovis Tonantis,
 ædem Quirinis, ædes mundo & Junonis. . . .
 & Iovis libertatis in Aventino, ædem Larum
 In summa sacra via, ædem Deum Penatium in
 Velia, ædem Iuventatis, ædem matris mag. Deia
 in Palatio feci.

Sertorium & Pompejum Theatrum utrumque
 opus impensa grandi refeci sine ulla inscriptione
 nominis mei, rivos aquarum compluribus locis
 vetustate labentes refeci, & aquam quæ *Martia*
 appellatur duplicavi fonte novo in rivum ejus
 immisso. Forum Iulium & Basilicam, quæ fuit
 inter ædem Castoris & ædem Saturni cœpta
 profligataque opera à patre meo perfecì, &
 eandem Basilicam consumtam incendio ampliato
 ejus solo sub titulo C. & L. nominis filiorum,
 cum vivus non perfecissem, perfecì ab
 Hæredibus. virgine exemplum Deum in
 urbe Consu. feci fluvio prætermisso
 quod temp. &
 ultoris, templum Forumque AVgustum &
 templum Apollinis in solo magnam partem à

INSCRIPTIONES

me empto feci, quod sub nomine M. Marcelli Veneri manibus in Capitolio & in æde Divi Iulii, & in æde Apollinis, & in æde Vestæ, & in templo Martis Victoris consecravi, quæ mihi constiterunt circiter millenis auri coronari pondo triginta quinque millium municipiis & coloniis Italiæ conferentibus ad triumphos meos quintum Consul remisi, & postea quotiescunque Imperator m. auri coronarium non accepi decernentibus municipiis. quæ ante decreveram.

Tempus defunctorum Africanarum meo nomine aut filiorum meorum & nepotum in circo aut in foro, aut in Amphitheatris Popul. quibus confecta sunt bestiarum circiter trium millium & quingenta. navalis prælii spectaculum populo . . . liberum, in quo loco nunc nemus est Cæsarum cavato *solo in* longitudine mille & octingentos pedes, latitudine pedes ducenti, in quo triginta rostratæ naves, triremesque plurimæ. rumores inter se conflixerunt, *ceciderunt* præter remiges millia circiter. In templis omnium civitatum P. . . . & Asiæ victor ornamenta reposui, quæ spoliatis templis privatim possederat statuæ quadragenis argenteis steterunt in Vrbe ac circiter, quas ipse sustuli, ex qua de pecunia dona aurea in ædem Apollinis meo nomine & filiorum (*forte* illorum) quæ mihi statuerunt, honorem habuerunt, posui.

Cætera corrosa ac corrupta.

TIBE-

DE CÆSARIBVS.

TIBERIO NERONI CÆSARI.

I.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO
PONTIFEX. COS. ITERVM
IMP. ITERVM
LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV
IMP. CAESARIS. DIVI. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
IOVI. OPTIMO. MAXIMO. FECIT
EX. S. C.

II.

Alliæ.

TI. KAISARI. AVG. F
DIVI. IVLII. N. AVGVSTO
PONT. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVNIC
POTEST. XVIII
PONTIFICES. ALBANI
Q. IVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS
C. IVLIVS. C. F. SCA. BASSVS.
T. IVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA
M. IVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

III.

In Hispania.

TI. CAESARI. DIVI. AVG. F. DIVI. IVLI. N
AVGVSTO. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII
COS. III. IMP. VIII. AVGVRI. XV. VIRO. S. F
VII. VIRO. EPVLON
T. PAPIRIVS. EVRVS
DECRETO. ORDINIS. ILVRCONIENSIS
A. F
Q. MARCIO. BAREA } COS.
T. RVSTIO. NVMMIO }

IV. Ro.

INSCRIPTIONES

IV.

Romæ juxta Ædem S. Andreæ.

OSSA

TIB. CAESARIS. DIVI. AVG. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
TRIB. POTEST. XXXIIX
IMP. VIII. COS. V.

TI. CLAVDIO DRVSO.

I.

Ravennæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GER.
MANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. II COS. DES. III.
IMP. III. P. P. DEDIT.

II.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMA-
NICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIB. POTEST. V. IMP
X. P. P. COS. DESIG. IIII. ARCVS. DVCTVS. AQVAE
VIRGINIS. DISTVRBATUS. PER. C. CAESAREM. A. FVN-
DAMENTIS. NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT.

III.

In Hispania.

CLAVDIO. CAES
AVG. GERM. PONT. MAX
TRIB. POT. V. IMP. X. P. P. COS. DESIG. IIII
OPTATVS. REBVRRI. L
I M A G
CAES. AVG. IMP
D. S. P. D
EAMQVE. CVM. OPTATO. ET. REBVRRO
FILII. DEDICAVIT
SENATVS. CENSUIT. PERPETVO
BONIS. PVBLICIS. INTERESSE.

IV. PRO

DE CÆSARIBVS.

IV.

PRO SALVTE

TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. PONTIF
MAX. TRIB. POT. VII. COS. III. IMP. XV. P. P. CENSO-
RIS. LIBERORVM. QVE. EX. VOTO
SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS. PRAEF
AEGYPTI. TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI
EX. AVRI. P. XVI.

V.

Romæ.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XVI. COS. IV
CENSOR. P. P
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS
POMERIVM
AMPLIAJIT. TERMINAJIT. QVE.

VI.

PRO SALVTE

TI. CLAVDI. CAES. AVG. GERMANICI. PONT. MAX
TRIB. POTEST. X. IMP. XIX. COS. III. DESIGN. V
SIGN. ARGENTI, P. X. ET. PRO, SALVTE
NERONIS. CAESARIS. F. AGRIPPINAE. AVG
SIGN. ARG. P. V. VOTO. SVSCEP
VIATORES. ET. SCRIBAE. LIBR. ET. PRAEF
PRINCEPS. ET. LATINVS. FELIX. DED.

NE-

INSCRIPTIONES

NERONI CLAVDIO CÆSARI.

I.

Romæ.

NERONI. CLAVD. CAIS
AVG. PONT. MAX
OB. PROVINC. LATRONIB
ET. HIS. QVI. NOVAM
GENERI. HVM. SVPER-
STITION. INCVL CAB
PVRGATAM.

II.

Neapoli:

Q. VOLVSIO. SATVRN
P. CORNELIO. SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI. NERONI. CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
AGRIPPINAE. AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER. XIII. XII. K. MART.

SERVIO GALBÆ CÆSARI.

I.

Romæ.

IMAGINVM. DOMVS
AVG. CVL TORIBVS. SIGNVM
LIBERTATIS. RESTITVTAE
SER. GALBAE. IMPERATORIS. AVG
CVRATORES. ANNI SECVNDI
C. TVRRANIVS. POLYBIVS
L. CALPVRNIVS. ZENA
C. MVRDIVS. LALVS
C. TVRRANIVS. FLORVS
C. MVRDIVS. DEMOSTHENES

In sinistro latere.

DEDIC. IDIB. OCTOB

C. BELLICO. NATALE.

P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATIC. } COS.

A.VI.

DE CÆSARIBVS.

A. VITELLIQ.

I.

Romæ.

A. VITELLIVS. L. F
IMPERATOR
COS. PERP.

D. VESPASIANO.

I.

Romæ.

PACI. ÆTERNÆ
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CÆSARIS. AVG
LIBERORVMQ. EIVS
SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR
DEDIC. XV. KAL. DEC
L. ANNIO. BASSO. } COS.
C. CÆCINA. PÆTO. }

II.

VICTORIÆ. AVGVSTI
SACRVM
PRO. REDITV
IMP. CÆS. T. FLAVI
VESPASIANI AVG
PONT. MAXIM
TRIB. POT. COS. II
P. P.
STATVAM. EX. ÆRE
ORDO. SPOL. CONLOC.

III. IMP.

INSCRIPTIONES

III.

IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB
POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIGN. IIII. P. P. AQVAS
CVRTIAM. ET. CÆRVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO
CLAVDIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSAS
QVE. PER. ANNOS. NOVENI. SVA. IMPENSA. VRBI
RESTITVIT.

IV.

Cumis.

IMP. CÆSARI
VESPASIANO. AVG
PONT. MAX. TR. POT. III
IMP. III. P. P. CONS. III. DES. IIII
S. PVTEOL
QVOD. VIAS. VRBIS
NEGLIGENTIA
SVPERIOR. TEMPOR
CORRVPTAS. IMPENSA. SVA
RESTITVIT.

V.

IMP. CÆSARI
VESPASIANO. AVG
PONTIF. MAX. TR. POT. IIII
IMP. VIII. P. P. COS. IIII
LEG. III. AVG.

VI.

EX AVCTORITATE
IMP. CÆS. VESPASIANI
AVG. P. M. TRIB. POT. IIII
IMP. X. P. P. COS. IIII. DES
V. CENSORIS
C. CALPETANVS. RANTIVS
QVIRINALIS. VAL. CESTVS
CVRATOR. RIPARVM. ET
ALVEI. TIBERIS. TERMINAVIT
R. R. PROXCIPP. P. CLXXIII.

VII. Ro-

DE CÆSARIBVS.

VII.

Romæ.

IMP. CAESARI. VESPASIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. $\overline{\text{III}}$
COS. $\overline{\text{VIII}}$. DES
SACRARVM. AEDIVM. RESTITVTORI
ET. RITVVM. ANTIQVORVM
CONSERVATORI
SODALES. TITII.

VIII.

IMP. CAESAR
VESPASIANVS. AVG
PONTIF. MAX. TRIBVNIC
POTESTAT. $\overline{\text{VI}}$. IMP. $\overline{\text{XIII}}$. P. P
COS. $\overline{\text{VI}}$. DESIGN. $\overline{\text{VII}}$. CENSOR
LOCVM. VINEAE. PVBLICAE
OCCVPATVM. A. PRIVATIS
PER. COLLEGIVM. PONTIFICVM
RESTITVIT.

IX.

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG
PONT. MAX. TRIB
POT. $\overline{\text{VIII}}$. IMP. $\overline{\text{XIII}}$
COS. $\overline{\text{VIII}}$. P. P
L. PORCIVS. SABELLVS
II. VIR. PEQVNIA. SVA
D. D. D.

INSCRIPTIONES

X.

Romæ.

FRANCISCVS DE ALBERTINIS,

Lib. II. De Mirandis Veteris Romæ,
edit. ibid. anno 1510.

In arario & in Templo Iovis Capitolini (ut supra diximus) multe extabant aræ tabulæ affixæ: è quibus unam tantum nostro tempore in Lateranensi basilica prospexi apud Tabernaculum sacratissimi corporis Christi. Latitudo ejus ped. IV. longitudo vero VI. in qua continentur infra scripta.

Fœdusve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit Divo AVg. Ti. Iulio Cæsari AVg. Tiberioque Claudio Cæsari AVg. Germanico. Utique ei Senatam habere, relationem facere, remittere Senatus consulta per relationem, discessionemque facere liceat, ita uti licuit Divo AVg. Ti. Iulio Cæsari AVg. Ti. Claudio Cæsari AVg. Germanico.

Utique cum ex voluntate auctoritateve, jussu mandatuve ejus, præsentive eo Senatus habeatur omnium rerum jus perinde habeatur, servetur, ac si è lege Senatus edictus esset habereturque.

Utique quos magistratum, potestatem, imperium curationemve, cujus rei petentes Senatui populoque Rom. commendaverit, quibusque suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur.

Utique ei fines Pomerii proferre promovere, cum ex Republica censebit esse, liceat, ita uti
licuit

DE CÆSARIBVS.

licuit Ti. Claudio Cæsari AVg. Germanico.

Vtique quæcunque ex usu Reipublicæ; Majestate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum esse censebit, ei agere facere jus potestasque sit, ita uti divo AVg. Tiberioque Julio Cæsari AVg. Tiberioque Claudio Cæsari AVg. Germanico fuit.

Vtique, quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit ne Divus AVg. Tiberiusve Julius Cæsar AVg. Tiberiusque Claudius Cæsar AVg. Germanicus tenerentur iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit; quæque ex quaque lege, rogatione Divum AVg. Tiberiumve Iulium Cæsarem AVg. Tiberiumve Claudium Cæsarem AVg. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæs. Vespasiano AVg. facere liceat.

Vtique quæcunque ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano AVg. jussu mandative ejus à quoque sunt, ea perinde justa rataque sint ac si populi plebisve jussu acta essent.

S A N C T I O.

Si quis hujusce legis ergo adversus leges, rogationes, plebisve scita, Senatuse consulta fecit, fecerit, sive quod cum ex lege, rogationeve, plebisve scito, S. ve C. facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergo id ei ne fraudi esto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio esto, neve quis de ea re *apud se* agi finito.

Omittitur particula ex anguli fractura,

INSCRIPTIONES

D. TITO CÆSARI

I.

Romæ.

IMP. T. CÆSARI
DIVI VESPASIANI F
VESPASIANO. AVG
PLEBS. VRBANA
QVÆ FRUMENTVM
PVBLICVM. ACCEPIT
ET
TRIBVS.

II.

Romæ.

IMP. TITO. CÆSARI
DIVI VESPASIANI F
VESPASIANO
CENSORI CONSERVATORI ÆDIVM. PVBLICARVM
ET. RESTITVTORI ÆDIVM. SACRARVM
SODALES. FLAVII
P. MARTIVS. VERVS.

III.

IMP. TITVS. CÆSAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG
PONTIF. MAX. TRIBVNICIAE. POTEST. IX. IMP. X
CENS. COS. VII. DES. XIX. RIVOM. AQVÆ. MARCIAE
VETVSTATE. DILAPSVM. REFECIT. ET. AQVAM
QVÆ. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT.

IV.

Romæ.

IMP. T. CÆS. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX
TRIB. S. POT. IMP. XVII. P. P. CENSOR. COS. VIII. AQVAS
CLAVDIAM. ET. ANIENEM. PERDVCTAS. A. DIVO
CLAUDIO. ET. POSTEA. A. DIVO. VESPASIANO. PA-
TRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE. A-
QVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSAE. ESSENT
NOVA. FORMA. REDVCENDAS. SVA. IMPENSA
CVRAVIT.

V. Ibi-

DE CÆSARIBVS.

v.

Ibidem.

IMP. TITO. CAESARI. DIVI. VESPASIANI. F
VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB
POT. x. IMP. xviii. COS. viii
PRINCIPI. SVO
S. P. Q. R
QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILII. ET. AVSPICIIS
GENTEM. IVDAEORVM
DOMVIT
ET
VRBEM. HIEROSOLYMAM
OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS
GENTIBVSQVE. AVT. PETITAM. FRVSTRA. AVT. OMNINO
INTENTATAM
DELEVIT.

DOMITIANO CÆSARI.

I.

CAESARI. AVG. F
DOMITIANO
COS. DESIGNATO. ii
PRINCIPI. IVVENTVTIS
C. PAPIRIVS. AEQVOS. 7. LEG. iii. AVG
TESTAMENTO. PONI. IVSSIT
EX. AVRI. P. X.

II.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANVS. AV-
GVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRI-
BUNIC. POTESTAT. xii. IMP. xxii. COS. xvi. CENSOR
PERPETVVS. P. P. AD. iii. IDVS. IVLIAS. M. LOLLIO
PAVLLINO. VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO. C. AN-
TIO. IVLIO. QVA DRATO. COS.

Iii 3

III.IMP.

INSCRIPTIONES DE CÆSARIIBVS.

III.

IMP. CÆSARI

DIVI VESPASIANI. F
DOMITIANO. AVGVST
GERMAN. PONT. MAX
TRIB. POTEST. XIII
IMP. XXII. COS. XVI
CENSOR. PERPET. P. P
REG. VICI
VESTORIANI. ET
CALPVRNIANI.

IV.

In Tabulis Capitolinis.

A. P. R. C. DCCCXLI.

IMP. CAESARE. DIVI VESPASIANI. FILIO
DOMITIANO. AVGVSTO. GERMANICO
MAGISTRO. XV. VIR
EX. S. C. LVDI. SAECVLARES. FACTI.

Nomen Domitiani, quod eradendum ubique Senatus decreverat, Onuphrius hic restituit. Corollarium inscriptionum esto, quam Scaliger ad Eusebium laudat, illa non inficeta Palæmonis, cujus vita existat de Ill. Gramm. cap. xxiii.

PALÆMON. L. L. L. D. F
GRAMMA. VEICET. ATQVE. RHET
SIBI. ET. TVBERONIAE. CONTVBERNALI
ATQVE. BENEMERENTI
LAPIDEVM. STRVXIT. TVMVLVM
IN. EO. QVIDEM. CADAVER. QVIES. ESTO
ALIO. AVTEM. REVERTITO. ANIMVS.

F I N I S.

DICTION-

D I C T I O N V M,

Quibus paullo abstrusioribus, aut minus consuetis
Suetonius utitur,

I N D E X N O V V S.

Numerus Capita signat.

A.

A Bovillis.	Aug. 100	<i>re.</i>	Iul. 46
A Brundisio.	Iul. 58	Ad breve.	Tib. 68
A com meatu castra repetere.	Tib. 12	Ad classicum introire urbem.	Vit. 11
A cura præstantem haberi.	70	Ad constitutum, <i>absolute.</i>	Oth. 6
A frutice ramos dare.	Vesp. 5	Ad cyathum & vinum alicui stare.	Iul. 49
A gravi valitudine firmus.	Aug. 8	Ad ferrum exhibere.	Ner. 12
A libellis.	Ner. 49	Ad flammam sudare.	Aug. 82
A loco, <i>id est, celerrime.</i>	Aug. 49	Ad gestandum, <i>id est, ut gestaretur.</i>	Galb. 8.
A manu.	67	Ad imaginem bellicam.	Claud. 21
A manu servus.	Iul. 74	Ad lucem, <i>id est, diluculo.</i>	Iul. 31
A Massilia.	Claud. 17	Ad lumina.	Cal. 45. Iul. 37
A Messana profugit.	Cal. 51	Ad lychnuchos.	Dom. 4
A moribus, à fortuna probare.	Iul. 65	Ad manus fimbriatum.	Iul. 45
A Miseno movere.	Cal. 13	Ad melius omen vertere.	59
A se dividebat, <i>id est, ex suis facultatibus.</i>	Aug. 40	Ad multam noctem.	Aug. 78
Abhorret ostentum.	Galb. 4	Ad numerum.	Vesp. 20
Abjecerit, <i>pro abjecisset.</i>	Tib. 53	Ad occasionem auræ.	Aug. 97
Ablocare domum.	Vit. 7	Ad oculos opposita manu.	78
Abolla.	Cal. 35	Ad officium venire, <i>id est, nuptiis interesse.</i>	Cal. 25
Ab Ostia.	Claud. 17. Tib. 9. Vesp. 8	Ad opus damnare.	Ner. 31
Abrogare <i>pro derogare.</i>	Iul. 28	Ad Perusiam secutus.	Tib. 4
Abolutoria tabella.	Aug. 33	Ad populum pronuntiare consulem.	Dom. 10.
Abstinet præfari.	Tib. 23	Ad præsens.	Tit. 6
Abunde potentia.	Iul. 86	Ad quartas redigere.	Ner. 10
Abutendum se permittere.	Galb. 14	Ad remum dare.	Aug. 16
Accersiti joci.	Claud. 21	Ad speciem ornare.	Iul. 67
Accessio morbi.	Vesp. 23	Ad summam.	Gramm. 10. Aug. 71
Accubans, <i>id est, adsitum.</i>	Iul. 44	Ad summam ubertatem vini, <i>pro in ubertate.</i>	Dom. 7
Accubare, <i>pro accumbere mensæ.</i>	49	Ad tempus extruere.	Iul. 10. & 39
Acerbitas eum manet, <i>id est, odium.</i>	Tib. 67	Ad terram dare.	Aug. 96
Aciem committere.	Vesp. 5	Ad virilem modum.	Ner. 44
Acquiescere amicis.	Tit. 7	Adaquari.	Galb. 7
Acquiescere honori.	Tib. 31	Adesse, <i>id est, advocatum esse.</i>	Claud. 38
Acroamata.	Aug. 74. Vesp. 19	Addixit quartam ad tres jud. decurias	Aug. 32
Acta diurna.	Iul. 20	Addormiscere	Claud. 8
Actuarius.	55		Addu-
Actus rerum.	Aug. 32. Ner. 17		
Ad animum respondere, <i>id est, place-</i>			

I N D E X N O V V S

Adducto vultu.	Tib. 86	Antlia.	51
Adjutorium alicui facere.	Gramm. 10	Apparituram magistratibus facere.	Gramm. 9
Admovere in convivium.	Claud. 39	Appellare collegium trib. pleb. <i>id est</i> ,	<i>provocare ad coll. trib.</i> Iul. 23
Adnotare exemplaria.	Gramm. 22	Appellare de rep. Patres.	34
Adnotum est.	1	Appellare milites, <i>id est</i> , <i>alloqui</i> .	Ner. 25
Adornate declamare.	Rhet. 6	Apophoreta.	Cal. 55. Vesp. 19
Adulterare matronas.	Aug. 67	Apud eosdem magistros institutus.	Tit. 2
Adventitia coena.	Vit. 13	Apud, <i>id est</i> , <i>è regione</i> .	Aug. 18
Adversum vulnerare.	Iul. 82	Arbor palmarum.	Aug. 94
Advocatio, <i>patrecinium</i> .	Gramm. 22	Arcessi, <i>absolute pro accusari</i> .	Claud. 37
Fides, <i>in plurali, pro templo</i> .	Claud. 21	Arctior annona.	Tib. 8. Claud. 18
Aeneatores.	Iul. 32	Arctissima repebra.	Ner. 46
Aequae quam, <i>pro aequae atque</i> .	Aug. 64	Arctissima oscula.	Galb. 22
Aestivare.	Vesp. 24. Galb. 4	Arctissimus somnus.	Oth. 11
Aetatis exactae, <i>i. e. decrepita</i> .	Gram. 17	Aretalogi.	Aug. 74
Aetula indulgere.	Claud. 16	Argentum postulatum.	Ner. 44
Afflictatus morbo.	Tit. 2	Argumenta inferorum.	Cal. 57
Affligere negotium.	Rhet. 6	Argumenta Pyrricharum.	Ner. 12
Affligere solo.	Dom. 23	Armigeri, <i>id est</i> , <i>satellites</i> .	Aug. 49
Agere se pro eq. R.	25	Armillatus.	Ner. 30. Cal. 52
Agere se principem.	Claud. 29	Ascopera.	Ner. 45
Aggravante morbo.	Iul. 1	Asinatius <i>pro agasone</i> .	Aug. 96
Aggravata valitudine.	Aug. 96	Assessor, <i>absolute</i> .	Galb. 14
Ἀποδοῦς facere.	Gramm. 2	Affiduisissimi usus.	71
Albati ministri.	Dom. 12	Affulz.	Gramm. 11
Alex rumore expavescere.	Aug. 71	Astyci ludi.	Cal. 20
Alienorem sibi sensit.	Tit. 12	Atellanx poeta, <i>id est</i> , <i>qui Atellanas</i>	<i>scribit</i> . Cal. 27
Allicefacere.	Vit. 14.	Atellanarum histrio.	Ner. 19
Allocutio, <i>id est</i> , <i>consolatio</i> .	Tib. 23	Atellanicum exodium.	Tib. 45
Altero die quam, <i>pro postridie</i> .	Vit. 3	Atellani.	Galb. 13
Ambubajz.	Ner. 27	Attendere eloquentix.	Iul. 53. Iuri
Ambulationes, <i>pro locis ambulationum</i> .	Aug. 100	Galb. 5. <i>id est</i> , <i>operam dare</i> .	
Ampliare censum Senatorum.	Aug. 41	Attritis facultatibus.	Galb. 3
Privilegia.	Aug. 45. Imperium.	Auctiones hastarum.	Iul. 50
44. Numerum palmarum.	Ner. 22	Auctus, <i>substantive</i> .	Aug. 7
Amplissimus ordo, <i>pro Senatorio</i> .	Oth. 8	Auditoria instituere.	Rhet. 6
Vesp. 2. <i>sicut ordine carere, pro Senatu</i>		Augurato consecrari.	Aug. 7
<i>moveri</i> . Vit. 2. <i>attamen</i> Vesp. 9. <i>per am-</i>		Augustiani.	Ner. 25
<i>plissimos ordines, equestrum & Sena-</i>		Augustales.	Galb. 8. Claud. 6
<i>torium intelligit</i> .		Augustinus currus.	Claud. 11
Amplius quadraginta, <i>id est</i> , <i>plus quam</i> .	Aug. 72	Aurigarius.	Ner. 5
Amplius ter.	Aug. 77	Aurigare decemjugem.	24
Angusticlavius tribunus.	Oth. 10	Auro & purpura stratus lectus.	Iul. 24
Animadversa flagitia, <i>pro punita</i> .	Ner. 16	Austrinx tempestates.	Aug. 81
Animosissime comparate, <i>id est</i> , <i>nul-</i>		Aurum ad obrusam.	Ner. 44
<i>la habita pretii ratione</i> .	Iul. 47.		
Annona convaluit.	Aug. 42		
Annua praebere.	Tib. 59		

D I C T I O N A R I U M .

B.				
B Aceolus.		Aug. 87	Castrensis jocus.	Cal. 9
Basilica.	Aug. 100. Cal. 37. & 41		Castrensis sella.	Galb. 18
Batuere cum aliquo.		Cal. 32	Castrensis sumptus.	Dom. 12
Beneficii sui centuriones, <i>id est, quos ipse promoverat.</i>		Tib. 12	Catadromus.	Ner. 11
Beneficii sui fecit.		Claud. 23	Catervarii.	Aug. 45
Betiffare.		Aug. 87	Cautioem exigere.	98
Biduo continenti.		Cal. 19	Cavato solo.	41
Biferas ficos.		Aug. 76	Cavere in duplum.	41
Bijuge curriculum.		Cal. 19	Cavillatio nominis.	Gramm. 3
Bipedali minor.		Aug. 43	Cæterum truncum.	Galb. 20
Bolus, <i>pro jactu retis.</i>		Rhet. 1	Cederet sibi genero.	Aug. 63
Bonum factum. <i>Vid. not.</i>	Iul. 80. Vit. 14		Celebrare circum & secessus.	Cal. 45
Brabeutz.		Ner. 53	Celebratio memoria.	Aug. 18
Brachiorum nexibus elidere.		53	Censente, <i>subaudi eo, ac sequitur, non obtinuit.</i>	Tib. 31
Breviarium.		<i>passim</i>	Centumvitalis hasta.	Aug. 36
Bustum frequentare.		Iul. 84	Certum statumque exigere.	Cal. 40
Buthysia.		Ner. 12	Ceræ, <i>pro tabulis cereis.</i>	Ner. 17
C.			Cessans honor morte Consulis.	Iul. 76
C Achinnare.		Vesp. 5	Choraula.	Galb. 12. Ner. 54
Carozelus.		Aug. 87	Chorocitharista.	Dom. 4
Cadere ab hoste.		Oth. 5	Cibi minimi esse.	Galb. 22. Aug. 76
Cadere, <i>pro evenire.</i>		Tib. 14	Circa, <i>pro circiter.</i>	Claud. 6
Calamariæ aut graphiaræ thecæ.	Clau.		Circa adequitare.	Aug. 64
35			Circa principem novo exemplo.	Claud. 14
Calator.		Gramm. 12	Circa scholas assiduum esse.	Tib. 11
Calceare mulas.		Vesp. 23	Circulatim.	Iul. 84
Calceare se.		21	Circumcise declamare.	Rhet. 6
Calcearium, <i>in Neutro subst.</i>		8	Circumforaneus lanista.	Vit. 12
Calceatus.		Aug. 78	Circumitu patere.	Iul. 25
Calceatus <i>substantivo.</i>		Cal. 52	Circumplector.	Dom. 6. Tib. 6
Caligati.		Vit. 7. Aug. 25	Circum provincias dimittere.	Aug. 64
Calumnia notari.		Rhet. 4	Circumsectus, <i>de Iudaica circumcissione.</i>	Dom. 12
Campaniam redire.		Tib. 72	Circumstructo lacu.	4
Campestres exercitationes.		Ner. 10	Citatis jumentis.	Ner. 5
Campestris decursio.		Galb. 6	Citharœdicam artem meditari.	40
Candidatus, <i>id est, candidis vestibus amictus.</i>		Aug. 98	Citharœdicus habitus.	25
Canis, <i>in lusu.</i>		71	Civilem agere.	Tib. 25
Canusinatus.		Ner. 30	Civili animo ferre.	Iul. 75
Capere Virginem Vestalem. <i>Vide Not.</i>		Aug. 31	Civili & proprio sermone uti.	Gram. 10
Capillamentum.		Cal. 11	Classarii.	<i>passim.</i>
Capitali animadversione punire.	Aug.		Coactiones argētarias factitare.	Vesp. 1
24			Coartare tempus.	Aug. 34
Capitarius.		Ner. 36	Coaxare.	94
Captura, <i>id est, lucrum.</i>		Cal. 40	Coccinatus.	Dom. 4
Caput suum vovere.		14	Coëmere, <i>id est, mercede conducere.</i>	Vesp. 18
Carprum superfuerunt.		Dom. 9	Cœlestis arcus.	Aug. 95
Carrucz.		Ner. 30		Cœli-

I N D E X N O V V S.

Conlibatus viduorum. Galb.5. Claud. 26	Concameratus locus. Aug.90
Coena recta. <i>Vide Notas.</i> Dom.6	Concedere delicta, <i>id est</i> , ignoscere. Ner.29
Coenam condicere. Tib.42	Conchyliata vestis. Jul.43
Coenare adulteria. Aug.70	Concipere lites, judicia. Cal.40
Coenationes laqueatz. Ner.31	Concubinatus nuptarum. Ner.28
Cogere centumviralem hastam. August.36	Concubinus. Galb.23
Cogere judicia Majestatis. Tib.58	Condemnare, <i>id est</i> , efficere ut quis condemnetur. Tib.8. Vit.2
Cogniturz, <i>substantivum.</i> Vit.1	Condemnatus de ambitu. Jul.41
Cohortari invicem, <i>pro se invicem.</i> Galb.10	Condicta coenula. Claud.21
Collationes. Ner.44. Tit.7. Cal.42	Conditione filiam alicui deferre. Jul.27
Colonici decuriones. Aug.46	Conditiones circumspicere, <i>in re matrimonii.</i> Aug.63. <i>sic</i> Claud.26. de conditionibus tractare. Et Galb.5. neque ulla sollicitari conditione potuit. <i>Huc & illud pertinet</i> Aug.69. conditiones quasitas per amicos.
Colossea statua. Vesp.23	Conditorium. Aug.18
Colosseros. Cal.35	Confesta victoria. 17
Comam in gradus formare. Ner.5	Confideret, <i>pro confisus fuisset.</i> Oth.10
Commeare secessu. Ner.22	Confiscare aliquem. Cal.41. Aug.15
Commeatu abesse. Tib.72	Confiscata summa, <i>id est</i> , <i>in fisco assertata.</i> Aug.101
Commentitia spectacula. Claud.24	Confiscati principes. Tib.49
Comissimus. Vesp.22	Congerere alicui honores. 15
Commissa fiunt. Cal.41	Congiarium, quod pro munere singulis datur. Jul.27
Commissiones meras componere. Cal.53	Conquestio. Tib.70
Commissio ludorum. Galb.6. Aug.43	Consauciatus brachium. Aug.20
Commissionibus obsolescere. <i>Vide Notas.</i> Aug.89	Consciscere necem, <i>sine sibi.</i> Jul.36
Committere Circenses. Claud.21. Muficum agona. Ner.23. Camelorum quadrigas. Ner.11. Naumachiam. Claud.21.	Consensu ad poenam deposcere. Tit.6
Communicare lucrum, <i>pro commune facere.</i> Aug.75	Consensu repudiare. Tib.1
Communio sermonis, <i>pro familiari consabulatione.</i> 24	Confertum margaritis monile. Galb.18
Communis, <i>id est</i> , <i>familiaris.</i> Claud.21	Consilia sortiri semestria. Aug.35
Communiter provincias administrare, <i>id est</i> , <i>cum alio.</i>	Consilium, <i>pro consiliariis.</i> Dom.8. Tit.18
Compactis membris. Vesp.20	Confocer. Claud.29
Comparare aliquem hoplomacho, <i>id est</i> , <i>committere cum hoplomacho.</i> Cal.35	Consolandum habere. Jul.68
Compellari, <i>id est</i> , <i>deferri.</i> Jul.17	Conspecto, <i>id est</i> , <i>consulta.</i> Aug.15
Compendium uberius nancisci. Vit.1	Conspirati. Galb.19. Ner.43. Jul.82
Comperta in stupro, <i>pro deprehensa.</i> Tib.35	Constitui cum his. Cal.8
Compitales Lares ornare. Aug.31	Contabulare Hellepontum. 19
Compitalicii ludi. 31	Contentis de tumentibus oculis profequi. Tib.7
Complanato lacu. Jul.44	Continens biduum. Cal.19
Conata perficere. Galb.17	Continenti scriptura. Gramm.2
	Contra, <i>id est</i> , <i>è regione.</i> passim.
	Contra commodum facere. Aug.78
	Contra-

D I C T I O N A R I U M.

Contumacius parere.	Aug. 24	Claud. 18
Conventum agere.	Galb. 9	Dealbatus. Galb. 9
Conventus circumire.	Iul. 7	Decenjugis. Ner. 24
Conventus peragere. <i>Vide Notas.</i>	Iul. 30. & 56	Decernere lapidibus. 26
Converberare.	Ner. 43	Decocta. 48
Convictus in majore fraude.	Claud. 14. in affectatione imperii. Tit. 9	Decoloratus. Aug. 4
Convivio se frequenti dare.	Iul. 31	Decursus, <i>pro sine cursu.</i> Ner. 24
Copæ.	Ner. 27	Deducere rationem, <i>pro ducere.</i> Aug. 42
Copæ.	Tib. 16. Claud. 8	Deductior ab imo nasus. 79
Corbula.	Ner. 19	Deficere ad subita. 34
Corintharius.	Aug. 70	Defodere lacum. Iul. 39
Corneus.	80	Defractis subselliis. Claud. 41
Cornicularius.	Dom. 17	Defungi malis. Ner. 40
Corniculo merere.	Gramm. 9	De manu reddere. Tib. 34
Corollaria. <i>Vide Notas.</i>	Aug. 45	Demonstrare, <i>i. e. histrionum more exprimere.</i> Ner. 39
Coronavit, <i>pro coronatus est.</i>	Claud. 11	Denotare probro. Cal. 56
Corrigere malas labentes.	Aug. 99	Denubere. Ner. 27
Corripere impensas munerum, <i>id est, imminuere.</i>	Tib. 34	Denuntiationes accusatorum. Aug. 66
Creverat, <i>ήύχων.</i> Oth. 1. sic	Claud. 43	Deperditus amore alicujus. Dom. 3
Crepidatus.	Dom. 4	Deperire, <i>pro perire.</i> Iul. 42
Criminari alterum alteri.	Cal. 56	Depicta pœnula, <i>i. e. picta: compositum pro simplici, ut Aug. 42. deducere rationem. vel depicta pro valde picta dixit, sicuti de parcus pro admodum parvo dicitur.</i> Cal. 52
Criminosissime insectari.	Tib. 53	Deponere actionem. Iul. 15
Cruce afficere.	Galb. 9	Defaltare canticum. Cal. 54
Crudissimum pistrinum.	Aug. 4	Descissa veste. Ner. 42
Cubare, <i>pro decumbere.</i>	Ner. 34	Desinere artem. Tib. 36
Cubicularis.	Aug. 7	Desperare eventum. Iul. 20
Cubicularius.	<i>passim</i>	Desultorii equi. 39
Cubitali majus.	Galb. 4	Destinato. 60
Cui acquiescebat.	Vit. 14	Destitutus, <i>absolute pro desperans.</i> Galb. 11
Cultrarius.	Cal. 32	Deturpare. Cal. 55
Curiosus. <i>Vide Notas.</i>	Aug. 27	Devotionibus impugnari. Tib. 3
Curulem triumphum agere, <i>id est, justum triumphum agere.</i>	Aug. 22	Devotus arenæ. Cal. 30
Custodiæ, <i>pro captivis.</i> Tib. 61. Dom. 14.	Cal. 27. Ner. 31	Dexteriore equo vehi. Tib. 6
Custodiæ, <i>pro custodibus.</i>	Iul. 86	Dixta. <i>Vide Notas.</i> Claud. 10
Custodire orthographiam, <i>id est, observare.</i>	Aug. 88	Diceret, <i>pro dixisset.</i> Cal. 58
Custodire, <i>pro carere.</i>	Tib. 7	Dictata exercentibus dare. Iul. 26
Cycladatus.	Cal. 52	Diducto matrimonio. Oth. 3
		Dies frequens. Aug. 64
		Dies lustricus. Ner. 6
		Dies religiosus. Tib. 6. Claud. 14. Aug. 53
		Dies Senatus. Tib. 15
		Difficile, <i>pro difficulter.</i> Gram. 11
		Dignatio. Vesp. 4. & <i>passim alibi.</i>
		Digressa à marito, <i>id est, divortio separata</i>

D.

Damnatoria tabella. Aug. 33
 Damnatus repetundis. Oth. 2
 Daphile convivari. Vesp. 19
 Dare absentibus secundum presentes.

I N D E X N O V V S

<i>tata.</i>	Iul. 43	Egelida aqua, <i>id est</i> , tepida.	Aug. 82
Dimissa è matrimonio, <i>pro repudiata.</i>		Electissimus.	Cal. 49
Tib. 49		Elogium. <i>Vide Notae.</i>	27
Dimissa, <i>pro repudiata.</i>	Dom. 8	Emerita militia.	Cal. 44
Dimittere, <i>pro repudiare.</i>	8	Emerita pramia.	Aug. 24
Dimittere matrimonium.	Cal. 25	Emissarium lacus.	Claud. 20
Diribitorium.	Claud. 18	Emissarius.	Dom. 11. Galb. 15
Diripiendi pomorum licentia.	Aug. 98	Emtus de catasta.	Gramm. 13
Diritas diei.	Ner. 8	Enixissime juvare.	Iul. 5
Diritas morum.	Tib. 21	Enotescere.	Oth. 3
Discalceatus.	Ner. 51	E plano.	Tib. 33
Dispersim.	Iul. 80	E parte diversa, <i>id est</i> , <i>contraria.</i>	Iul. 29. <i>sic alibi diversa factio.</i>
Disposita tabellis cubicula.	Tib. 43	E tribunali commisit ludos.	Claud. 21
Distillationes.	Aug. 11	Epularis dies.	Dom. 12
Distortissimus.	Galb. 21	Equestris, <i>id est</i> , <i>sedilia equitum.</i>	Cal. 26
Distrahere pluris.	Vesp. 16	Equestris militia.	Claud. 25
Distringere gladium.	Gal. 56	Esculus.	Galb. 3
Diurna, <i>sc. acta.</i>	Claud. 42	Esquilias transmigravit.	Tib. 15
Diurnus actus.	Aug. 78	Essedarius.	Cal. 35
Diurni commentarii.	64	Evocatus. <i>Vide Notae.</i>	Aug. 56
Diurnum victum quærere.	Ner. 36	Exarsisse pretia in immensum.	Tib. 34
Diversoriarum tabernarum.	27	Excalceare pedes.	Vesp. 8
Divinatio, <i>in re Oratoria.</i>	Iul. 55	Excanduit in eum haud ultra verba.	14
Divortium cum aliqua facere.		Excitare, <i>pro erigere.</i>	Cal. 46
Docere comœdiam, <i>pro edere seu publicare.</i>	Claud. 11	Ex conceptu camini, flagrante triclinio.	Vit. 8
Dolo, onis.	13	Excogitatissimus.	Cal. 22
Domesticatim.	<i>passim</i>	Ex composito.	Claud. 37
Domini factionum, <i>id est</i> , <i>duces.</i>	Ner. 5. & 22	Ex compacto.	Iul. 20
Domini insularum, <i>pro possessoribus.</i>		Excubitor tribunus, <i>id est</i> , <i>excubans.</i>	Vesp. 5
Tib. 48		<i>sic bos arator.</i>	Cal. 43
Domo Nuceria.	Vit. 2	Ex destinato.	
Donare negotium.	Cal. 40	Exercentes ephēbi, <i>pro</i> , <i>se exercentes.</i>	Aug. 98
Dubiarum civitates, <i>id est</i> , <i>quae fortunam speculabantur.</i>	Iul. 4	Exercitata pueritia, <i>id est</i> , <i>adversis agitata.</i>	Tib. 6
Ducatus ludere.	Ner. 35	Exercuit principem, <i>id est</i> , <i>principum.</i>	33
Ducenarii procuratores.	Claud. 24	Exercere pistrinum.	Aug. 4. tabernam unguentariam. <i>ibid.</i> furnariam. Vit. 1
Ducenarii, <i>sc. iudices.</i>	Aug. 32	Exigere, uxorem, <i>id est</i> , <i>repudiare.</i>	Iul. 50. Claud. 26
Duracinarum uvæ.	76	Existimatione aliqua lædere.	Tib. 58
Durius cadentibus rebus.	Tib. 14	Existimare, <i>pro aestimare.</i>	Cal. 59. Aug. 40
E.		Exiit opinio.	Ner. 53
Edere athletas, gladiatores, Circenses operas in scena, expugnationem oppidi, &c.	<i>passim</i>	Ex inopinato.	Galb. 10
E diverso.	Aug. 27. Dom. 9. Iul. 86	Ex integro.	Aug. 34
Efferare vultum.	Cal. 50	Ex occasione.	Iul. 60
Effusissimo studio.	Ner. 40	Exodium.	Tib. 45. Dom. 10
Effusus exceptus.	22		Expers
Effutuere.	Iul. 51		

D I C T I O N A R I U M.

Expers castrorum. Aug. 38
 Expertus industriæ. Vesp. 4
 Expiare ostenta. Ner. 36
 Expostulare ad poenam. Dom. 23
 Ex professo. Tit. 9
 Expungere decurias rerum auctu. Claud. 15
 Ex Regillis orta est. Tib. 1
 Exsecutor inimicitarum. Vesp. 14
 Exsequi, id est, ἐπιτίμασθαι.
 Expectationem facere. Iul. 30. move-
 re. Iul. 42
 Exsplendescere. Tit. 3
 Extra Marti reddere. Aug. 1
 Extemporalis facultas. 84
 Extemporalitas. Tit. 3
 Extendere pretia. Cal. 38
 Extispicium. Ner. 56
 Extrarius canis. Vesp. 5
 Ex tuto audere. Tib. 73

F.

Fabularis historia. Tib. 70
 Fabulator, pro collocutore. Aug. 78
 Facere dignum exitum. Ner. 46
 Factiones pantomimorum. Ner. 16. sic
 Ner. 20. Vit. 14. Dom. 7
 Familia, prout à genere distinguitur.
 Galb. 2. & à gente. Aug. 2
 Familiare convivium. Tib. 13
 Familiaribus epulis interponere, id est,
 adhibere. Ner. 22. sic Cal. 39
 Famosi equi, id est, fama celebrati. 19
 Fatales libri. Iul. 79
 Favere adversus studiū alicujus. Cal. 30
 Favorabiliter. Ner. 7
 Febrim nancisci. Tit. 10
 Ferre alicujus personam. Vesp. 19
 Ferre se palam. Aug. 32
 Festinato. Iul. 16
 Fiduciam fati habere. Aug. 94
 Figuræ caussidicorum. Vide Notas. Vesp. 13
 Fimbriatus. Iul. 45
 Finitimum bellum, quod cum finitimis
 geritur. Aug. 1
 Fiscales calumniæ. Dom. 9
 Fiscum acerbe agere. 12
 Flagitare aliquem debitum. Vit. 14
 Flagrantissimo sole. Cal. 26
 Flammeum. Ner. 28

Flaminium Diale, id est, sacerdotium
 Flaminis Dialis. Aug. 31
 Flaviales. Dom. 4
 Flexuræ vicorum. Ner. 39
 Fluxiore cinctura. Iul. 49
 Fluxioris animi. Tib. 52
 Foculare. Aug. 17
 Forentia. Vide Notas. Cal. 17. Aug. 78
 Formalis epistola. Dom. 19
 Formare, pro, thema & argumentum
 suppeditare. Aug. 89
 Formula excidere. Claud. 14
 Formulam injuriarum intendere. Vit. 7
 Forum aleatoridm calefacere. Aug. 71
 Fornix, pro cella meretricia. Iul. 49
 Fossuræ. Cal. 37
 Frater patruelis. Iul. 29
 Frequentare dies alicujus solennes.
 Aug. 53
 Frumentatio, pro distributione publici
 frumenti. Aug. 40, & 42
 Fulgur procurare. Galb. 4
 Fungi senatoria munera. Aug. 35. vicem
 alicujus. Aug. 45
 Funalis equus. Tib. 6
 Funerare. passim
 Funus celebrare. Iul. 84
 Fusæ togæ, quibus apponuntur restrictæ.
 Aug. 73

G.

Galba, animalcula. 3
 Galbanum. Galb. 3
 Galbeum. 5
 Gemmatæ puppes. Cal. 37
 Generatim, id est, per singula genera. 22
 Generosissima, pro nobilissima. Tib. 49
 Genesin imperatoriam habere, id est,
 thema vel genituram. Vesp. 14. Dom. 10
 Genitivæ notæ. Aug. 81
 Genitura, id est, thema nativitatis.
 Aug. 94. Cal. 57. Tit. 9
 Genituram prædicere. Vesp. 4
 Gentes Romanæ. Aug. 1
 Gentili copia tutari. Vit. 1
 Gentilitiæ hereditates. Iul. 1
 Germaniciani. Oth. 8. Tib. 25
 Geruli. Cal. 40
 Gestare, pro gestari. Dom. 11
 Gestatoria sella. Vit. 16. Ner. 26
 Gestio.

I N D E X N O V V S

Gesticulari carmina, *id est*, gesticulando
 exprimere. Ner. 42
 Gibba. Dom. 23
 Gibberosus. Gramm. 9
 Gratuito obstrictus. Iul. 27
 Grassaturz. Tib. 37
 Gratiam facere conjurandi pro parti-
 bus suis. Aug. 17. sic Tib. 35. Dom. 14
 Gravabatur operosa pratoria. Aug. 72
 Gravate permittere. 24
 Gravatus matrem. Tib. 50
 Gravioris coeli provinciaz. 36
 Gravissime de aliquo opinari. Aug. 67

H.

HAbeo precari. Aug. 58
 Hiemare, *id est*, hiemis incommodo
 affligi. Aug. 72
 Hieronicz. Ner. 24. & 25
 Hierosolyma, Gen. Fem. Aug. 93. &
 Neutro pl. Tit. 5
 Hispaniense bellum. Iul. 56
 Hispaniensis exercitus. Vesp. 6. Iul. 37
 Hispaniensis victoria. 38
 Hoplomachus. Cal. 35
 Hora quasi septima. 58
 Horarium secretum sibi sumere. Dom.
 3
 Horarium spatium. Ner. 37
 Hostiarius, vel ostiarius. Rhet. 3
 Hydraula. Ner. 54
 Hydraulica organa. 41
 Hypocrita. *Vide Notas*. 24

I.

IAcere significationes. Ner. 37
 Iam tunc, *passim*, ut etiam nunc.
 Ianus, *id est*, *Vide Notas*. Aug. 31.
 Icuncula puellaris. Ner. 56
 Iconicum simulacrum. Cal. 22
 Illud horæ. Ner. 26
 Imaginaria militia. Claud. 25
 Imaginari, *id est*, somniare. Iul. 81
 Immenso emere. Cal. 38
 Impensissimis precibus expostulare.
 Tib. 13
 Impertitus honore, *passive*. Claud. 4
 Impositum colle. Ner. 50. ut ejusdem 12.
 marina aqua innantibus belluis. &

vetustissima nave impositos. Iul. 66
 Improbius natus. Vesp. 23
 Imputare. *Vide Notas*. Tib. 53. Ner.
 36
 Inalpinæ gentes. Aug. 21
 In auro decies 119. Galb. 8
 In brevi spatio. Claud. 12. *ita passim*
addere prepositiones amat.
 Incanus. Dom. 20
 Incestare. Tib. 43
 Incoenare. 39
 In conspectum alicui esse. Aug. 16
 Increpare avaritiaz aliquem. Claud. 39
 In curiam edicere Senatam. Iul. 80
 Indifferens circa victum. 53
 Indifferenter ferre. Dom. 23
 Inducere prius decretum, *id est*, abole-
 re. Iul. 18
 In equite spectare, *id est*, in sedilibus e-
 quitum. Dom. 8
 In fabulis esse, *pro*, traduci sermone ho-
 minum. Aug. 70
 Infamare. Ner. 23
 Infirmitus expavescere. Aug. 90
 Infulatus. Cal. 37
 Infulcire cibum. Tib. 53
 In honore & usu habere. Aug. 67
 In ingenuitatem asserere. Aug. 74
 In magno negotio habere. Iul. 23
 In membranas depictus. Dom. 10
 In multorum personam exorabilis.
 Aug. 27
 In novitate. Tib. 25
 Innoxius obrectatoribus, *id est*, qui
 non nocet. Cal. 3
 Inobservantia. Aug. 26
 In potestatem alicujus esse. 13
 In presentia. Tib. 25
 In punctum, *de alea lusu*. Ner. 30
 In quatuordecim, *sc. ordinibus*. Iul. 39
 In rationem Libitinæ venire. Ner. 39
 In scriptis & è libello sermones habe-
 re. Aug. 14
 In serum protrahere. 17
 In serum usque. Oth. 11
 In solo patrimonii partem collocare.
 Tib. 48
 Insomnia incitari, *id est*, agitari. Cal. 50
 In sortem dare. Aug. 31
 Inspicere aliquem, *id est*, gemituram a-
 licujus. Tit. 2
 Instans,

D I C T I O N V M.

Instans, *pro stans.* Tib. 72
Instar, *pro imagine.* Jul. 61
Institorium. Ner. 27
Instituere arborem. Galb. 1
Instituere vitem. Gram. 23
Instrumentum publicum. Cal. 8. *sic*
Vesp. 8
Instrumentum regium. Aug. 71
Instrumentum triumphii. Jul. 27. & 84
Infulæ, *id est, domus ab aliis separatae.*
 Jul. 41. Ner. 17. & 16. Tib. 48
Integer ætate. Aug. 19
Integra ætate, *id est, florenti.* Vit. 7.
 Cal. 25
Integræ fortunæ. Ner. 12
In tenore clemētis permanere. Dom. 9
Intercapedo jurisdictionis. Vesp. 9
Inter jocum. Jul. 4
Interpellari, *pro compellari.* Tib. 75
Inter vicos, inter vias, *pro in vicis, in*
vico. Jul. 39. inter coenam. Tib. 53.
& sic passim.
Intercalarius mensis. Jul. 40
Interior ac familiaris vita. Aug. 61
Interior animi nota. Tib. 54
Interiores aulici. Cal. 19
Intolerantia morum. Tib. 51
Interpretata, *passive.* Ner. 13
Invicem, *pro vicissim.* Aug. 10. Jul. 11
Ioculariter canere. Jul. 49
Ioculariter celebrare festos dies. Aug.
 75
Itinera urbis, *pro regionibus & viis ur-*
bis. Jul. 84
Itu & reditu. Tib. 38
Iudicia centumviralia, *dijudicare.*
 Vesp. 9
Iuncturæ lapidum. Aug. 92
Iurasset, *pro juraret.* 100

L.

Labefactatis machinis. Cal. 57
Laboratæ artis inscitia. Ner. 41
Lachanissare. Aug. 87
Lactes. Vit. 13
Lanista, *qui præest gladiatoribus.* Jul. 26
Lastaurus. Gram. 15
Latebra. Ner. 48. Vit. 17
Laticlavus. Ner. 26. Dom. 10. Aug. 38
Latum clavum averiari, *id est, senato-*

riam dignitatem. Vesp. 2
Latus ab humeris & pectore. Tib. 68
Laxare studium. Ner. 25
Lesticarius. Oth. 6. Tib. 58
Lesticula lucubratoria. Aug. 78
Legitimum Senatum agere. 15
Lemnisci. Ner. 25
Lenta natura. Tib. 57
Lente ac secure ferre. Ner. 40
Libidinari. 28
Libuissent. Jul. 20
Liquido ac puro sereno. Aug. 95
Litare victimas. Oth. 8
Litterarum oblivio. Gram. 9
Ludere aleam. Aug. 70
Ludum docendi aperire. Rhet. 4
Luxuriosus, *id est, exuberans.* Tib.

M.

Macellarius. Vesp. 19. Jul. 26
Machinosus. Ner. 34
Mactea. Cal. 31
Magisterio fungi. Dom. 4
Magistri vicorum. Aug. 30. Tib. 76
Magisteria sacerdotii. Cal. 22
Magisteria municipalia. Aug. 2
Magni existimare. 40
Magnum processum habere in literis.
 Galb. 10
Majores annorum xxxv. Aug. 38
Male animatus erga principem. Vit. 7
Male fracto animo. Ner. 42
Male oculatus. Rhet. 5
Male opinari de aliquo. Aug. 51. Cal.
 27
Male pedatus. Oth. 12
Manceps operarum. Vesp. 1
Mandatores. *Vide Notas.* Tit. 8
Mandatu prætoris. Jul. 7
Mango. Aug. 69. Dom. 7
Mangonici quaestus. Vesp. 4
Manere, *id est, permorari.* passim
Manipularis habitus. Cal. 9
Manubialis pecunia. Aug. 30
Manus remittere, *in lusu.* 71
Manuleatus. Cal. 52
Manu emittere, *pro emancipare.* Vit. 6
Mansio. Tit. 10
Mappam mittere. *Vide Notas.* Ner. 22
Maritare. Aug. 34. Vesp. 14
Marinis uti. Aug. 82
Matri-

Matrimonium tenere, dimittere. Cal.

24

Matrimonio abducere. Aug. 61

Medendæ valitudini. Tib. 8

Medicatus boletus. Claud. 44

Medii & neutrius partis. Iul. 75

Megistanes. Cal. 5

Meleagrides. 22

Memoriam vitæ componere. Claud. 1

Mensa lanionia. 15

Mente lapsi. Aug. 48

Mentis deminutio. 99

Mentito honore. Oth. 3

Metoposcopus. Tit. 2

Mercatus Græciæ. Vide Notas. Ner. 28

Merere, id est, stipendia facere. Iul. 3

Meretricium facere. Cal. 41

Meridiani, sc. gladiatores. Claud. 34

Meridiare. Cal. 38. Ner. 6

Meritoria rheda. Iul. 57

Meritorium cœnaculum. Vit. 7

Militares viæ. Aug. 49

Milliaris porticus. Ner. 31

Ministratorem exhibere. Vit. 17

Miserint, pro misissent. Claud. 38

Missam facere, id est, repudiare. Cal. 25

Missicius, qui à militia missus est. Ner.

48 Tib. 47

Mistim affidere. 33

Mirmillo è ludo. Cal. 32.

Mirmillo. Ner. 47. Dom. 10

Mitellita. Ner. 27

Modicella culcita. 48

Modulara carmina. Aug. 57. Ner. 42

Modularæ laudationes. 20

Mœcenatiana turris. 38

Mœniana. Cal. 18

Molitrix novarum rerum. Ner. 35

Monstrum, prodizium. Galb. 18

Monstruosus. Cal. 16

Morari, id est, περιποιον ειναυ. Ner. 33

Morosior circa corporis curam. Iul. 45

Morosissime pensare. Aug. 66

Morositas, id est, cura nimia. Tib. 70

Multatus est poena, pro multavit. Aug.

21 Dom. 10

Munetarius. Iul. 14

Municipatim. Ner. 22

Musici agones.

N.

Naturalis filius, qui opponitur adopti-
vo. Tib. 52. & 55

Naumachiarius. Claud. 21

Nec quidquam aliud, pro, tantum.
Claud. ita passim.

Nihil quam, pro, nihil aliud quam.
Claud. 36

Nivatæ piscinæ. Ner. 27

Non perinde valebat. Aug. 50. Tib. 50

Non temere, pro vitæ unquam. Aug. 73

Non temere, non fere. Cal. 36

Notare admonitione. Aug. 39

Notare poena. 59

Notas demere ignominiosis. Vit. 8

Notum fecit, significavit. Aug. 65

Novellare. Dom. 7

Nudatus opere censorio. Iul. 44

Numeros ad officium revocare, de mi-
litibus. Vesp. 6

Numidicæ. Cal. 22

Nummaria difficultas. Tib. 48

Nummaria res. Aug. 41

Nummarii iudices. Dom. 8

Nummo addicere. Iul. 50

Nummus asper. Ner. 44

Nundinari. Tit. 7

O.

Obesitas. Dom. 18. Claud. 41

Obfirmate resistere. Tib. 25

Obire diem destinatum, id est, adesse.
Iul. 9

Obire ganeas atque adulteria. Cal. 11

Objurgare ferulis. Cal. 20. flagris.
Oth. 2

Obligare magistratus, id est, beneficiis
obstringere. Iul. 23

Obligare prædia. Vesp. 42

Obligare se in acta. Tib. 67

Obligare se scelere. Iul. 43

Oblinatus. Aug. 18

Oblocare. Iul. 26

Obnoxium & trepidum agere. Tib. 12

Obnoxia matrimonia. Cal. 40

Obnuntiare. Vide Notas. Iul. 20

Obsecratio habetur. Claud. 23

Obsoleti coloris. Ner. 48

Obsti-

D I C T I O N A R I U M.

Ocellatis ludere.	Aug. 83	Pallacæ.	Vesp. 21
Ocæphoro vehi.	Cal. 43	Palliolutus.	Claud. 2.
Occurrere ad vadimonium.	39	Panaria.	Dom. 4.
Odeum.	Dom. 5	Pandatariam festinare. <i>cum sit in</i>	
Offensior, <i>iratus.</i>	Iul. 19	<i>insula.</i> Cal. 15. Tib. 53. & 56. Aug. 17.	
Offensus ordinibus, <i>id est, invisus.</i>		Panificia.	Vesp. 17.
Galb. 16		Parastichis.	Gramm. 6.
Officiis insectari.	Iul. 19	Parmularius.	Dom. 9.
Officinas promercalium vestium exercere.	Gramm. 23	Patinarius.	Vit. 17
Officiorum munus remittere.	Iul. 67	Patriciatus.	Aug. 2.
Officium à voluptatibus instituire.		Paullo minus quam privatam egit, <i>id est, tantum non.</i> Tib. 26. <i>sic & cap. 39.</i>	
Tib. 42		Pecuariam facere.	Iul. 42
Officium admissionis.	Vesp. 14	Peculiares loculi.	Galb. 82
Officium, <i>id est, nuptia.</i>	Cal. 25	Peculiares servi. <i>Vide Notas.</i>	Iul. 76
Officium novorum consulum, <i>quod consulibus exhibetur.</i>	Iul. 15	Pecuniosior.	Aug. 25.
Officium nuptiarum celebrare.	Claud. 26	Pendere apud iratum.	Dom. 9.
		Penetravit, <i>pro penetrasset.</i>	Iul. 52
Omnes circa eum, <i>id est, amici & familiares. sic juxta esse.</i>	Cal. 10	Pensio.	Vesp. 23.
Omnia horarum amici.	Tib. 42	Per articulos producere, <i>id est, pedetentim ad honores evehere.</i>	Claud. 4.
Operam scenæ arenaeque edere.	35	Per causam, <i>id est, pretextu.</i> Iul. 2.	
Operæ campestris. <i>Vide Notas.</i>	Aug. 3	Oth. 3	
Optare equestri ordini, <i>id est, favere.</i>	Cal. 49	Per Gallicum triumphum, <i>i. e. in triumpho Gallico. ita passim per pro. in usurpat.</i>	
Orcinus.	Aug. 35	Per genua orare.	Tib. 27
Ordearius Rhetor.	Rhet. 2.	Per gratiam & premium allecti.	Aug. 35
Ordinare desideria militum.	Aug. 17	Per idem tempus.	Galb. 10
Ordinare Orientem.	13.	Per publicum equos adigere.	19
Ordines assignare, <i>id est, subsellia.</i>	Aug. 44	Per quietem, <i>id est, in somnis.</i> passim.	
		Per somnum, <i>id est, in somno.</i>	Iul. 45
Ordines dare.	Iul. 75	Per tot successus, <i>id est, inter.</i>	25
Ordines ducere.	Vesp. 1	Perannare.	Vesp. 5
Ordo libertinus.	Gramm. 18	Perducere, <i>lenonium verbum.</i>	Tib. 45
Ore paullo pleniore.	Cal. 45	Peregrinatis reus.	Claud. 15
Ornamenta extrinsecus, <i>pro, externa.</i>		Perferre legationem.	6.
Vesp. 12		Perinde, <i>pro, itidem.</i>	Iul. 56
Ornare provincias. <i>Vide Notas.</i>	Iul. 18	Peritus sermone.	Claud. 42
Osculum delibatum digitis ad os referre.	Aug. 94	Perosa amicos.	Vesp. 4
		Perpetrare bellum.	Cal. 46
P.		Perfedere.	Claud. 34
		Per senex.	Gramm. 9
Per actionem de rep. facere.	Iul. 30	Perseveranter probare.	Aug. 63
Per pagani. <i>Vide Notas.</i>	Aug. 27. Galb. 19	Per speculari.	Iul. 58
		Per spectare, <i>id est, ad finem usque spectare.</i>	Aug. 98. Dom. 4
Perdagogia. <i>Vide Notas.</i>	Ner. 28	Peruasoria assertiones.	8
Perdicator.	Iul. 49	Pertinaciter lucere.	Tib. 74
Palam factum est, <i>innotuit.</i>	Tit. 11.	Perasatus.	Aug. 82
Ner. 8			Phasianæ.

INDEX NOVVS

Phasianæ.	Cal. 22	Iul. 16. Aug. 79.	
Phasiani.	Vit. 13	Primori parte.	Tib. 33
Phengites, <i>lapis</i> .	Dom. 14	Primos pilos adimere.	Cal. 44
Pic prosequi.	Aug. 66	Principatum agere.	Tib. 24
Pignero, <i>activ.</i>	Vit. 7	Pro Apolline ornatus.	Aug. 70
Pigneror, <i>depon.</i>	Claud. 10	Proauktor generis.	Claud. 24
Pinguis toga.	Aug. 81	Pro æde, <i>id est, ante ædem. ita pro gradibus palatii.</i>	Vit. 15. & <i>passim.</i>
Pinguissima coma, <i>id est, densissima.</i>	Ner. 20	Pro bono cessit.	Tit. 7
Pistoria opera.	Tib. 34	Pro Comitio, <i>id est, ante locum, qui comitium vocabatur.</i>	Aug. 43
Pistrinensia iumenta.	Cal. 39	Proferi. <i>absolute.</i>	Gramm. 9
Plagulas dimovere. <i>Vide Notas.</i>		Profigare plurimum.	Oth. 9
Pocillum.	Vesp. 2	Profigatissimus quisque.	Tib. 35
Podium.	Ner. 12	Profundæ gulæ homo.	Vit. 13
Polyhistor.	Gramm. 20	Profuse exstruere.	Aug. 72
Polyphagus.	Ner. 37	Progressa ætas.	Claud. 2
Ponere rationem.	Oth. 7	Projecto ventre, <i>id est, prominente.</i>	Ner. 51. <i>sic projectiore ventre.</i>
Pontificalis.	Aug. 44	Prolixio fovere.	- 7
Popæ.	Cal. 32	Prolixo corpore.	Claud. 30
Popino.	Gramm. 15	Promercialis. Iul. 54. Gramm. 23.	
Popularia, <i>id est, sedilia populi.</i>	Claud. 25. Dom. 4	Promtus Latinæ linguæ.	Tit. 3
Posca.	Vit. 12	Promulgatis conjurationibus, seu, <i>ut Cod. Salmassi. provulgatis.</i>	Ner. 36
Postmeridianis horis.	Gramm. 24	Pronior huic spei.	Ner. 40
Postulare injuriarum.	Aug. 56	Pronior libidinis.	Galb. 22
Postulare repetundarum.	Iul. 4	Pronunniare munus populo. Iul. 26. donativum militi.	Galb. 16
Postulationes, <i>id est, accusationes.</i>	Ner. 7	Pronunciare nûmos per ceteras. Iul. 18	
Postulator, <i>id est, accusator.</i>	15	Propagare alicui imperium, <i>id est, propagare. sic propagare comæatum.</i>	Cal. 29
Postulatus, <i>id est, accusatus.</i>		Proscenium.	Ner. 26
Potestas, <i>id est, magistratus.</i>	Iul. 18. <i>sic potestate abire.</i>	Prosecare. <i>Vide Notas.</i>	Aug. 1
Potestas, <i>pro consulatu.</i>	Cal. 26	Prosequi aliquem, <i>absolute pro, liberalitate prosequi.</i>	Dom. 9. Aug. 49
Potionatus.	50	Prosperere decedentibus rebus.	Iul. 24
Potentulus.	Oth. 2	Prosternere, <i>id est, prostitnere.</i>	Iul. 2. Tib. 35. Cal. 24
Præcalvus.	Galb. 21.	Protinus, <i>id est, uno eodemque tempore.</i>	Aug. 38
Præcipere, <i>id est, præceptorem esse.</i>	Gramm. 10. & 16.	Provincialibus matrimoniis abstinere, <i>id est, uxoribus provincialium.</i>	Cal. 51
Præconium facere.	Gramm. 3	Provinciarim.	Aug. 49
Præcordium.	Aug. 81	Psilocitharistæ.	Dom. 4
Prædiatoria lex.	Claud. 9	Publicare libertinos, <i>id est, bona eorum.</i>	Claud. 25
Prælia fumere.	Iul. 60	Publicare se.	Ner. 21
Præmiari. <i>Vide Notas.</i>	Tit. 7	Publico teneri.	Cal. 40
Prætextata verba.	Vesp. 22	Publicum quadragesimæ.	Vesp. 1
Prætextum, <i>Nentr.</i>	Iul. 30		Pugna-
Prætoria, <i>id est, villa Splendidioris.</i>	Aug. 72. Cal. 37. Tit. 8.		
Præsentaneum venenum.	Ner. 33		
Pridiana obsonia.	Tib. 34		
Prima vespera, <i>id est, crepusculo.</i>	Tib. 74		
Primipilaris.	<i>passim.</i>		
Primores viri, <i>Aliilegunt, primares.</i>			

D I C T I O N A R I U M.

Pugnatoria arma.	Cal. 54	Remaledicere.	Vesp. 9
Pullati.	Aug. 44	Remissiores sermones.	Tib. 21
Pulleiaccus.	87	Remississimo ad otium animo.	Aug. 98
Puppus.	Cal. 13	Remittere annuam habitationem.	Iul. 38
Putat, pro putaret.	Gramm. 22	Remittere necessitudines amicosque.	Aug. 17
Q.			
Qvadrata statura. <i>Vide Notas.</i>	Vesp. 20	Rempublicam reddere.	Aug. 28
Quadrigarii.	Ner. 16	Repromittere.	<i>passim</i>
Quadrigarius habitus.	Cal. 19	Repudium remittere.	Aug. 29. Tib. 11
Quadrupes receptus, <i>id est, manibus ac pedibus enixus. ita alibi: quadrupes coërcuit.</i>		Rescribere alicujus orationibus, <i>id est, refutare.</i>	Iul. 73
Quæstor.	Tib. 33	Rescribere commentarios.	Iul. 56. <i>sic</i> Gramm. 19
Quæstionem de sicariis exercere.	Iul. 11	Respiit, <i>id est, ad se rediit.</i>	
Quam brevi corpore. <i>ubi Codex Salmasii, quamquam.</i>	Galb. 3	Restituere actiones.	Claud. 14
Quam multa, pro perquam multa.	Claud. 20	Restrictiores digiti pedum.	Dom. 18
Quandoque, pro quando.	Iul. 81	Retaxare.	Vesp. 13
Quatenus, pro, quandoquidem.	Claud. 26	Retectis pedibus, <i>id est, bene tectis.</i>	Aug. 78
Quercica corona.	Cal. 19	Retiarii.	Claud. 34. Cal. 30
Quintanam domi constituere. <i>Vide Notas.</i>	Ner. 26	Retractare leges, <i>id est, iterum tractare.</i>	Aug. 34. <i>sic</i> Gramm. 2
Quodam modo pro parte aliqua.	Aug. 46	Reus de vi & rapinis.	Tib. 30
R.			
Raptim convivari.	Dom. 21	Rhodiensis hospes.	61
Rasurare.	Oth. 12	Rigida & obstipa cervix.	68
Rationarium imperii.	Aug. 28	Rigor, <i>id est, benevolentia imminutio.</i>	Aug. 66
Rationibus referre.	Vesp. 22	Rosaria.	Ner. 27
Recensum populi agere.	Iul. 41. Aug. 40	Rostrata columna.	Galb. 32
Recipere alicui, <i>id est, promittere.</i>	Iul. 23	Rudiarius.	Tib. 7
Recipere in manu catenas.	Dom. 14	Rudibus batuere.	Cal. 32
Recognoscere decurias judicum.	Aug. 32. <i>ergastula. ita passim.</i>	Rudimentum ponere.	Ner. 22
Recta convivari.	Aug. 74	Rutilare comam.	Cal. 47
Recte convivari. <i>Vide Notas.</i>	Vesp. 19	S.	
Rectis oculis adspicere.	Aug. 16	Sabbatha.	Tib. 32
Recuperatorium judicium.	Vesp. 3	Sabbata Iudzorum.	Aug. 76
Re & æstimatione magna esse.	Aug. 3	Sacrificio non litante.	96
Regaliolus, <i>avis.</i>	Iul. 81	Sagulati comites.	Vit. 11
Regionarim.	79	Salarium.	Tib. 47
Regum rex, <i>id est, Parthorum.</i>	Cal. 5	Saltare fabulam.	Cal. 57
Religiosa vestis,	Oth. 12	Sandaliarius Apollo.	Aug. 57
		Sandapila popularis.	Tib. 41
		Satisfacere. <i>Vide Notas.</i>	Claud. 38. Iul. 74
		Scabella, <i>vel scabelli. Vide Notas.</i>	Cal. 54
		Scambus.	Oth. 12
		Scelere convictus.	Ner. 31
			Scena,

INDEX NOVVS

Scena, <i>id est</i> , pompa.	Cal. 15	Solicissime sollicitior.	Dom. 14
Scenam tenere, <i>id est</i> , inter principes sceni- corum esse.	Tit. 7	Solium, πύλας.	Ner. 50
Schema, x.	Dom. 18	Solæcisium facere.	Gramm. 22
Scopulus, pro scopo.	21	Solutilis navis.	Ner. 34. Claud. 18
Secespita.	Tib. 25	Somniculosus.	39
Secreta Thraciæ.	Aug. 94	Somnum resumere.	Aug. 78
Secretum agere, <i>id est</i> , solum esse.	Tib. 60	Sordes reis demere.	Vit. 8
Secretum captare.	Oth. 10	Sordidatus.	15
Secretum petenti dare.	Tib. 25. sic Cal. 23. Claud. 10	Sorte tracta.	Tib. 14. Ner. 16
Secum alicujus sequi.	Rhet. 4	Spectacula, pro locis è quibus spectabatur.	Ner. 32. Dom. 9. Cal. 35.
Secilia pavimenta.	Iul. 46	Speculabundus signa.	Tib. 65
Sectiones. Vide Notas.	Vit. 1	Spintria.	Cal. 16. Vit. 3. Tib. 43
Secubare.	Tib. 7	Sponsaliorum dies.	Aug. 53
Secutores.	Cal. 30	Sportellæ.	Dom. 4
Secutorum plures, sc. actores.	57	Sportulæ.	Ner. 16
Secundiore fama.	Iul. 2. ita secunda existimatio.	Spumante ricu.	Claud. 30
Secundum quietem, alias per quietem.	Claud. 7	Stratura viarum.	24
Aug. 94		Strictum scribere.	Tib. 73
Secus admissa, per διφρασις μὲν, pro male admissa.	Tib. 2	Studere, absolute, pro, studiis vacare.	Tib. 61
Seducto, pro seorsim abducto.	Claud. 37.	Sua morte defungi.	Iul. 89
Galb. 22		Sub divo.	Aug. 32
Sellaria.	Tib. 43	Sub exceptione.	Iul. 78
Semiustulare.	75	Sub exitu vitæ.	Claud. 43
Senatum agere.	Iul. 88	Sub manum annuntiare.	Aug. 49
Senio, in lusu.	Aug. 71	Subbibere.	Ner. 20
Sepelire corpus, <i>id est</i> , cremare, vel cremati corporis reliquias condere.	Claud. 1	Subceffa.	Dom. 9
Sericatus.	Cal. 52	Subditivus.	Ner. 7
Servitia, pro servis.	Aug. 42. Iul. 47. Ner. 22	Subdicere in servis, <i>id est</i> , pro mancipiis vendere.	Tit. 8
Sestertium, vel segestrium.	Aug. 83	Subinde, pro, statim.	Aug. 95. Galb. 1.
Sexto quam profectus erat mense, pro postquam.	Tib. 60	Ner. 6. Tit. 5. Vit. 9	
Siciliense bellum.	Aug. 70	Submissiore capillo.	Tib. 68
Siciliensis peregrinatio.	Cal. 51	Submissim.	Aug. 74
Siciliensis pugna.	Aug. 96	Subfortitio.	Iul. 41
Sigillaria.	Claud. 5	Subsultum decurrere.	Aug. 83
Sigillatim, vel singillatim.	passim.	Sueclamatio.	Ner. 24
Significationes jacere.	Ner. 38	Succollare.	Claud. 10. Oth. 6
Simpliciter, <i>id est</i> , citra dissimulationem.	Aug. 71	Sufferti aliquid tinnire.	Ner. 20
Simul ac primum.	Ner. 43	Summa respublica, <i>id est</i> , summa reip.	Iul. 28
Sinisterior equus.	Tib. 6	Summarum auctor, vel actor.	Dom. 11
Solarium. Vide Notas.	Claud. 10	Summatim attingere, <i>id est</i> , carptim.	Aug. 85
Solenne nuptiarum.	Ner. 28	Sumtuosus in libidines.	Iul. 50
Sol est, imber est.	Iul. 57	Super cœnam, inter cœnam.	passim
		Superesse, <i>id est</i> , venum defendere.	Aug. 56
		Superfuit, pro adfuit.	Tit. 1
		Superjumentarius.	Claud. 2
		Suspendere, <i>id est</i> , ducere & suspensio habere.	

D I C T I O N A R I U M .

habere. Tib. 24
 Suspiciosus, qui suspicandi occasionem
 prabet. Dom. 10
 Sustinuit imitari, id est, impetrare po-
 tuit, ut imitaretur. Iul. 75. ita passim
 Synthesina. Ner. 51

T.

TAm artifices saltationis. Tit. 7
 Tantum quod, id est, vix dum.
 Aug. 63. Ner. 6. Vesp. 5.
 Taxare censum senatorium. Aug. 41
 Taxare, id est, reprehendere. Dom. 10
 Tenere alicujus gratiam. Aug. 13
 Tenere causam, id est, superiorem esse.
 Dom. 9
 Tendere, in re militari. Galb. 12. & 19
 Tessallata pavimenta. Iul. 46
 Tetraones. Cal. 22
 Thalamegus navis. Iul. 52
 Theatralis poena. Aug. 40
 Thema. Vide Genitura.
 Thensas deducere. Aug. 43. Vesp. 5
 Thesauros antiquissimæ gazæ. Ner. 31
 Titubantia oris. Vesp. 6
 Togatarius. Aug. 45
 Trabeatz, sc. fabula. Gramm. 21
 Transfigurare. Cal. 22. Ner. 28
 Translatitiæ postulationes. 7
 Translatitio funere efferre. 33
 Translatitium jus. Aug. 10
 Transnominare. Dom. 13
 Tribunatu militum merere. Vesp. 2
 Trierarchus. Ner. 34
 Triviales ex circo ludii. Aug. 74
 Turbatiore cœlo. Tib. 69
 Turbatius mare. Cal. 23
 Tumultuosiores literæ, quæ de tumultu
 nuntiabant. Ner. 40
 Tutelam recipere, id est, exire è potesta-
 te tutorum. Claud. 2
 Tympanizare. Aug. 68

V.

VAcerosus. Aug. 87
 Valere dicere. Galb. 4. Tib. 72
 Valitudo mentis, id est, amentia. Iul. 49
 Vallaris corona. Aug. 25
 Vectigaliorum. Cal. 16. Aug. 101
 Vectoria navicula. Iul. 63
 Venalitiæ familiar. Aug. 42
 Venalis pependit sub edicto præfecto-
 rum. Claud. 9
 Venalitiæ. Rhet. 1
 Venenarius. Ner. 33
 Venerem jacerere, in lusu. Aug. 71
 Veræ sive falsæ, pro, sive veræ, sive fal-
 sæ. Vesp. 6
 Verbenatus. Cal. 27
 Vernaculi. Vesp. 14
 Versare ex fide pecunias. Galb. 9
 Vexillatio. 20
 Vice mundi, pro, instar. Ner. 31
 Vicibus comparare, id est, per vices.
 Cal. 22
 Vicissim, id est, per vices. Ner. 1. Cal. 24
 Vinarius. Claud. 40
 Vincerent, id est, cupitis potirentur.
 Iul. 1
 Viride oleum. Vide Notat. 53
 Vnguentatus. 67
 Vocatu ipsius. Cal. 39
 Urbani litigatores, quibus opponuntur
 provinciales. Aug. 33
 Urbica annona. passim
 Urbici negotiatores. Iul. 49
 Usque adhuc, pro, hucusque. Dom. 18
 Ut si quis unquam. Tib. 7
 Vulgaris mulier, quæ se vulgat. Vit. 1
 Vulgarissimæ meretrices. Dom. 22

X.

Xystici. Galb. 15. Aug. 45

ANTIQUITATVM, RITVVM, ET RERVM

Inprimis memorabilium, è Suetonio, & adjuncto ei
 Commentario observatarum

I N D E X.

Literæ a, b columnas uniuscujusque paginæ exprimunt.
 Iis quæ carent, in textu Suetoniano reperiuntur.

A.

A Commentariis servi. 206.b	<i>Adiaca</i> victoria signat annos imperii
<i>A</i> libellis ministris 632.b	<i>Augustei.</i> 126.a,b
<i>A</i> βληψια. 537.a	<i>Adiaci</i> ludi. 291
<i>Abnoctare</i> è provincia <i>Præsidi</i> non licebat. 17.b.501.a	<i>Adiones</i> continuas in cognoscendo <i>Nero</i> omisit. 569
<i>Abolla.</i> 436.b	<i>Actores</i> secundarum. 469.a
<i>Absens</i> reip. causa, reus non fiebat. 25.a	<i>Actui</i> rerum plures ab <i>Augusto</i> dies ac- commodati. 157
<i>Absentes</i> à petitione bonorum lex <i>Pom-</i> <i>peji</i> submovebat. 32	<i>Actorius</i> <i>Naso.</i> 10.60
<i>Accensus</i> duplici significatione capitur. 10.a	<i>Ad aram</i> <i>D. Iulii</i> extructam trecentis dedititius mactati. 121
<i>Accensus</i> ut ante se iret, quo mense fasces non haberet, <i>Cesar</i> <i>Cos.</i> instituit. 20	<i>Ad ferrum</i> dari. 563.b
<i>Acerronius</i> <i>Proculus</i> & <i>Pontius</i> <i>Niger</i> <i>Coss.</i> 380	<i>Ad lucem</i> , &, <i>ad lumina</i> , quid disse- rant? 36.a
<i>Accingere</i> se operi, unde dictum? 139.b	<i>Ad pedes.</i> 79
<i>Acclamandi</i> in <i>Senatu</i> formula. 199.b	<i>Ad remum</i> dati. 121.b
<i>Accubita.</i> 51.b	<i>Ad urbem</i> esse. 18.a
<i>Accusandi</i> munus laudem adolescentibus afferebat. 293.b	<i>Adici</i> iudices arbitrique dicebantur. 157.b
<i>Achaja</i> & <i>Macedonia</i> <i>Senatus</i> à <i>Claudio</i> reddita. 518	<i>Adia</i> βληψια. 430.b
<i>Achaja</i> libertas adempta. 737. eius nomi- ne omnis <i>Gracia</i> comprehendebatur. 737.a	<i>Adimius</i> <i>Cinobellini</i> <i>Britannorum</i> regis filius. 450
<i>Acilia</i> lex de repetundis. 5.a	<i>Admissionales.</i> 743.a
<i>Acilii</i> , <i>Cynagryi</i> exemplum imitantis, fortitudo. 75	<i>Admissionis</i> officium. 742.b
<i>Acilius</i> <i>Glabrio.</i> 793	<i>Adaptare</i> alios, adultis propriis liberis, dedecorosum. 539
<i>Acroamata.</i> 225.a. 746.b.	<i>Adoptari</i> à natu minori, probrosam. 284. a
<i>Acroma.</i> 225.b	<i>Adoptati</i> multa jura amittebant. 308.b
<i>Acta</i> , ἀπλοῖς, <i>acta</i> <i>Populi.</i> 19.b	<i>Adoptionis</i> in foro, & domi, diversi- tus. 205.b. 206.a
<i>Acta</i> <i>Populi</i> , alias <i>Publica.</i> 19.b	<i>Adorantium</i> gestus. 697.a. 734.a
<i>Acta</i> <i>Senatus</i> <i>Cesar</i> publicari permisit. 19	<i>Adrianus</i> <i>Eucinum</i> latum emisit. 52.b
<i>Acta</i> <i>Senatus</i> publicari noluit <i>Augustus.</i> 164	<i>Adulterii</i> poena, relegatio. 111. qui id pri- mi capitale fecerint? 111.a
<i>Acta</i> , loca amœna. 221.a,b	<i>Adulterium</i> minor aetas non excusabat. 111.a
<i>Acte</i> liberta, & <i>anasiu</i> <i>Neronis.</i> 593. 633	<i>Adventitia</i> coena. 710.a

ΑΙΤΥΚΑ

INDEX ANTIQVITATVM, RERVM ET RITVVM.

<i>Aitug.</i>	92.b	<i>Aesar, Etrusca vox.</i>	263.b
<i>Aedes cur vocentur illa pegmata, in quibus principum cadavera in foro deponerentur?</i>	98.a	<i>Aesculapii insula. 517. Templum extra Urbem.</i>	518.a
<i>Aedes sacra non omnes templa sunt.</i>	63.a	<i>Aestimatio, crimini repetundarum poena.</i>	677.b
<i>Aedes Veneris genitricis.</i>	70, 86, 98	<i>Aestiva.</i>	316.b
<i>Aedificiorum modus praescriptus.</i>	247.a	<i>Aesymnetae.</i>	9.b
<i>Aediles imperium non habebant.</i>	172.a	<i>Affectatione & morositate stylum Tiberius obscuravit.</i>	375
<i>Aedilium numerus ampliatus.</i>	724.b	<i>Apheta ante obitum sinebantur, quae usui ant voluptati fuerant.</i>	91.a
<i>Aeditimus.</i>	111.a, b	<i>Afranii togata fabula.</i>	562
<i>Aegri in domibus amicorum cubabant.</i>	222.a	<i>Afranius & Petrejus Iulianos in castris deprehensos interficiunt.</i>	79
<i>Aegrotos cur in publico Babylonii deposuerint?</i>	299.b	<i>Afri Campanique pugiles.</i>	408
<i>Aegyptiacos ritus tollendi causa.</i>	333.b	<i>Africanus Caesaris triumphus ingratus pop. Rom.</i>	40.a
<i>Aegyptum cur Caesar provinciam non fecerit.</i>	39	<i>Agon Actiacus.</i>	130.b
<i>Aegyptum in provincia formam Octavianus redegit.</i>	129	<i>Agones sacri quatuor.</i>	585.b
<i>Aegyptum plebiscito Caesar sibi dari petiit.</i>	11	<i>Agoranami.</i>	10.b
<i>Aegyptus quomodo administraretur?</i>	129.	<i>Agraria Lex.</i>	20
a		<i>Agrariorum Legum praecipua causa.</i>	175.
<i>Aegyptum Caesarem Pompejus appellabat.</i>	59	a, b	
<i>Aelia Petina, uxor Claudii.</i>	522	<i>Agraria Legis capita.</i>	32.b
<i>Aelius Lamia.</i>	774, 793	<i>Agri nonnunquam colonis assignati, qui continui non essent.</i>	42.a
<i>Aemilia Lepida, Claudii sponsa.</i>	521	<i>Agrippa juvenis, interemptus.</i>	317
<i>Aemiliana sub Claudio arserunt.</i>	502	<i>Agrippa, nepos Augusti.</i>	205, 207, 209
<i>Aemilii Lepidi conjuratio.</i>	420	<i>Agrippa unde appellatus?</i>	555. b
<i>Aemilii Paulli servus interficere Octavianum conatur.</i>	124	<i>Agrippina, neptis Augusti.</i>	205
<i>Aemilium Paullum, & C. Curionem mercede defensores sibi Caesar parat.</i>	33	<i>Agrippina uxor Germanici.</i>	392
<i>Aenaria pro Capreis data Neapolitanis.</i>	251.	<i>Agrippina veneno Claudium interemitt.</i>	544. Domitii primam uxor.
<i>Aeneatores.</i>	36.b		555
<i>Aenobarbi familiae gentis Domitia.</i>	549	<i>Agrium Campanum, ad subsidia reip. vetigale relictum, Caesar divisit.</i>	21
<i>Aequalitas duplex in rep.</i>	16.a	<i>Ajacem suum in spongiam incubuisse Augusti dictum.</i>	240
<i>Aequiculi.</i>	694	<i>Alani.</i>	775.b
<i>Aeraria tria Roma.</i>	187. b	<i>Alauda, Legio Caesaris.</i>	26
<i>Aerarii cura a quaestoribus ad praetorios transmissa.</i>	164	<i>Alauda, vocabulum Gallicum.</i>	26.a, b
<i>Aerarii cura varie habita.</i>	515. b	<i>Albanae columna.</i>	221.b
<i>Aerarium militare.</i>	187. b	<i>Albanum more hieronicarum Nero intravit.</i>	586
<i>Aerarium Saturni.</i>	515	<i>Albanus mons sacro Iovis Latialis destinatus.</i>	481. b
<i>Aere alieno obruti Caesaris dictum.</i>	17.a	<i>Albanus secessus.</i>	781. 810.
<i>Aeri leges incidebantur, & in aerarium condebantur.</i>	32	<i>Albati ministri Imperatorum.</i>	798. b
<i>Aeris alieni magnitudo Othonem ad principatum stimulati,</i>	679	<i>Albardinus fons.</i>	504. b
		<i>Albula quo sensu & calida, & gelida dicantur?</i>	237. a
		<i>Album iudicium.</i>	350. a

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Aleatorum forum adilem metuebat.</i>	219.b	<i>Amphitheatrum ligneum à Nerone stru-</i>	
<i>Alea artem libro emisso Claudius com-</i>		<i>ctum.</i>	563
<i>mendavit.</i>	531	<i>Amphitheatrum urbe media Vespasianus</i>	
<i>Alea rumorem Augustus non expavit.</i>	217	<i>exstruxit. 739. Titus dedicavit.</i>	764
<i>Ala, de equitibus auxiliariis.</i>	516.b	<i>Amphora.</i>	340.b
<i>Ala sen cornua, socii dicebantur.</i>	167.b	<i>Amplificare solitus Caesar vires hostium.</i>	
<i>Alexandria potitur Octavius,</i>	127		72
<i>Alexandriam Vespasianus se contulit, ut</i>		<i>Ἀναξίλει.</i>	102. a
<i>claustra Aegypti obtineret.</i>	733	<i>Ἀνθρωποθυσία Druidum,</i>	520. a
<i>Alexandri Magni imagine conspecta,</i>		<i>Ἀνάκωλον tunica.</i>	54
<i>Caesar ingemuit.</i>	8	<i>Ἀναρίπτην κινδύων.</i>	37. a
<i>Alexandri Magni imagine in figyando</i>		<i>Ἀνασκαδαι Ἐγκρασκαιῶν rhetorum.</i>	
<i>Augustus utebatur.</i>	189		839.
<i>Alexandrina classis in Italiam quot-</i>		<i>Anchana.</i>	109
<i>annis navigans. 264. a. sola portum in-</i>		<i>Ancilia.</i>	684. a
<i>trabat cum suppare.</i>	264. b	<i>Ancus Marcius.</i>	7
<i>Alexandrini, Africique Ἐ Hispaniensis</i>		<i>Ancyran rerum Augusti Indicem descri-</i>	
<i>belli incertus auctor est.</i>	65	<i>pserunt.</i>	277. 2. b
<i>Alexandrini regem suum expellunt.</i>	11	<i>Ancyra divini honores vivo Augusto ex-</i>	
<i>Alexandro M. ostentum in Thracia fa-</i>		<i>hibiti.</i>	277. a
<i>ctum.</i>	256	<i>Angari Ἐ Ἀϊτάνδα Persarum.</i>	188. a
<i>Alliensi die Pontificatum maximum Vi-</i>		<i>Anguis 2. cubitorum ab Augusto publica-</i>	
<i>tellius cepit.</i>	707	<i>tus.</i>	178
<i>Alligati, vilissimi servorum.</i>	725. a	<i>Anienis novi rivus in urbem perductus.</i>	
<i>Allobroges Arvernique à Cm. Domitio</i>			504
<i>superati.</i>	530. b	<i>Animadvertere licetor populum jubebat.</i>	
<i>Allocutio pro consolatione.</i>	318. b		89. b
<i>Alp, Scythicum vocabulum.</i>	646. a	<i>Animalia quadam certis locis abstinent.</i>	
<i>Alpium regnum in provincia formam à</i>			206. b
<i>Nerone redactum.</i>	574	<i>Annaria Lex.</i>	142. b
<i>Altaribus Ἐ victimis viros principesque</i>		<i>Anna Perenna festum.</i>	90. a
<i>excipiebant.</i>	399. a	<i>Annales leges antiquissimi ignorarunt.</i>	
<i>Alumna nuptias appetere, nefarium.</i>			386. a
	532. a	<i>Anniversaria Augusti valitudines.</i>	134
<i>Amazonica pelta.</i>	622	<i>Annua quatuor mensium Romanis ab</i>	
<i>Amazonum sedes.</i>	24. b	<i>Aegypto subministrata.</i>	130. a
<i>Ambiatinus vicus in Treveris.</i>	392	<i>Anno in eunte tristibus abstinebant.</i>	363. b
<i>Ambubaja, Syra mulieres.</i>	591. a	<i>Annorum characteres proprii multis civi-</i>	
<i>Ambulationes suas cuique morbo veteres</i>		<i>tatibus.</i>	201. a
<i>Medici prescribebant.</i>	237. b	<i>Annua centena rhetoribus è fisco constituta.</i>	745. b
<i>Amethystini coloris usus à Nerone probi-</i>		<i>Annua praeberere.</i>	349. a
<i>bitus.</i>	601. a	<i>Annua habitationem Caesar remisit.</i>	42
<i>Ἀμφωπίδης.</i>	180. b	<i>Annon ad cursum Solis Caesar accummo-</i>	
<i>Amici ac necessitudines hosti iudicato</i>		<i>davit.</i>	46
<i>Antonio remissa.</i>	12	<i>Annum reformas Augustus.</i>	152
<i>Amicitias palam renunciabant.</i>	389. b	<i>Annas Romanorum duces nonnulli impro-</i>	
<i>Amicos pari jure, quo ceteri, esse voluit</i>		<i>bant.</i>	136. b
<i>Augustus.</i>	196	<i>Anuli in capillorum compositione.</i>	635
<i>Ἀμνησία à Claudio sancita.</i>	489	<i>Anuli φαρμακίται.</i>	639. a
<i>Amphitheatra sero exstructa.</i>	291. a		Anulis
<i>Amphitheatri apud Fidenas ruina.</i>	338. b		

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Analis ferreis plebs usa.</i>	270.b.658.a	<i>Appellationes ut à iudicibus ad Senatum</i>	
<i>Anulorum ius.</i>	37.b	<i>fierent sanxit Nero.</i>	573
<i>Anulum spirantis adhuc Tiberio detrabi</i>		<i>Appius Cecus.</i>	281,515
<i>Cajus iussit.</i>	398	<i>Appius Pulcher.</i>	285
<i>Anticatones Casaris.</i>	66.a	<i>Appius Sabinus à Dacia oppressus.</i>	783
<i>Anticyra helleborum.</i>	430.b	<i>Appius Silanus, confocer Claudii, inter-</i>	
<i>Antigraphicen puero in ludo docebantur.</i>	636.b	<i>fectus.</i>	535
<i>Antia portus.</i>	560	<i>Appulejus & Pompejus Coff.</i>	268
<i>Antiochus Comagenus.</i>	406	<i>Ἀπυλαῖος.</i>	266
<i>Antiquarii.</i>	241.a	<i>Aquaria provincia.</i>	19.a
<i>Antistius Labeo.</i>	194	<i>Aquarum Roma abundantia.</i>	505.a
<i>Antistius trib. pl. Casarem postulat.</i>	25	<i>Aqua ductus à Caligula inchoatus.</i>	412. à
<i>Antium.</i>	199.b.394.b	<i>Claudio perfectus.</i>	504
<i>Antlia supplicium.</i>	351.b	<i>Aquila felix augurium.</i>	257.a.261.306.b.
<i>Antonia, avia Caligula.</i>	403,417,419,	<i>484.649.704.784</i>	
<i>*77</i>		<i>Aquilam humeris subiit Augustus.</i>	117
<i>Antonia, filia Claudii, Neronis nuptias</i>		<i>Aquila legionum in magna veneratione</i>	
<i>recusat.</i>	608	<i>suit.</i>	494.a,b
<i>Antonia dua, Major & Minor.</i>	385.a	<i>Aquitania Galba praefuit.</i>	652
<i>Antonii Gniphensis scholam Cicero prator</i>		<i>Aras virtuti reive laudata statuebant.</i>	392.b
<i>frequensavit.</i>	823	<i>Aratores dicti qui vectigalia ex aratio-</i>	
<i>Antonius juvenis simulacro D. Iulii abre-</i>		<i>nibus contrahabant.</i>	175.b
<i>ptus & interemptus.</i>	128	<i>Ara deum per iram subversa.</i>	389
<i>Antonius Musa medicus.</i>	200,234	<i>Ara in curiis.</i>	162.a
<i>Antonius Primus.</i>	719	<i>Ara victricium legionum.</i>	305
<i>Apri coronas sepulcris Graeci imponebant.</i>	129.a	<i>Ara vivo Augusto posita.</i>	201.a
<i>A. Plautius.</i>	516	<i>Archelaus.</i>	293,336
<i>Apin visere Augustus supersedit.</i>	252	<i>Arcus marmoreus Druso decretus.</i>	476.
<i>Ἀποθέσις.</i>	98.a	<i>Tiberio.</i>	491
<i>Ἀποκαρτέσεις.</i>	194.a	<i>Area fori super millies n.s. constitit.</i>	28
<i>Ἀποκαλοκωτίσις Seneca.</i>	544.b	<i>Arelate colonia.</i>	286
<i>Apollinis filium credi se Augustus voluit.</i>	255.a	<i>Aretalogi.</i>	225.b
<i>Apollinis templum in Palatio Augustus</i>		<i>Arctinus Clemens.</i>	796
<i>excitat.</i>	148	<i>Arens philosophus.</i>	246
<i>Apollodorus Pergamenus.</i>	145.b	<i>Argentarii.</i>	554.a
<i>Apollo Palatinus.</i>	192	<i>Argentariam facere.</i>	108.a
<i>Apollo Sandaliarius.</i>	198	<i>Argentum postulatum.</i>	623.a
<i>Apollonia studiis Augustus vacavit.</i>	114.	<i>Argumenta inferorum per Aethiopes ex-</i>	
<i>a,b</i>		<i>plicata.</i>	469
<i>Apollonius Molonis, & Molo, diversi.</i>	5.a	<i>Ariminum.</i>	151
<i>Aponi fons.</i>	306.a	<i>Arma argento & auro polire, vetus Rom.</i>	
<i>Aponius Saturninus.</i>	444	<i>institutum.</i>	73.a
<i>Apophoreta.</i>	464.a.747	<i>Arma sua Casaris rogo veterani injece-</i>	
<i>Apparatus triumphorum Casaris.</i>	40.b	<i>runt.</i>	100
<i>Apparitores.</i>	121.a.300.a	<i>Armorum exercituum à sagittarum exer-</i>	
<i>Appellare, id est, accusare.</i>	16.a	<i>citio diversum.</i>	809.b
<i>Appellationes litigatorum quibus delega-</i>		<i>Ἀρμύσαι similes Triumviris Rom.</i>	144.a
<i>verit Augustus.</i>	159	<i>Arricia Tertulla, Titi uxor.</i>	759
		<i>Artabanus Parthorum Rex.</i>	370, 401.
		<i>Idem legionum signa veneratur.</i>	698
		<i>Arx</i>	

INDEX ANTI QUITATVM,

<i>Arx Britannica, an eadem cum turri Caligula?</i> 453.2, b. non fuit Armamentarium pop. Rom.	ibid.	<i>Atticus Vestinus.</i>	607
<i>Ascletrionis mathematici mira predictio.</i>	804	<i>Avernus lacus.</i>	123.2.598.599
<i>Ascogephyri.</i>	68.2	<i>Aves tripliciter auspiciis faciebant.</i>	113.
<i>Ascopera.</i>	624. b	b	
<i>Asellii Sabini Dialogus.</i>	340	<i>Auctionis ius quarum rerum?</i>	406.2
<i>Asiaticum dicendi genus Antonio placuit.</i>	242. b	<i>Auctoramentum.</i>	292.2
<i>Asinii, Ciceronis amuli.</i>	541	<i>Auctoritas Caesaris in compescendis militibus.</i>	76
<i>Asinius Epicadus.</i>	131	<i>Auctoritas, ius in auctione quaesitum.</i>	406.2
<i>Asinius Gallus.</i>	493	<i>Auctoritatem non desugere.</i>	323. b
<i>Asinius Marcellus, & Acilius Aviola Coss.</i>	545	<i>Aufidius Lingo.</i>	417
<i>Asinius Pollio. 177. Sallustii scripta reprehendit.</i>	825	<i>Augere, verbum sacrorum.</i>	113.2
<i>Aspides sine sensu aut dolore interficiunt.</i>	128. b	<i>Augures publici.</i>	397. b
<i>Aspidum tres species.</i>	127. b	<i>Auguria oblativa, stativa, impetrativa.</i>	113. b
<i>Asprenas Nonius veneficii causam dixit.</i>	196	<i>Auguria sprevit Caesar.</i>	69.2
<i>hibitus.</i>	336.2	<i>Augurium agere.</i>	397. b
<i>Assentiendi in Senatu triplex modus.</i>	164.2	<i>Augurium capere candidati dicebantur.</i>	260. b
<i>Assertionum formula.</i>	333. b	<i>Augustalis sacerdos anno nomen dabat apud Nicopolitanos.</i>	130.2
<i>Assesura, pro officio assessorum.</i>	662. b	<i>Augustalitatibus honos.</i>	486. b
<i>Assiduitatis fastidium.</i>	297.2	<i>Augustae appellabantur sorores, nurus, & filiae Imperatorum.</i>	777.2
<i>Assis divisioni omnes res accommodari possunt.</i>	69.2	<i>Augustiani, plausores Neronis.</i>	587
<i>Ἀσπαραλογέντης.</i>	306. b	<i>Augusti cognomen cur Octavio inditum?</i>	113
<i>Astula.</i>	826	<i>Augusti ex incesto natum se Caligula praedicabat.</i>	417
<i>Astura</i>	263. b. 378	<i>Augusti nomen Tiberio hereditarium.</i>	322
<i>Astyci Iudi.</i>	411.2	<i>Augusti vaticinium de Galba.</i>	648
<i>Asyla Tiberius abolevit. 335. iis modus ad-</i>		<i>Augustus mensis.</i>	152. b
<i>Atella, municipium.</i>	383.2	<i>Aulus Caccina criminosissimus liber.</i>	81
<i>Atellana quid differat à Graeca Satyrica.</i>	344.2	<i>Auli Gabinii Lollia à Casare corrupta.</i>	59
<i>Atellanas qui agebant, singularibus privilegiis gaudebant.</i>	344. b	<i>Aurea Neronis domus.</i>	597. 683
<i>Athenis Augustus initiatus.</i>	252	<i>Aurei panes cum obsonio à Caio convivis appositi.</i>	440
<i>Athletarum & gladiatorum differentia.</i>	182.2, b	<i>Aurei Romani aestimatio.</i>	265.2. 679.2
<i>Athletas, quod nudi prodirent, feminis spectare non licebat.</i>	180.2, b	<i>Aurelia, mater Caesaris.</i>	79
<i>Atia.</i>	109, 254, 255	<i>Aurelia via & porta.</i>	672.2
<i>Atius Balbus.</i>	109	<i>Aureo hamo piscantibus similes, qui minima commoda non minimo sectantur discrimine.</i>	192
<i>Atrium ab αἴθριον.</i>	150.2	<i>Aurelius Cotta.</i>	2
<i>Atta Claudius gentis Claudiae princeps.</i>	279. Romani migrat,	<i>Aurigarii.</i>	554. b
<i>Attarum vitium.</i>	279.2, b	<i>Auri ramentis capillum illuminabant.</i>	232.2
		<i>Aurum ad obrussam.</i>	613. b
		<i>Aurum promercale Caesaris.</i>	63.2
		<i>Auspicalis dies.</i>	626.2
		<i>Auspi-</i>	

R E R U M E T R I T V V M.

Auspiciandi gratia nonnihil incipiebant.
558.b
Auspicato omnia gerebant. 132.a
*Auspicia unius Imperatoris: caeteri auspi-
cuis ejus pugnare dicebantur.* 132.a,b
Auspicioꝝ & ominum differentia.
250.a
Austrina tempestates. 234.b.235.a
Automata. 533.a
Autronius. 9

B.

B*Aceolus, pro stulto.* 243.b
*Baculi in fabulis agendis pro argumen-
to differebant.* 584.b
Bajarum intervallum ponte conjunctum.
410
Ballista. 452.b
Balnea publica. 214.b
*Balnearum novum usum Cæjus commentus
est.* 439
*Balnearum abstinentia veteribus diffici-
lis.* 236.b
Balneum, transitus ad cœnam. 255.a
*Barbam capillumque in luctu summitte-
bant Romani.* 73.b.137.419
Barbam cur Adrianus aluerit? 56
Barbam qua etate posuerint? 566.b
Barbatus Messala, Claudii consobrinus.
522.a
Basilica. 10.b
Basilica Julia. 440.b
Basilides. 734
Batavi, principum corpore custodes. 604.a
Bato Pannonius dux. 313.a
Batnalia. 433.b
Batuebat Caligula pugnatoriis armis. 463
Bauli, Hortensii villa. 605.a
Bebriacum. 686.a
Beccus, Antonii Primi cognomen. 719
Bellicam virtutē honoravit Augustus. 166
Belli occasione nulla Cæsar abstinuit. 26
Bello civili quibus opus esse Cæsar dixerit.
31
Bellonarii. 401.a
Bellum justum piumq; suscipere. 658.b
*Beneficia à decessoribus data uno edicto
Titus confirmavit.* 764
Beneficia ad ævarium deferre. 302.b
Beneficiarii milites. 302.b
Beronice. 762

Bessi. 108.b
Bestiarii. 532.a
Bestiariorum ludus. 428.a
Bestiis tradi, sine iudice non poterant.
532.b
Betissare, pro languere. 244.a
Bibliotheca Latina Græcæque in Palatio.
148
Bibliothecas publicare Cæsar destinârat. 52
Bibulus, amulus Cæsaris. 9,11,18,21,23,
57
*Bigis & quadrigis in Circensibus certa-
bant.* 322.a
Biosφάποι. 1.a
*Biremes & uniremes inepta ad prælium
navale.* 124.a,b
Birota. 68.a
*Bissecti vitium, sacerdotum negligentia
admissum, Augustus correxit.* 47.a
*Bissectum appellârunt diem, intercala-
rium.* 46.b
Bithynicus fornix, Cæsar dictus. 57
Βλακωνόμοιοι. 446.b
Boa, natrix. 397.a,b
Bogues rex Maurus. 60
Boletar. 340.b
Boleto medicato Claudius periit. 545.a
*Boletos quasi Deorum cibum Nero colla-
dabat.* 601
Bombi, plausuum genus. 577.b
Bonæ deæ sacrificium. 8.a
*Bononia, qui decem liberos habet immunis
à publicis oneribus.* 663.b
Bononienses à Nerone adjuti. 558
Bononienses in Antoniorum clientela. 120
*Boves ne immolarentur Domitianus edice-
re destinavit.* 790
Bonum factum & solennia edictorum verba.
88.b
Bovilla. 269
Braca. 89.a,b
Brabenta, designatores. 637.a
Breviarium Imperii. 277
Brevis, & breve, substantive. 749.b
Brenci. 259.b
Britannia à Romanis tentata. 27.b
Britannia margaritarum ferax. 56.a
*Britanniam, unde triumphus acquireret,
Claudius elegit.* 500
Britannicus, Claudii filius. 524,544,602,
758

Bri-

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Brixillum.</i>	686.a	<i>Caldum pro calido.</i>	319.a
<i>Brundisium Pompejus & Coss. confugere.</i>		<i>Caliga, calceamentum militare.</i>	395.a
38		<i>Caligatus, pro milite.</i>	141.a
<i>Bruti caput statuae Caesaris subiectum.</i>	119	<i>Caligula natale solium inter auctores con-</i>	
<i>Brutum Cassiumque legibus aggredi parat</i>		<i>troversum.</i>	391.a
<i>Augustus.</i>	115	<i>Caligula vitam qui legerat, seris à Com-</i>	
<i>Buccellarii.</i>	358	<i>modo obiectus.</i>	385.a
<i>Buccellatus panis.</i>	218.b	<i>Callippides, in proverbium abiit.</i>	337.a
<i>Bucentaurus, navis Venetorum.</i>	61.a	<i>Calpurnia I. Caesaris uxor.</i>	23,92
<i>Bulla.</i>	100.a	<i>Calvi Licinii versus.</i>	58,78.a
<i>Bulla, pro clavorum capitibus in cingulo</i>		<i>Calvini, familia gentis Domitia.</i>	549
<i>militari.</i>	290.a	<i>Calvus orator.</i>	220
<i>Burrus toxico consumtus.</i>	609	<i>Camelaria.</i>	736.b
<i>Busta Gallica.</i>	613.a	<i>Camelorum quadriga à Nerone commissa.</i>	
<i>Bustum.</i>	100.b	563	
<i>Buthysia.</i>	566.b	<i>Camera aliud sunt à laquearibus.</i>	604.a
		<i>Camillus Aruntius & Domitius Aeno-</i>	
		<i>barbus Coss.</i>	676
		<i>Camillus non extorsit aurum Senonibus.</i>	
		286	
		<i>Camini non erant in tricliniis.</i>	381.b
		<i>Campana via.</i>	257.a
		<i>Campania, pro campestribus.</i>	686.b
		<i>Campanus ager ante legem Iuliam relictus</i>	
		<i>fuerat in possessione pop. Rom.</i>	109.a
		<i>Campestres opera.</i>	108.a
		<i>Campi cursio.</i>	558.a 653.a
		<i>Candelis Sebaceis foli pauperes utebantur.</i>	
		41.a	
		<i>Candidati Caesaris.</i>	196.a
		<i>Candidati coronatique nante laudes Au-</i>	
		<i>gusto congegserunt.</i>	264
		<i>Candidati nummarias mensas in comitiis</i>	
		<i>ponebant.</i>	18.b
		<i>Candidatos supra numerum, legionibus</i>	
		<i>Nero praeposuit.</i>	509
		<i>Caninius paucarum horarum consul.</i>	84.a
		<i>Caninius Rebitus, uno die consul.</i>	569.b
		<i>Canninum Gallis scalprum, à canna.</i>	94.a
		<i>Cantabria domita.</i>	732
		<i>Cantare fabulas, proprium Tragedorum.</i>	
		579.b	
		<i>Canusina lana.</i>	596.b
		<i>Capillamentum.</i>	397.a
		<i>Capillitium flavum in delitiis erat.</i>	232
		<i>Capillos sibi quidam in luctu adimebant.</i>	
		390.b	
		<i>Capillus repente puero canescens.</i>	654
		<i>Capis proprie dicebantur Virgines Vesta-</i>	
		<i>les.</i>	153.a
		<i>Capita fontium in crucem sublata.</i>	72.b

Capitolia,

R I T V V M E T R E R V M.

Capitolia, pro arcibus.	465. b	Catadromus.	562. b
Capitolinus Agon.	779. b	Catastra.	128. a
Capitolium à quibus resectum.	15. a	Catervarii pugiles.	182. a
Capitolium Capuae.	338. a. 465	Catilina conjuratio. 13. inter eius socios	
Capitolium in iisdem vestigiis restitutum.		Casar nominatus.	16
738. a. rursus sub Domitiano arsit. 782		Cato Casari minitans.	34
Capitolium porticibus ad tempus extru-		Cato, largitionem quandam è Rep. fieri,	
ctis Casar ornavit.	10	non abnuvit.	18
Capitolium sub Vitellio incensum.	715	Catonem duci in carcerem Casar iussit.	
Cappadociae consularis rector à Vespasiano		22	
impositus.	738	Catonis dictum de Casare.	62
Caprea.	264, 361	Catta mulier vaticinans.	714
Capricorni nota cur minimum Augustus		Catti.	783
percussit.	260	Catullo facile ignovit Casar.	78
Capsarius.	610. a	Catulus Capitolinus.	644
Captivi, qui in carcerem non conjiceren-		Catulus de refectione Capitolii ad disqui-	
tur, quomodo custoditi?	14. a	sitionem populi vocatus.	15
Captivos sub qua lege venundederit Au-		Candicaria nares.	281. b
gustus?	134	Causarii milites.	76. a
Caput resupinare.	717. b	Causia.	87. b
Capys, conditor Capuae.	90. a, b	Cava manum aliquid accipere probrosum.	
Carceres in Circo.	508. a	250. a	
Carmelus deus.	730. b	Cavea, locus depressior in Theatro. 179. a, b	
Carnificina Tiberiana locus Capreis.	366	Caveis includere, supplicii genus.	428. b
Carpenta.	284. a	Cacina iussu Titi confossus.	761
Carpentum per Circum ducendum Agripp-		Cacitas unde Appio?	281. b
pina decretum.	490	Cadem cur per libellos imperatores man-	
Carruca.	596. a	daverint?	317. a
Casens manupressus.	227. a	Caruleo vexillo cur Agrippam donaverit	
Caspia porta.	574. b	Augustus?	141. b
Cassii Scava fortitudo.	75	Caruleus fons.	504
Cassii Severi scripta restituta.	405	Casarea, urbes.	201. b
Cassiope.	582	Casare sacrificante.	86. a
Cassius Charea.	466. b. 610	Casares hereditario jure sibi vindicave-	
Cassius Longinus.	419, 468, 610	runt imperium.	663. a
Cassius Parmensis.	109	Casares, quibus Caji praenomen, ferro per-	
Cassius Patavinus.	190	ierunt.	471
Cassius Severus.	196. b. 694	Casaris appellationem Galba suscepit.	
Caste loca sacra adhibent.	111. b	659. b	
Castor & Pollux pro Romano imperio ex-		Casaris cognomen à Vitellio recusatum.	
cubantes.	549. a	704	
Castores, Διόσκουροι.	11. a	Casaris ex Cleopatra filius.	61
Castoris & Pollucis ades in vestibulum		Casaris nomen unde?	1. b
palatii transfigurata.	414	Casario Cleopatra filius.	128
Castra Praetoria Romae constituta.	334. b	Casarum ades.	644. a
Castra ubi habuerant, ibi urbem nomin-		Casarum memoriam abolendam quidam	
quam condebant.	130. b	decrevere.	471
Castri mari Domitianus vetuit.	785	Casarum nemus.	176
Castrenses Iudi.	378. b	Casarum progenies in Nerone defecit.	643
Castrius.	197	Casotius Flavius Tr. pl.	87
Castris semper hostem exuebat Casar.	70	Casonia, uxor Caji. 421, 435, 443, 457, 471	
		Casonius	

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Casinius Priscus.</i>	341	<i>Christiani à Nerone suppliciiis afflicti.</i>	570
<i>Casorum à Casare numerus.</i>	75.a	<i>Christianos pro inertibus habebant.</i>	803.b
<i>Cedrina naves.</i>	440.b	<i>Christianos Roma Claudius expulit.</i>	519
<i>Cella, pars templi sacratioꝝ.</i>	99.b	<i>CHRISTVM consecrandum Tiberius cen-</i>	
<i>Cella tepidaria.</i>	236.b	<i>suit, nec obtinuit.</i>	325.b
<i>Celtica lingua amplissimus usus.</i>	719.b	<i>Chrysoaspides.</i>	73.b
<i>Cenotaphium.</i>	476.b	<i>Chrysocolla.</i>	409.b
<i>Censendi institutum quale?</i>	314.b	<i>Cicero defensus à Claudio.</i>	542
<i>Censorium edictum de rhetoribus.</i>	837	<i>Cicero de jure civili ad certum modum</i>	
<i>Censura diu intermissa.</i>	498	<i>redigendo cogitavit.</i>	52.a
<i>Census à Claudio actus.</i>	498.a	<i>Cicero deplorat temporum statum.</i>	22. &
<i>Census perperam editi poena.</i>	442.b	<i>Galba.</i>	657
<i>Census ratio in militibus habebatur.</i>	72.a	<i>Cicero & Antonius Coss.</i>	110
<i>Census Senatorius à Vespasiano expletus.</i>	745	<i>Cicero quid de Casaris consilio existimasse</i>	
<i>Centesima auctionum remissa.</i>	406	<i>videatur?</i>	35
<i>Centesimare.</i>	138.a	<i>Ciceronem qua conditione passus sit Au-</i>	
<i>Centesima rerum venalium.</i>	188.a	<i>gustus proscribit?</i>	144.a
<i>Centumvralis hasta.</i>	164.b	<i>Ciceronis de Augusto somnium.</i>	258
<i>Centumviri de quibus causis cognove-</i>		<i>Ciceronis diciturum in Casarem.</i>	58,60
<i>runt?</i>	165.a	<i>Ciceronis Epistola ad Atticum.</i>	292
<i>Centuriatae leges.</i>	208.a	<i>Ciceronis Epistola ad Q. fratrem.</i>	108
<i>Cerauni montes.</i>	126.b	<i>Ciceronis iudicium de Casaris ratione di-</i>	
<i>Cernere hereditatem, quid?</i>	114.b	<i>cendi. 64. ejusdem iudicium de com-</i>	
<i>Cerei ad honorem Episcoporum, adhibiti.</i>	399.b	<i>mentariis Casaris.</i>	65
<i>Cereos in tumulis ponebant.</i>	266.b	<i>Ciceronis testimonium Casar implorat.</i>	10
<i>Cereres sacra, non tamen Eleusina, Roma</i>		<i>Cimber Annius rhetor antiquarius.</i>	242.a
<i>percoluit.</i>	520.b	<i>Cimber Tullius.</i>	93
<i>Ceriti vel Cereriti.</i>	244.a	<i>Cinaria.</i>	356.a
<i>Cerylus libertus joco Vespasiani notatus.</i>	752	<i>Cincinnatus.</i>	436
<i>Cespitem portare, vile in militia.</i>	140.a	<i>Cinctura Casaris reprehensa.</i>	55
<i>Cestus pugilum.</i>	180.b	<i>Cinctuti.</i>	83.a
<i>Cetra.</i>	410.b	<i>Cinis frigidus exarsit, ante mortem Tibe-</i>	
<i>Chaldaei.</i>	307.b	<i>rii.</i>	381
<i>Chaldaei horam mortis Domitiano predi-</i>		<i>Cinna quater Consul. 2. ejus filius.</i>	7
<i>xerant.</i>	801	<i>Circenses matri Caligula instituit.</i>	403
<i>Charicles medicus.</i>	379	<i>Circenses pro Claudis salute editi.</i>	559
<i>Chanci superati.</i>	516	<i>Circenses, varie appellati.</i>	44.a
<i>Chii.</i>	293	<i>Circensibus duas factiones ad quatuor pri-</i>	
<i>Chiridota.</i>	460.a	<i>stinas Domitiani addidit.</i>	785
<i>Choragus.</i>	215.b	<i>Circi irrigatio.</i>	236.a
<i>Chorantes.</i>	637.b	<i>Circio vento templum Augustus fecit.</i>	500.a
<i>Chorocitharista.</i>	780	<i>Circulatum in funere Casaris laementatae</i>	
<i>Chlamydam terrorem Senatores deponere</i>		<i>gentes.</i>	100
<i>jussi.</i>	484.a	<i>Circumpedes.</i>	79.a
<i>Chlamys.</i>	190.a	<i>Circumscribere aliquem, id est, sibi ac</i>	
<i>CHRISTVS gentilibus Servator noster</i>		<i>curia interdicere.</i>	15.b
<i>appellatus.</i>	519.b	<i>Circumsectus an esset, à procuratore no-</i>	
<i>Christiani aliquando appellati Indaei.</i>	519.a	<i>nagenarius senex inspectus.</i>	798
		<i>Circumstendendi capilli modi duo, unus</i>	
		<i>barbaticus, alter Graecus.</i>	182.b
		<i>Circus</i>	

R E R V M • E T R I T V V M.

<i>Circus maximus à Cesare exstructus.</i>	44.a	<i>Clitumnus fluvius.</i>	449.2
<i>Cisterna Neronis.</i>	630.b	<i>Clodium Caesar à Patribus ad plebem transduxit.</i>	22
<i>Cives quidam cum Augusti liberis educati.</i>	186.a	<i>Clodius Macer.</i>	660
<i>Cives Romani optima, vel non optima lege, qui?</i>	84.a,b	<i>Clodius Pollio.</i>	773
<i>Civibus Romanis & Atheniensibus, antequam sententia pronunciaretur, abeundi potestas fuit.</i>		<i>Clodius pollutarum carimoniarum reus.</i>	79
<i>Civica Cerealis à Domitiano interfectus.</i>	793	<i>Clypeata imagines nonnullis decernebantur.</i>	406.b
<i>Civica Corona.</i>	4.b	<i>Coactiones argentariae.</i>	721.b
<i>Civica in vestibulo Imperatorum corona.</i>	322	<i>Coccus, de coccineo.</i>	595.b
<i>Civile vita genus.</i>	298.a	<i>Cocta in popinis vanire vetita.</i>	537.2.570
<i>Civili animo ferre, quid?</i>	81.a	<i>Cocto recens cibo interdiceret, poena genus.</i>	362.b
<i>Civilitas, ἰσχυρία.</i>	189.b	<i>Codeta, major & minor.</i>	45.b
<i>Civitas rinctis ac tortis negata.</i>	171	<i>Codicilli.</i>	350.b
<i>Civitate legionem Gallicam Caesar donat.</i>	26	<i>Codicilli dignitatum.</i>	527.a
<i>Civitate liberalium artium doctores donati.</i>	49	<i>Cocilius Artici filiam Tiberius uxorem duxit.</i>	292
<i>Civitate tota nationes donata.</i>	170.a	<i>Coelius mons Augustus appellatus.</i>	347
<i>Civitatem Romanam percussime usurpantes Augustus dedit.</i>	170	<i>Caelum Nero adoravit.</i>	619
<i>Civitatem Romanam usurpantes securi percussi.</i>	518	<i>Cænatio Neronis, vice mundi circumacta.</i>	598
<i>Civitatē verbis dare Caesar non potest.</i>	834	<i>Cænationes laqueata.</i>	548.a
<i>Classes Comitum Augusti.</i>	345.a	<i>Cognitionibus magistratum, ut unus & consularis Claudius intererat.</i>	492,493
<i>Classicum.</i>	36.b	<i>Cognitionis quadam causa ad Casarem pertinebant.</i>	569.a
<i>Claudia Antonii privigna.</i>	203	<i>Cognitor & sector poene idem.</i>	694.b
<i>Claudia duae, diverso ingenio.</i>	283	<i>Coheredes imperii relictis à Tiberio Cajus, & Tiberius nepos.</i>	400.b
<i>Claudia, patriciae dignitatis assertores.</i>	284	<i>Cohors amicorum.</i>	553.b
<i>Claudio Druso statua cum viademate posita.</i>	282	<i>Cohortes de auxiliariis peditibus.</i>	516.b
<i>Claudiorum duae familiae.</i>	279.a	<i>Collegia.</i>	50.a
<i>Claudius Appius Regillianus.</i>	281	<i>Collegia ab Augusto dissoluta, praeter antiqua.</i>	156
<i>Claudius Caudex.</i>	ibid.	<i>Collegia summa sacerdotum quatuor.</i>	270.b
<i>Claudius Nero Asdrubalem oppressit.</i>	ibid.	<i>Colonia civium Romanorum, & municipia, eadem qua cives Romani jura obtinebant.</i>	184.b
<i>Claudius Pulcher classē amisit.</i>	282	<i>Colonia cur deducerentur?</i>	32.b
<i>Clementia Augusti, lassae crudelitas.</i>	189	<i>Colonia & municipii differentia.</i>	107.a
<i>Clementiae templum Casari decretum.</i>	81.a	<i>Colonia Latina de petenda civitate agitantēs.</i>	9
<i>Cleopatra Caesar Aegyptum permittit.</i>	39	<i>Coloniae, quanto cum malo provincialium deducta.</i>	120.a,b
<i>Cleopatra imaginem in triumpho Octavius tulit.</i>	127.a	<i>Coloniis aliis alia jura dabantur.</i>	9.a
<i>Cleopatra liberos inter heredes Antonius nuncupaverat.</i>	125	<i>Coloniis xxv i i. Italiam Augustus frequentavit.</i>	184
<i>Cleopatra Psyllos admovit Octavius.</i>	127.	<i>Colossea statua.</i>	754
<i>ei & Antonio communem sepulturae honorem tribuit.</i>	ibid.	<i>Colasseros.</i>	436.a
<i>Clientum cura.</i>	4.b		Colossus

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Colossus Neronis.</i>	597. a. 746. a	<i>Connubii jus non cum quavis, Romano li-</i>	
<i>Comagene.</i>	406. b. 737	<i>citum.</i>	61. b
<i>Comatos occipitio raso Cajsus deturpabat.</i>		<i>Consecratio Constantini Magni.</i>	546. a
437		<i>Consilia semestria Augusti, cum quibus de</i>	
<i>Comes regis in provincia quod fuisset, qui-</i>		<i>negociis ante tractabat.</i>	163
<i>dam à Claudio notatus.</i>	499	<i>Consilarii Augustorum.</i>	345. a
<i>Contadiarum tria genera.</i>	183. a, b	<i>Consilariis magistratibus ac iudicibus ad-</i>	
<i>Comædia vetus, & nova.</i>	246. a, b	<i>erant.</i>	311, 328. b
<i>Comites Augustorum.</i>	344. b	<i>Consobrini latius interdum dicuntur.</i>	423. a
<i>Comites Consistoriani.</i>	345. a	<i>Consulare sacrum.</i>	143. b
<i>Comitialis morbus.</i>	54. a	<i>Consularia ornamenta.</i>	483. a
<i>Comitorum res, amissa libertate, varie</i>		<i>Consulatum ambire presentes oportebat.</i>	
<i>habita.</i>	47. b. 170	28. b	
<i>Comitium, locus in foro.</i>	10. b	<i>Consulatum cum altero genere, inferius</i>	
<i>Commeatu abesse, quid?</i>	379. a	<i>principali magnitudine videbatur.</i>	
<i>Commeatus peti Galba interdixit.</i>	652	166. a	
<i>Comentarius quid proprie?</i>	65. a	<i>Consulatum cur exiguo tempore Principes</i>	
<i>Commilitones Cæsar milites appellabat.</i>	73	<i>gesserint?</i>	322. b
<i>id inferius domus sua maiestate duxit</i>		<i>Consulatum in senos plerumque menses</i>	
<i>Augustus.</i>	140	<i>Nero dedit.</i>	569
<i>Comissiones.</i>	709. a	<i>Consulatus summa potestas, etiam sublim-</i>	
<i>Commissio ludorum.</i>	178. a	<i>peratoribus dicebatur.</i>	424. a, b
<i>Commissio ludorum prætoribus assignata.</i>		<i>Consulatus xvii. Domitianus cepit.</i>	800
651		<i>Consulatum xx. anno Marins Iunior &</i>	
<i>Commissiones scriptorum.</i>	247. b. 248. a.	<i>Octavius invaserunt.</i>	142. a, b
462. a, b		<i>Consulem fieri solum Pompejum Senatus</i>	
<i>Committi gladiatores dicebantur.</i>	ibid.	<i>ceusuit.</i>	28
<i>Commoda emerita militum.</i>	450	<i>Consulem perpetuum se Vitellius ordina-</i>	
<i>Compellari, ἐνδείκνυται.</i>	17. a	<i>vit.</i>	707
<i>Compitales Lares.</i>	152	<i>Consules designati Cajsus & Lucius pueri.</i>	
<i>Compitalicii ludi.</i>	153. b	206	
<i>Compluvium.</i>	250. b	<i>Consulum utri priori fasces sumendi pot-</i>	
<i>Conchas legere milites Caligula iussit.</i>	453	<i>estas?</i>	20. a
<i>Conchyliata vestis.</i>	51. a	<i>Contenti sumus hoc Catone.</i>	243. a
<i>Conciliaturas facere.</i>	60. b	<i>Continuatio magistratum antiquis legi-</i>	
<i>Concordia ades plures.</i>	313. b	<i>bus vetita.</i>	81. a. 164. a
<i>Concubinas ad virilem modum Nero ton-</i>		<i>Controversia in templis distrabi solita.</i>	
<i>debat.</i>	622	101. a	
<i>Condicere.</i>	340. a	<i>Controversia Rhetorum.</i>	839
<i>Conditio, verbum nuptiale.</i>	31. a	<i>Contubernium dicebatur servorum conju-</i>	
<i>Conditorium & corpus Magni Alexandri</i>		<i>gium.</i>	726. b
<i>oculis subiecit Octavius.</i>	128, 129. ejus	<i>Conventus ex equitibus Romanis consta-</i>	
<i>thoracens. Caligula gestavit.</i>	461	<i>bat.</i>	34. a
<i>Confluentes.</i>	392	<i>Conventus peragere.</i>	33. b
<i>Congiarum à qua ætatis anno pueri accipe-</i>		<i>Convivia de die in vitio posita.</i>	590. a
<i>rent?</i>	173	<i>Copa.</i>	591. b
<i>Congiarium, commune nomen liberalita-</i>		<i>Coprianus.</i>	366. a
<i>tis.</i>	173. b	<i>Copia, κοπή & λήρη.</i>	365. b. 485. b
<i>Conjugum de moribus actio.</i>	339	<i>Cordi Cremutii scripta restituta.</i>	405
<i>Conjunctiones detracta gratiam Styli au-</i>		<i>Cordus Cremutius.</i>	161
<i>gent.</i>	241	<i>Cor in veneno interceptio cremari non</i>	
		<i>posse.</i>	

<i>posse.</i>	386.b	<i>Cubicula hiberna & astra habebant.</i>	
<i>Corinthiarum.</i>	216.b	221.b	
<i>Corinthii aris origo.</i>	216.b	<i>Cubiculares imagines.</i>	112
<i>Cornelia, l. Caesaris uxor.</i>	2	<i>Cubiculata navis.</i>	61.a
<i>Cornelia lex de falso.</i>	159.a	<i>Culeus, mensurae genus.</i>	158.b
<i>Cornelius Balbus.</i>	86,91	<i>Cum armis extra provinciam suae fines venisse, crimen erat.</i>	36.b
<i>Cornelius Fusus à Dacia oppressus.</i>	783	<i>Cum imperio militari erant, etiam quibus minima provincia obtigerant.</i>	19.a
<i>Cornelius Gallus ad necem compulsus. 270, 830</i>		<i>Cunei, sedilium ordines à figura.</i>	179.a
<i>Cornelius Laco, assessor.</i>	662	<i>Curatores locorum publicorum adjudicandorum.</i>	156.a
<i>Cornelius Nepos.</i>	64,229	<i>Curatores operum publicorum.</i>	165.a
<i>Cornelius Phagita.</i>	79	<i>Cyretes, Cybeles administri.</i>	283.b
<i>Cornelius Sabinus.</i>	470	<i>Curia Pompeii.</i>	99,90,92
<i>Corniculatus.</i>	807.a	<i>Curiae leges.</i>	208.a
<i>Cornix in Capitolio locuta.</i>	813	<i>Curiosi aliquando, iidem, qui frumentarii.</i>	145.a
<i>Cornu tribunalis.</i>	328.a	<i>Curius index Catilinae conj.</i>	16
<i>Corollaria scenicis data.</i>	181.b	<i>Currum cum equis candentibus Iovi tribuebant.</i>	256.b
<i>Corona orationis carminisque Latini Neroni delata.</i>	566	<i>Curus elephantorum Circensi pompa Liviae decretus.</i>	490
<i>Coronarum aurum in Capitolini Iovis cellam referebatur.</i>	63.b	<i>Curulis sella.</i>	143.b
<i>Corona certaminum Graecorum.</i>	587.a	<i>Cursum fiscalis seu publicus.</i>	188.a
<i>Cortina Latinis, qui Graecis tripus.</i>	192.a	<i>Curticus fons.</i>	504
<i>Cossutia l. Caesaris uxor.</i>	1	<i>Curtii lacus.</i>	198,670
<i>Cothurni.</i>	460.b	<i>Custodem dictis atque factis suis Tiberius poposcit.</i>	303
<i>Cotii regnum.</i>	335.b	<i>Custodia, pro custodia traditis.</i>	365.b
<i>Cotiso Getarum rex.</i>	205.a	<i>Cutylia aqua.</i>	755
<i>Crassi Tertulla à Caesare corrupta.</i>	59	<i>Cybiosactem Vespasianum Alexandrini appellabant.</i>	747
<i>Crassum Pompejumque alterum consulatum petere Caesar compellit.</i>	26	<i>Cyclades & Sporades plene exsulum.</i>	357.a
<i>Crassus Frugi.</i>	501	<i>Cyclas, habitus matronarum.</i>	460.b
<i>Crassus sponsor pro Caesare intervenit.</i>	17.a	<i>Cyrographum.</i>	398.b
<i>Crates Mallotes.</i>	818	<i>Cyrus.</i>	102
<i>Creditoribus quomodo Caesar satisfaciendum sanxerit.</i>	50	<i>Cythicus agitator.</i>	465
<i>Cremabantur extra urbem.</i>	97.b	<i>Cyzicenis adempta libertas.</i>	336
<i>Crematio cadaverum an semper Romanis usurpata?</i>	280.b		
<i>Creta & Cyrenae minus praesidis imperio regerantur.</i>	724.a		
<i>Criminalis questio intra certum tempus terminata.</i>	156.a		
<i>Crinem Deo alicui sacrum pascebant.</i>	567.a		
<i>Crinita stella.</i>	546.b		
<i>Crispus Passienus vitricus Neronis.</i>	556		
<i>Crista galearum.</i>	26.a		
<i>Criticorum munia.</i>	828.b		
<i>Cruci usus in theatris & funeribus.</i>	587.b		
<i>Crucibus fixa αὐτοχθόνων corpora à Tarquinio Prisco.</i>	78.b		
<i>Crurisfragium, inter supplicia.</i>	212.b		

D.

<i>Dacia an cum Getis iidem?</i>	205.a, b
<i>Dacicus Domitiani triumphus.</i>	783
<i>Dacos coercere cogitat Caesar. 53, 114. eorum incurfiones.</i>	132
<i>Dactylorum tres differentiae.</i>	227.b
<i>Dare, absolute, pro sententiam dicere</i>	497.b
<i>Datus Atellanarum histrio.</i>	617
<i>D. Brutus obsessus Mutina.</i>	116

INDEX ANTIQVITATVM,

- D. Brutus*, 92. in secundis heredibus à Ca-
sare nominatus. 96
- De reddenda Rep. cogitat Augustus. 146
- De republica dicere. 194. b
- Dea Syria alia ab Atergati. 638. b
- Debitoribus subveniendi vetus consuetu-
do. 50. a
- December voluptatibus deditus. 158. a.
217. b.
- Decempedas gestantem, stare ante Prato-
rium, ignominiosum. 140
- Decemviros, ut hastam centumviralem
cogerent, instituit Augustus. 165. a
- Decessionis ex provincia tempus quomodo
sub Imperatoribus definitum? 18. a
- Decimus Laberius eodem tempore & fa-
cto equestrem ordinem amittens & re-
cipiens. 43. b
- Decimus Silanus. 14
- Declamandi consuetudinem Cicero, Pom-
pejus aliique jam seniores repetiverunt.
838
- Decosta Neronis. 630. b
- Decumani. 76. a
- Decuria quinta Iudicibus addita. 405.
sexta à Galba negata. 663
- Decuriae iudicium non sunt dngidts.
157. b. 338. b
- Decurias expungere. 495. b
- Decuriones colonia. 184
- Decuriones cubiculariorum. 807. b
- Decursio in funere clarorum virorum.
476. a, b
- Dedendum hostibus nonnulli Casarem con-
sebant. 26
- Defigere, obligare, verba magica artis.
388. b
- Defunctorum statum, ultra certos annos
inquiri Titus vetuit. 768
- Delatores in asperissimas insularum aucti.
ibid.
- Deliberare de defectione, deficientium est.
656. a
- Delicati, πῦδος ἢ πᾶλοι. 763. b
- Diligata, pro vilissima conditionis serva.
725. a.
- Delphicus Apollo à Nerone consultus. 618
- Demochares & Apollopbanes praefecti
Sex. Pompeji. 124
- Denarius aureus ab Heliozabalo inventus.
661. b
- Denates pro penatibus. 250. b
- Deorum Dearumque habitum Caligula
sumpsit. 461
- Deos oraturi parrulas deponabant. 483. b
- De plano cognoscere. 329. a
- Deportatio. 111. a
- Deposita à militibus pecunia ad signa. 736
- Dertosa. 658. b
- Desertores qui haberentur. 139
- Desertorum poena. 139. a
- Desideria, ἀξιώσις, libelli supplices.
127. a
- Desultores. 44. b
- Desultorii equi. 44
- Devotionibus impugnatus Germanicus. 388
- Dextram latus sinistro praelatum. 568
- Diadema Casari oblatum. 88
- Diadema gestabant in consecrando apud
Memphin bore Apide. 761
- Diademata fasciae quadam erant. 413. a, b
- Diale Flaminium. 153
- Diana ades à L. Cornificio exstructa. 150
- Diana templum quoddam viris ingredi
nesas. 150. a
- Diatarii. 487. b
- Diate. ibid.
- Dicta collectanea. 67. a
- Dictatoria potestas, electa tyranni. 9. a
- Dictaturam Augustus deprecatus est. 192
- Dictaturam contra leges Casar gessit. 81. a
- Dictaturam imprudenter à Sylla deposti-
tam esse, Casar dictitabat. 85
- Didonis thesauris frustra Nero inhiavit.
599
- Didymaei Apollinis oraculum. 412. b
- Diei septimi observatio passivitus inter
gentes recepta. 317. b
- Diem ut veteres disposuerint. 230. a. 299. a.
749. b
- Dies negotiosi, seu iudicarii, nunc pau-
ciores, quam olim. 157. a
- Dies postridie Nonas, Idus, Kalendas,
atri habitus. 251. a. 681. a
- Dies religiosus ambigue dicitur. 363. b
- Digamma Aeolicum à Claudio litteris
adjectum. 542. b
- Digitis numerandi ratio. 510. a
- Digitus salutaris. 234. a
- Dignitatem conatibus suis praeferunt opti-
mates, ut libertatem populus. 16. a
- Dignus qui cum in tenebris mices, pro-
verbium.

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Verbum.</i>	120.a	<i>Dominos appellabant, quorum nomina ignorarent.</i>	192. b
<i>Dii majores duodecim.</i>	215.a,b	<i>Dominos vocabant obvios.</i>	538.a
<i>Dii Manes.</i>	382.b.390	<i>Dominum se vocari, vetuit ironice Iulianus.</i>	192.a
<i>Δίκοι.</i>	2.a	<i>Dominus & deus appellatus Domitians.</i>	800
<i>Δίκοσα.</i>	424.a	<i>Domitia Longina.</i>	774,776,812
<i>Δίκοζα.</i>	124.b	<i>Domitii patria vox praesagio fuit de Nerone.</i>	556
<i>Diplomata.</i>	188.a	<i>Domitilla, Vespasiani soror.</i>	725
<i>Dirae aves.</i>	512.a	<i>Domitiorum gentile monumentum.</i>	633
<i>Direpta suppellex, pro cupide ablata & divendita.</i>	17.a	<i>Domitius Calvinus Caesaris legatus.</i>	40
<i>Diribitorium.</i>	502.a	<i>Domitius haustum venenum poenitentia evomuit.</i>	551
<i>Discalceatum in publico videri, pudendum.</i>	634	<i>Domo egredi Iuliam Tiberius voluit.</i>	349
<i>Discerpti quidam in frustra.</i>	119.b	<i>Domo inimicos interdicebant.</i>	210.a
<i>Discessio in omnibus Senatusconsultis necessaria.</i>	326.b	<i>Domus priscorum ducum hostilibus spoliis adornata.</i>	613.b
<i>Discinctum esse, & luxuriae signum, & summissionis.</i>	272.b.635	<i>Dona militaria conferendi jus paulatim duces amiserunt.</i>	141.b.142.a
<i>Discinctum stare, poenae genus.</i>	139	<i>Donarium ab Augusto in cellam Capitolini Iovis collatum.</i>	151
<i>Dispensatores.</i>	212.a.679.b	<i>Donatrix corona.</i>	154.a
<i>Dissimulanda potentiorum injuria.</i>	396.a	<i>Donationes inter virum & uxorem prohibita.</i>	301.b
<i>Distortos Augustus abhorrebat.</i>	238	<i>Donativum Caesaris. 41. aequale illi, quod Augustus & Antonius dederunt.</i>	42.a
<i>Ditioribus onera publica incumbebant.</i>	140.b	<i>Dorica dialectus quam late pateat.</i>	357.a
<i>Diti patri victimas casus litare, infestum.</i>	685.b	<i>Δορυφόρητος Claudius sine libertis.</i>	526.b
<i>Divinam sibi majestatem Caligula asseruit.</i>	414.a	<i>Dos inter auspices consignabatur.</i>	522
<i>Divina simul atque humana omnia Caesaris decreta.</i>	99	<i>Dotem amittebat, cujus culpa divortium factum esset.</i>	161.a
<i>Divinatio alia naturalis, alia artificialis.</i>	3.a	<i>Dracones mansueti in deliciis.</i>	378.a,b
<i>Divinatio in re oratoria.</i>	64.b	<i>Dromonarii.</i>	736.b
<i>Divisiones.</i>	97.a	<i>Dropace.</i>	54.a
<i>Divisores seu diribitores.</i>	18.b.108.a	<i>Druidarum superstitio diu continuata.</i>	520.a
<i>Divortia diu Romanis ignorata.</i>	292.b	<i>Drusi avi memoria Tiberius gladiatorium munus edidit.</i>	291
<i>Divortii formula.</i>	301.a	<i>Drusi fratris corpus Romam à Tiberio pervectum.</i>	293
<i>Divortii modum imposuit Augustus.</i>	160	<i>Drusi fratris epistola à Tiberio prodita.</i>	349
<i>Diurnum fulgur.</i>	1.b	<i>Drusilla à fratre Caio consecrata.</i>	419.b
<i>Diurna acta.</i>	542.b	<i>Drusilla Iudaea, Felicis uxor.</i>	525.a
<i>Diurni commentarii.</i>	206	<i>Drusum patri Tiberio Neroni Augustus reddidit.</i>	287.b
<i>Diurna dicebantur Populi Acta.</i>	19.b	<i>Drusus Caesar & Norbannus Flaccus Coss.</i>	698
<i>Dodra potio.</i>	233.a	<i>Drusus filius in forum à patre Tiberio deductus.</i>	
<i>Δοδραξ & cena Augusti.</i>	215		
<i>Doga.</i>	44.b		
<i>Dolabella à I. Casare repetundarum accusatur.</i>	5		
<i>Dominae vocabant amicas.</i>	192.b		
<i>Domini appellatio inter conjuges.</i>	538.a		
<i>Domini appellationem recusavit Augustus. 192. & Tiberius.</i>	323		

INDEX ANTIQVITATVM,

ductus.	307	Emblemata exemtilia.	112.a
Drusus Tib. filius pro Rostris Augustum laudavit.	271	Emblemata pro signis poculorum & vestium.	377.a
Drusus Tib. filius veneno interemptus.	366	Εμπυσικὴ τέχνη.	112.a
Drutin, veteribus Germanis Deus.	520.a	Emerita differunt à premiis militiæ.	138.b
Ducenarii iudices.	157.b	Emissarium Fucini lacus summo cum labore absolutum.	505
Ducenarii procuratores.	514.b	Εμὲλεκελὼ agere.	709.b
Ducenta, & centena, dignitates.	ibid.	Ennia Nævia, Macronis uxor.	398, 423
Duces primi manus operi admovebant.	574.b. 738.a	Ennis posterioris de augurandi disciplina volumina.	818
Dulciaria opera.	110.a	Ennius.	113
Duplices tabella quæ?	145.b	Epaphroditus, à libellis.	632, 803
Duracina uva.	228.a	Ephemerides privata domus Augusta.	206.b
Dureta, folium Hispanico vocabulo ab Augusto appellatum.	237	Επιπράζειν.	156.a
Dyrrachium.	68.b	Epidius Marullus Trib. pl.	87
E.		Epistole Casaris ad Ciceronem.	66
E Anus idem, qui Ianus.	134.b	Epopica Attica Cereris.	252.a
Edicta Bibuli, Archilochia edicta.	9.b	Epulum inter spectacula muneris Domitiani populo dedit.	781
Edicta non omnia ad jurisdictionem pertinebant.	192.b	Epulum populo datum.	42, 43.a
Edictis luctus inhibitus.	391.b	Epula publica.	162.a
Edulis vectigal impositum.	445	Equestres census militibus pollicitum Casarem falso opinantur, & unde ea opinio?	37
Effigiem Augusti annulo impressam, latrina inferre, capitale.	359.b	Equestres militias ut Claudius ordinaverit?	516.b
Effigie numinum Augustus coli voluit?	191.b	Equestris census.	38.a
Effutuere.	60.b	Equestris dignitas adempta Senatoriam recusantibus.	514
Egelidus & pro tepido ponitur, & pro frigido.	237.a	Equites & Senatores ad ferrum exhibiti.	563
Εγκύκλιον δῖον.	116.b	Equites Romani à Caligula recogniti.	405
Εγκληβελέτης Apollo.	616	Equites Romani magistratus non capiebant.	403.b
Electra Attii.	98	Equites Romani necem Casari comminantur.	14
Elephantidis libelli.	342.a	Equi ubertim flentes.	91
Elephantis sunambuli.	651.b	Equis per Bajanum sironem Caligula discursit.	411
Elephantis lychnuchos gestabant Gallico Casaris triumpho.	41	Equis victoribus aurum postulabatur.	509.b
Elephanto Cornificius vehi solitus.	41.a	Equitibus Romanis scenica & gladiatoria opera interdicta.	179
Elephanto per provinciam Cn. Domitius invehctus.	550	Equitum proprie nulla jurisdictio.	492.a, b.
Elephanto stipem porrigere, mos Agyptarum.	193.a	Equos ancipiti pralio Casar dimittebat.	70
Elephantorum pugna.	45.a	Equus publicus à censoribus assignatus.	168.b
Elogium.	56.b		
Elogium, titulus.	420.b. 426.b		
Eleusina sacra Claudius ex Attica Remam transferre conatus est.	520		
Eleusiniis sacris scelerati sulmorebantur.	606		

R I T V V M E T R I R V M.

168. b. ejus alendi gratia nonnullis fa-		Extra sortem nonnunquam eligebantur ad	
da.	ibid.	ordinandas provincias.	653
Ergastula à Tiberio repurgata.	294	Exuvia Iovis.	256.b
Ergastula Hadrianus sustulit.	294.a		
Ergastula recognovit Augustus.	155		
Ergastulani.	294.b	F.	
Eros Antonii servus iussus herum inter-		F Abiani & Scaptienses tribules Augu-	
ficere, se ipsum interficit.	127.a	sti.	170
Eruditio, pro philologia.	461.b	Facetis cur in pompa theatri loci? 58.b	
Esquilina.	307.b	Facibus accensis utebantur in signo dando.	
Esquilina porta.	518	369.b	
Essedarii.	438.a	Faciem cur pane madido linere Otho con-	
Evirati dicti matris deum sacerdotes.		suetus?	690
685.a		Factiois nomen, olim honestum vocabu-	
Evocati.	197.a	lum.	11.b
Evocati Augustorum.	658.a	Factionum Circi domini.	554.b
Eυπρασία sibi ac suis Augustus pre-		Facundia Latina Græcæque certamen edi-	
cabatur.	268.b	tum.	411
Eunoe Maura à Casare dilecta.	60	Fala, βάλδος.	45.a
Euphorio.	375.	Falcidia Lex de legatis.	275.a
Euripidis versus, quos Casar in ore habe-		Famæ cupido inconsulta Neroni erat.	638
bat.	35	Famem populo Cæsar indicebat.	426
Euripus non idem in omni circo.	44.a	Fame qui mori debebant, iis cibaria appo-	
Euripum unde dixerint Græci.	44.b	nebant.	555.a
Eυπρέλειν.	793.b	Fames dua sub Claudio.	502.b
Eutychus cum asino Nicone Augusto oc-		Fames sub Augusto.	174.b
currens.	262	Familiam ducere, unde?	30.a.
Exarare codicillos, unde dicatur?	688.b	Familia emtor dicis causa adhibitus,	
Exerare, aut mungere in templis nefas.		552.b	
584.a		Familia eriscunda iudicium.	553.a
Excubie per urbem indicta Variana clade		Familia quadam ejusdem originis & pa-	
nuntiata.	136.b	tricia & plebeja.	279.a
Exilium regno mutantes crudeliter impe-		Famosi iudicii notam cur sponte quidam	
rant.	361.a,b	subierint?	335
Exodia.	344.b	Famosi libelli crimen sub lege Majestatis	
Exostrea, pons.	132.a	continetur.	195.b
Expositio infantium & agrotorum non		Fana & templa quid differant?	63.a
statim à Christianis Imp. sublata.		Fannius Cæpio.	131,293
517.b		Fannius Strabo, & Valerius Messalla	
Expositus ob discordiam parentum Cæsar		Coss.	837
Melissus.	833	Far in sacris torrebatur.	712.b
Expugnatio oppidi spectaculo representata.		Fascia candida, diadema regium.	87.a
510		Fastigium, tecti forma templis deorum	
Exsequias raro usque ad rogiam frequenta-		propria.	92.a
re principes solebant.	327.a	Fatidici libri cremati, solis resentiis Si-	
Exsequi, ἐπιπέρεσθαι.	73 a	byllinis.	152
Exsibilabantur histriones.	184.a	Fatum Mathematicum.	374.b
Exsufflare, ἐκφυσάειν.	442.a	Favissa.	99.b
Exta.	105.b	Favonius, Catonis amulus.	120
Extra sortem dividere, quid?	21.b	Favor archimimus.	748.a
		Fausa nomina.	399.b
			Fausus

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Faustus Sylla.</i>	31	<i>Fiscus unde dictus ?</i>	ibid.
<i>Faustus Sylla, imperio Caesaris interfectus.</i>	80.2	<i>Fistulata tabula in cœnationibus Neronis.</i>	598
<i>Fecialium collegium.</i>	521.2	<i>Flabella pavonina.</i>	236.2
<i>Fecialium vetus præfatio.</i>	521.b	<i>Flagellum, peritura libertatis signum.</i>	258.b
<i>Felicitatis ades.</i>	288.2	<i>Flamma pile specie, circa Augusti excessum.</i>	262.2, b
<i>Feliciter, acclamandi formula.</i>	485.2, b	<i>Flammare, supplicium Christianis irrogatum.</i>	570. b
<i>Felix libertus, trium reginarum maritus.</i>	525	<i>Flamma effulgentis felix augurium.</i>	256. a, b. 289. b. 305. b
<i>Feminalia, & tibialia, pro fascibus pedibus & cruralibus.</i>	235.2, b	<i>Flamen Dialis unde sic dicitur ?</i>	1. b
<i>Feminas bonorum heredes, supra quadrantem, instituere non licebat.</i>	274	<i>Flamen unde dictus ?</i>	82. b
<i>Femina à successione ab intestato exclusæ.</i>	503. b	<i>Flameum nubentium.</i>	593
<i>Femina & in caveam & in arenam venire.</i>	778.2	<i>Flamines singulis diis assignati.</i>	83.2
<i>Femina jus trium, aut quatuor liberorum habentes.</i>	503. b	<i>Flaminia via.</i>	272. b
<i>Femina in Augusta domo dominandi avida.</i>	350.2	<i>Flaminiam viam munit Augustus.</i>	151
<i>Femina non ad quævis spectacula admissa.</i>	179. b	<i>Flavia Domitilla Christiana religioni addicta.</i>	806.2
<i>Femina non adgnoscenti filium, matrimonium ejus Claudius indixit.</i>	496	<i>Flavialium collegium.</i>	780. b
<i>Femina sacerdotes Augusti.</i>	171.2	<i>Flavia gentis templum.</i>	773, 783, 803, 808
<i>Femina sedentes cœnitabant.</i>	207.2, b	<i>Flavius Clemens patruelis Domitiani, Christianus.</i>	803. b
<i>Femina seorsim à viris in spectaculis collocata.</i>	130.2	<i>Flavius Petro.</i>	711
<i>Feriarum Latinarum præfecti.</i>	481.2, b	<i>Focillare.</i>	125.2
<i>Feriarum publicarum genera quatuor.</i>	87.2	<i>Fœnerari, antiquitus probrosum.</i>	448.2
<i>Feria menstrua propter vindemias.</i>	163. b	<i>Fœneratores patrimonii partem in solo collocare jussi.</i>	347
<i>Fercula.</i>	41.2. 82. b	<i>Fœneratoribus filiorum familias exigendi crediti ne jus unquam esset, auctor Vespasianus fuit.</i>	741
<i>Ferentinum oppidum.</i>	673	<i>Florales ludi.</i>	651. b
<i>Ferus, pro apro.</i>	212.2	<i>Floribus aspergebant sepulcra.</i>	129. etiam ibid.
<i>Festinationem in perfectum ducem non convenire.</i>	142	<i>Fontejus Capito.</i>	392, 660
<i>Ficedula.</i>	341.2	<i>Fontibus explorandi causa varia immittentur.</i>	306.2
<i>Ficibus medicatis Augustum sustulisse Livya creditur.</i>	227. b	<i>Fora vel Civilia, vel Venalia.</i>	147. b
<i>Ficus unice cuidam dilecta, die mortis exaruit.</i>	644.2	<i>Forensia distributa.</i>	408.2
<i>Fideicommissorum cognitio.</i>	513.2	<i>Fores extra domum aperire, privilegium fuit.</i>	568.2
<i>Fidicula, tormenti genus.</i>	367.2. 435.2, b	<i>Foricarii.</i>	753. b
<i>Figura caussidicorum.</i>	742.2	<i>Forma, qua in scribendis epistolis Coss. & duces utebantur.</i>	66
<i>Fimbriatis ad manus tunicis laticlaviis Caesar usus.</i>	54. b	<i>Formalis epistola.</i>	800.2
<i>Finium controversia mira apud quosdam terminata ratione.</i>	306. b	<i>Forma dignitas.</i>	528. b
<i>Fiscales calumnia repressa.</i>	792	<i>Formula, pro actione.</i>	395. b. 702
<i>Fiscus principis, ararium populi.</i>	322.2	<i>Fortitudo ducum imperantibus suspecta.</i>	336. b

Fortu-

R I T V V M E T R I R V M.

<i>Fortuna Antiates.</i>	468.a
<i>Fortuna aurea in Imperatorum cubiculo.</i>	112.b. 649.b
<i>Fortuna Praenestina.</i>	804.a
<i>Fortuna simulacrum inventam à Galba, & consecratam.</i>	649,668
<i>Forum Appii.</i>	282.a
<i>Forum Augusti.</i>	148
<i>Forum Caesar intexit, munere gladiatorio.</i>	43.a
<i>Forum de manubiis Caesar inchoavit.</i>	28
<i>Forum Nerva.</i>	782
<i>Forum ornabatur ab Aedilibus.</i>	10.a
<i>Forum structurus Augustus, non ausus est proximas domos extorquere possessoribus.</i>	196
<i>Fossa Corbulonis.</i>	474.a
<i>Fossæ Drusina.</i>	474.a,b
<i>Franci olim circumtonsi.</i>	283.b
<i>Fratrum filias ducere, nonnullis gentibus haud novum.</i>	523.b
<i>Frequentanda urbi quas leges Caesar tulit.</i>	49
<i>Frigusculum inter conjuges.</i>	203.b
<i>Frumentarii.</i>	145.b
<i>Frumentationum publicarum fiducia cultura agrorum cessabat.</i>	175
<i>Frumenti emendi, & dividendi curatores.</i>	165.b
<i>Frumentum è publico singulis mensibus accipiebant.</i>	169,48
<i>Frumentum populo à Cesare datum.</i>	42
<i>Fucinus lacus.</i>	505.a. 52.b. 504.a
<i>Fulgor pro fulmine.</i>	149.a
<i>Fulgur procurare.</i>	649.a
<i>Fulmina non tantum à Iove provenire credebantur.</i>	149.a
<i>Fulmine calix Neroni excussus.</i>	629.b
<i>Fulminum nomina.</i>	253.a
<i>Fulvia.</i>	128,841
<i>Fulvia Saturnini à Iudæis decepta.</i>	334
<i>Fulvia, socrus Augusti. 203. cur dissensiones moverit.</i>	203.b
<i>Funalia cereosque in latitia accendebant.</i>	266.b
<i>Funalis equus.</i>	190.b
<i>Funere publico L. Vitellius honoratus.</i>	698
<i>Funestæ rei contactu, se, ac sacra, contaminari existimabant.</i>	269.a
<i>Fundi, urbs.</i>	287.b. 654
<i>Fungi tota convivium interemere.</i>	801.b

<i>Funus Censorium.</i>	698.b
<i>Funus qua spectabant, vel domi, vel in foro, vel extra portam peragebantur.</i>	97.b
<i>Furius Camillus Scribonianus.</i>	494,534, 673
<i>Furius Leptinus, stirpe pratoria, arena se sædavit.</i>	34
<i>Furnaria.</i>	695.a
<i>Fusca vox.</i>	576.a

G.

G <i>Abinius Secundus.</i>	516
<i>Galbam veteres Galli pinguem, ex Scytica origine vocarunt.</i>	646.a
<i>Galbanum.</i>	645.b
<i>Galba interfectores à Vitellio occisi.</i>	705
<i>Galbeum.</i>	645.b
<i>Galea Græcorum equinis fetis horrida fiebant.</i>	26.a
<i>Galea vel galera.</i>	124.b
<i>Galericulum capiti propter raritatem capillorum adaptabant.</i>	689.b
<i>Gallantes, pro bacchantibus.</i>	213.b
<i>Gallia, materia triumphorum.</i>	23.a
<i>Galliam comatam Tiberius rexit.</i>	295
<i>Gallica provincia quaestoria, qua?</i>	515.a
<i>Gallico habitu ad suos Caesar penetrat.</i>	68
<i>Gallicula.</i>	395.a
<i>Galli in curiam admissi.</i>	84.b
<i>Gallius Tiberium adoptavit.</i>	290
<i>Gallorum sacerdotum ementitus furor.</i>	213.b. eorum lamentationes. 685.a
<i>Gallus Terentius inedia mori destinat.</i>	194
<i>Gamala, urbs Iudæa.</i>	760
<i>Ganea.</i>	330.b
<i>Gaza Ptolemaeorum Urbis invecata.</i>	172
<i>Gebenna mons.</i>	26
<i>Gelotiana.</i>	410.a
<i>Geminari legionum castra Domitius prohibuit.</i>	786
<i>Geminis fratribus cades in foro constituta, tantum Castoris vocabatur.</i>	11
<i>Gemonia scala.</i>	354.b
<i>Genesim imperatoriam habere creditus Pomposianus.</i>	743,794
<i>Genibus Capitoli gradus emensus Caesar.</i>	41.a
<i>Genitiva nota Augusti.</i>	233
<i>Genius deus multipliciter dicitur.</i>	202.b

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Genius & Fortuna in Christianorum Imp. nummis.</i>	429.a	<i>Gladiatores pro salute principis committentur.</i>	401.a
<i>Gens & familia quid differant?</i>	105.a	<i>Gladiatores sine missione edi prohibuit Augustus.</i>	182
<i>Gentilitia sacra.</i>	2.b	<i>Gladiatoria munera inferiarum die exhibita.</i>	291.a,b
<i>Gentilitiis Romanorum nominibus, peregrinis interdictum.</i>	518	<i>Gladiatorium manus summa sevitia à Domitio datum.</i>	553
<i>Gergovia.</i>	28	<i>Gladiatorum leges.</i>	584.a
<i>Germania pacanda status Tiberio delegatus.</i>	309	<i>Gladiatorum numerus.</i>	11.a, 329.b
<i>Germania superioris exercitus Galbam deserit.</i>	665	<i>Gladio puniri honestius, quam securi.</i>	122.a
<i>Germani ultra Albim fluvium summati.</i>	133	<i>Gladium consecratio.</i>	420.b, 706
<i>Germanica expeditionis impetum Caligula cepit.</i>	449	<i>Gladius & Pugio libelli in secreto Caligulae reperti.</i>	456
<i>Germanici cognomen Druso datum.</i>	476	<i>Glauco oculi noctu vident.</i>	373.a
<i>Germanici liberi.</i>	160, 354	<i>Gomphosis.</i>	746.a
<i>Germanici nomen Septembri inditum.</i>	403	<i>Γομφία, facer.</i>	35.a
<i>Germanicorum vexillatio à Galba refota.</i>	670	<i>Gracilitas crurum dieteris obnoxia.</i>	387.a,b
<i>Germanico Tiberius obrectavit.</i>	352	<i>Gradatim honores petebantur.</i>	386.a,b
<i>Germanicus sororis Augusti nepos.</i>	205	<i>Gradus capillorum.</i>	635.b
<i>Germanicum ad capeffendam temp. milites miserunt.</i>	320, 386	<i>Gracia libertate à Nerone donata.</i>	586
<i>Germanicum Tiberius adoptavit.</i>	308, 389	<i>Graci, pro γελωτοπειοίς.</i>	345.b
<i>Germanorum custodiam circa se habuerunt Augustus. 187. Caligula. 464, 470. Agrippina.</i>	603	<i>Gracorum certaminum species.</i>	182.a
<i>Germanorum legatis in Orchestra Claudius sedere permisit.</i>	519	<i>Grammatica nonnunquam pro scientiarum cinno accipitur.</i>	833.a
<i>Germanorum rutila coma.</i>	454.a	<i>Grammatici veteres & Rhetoricam docebant.</i>	821.a
<i>Germanorum xl. millia à Tiberio in Galliam trajecta.</i>	295	<i>Grammaticorum tria genera.</i>	376.a
<i>Germanos trans Rhenum aggressus Caesar.</i>	27	<i>Grammaticus à Grammatista distinguitur.</i>	821.a
<i>Gerones.</i>	446.a	<i>Granius Petronius quaestor Caesaris, vitam recusat.</i>	74.b
<i>Geryonia oraculum.</i>	306	<i>Graphis cur multi confossi?</i>	430.a
<i>Gessoriacum, quasi Casarietium.</i>	500.b	<i>Graphium non est γλυφεϊον.</i>	94.a
<i>Gestationis duplex locus.</i>	531.a	<i>Grassari quid proprie?</i>	155
<i>Gestatoria sella.</i>	716.b	<i>Grassatores cohibendi modus.</i>	155.b
<i>Gesticulationes quaedam molles & infames habebantur.</i>	374.a	<i>Gratuitam militiam Casari milites obtulerunt.</i>	74
<i>Getulici & Lepidi conjuratio.</i>	486	<i>Gravidam Attici filiam Tiberius demisit.</i>	292
<i>Getulico Galba substitutus.</i>	652	<i>Gravidas uxores nonnunquam aliis concedebant.</i>	287.b
<i>Gigantes habebantur, qui septimum pedem impleverant.</i>	372.a	<i>Gymnasia vel corporis, vel animi suere.</i>	298.a
<i>Gigantum ossa dicuntur immanium belluarum membra.</i>	223	<i>Gymnasiū à Nerone dedicatum.</i>	566
<i>Glabella.</i>	232.b	<i>Gymnicum certamen à Nerone institutum.</i>	565
<i>Gladiatores pugnaces, vel pugnariæ.</i>	426.a,b		
		H.	
		<i>Habitare sub regulis.</i>	824.a, 827.a
		<i>Habitatio, εὐοίχια.</i>	42.b
		<i>Habitus</i>	

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Halotus pr. egustator.</i>	545, 664	<i>Hierosolymorum regnum desstituto Neroni promissum.</i>	628
<i>Harenarum remedium multipliciter in- telligi potest.</i>	233. a, b	<i>Hirtius.</i>	65
<i>Harena sine calce.</i>	462. b	<i>Hirtius & Pansa. 117. opera Augusti oc- cisi creduntur.</i>	118
<i>Harpocras, alias Callistus, libertus Clau- dii.</i>	525. b	<i>Hispania ulterior Casari obvenit.</i>	8
<i>Harundines pro sagittis.</i>	234. a	<i>Hispania duplici malo laboranti Casar opem tulit.</i>	17. b
<i>Haruspices.</i>	70. a, b	<i>Hispaniensis & Hispanus, quomodo dis- ferant?</i>	40. a
<i>Hasta pura.</i>	525. a	<i>Hispanorum custodia cum gladiis Casa- rem sectabantur.</i>	101
<i>Haterius.</i>	324	<i>Historia fabularis.</i>	376. a
<i>Hebdomadam observatio quando recepta?</i>	327. b	<i>Historia non nisi ab honestissimo quoque scribebatur.</i>	841
<i>Hectorea coma.</i>	372. b	<i>Histriones omnium linguarum à Casare editi. 43. ab Augusto.</i>	176
<i>Helvidius filius.</i>	794	<i>Histrionum clausula.</i>	268. a
<i>Helvidius Priscus pater.</i>	743, 794	<i>Histrionum coercitio.</i>	182. b
<i>Helvius Cinna Trib. pl. 61. occiditur per errorem nominis.</i>	101	<i>Hoc age, vox sacrorum.</i>	469. b
<i>Hemerodromi.</i>	188. a	<i>Holographum testamentum.</i>	159. a
<i>Herculis Musarum ades.</i>	149	<i>Holoserica veste viris interdictum.</i>	460. a
<i>Herculis templum apud Gadeis. 8. a. Tibu- ri.</i>	222	<i>Homines capitales qui?</i>	259. a
<i>Heredem Imperii Caligula sororem insti- tuit.</i>	419	<i>Homini tantum personam induisse vole- bant Augustum.</i>	201. a
<i>Heredem nuncupare.</i>	443. a	<i>Homeri carmina abolere Cajus cogitat. 435</i>	
<i>Heredes aut instituti, aut substituti. 96. b</i>		<i>Homerici scyphi Neronis.</i>	617
<i>Heredes extranei.</i>	482. a	<i>Honeste cadere studet Casar.</i>	94
<i>Heredes nominis non omnia jura legiti- morum heredum consecuti.</i>	96. b	<i>Honorarii ludi qui?</i>	157. a
<i>Heredes, primi, secundi, tertii.</i>	97. a	<i>Hoplomacchi.</i>	437. a
<i>Hereditas in duodecim uncias dividitur. 96. a</i>		<i>Horarium secretum sibi sumere Domitia- nus solebat.</i>	776
<i>Hereditates ac legata capiendi jus probro- sis feminis ademptum.</i>	789	<i>Horarum auspicia captabant. 559. b. 681. a</i>	
<i>Hereditates ignotorum boni principes non adiere.</i>	443. a	<i>Horas qui sibi nuntiarent, pueros habe- bant.</i>	805. b
<i>Heres civis Romani, non nisi civis, esse poterat.</i>	125. b	<i>Horatius Pulvillus Capitolium dedicavit. 15. a</i>	
<i>Hermathena.</i>	229. a	<i>Hordeo cohortes, si quæ cessissent loco, pa- vit Augustus.</i>	138
<i>Hermaum, dietæ nomen.</i>	487. b	<i>Hortalus.</i>	346
<i>Hermozenes Tarsensis.</i>	793	<i>Hortos populo Casar legavit.</i>	97
<i>Heroici honores qui? 105. a. differunt à divinis.</i>	102. a	<i>Hostiarum more mactari. 121. b. 122. a</i>	
<i>Heroum anima in fontibus vel in nemori- bus habitare credebantur.</i>	272. b	<i>Hostiarii vel ostiarii foribus alligati. 840. b</i>	
<i>Hic faciet, dictum minantis & gladium ostendentis centurionis.</i>	143	<i>Hostia fuga, dirum omen habebatur. 69. a. 667, 769</i>	
<i>Hicmpsal.</i>	77	<i>Hostiæ vinculis soluta ducebantur. 667. a</i>	
<i>Hieronica.</i>	585. b	<i>Hostis à Senatu judicatus Nero. 631. Ger- manici liberi.</i>	392
<i>Hierosolyma capta à Tito.</i>	760	<i>Hybrida.</i>	131. a
<i>Hierosolyma pessime inter gentes audit. 252. a</i>			

I N D E X A N T I Q V I T A T V M,

<i>Hydraulica ars.</i>	511.b	<i>Imperatoris nomen trifarium accipitur.</i>	81.b
<i>Hydraulica organa.</i>	620.2	<i>Imperatoris prænomen à Tiberio recusatum.</i>	322. & à Claudio. 491
<i>Hylas pantomimus.</i>	184	<i>Imperatorum imagines inter signa celebrantur.</i>	347.b.402.2
<i>Hypocrita.</i>	584.b	<i>Imperii Romani tres partes.</i>	320.b
I.			
I <i>Acta alea est.</i>	37.2	<i>Imperium diutinum Casarem ad firmandam potentiam inflammavit.</i>	34.b
<i>Ianiculum.</i>	694.2	<i>Impietas, principi maledicere.</i>	210.b
<i>Ianus clausus etiam sub Christianis imperatoribus.</i>	135.b	<i>In provincia formam redigere, quid?</i>	27.2
<i>Ianus, pro arca.</i>	155.2.800.b	<i>In vacuum venire.</i>	486.b
<i>Ianus Quirinus, & Quirini.</i>	135.2	<i>Incendiis cur Roma obnoxia?</i>	147.2
<i>Ianus quotiens clausus?</i>	ibid.	<i>Incendium, Afranis fabula.</i>	563
<i>Icelus Galbae libertus.</i>	633,659.2.663	<i>Incendium Romæ per triduum.</i>	766
<i>Ichnographia.</i>	35.2	<i>Incendium Urbis Nerouianum.</i>	612
<i>Iconica statua.</i>	415.2	<i>Incerare genua Deorum.</i>	263.2
<i>Iconicula puellaris à Nerone pro summo numine culta.</i>	639	<i>Incitato, equo suo, consulatum Caligula destinavit.</i>	465.b
<i>Idus Martias feriales sibi annotavit ipse Cesar.</i>	91.b	<i>Incopriare.</i>	366.2
<i>Idus Martias parricidium nominari placuit.</i>	103	<i>Indi amicitiam pop. Rom. petivère.</i>	134
<i>Iecur, animi & affectuum sedes habebatur.</i>	827	<i>Indictiva funera.</i>	97.b
<i>Ieiunare sabbatis Iudæos falso gentilibus creditum.</i>	228.b	<i>Indictus Senatus qui extra ordinem cogebatur.</i>	163.b
<i>Ignis Imperatoribus Romanis prelatas.</i>	305.2	<i>Inediam unius diei per singulos menses Vespasianus interponebat.</i>	749
<i>Ignispicium.</i>	381.b	<i>Infantem Iulia neptis agnosci aliquæ Augustus vetuit.</i>	209
<i>Ignominia, nominis nota.</i>	168.b	<i>Inferias Neroni Vitellius dedit.</i>	707
<i>Ignominiarum militarium genera.</i>	312.b	<i>Inferias publicas parentibus Claudius instituit.</i>	490
<i>Ilienses, Romana gentis auctores.</i>	519.2	<i>Inferias publice matri ac fratribus Caligula instituit.</i>	403
<i>Iliensium legati ad Tiberium missi.</i>	352	<i>Inferri dicebantur, quæ mortuis donabantur.</i>	99.b
<i>Ilii αἰώνιος à Nerone decantata.</i>	614.2	<i>Insulata victima.</i>	427.b
<i>Ilycias viator.</i>	283	<i>Ingenuitatis ius.</i>	224.b
<i>Illyrici defectio gravissimum Augusto metum incussit.</i>	309.b	<i>Ingrati in servitutem revocati.</i>	517.2
<i>Illyricum domitum.</i>	132	<i>Inimicitias palam indicabant.</i>	210.b
<i>Imaginari, quare pro somniari usurpetur?</i>	92.2	<i>Initia Cereris.</i>	252.2
<i>Imagine sua in signando Augustus utebatur. 189. eadem insecti principes nisi.</i>	ibid.	<i>Inquisitores.</i>	2.b
<i>Imagines dedicate in variis adibus partibus.</i>	112.b	<i>Irene matrem Muhammedis decollata.</i>	435.2
<i>Imagines principum in thesa & serculo deducta.</i>	82.b	<i>Insignia potestatis, amicos acturi, deponabant.</i>	298.b
<i>Imaginis ponenda ius.</i>	611.2	<i>Insignia regia.</i>	305.2
<i>Imbrices, plausuum genus.</i>	577.b	<i>Insignia veteribus familiis adempta.</i>	436
<i>Imperator consalutatus Nero.</i>	568	<i>Instita conchylii distributa.</i>	408.2
		<i>Instrumentum imperii à Vespasiano consecutum.</i>	738
		<i>Insularius.</i>	48.b
		<i>Insula, domus ab aliis separata.</i>	ibid.
		<i>Insula,</i>	

R E R V M E T R I T V V M.

<i>Insula, quævis ades locatitia.</i>	48.b
<i>Insultare capitibus, ambignum.</i>	24.a
<i>Integra frontis homo, unde dicatur?</i>	156.b
<i>Intercalandi licentiâ abusi Pontifices.</i>	46.a
<i>Intercalandi mos apud Græcos & Lat. ib.</i>	
<i>Intercalarium mensem Casar sustulit.</i>	46
<i>Intercessio Tribunorum sublata.</i>	35
<i>Intermortuus, quid?</i>	620.b
<i>Interrogari dicebantur rei.</i>	158.b
<i>Inviçtus, cognomentum.</i>	310
<i>Intervisere.</i>	137.b
<i>In vitis daturus Galba officia existimaba-</i>	
<i>tur.</i>	664
<i>Inundatio Tiberis non habenda pro prodi-</i>	
<i>gio.</i>	147.a
<i>Inusitata ac digna cognitu, populo mon-</i>	
<i>strabant.</i>	178.a
<i>Iosephus, è nobilibus captivis Indæis.</i>	731
<i>Iovi custodi ades à Domitiano sacrata.</i>	782
<i>Iovis corona à Tarraconensibus Galbæ ob-</i>	
<i>lata.</i>	660
<i>Iovis Olympici ades.</i>	202
<i>Iovis Tonantis ades in Capitolio.</i>	148
<i>Isaurici secta in rep.</i>	841
<i>Isthmum perfodere, periculosum.</i>	53.a
<i>Isthmum perfodere qui aggressi. 53.a. 413,</i>	
<i>574.a</i>	
<i>Isiaci habitus.</i>	774.a
<i>Isidis sacra.</i>	690.b
<i>Italici provincialibus opponuntur.</i>	159.b
<i>Italicorum ac provincialium honestissi-</i>	
<i>mum quemque in Senatum & equitem</i>	
<i>Vespasianus adlegit.</i>	739
<i>Iuba à Casare devictus.</i>	39
<i>Judaicum patris triumphum equo albo</i>	
<i>Domitianus comitatus.</i>	775
<i>Judaicos ritus Tiberius compefcuit.</i>	833
<i>Judaicus exercitus apud Vespasianum ju-</i>	
<i>rat.</i>	733
<i>Judaicus fiscus acerbissime actus.</i>	798
<i>Judaicus triumphus Vespasiani.</i>	735
<i>Judæa profectos rerum potituros, opinio</i>	
<i>percrebuerat.</i>	728
<i>Judæi cur Casarem dilexerint?</i>	100.b
<i>Judæi Urbe submoti. 334.a. in provincias</i>	
<i>gravioris calis distributi.</i>	ibid.
<i>Judaorum collegia ab Augusto permissa.</i>	
<i>156.a</i>	
<i>Judaorum religionem an Augustus spre-</i>	
<i>verit? 252. b. de ea gentium judicia</i>	
<i>variant.</i>	252. b. 253. a

<i>Judices à xxv. ætatis anno adlezebantur.</i>	
<i>157. b</i>	
<i>Judices nummarii.</i>	787. b
<i>Judicia centumviralia.</i>	740. a
<i>Judicia cogere.</i>	358. b
<i>Judicum decuriis quartam adjecit Augu-</i>	
<i>stus.</i>	157
<i>Julia, Casaris amita.</i>	7
<i>Julia, Casaris filia.</i>	2
<i>Julia curia.</i>	471. b
<i>Julia, filia Augusti, quibus maritis collo-</i>	
<i>cata?</i>	204. 205
<i>Julia soror Casaris.</i>	109, 79
<i>Julia adulteria pater imprudens publica-</i>	
<i>vit.</i>	208. b
<i>Julia dua relegata.</i>	207
<i>Julia Titi filia cineribus reliquia Domi-</i>	
<i>tiani commixta.</i>	808
<i>Juliam aviam defunctam pro concione</i>	
<i>Augustus laudavit.</i>	113
<i>Juliam filiam Cn. Pompejo Casar collo-</i>	
<i>cat.</i>	23
<i>Juliani Καίσαρες.</i>	1. a
<i>Julias sepulchro suo Augustus inferri ve-</i>	
<i>tuit.</i>	276.
<i>Julii à venere orti.</i>	7
<i>Julii Casaris species Theffalo cuidam ob-</i>	
<i>lata.</i>	261
<i>Julii mensis appellatio.</i>	83. b
<i>Julius Antonius, & Fabius Africanus</i>	
<i>cos.</i>	478
<i>Julius Marathus.</i>	232, 253
<i>Julius portus.</i>	123
<i>Julius Vindex.</i>	617, 619, 620
<i>Jumentis proprietatis mire à Galba detecta.</i>	
<i>654</i>	
<i>Junia Calvina è gente Augusti.</i>	754
<i>Junius Novatus.</i>	190
<i>Juno, Quiris, ut Janus Quirinus.</i>	134. a
<i>Junius Rusticus.</i>	794
<i>Junius Saturninus.</i>	144
<i>Jupiter Cassius.</i>	582. b
<i>Jupiter Clunias.</i>	656
<i>Jupiter Tragadus.</i>	198
<i>Jurabant per genium Imperatorum.</i>	429. a
<i>Jurabant per magnos viros, etiam viros.</i>	
<i>101. b</i>	
<i>Jurantes aram tenebant.</i>	329. a
<i>Jura trium liberorum vix uni atque alteri</i>	
<i>Galba dedit.</i>	663
<i>Juratus Senatus.</i>	162. a
<i>Jure.</i>	

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Iurejurando cuncti Senatores se pro salute</i>	<i>L. Piso socer Caesaris.</i>	98
<i>Caesaris adstrinxerant.</i>		101
<i>Iurejurando quando primum milites ada-</i>	<i>L. Tullius reprobatus, quod filias Au-</i>	206
<i>sti.</i>	<i>gusti salutatum venisset.</i>	
<i>Iurisconsultorum scientiam Cajus se abo-</i>	<i>L. Vitellius amore libertini perinsanis.</i>	696
<i>liturum minabatur.</i>		436
<i>Iurisdictio duplex pratoris urbani.</i>	<i>Labarum.</i>	117.b
		13.b
<i>Iurisjurandi gratiam principes faciebant.</i>	<i>Labienus seipsum sepeliit.</i>	405.a
		332.a
<i>Ius civile ad certum modum redigere Ca-</i>	<i>Lacedaemonii in tutela Claudiorum.</i>	289
<i>sar destinabat.</i>		
<i>Iusjurandum per Augustum.</i>	<i>Lacernarum usus.</i>	483.b
		490.a
<i>Ius Quiritium.</i>	<i>Lacernae reverentiae causa depositae.</i>	483
		503
<i>Iusta libertas quatuorplex ?</i>	<i>Lacernis positus in Foro Circove togator</i>	172.a
	<i>consistere iussit Augustus.</i>	572
<i>Iustinianus, à Procopio criminosisime de-</i>	<i>Lacernis quando uti permissum ?</i>	172.a
<i>scriptus.</i>		171.a
	<i>Lachanizare.</i>	244.a
<i>Iustitiam remittere.</i>		352.a
	<i>Lacrymae ex letitia saepe fluunt.</i>	200.b
<i>Juvenalia.</i>		562.a
	<i>Lacte Romulus, non vino, libabat.</i>	256.a
<i>Juvenales ludi Neronis.</i>		561.a
	<i>Lacus, fontes, puteo, stipem injiciens,</i>	197
<i>Juvenalis, dies à Caligula Saturnalibus</i>	<i>honorabant.</i>	
<i>additus.</i>		408
<i>Juvenes & vehicula per militares vias</i>	<i>Latoria lex, circumscriptionem adolescen-</i>	741.a
<i>Augustus disposuit annuntiandi co-</i>	<i>tium vindicans.</i>	
<i>gnoscendique causa.</i>		10.a
	<i>Lambrani.</i>	10.a
<i>Juvenes secundi & primi ordinis.</i>		471.a
	<i>Lanificio filias Augustus & Carolus M.</i>	206.b
	<i>assuescere.</i>	
		188
	<i>Lanista, carnifex Tuscis.</i>	30.a
		167.b
	<i>Lanoculi.</i>	306.b
		2:2
	<i>Lanuvium.</i>	2:2
	<i>Laudiceni terra motu afflicti.</i>	291
		291
	<i>Lapidatae per iram deorum imagines.</i>	390.a
		390.a
	<i>Lapidatio theatralis.</i>	ibid.
		ibid.
	<i>Lapsana vivere apud Dyrrachium.</i>	74.b
		74.b
	<i>Lares in publicum abjecti.</i>	390
		390
	<i>Larum & Larvarum differentia.</i>	390.a
		390.a
	<i>Laterna surda.</i>	35.b
		35.b
	<i>Latialis Iupiter.</i>	414.b
		414.b
	<i>Lati clavi tunica ῥετή & ἵαπτή.</i>	259.a
		259.a
	<i>Latina via.</i>	808.b
		808.b
	<i>Latinarum sacrificium.</i>	86.b
		86.b
	<i>Latinae conditionis homines libertatem</i>	752.a
	<i>cum anima amittebant.</i>	
		752.a
	<i>Latine apud Magistratus in provinciis age-</i>	377.b
	<i>batur.</i>	
		377.b
	<i>Latine ex tempore primus Q. Caecilius</i>	830
	<i>disputavit.</i>	
		830
	<i>Lato clavo qui usi ?</i>	54.b
		54.b
	<i>Latrones, pro corpore custodibus.</i>	449.b
		449.b
	<i>Latrunculatores.</i>	155.b
		155.b
	<i>Latum clavum diu Vespasianus aversatum</i>	724
	<i>vī.</i>	
		724
	<i>Latum clavum elapsa aetate Senatoria po-</i>	
	<i>nebant,</i>	

K.

<i>Kalendarium vetus Romanum.</i>	163.a
<i>Καρχηδονιακῶν libri à Claudio</i>	453
<i>scripti.</i>	
<i>Καταπλάσμα.</i>	690.a
<i>Καταποντισμός, inter supplicia.</i>	213.a
<i>Καχλαΐζειν.</i>	578.a
<i>Κυλοδιᾶν.</i>	292.b

L.

<i>L. Antonius res novae molitur.</i>	120.
<i>L. Perusia obsidetur.</i>	121
<i>L. Antonius superioris Germania praeses.</i>	784,786
<i>L. Antonius Triumviri frater.</i>	115
<i>L. Audasius.</i>	131
<i>L. Cassius.</i>	71
<i>L. Caesar Augustus. 138. cognatus Iulii,</i>	80.a
<i>interfectus.</i>	
<i>L. Cotta Quindecimvir.</i>	88
<i>L. Pinarus.</i>	96
<i>L. Piso praefecturam Vibis potando meri-</i>	340.a
<i>tus.</i>	

R I T V V M E T R E R V M.

nebant, qui senatores non fiebant. 167. a.	Cesar fecit.	76
postea etiam retinuerunt, qui equites manebant. 167. b.	Legiones duae pro salute Trajani capita devoverunt.	401. a
Latum clavum libertini filio Claudius tribuit. 515	Legiones in Armenia sub jugum missae. 615	
Lavabant manus, quotiens fercula mutarentur. 227. a	Legitimi Senatus dies ex Kalenda non veteri recitati. 162. b. 163. a. cur ii ab Augusto contracti? 162. b	
Lavicanum. 95. b	Legum instar haberi vult Caesar, quae dicat. 85	
Laudatio judicialis. 197. a	Lemnisci. 588. a	
Lauream in Capitolium ferre. 568. b. 784. a	Lenocinium apud adiles profitebantur. 332. b	
Laureata plebs. 199	Lenocinium facere. ibid.	
Laurea perpetuo gestanda jus Casari tributum. 54	Lentitudinis duplex genus. 357. a, b	
Laureolus mimus. 468. b	Lentulo census maximus. 348. a	
Lauretum, unde triumphaturi laureas decerperent. 643	Lepida condemnata. 348	
Lanrum de caelo non tangi, falsum est. 375. a	Lepida, uxor Galbae. 650	
Lectica per urbem vehendi jus Harpocrae tributum. 525	Lepidi juvenis conjuratio. 135	
Lectitarii. 470. b	Leporis marini veneno Titus sublatum creditur. 769. b	
Lectica usus probrosis feminis ademptus. 788	Λεξιμαζευ. 344. a	
Lecticis quibus uti permissum. 51. a	Lerana, dea. 111	
Lecticula lucubratoria. 230. b	Libellis adibant principes. 92. b	
Lectus pro Rostris positus, donec laudatio funebris perageretur. 98. a	Libellis, in praeceptis dandis, utebantur. 312. a, b.	
Lectisternia non Romanorum tantum, sed & Graecorum. 82. b	Liberae civitates sub imperio Romano quae? a	
Legata sibi à parentibus Augustus liberis eorum restituit. 211	Liberi parentum poena, quocumque crimine, non tenebantur. 48. a	
Legati ad explorandum statum Galliarum missi. 26	Liberi patris locus in Thracia. 255	
Legati consulares; vel, consulares simpliciter, qui Caesaris provincias administrabant. 185. b	Liberi, subsidia aulae. 666. a	
Legationes liberae ornamenti causa impetrabantur. 325. b. 326. a	Liberos habentibus, immunitas data. 346. b	
Legatis uxores intervivere vix permissum. 137. id tamen postea mutari cepit. 137. b	Liberos natos apud acta profitebantur. 288. b	
Legatorum in provinciis nomen duobus modis accipitur. 136. a	Liberorum nomine etiam nepotes intelliguntur. 354. b	
Legere se militem, non emere, vox Galbae. 665	Libertas frustra, post Cajum interitum, repetita. 489	
Legibus de eadem re pluribus agi vetuit Titus. 768	Libertas justa, vel non justa. 171. a	
Legionaria militia gravior, quam auxiliorum. 136. a	Libertate non justa donatis, retrahi in servitutem poterant. 171. b	
Legionarii milites. 275. b	Libertatis atrium ab Asinio Pollione exstructum. 150	
Legionem totam cum ignominia missam	Liberti apud Athenienses sibi publice patronum adsciscabant. 4. a	
	Liberti capite plectebantur à patronis. 57. b	
	Liberti etiam alium patronum habebant, quam qui eos manumiserat. 4. a	
	Libertini temporibus Appii, qui? 515	
	Libert-	

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Libertino milite bis usus Augustus.</i> 140. <i>sed vexillo & armis ab ingenius discreto.</i> 141	<i>Locusta</i> <i>αἰετῶ</i> Sol, piscium genus. 362.2
<i>Liberto decedente, patronus dimidium bonorum capiebat.</i> 599.b	<i>Lolliana clades.</i> 136.2
<i>Libertorum filii ad militiam non admissi.</i> 85.a	<i>Lollia Paullina</i> <i>luxus.</i> 304. ea <i>Caligula</i> nubit. 421. à <i>Claudio</i> expetitur. 523
<i>Libertus quo casu in servitutem revocari potuerit?</i> 517.b	<i>Loricati.</i> 452.2
<i>Libitina ratio.</i> 614.b	<i>Lotri pro lotionibus.</i> 227.2
<i>Librarius non erat à studiis.</i> 534.2	<i>Luca, urbs</i> <i>provincia</i> <i>Caesaris.</i> 25
<i>Liburnica Caligula.</i> 441	<i>Lucejus, Caesaris</i> <i>competitor.</i> 18
<i>Liburnica unde dicta.</i> 127.2	<i>Lucius Paullus.</i> 131
<i>Licentia verborum in testamentis.</i> 195.b	<i>Lucius portentum</i> <i>hominis.</i> 179
<i>Licinius Crassus orator.</i> 551	<i>Lucorum horror.</i> 256.2
<i>Licinius Mucianus.</i> 733, 742	<i>Lucrinus lacus.</i> 123.2
<i>Linthea lorica.</i> 669.2	<i>Lucubrationes rusticanae.</i> 230.b
<i>Lintheum αἰετῶν in rogo vane à quibusdam confectum.</i> 271.b	<i>Lucullo calumniarum metum</i> <i>Caesar</i> <i>injecit.</i> 22
<i>Litare & lutare, idem.</i> 93.2	<i>Luculliani horti.</i> 380.2
<i>Litari sacra, hostiaque dicuntur.</i> 93.2, b	<i>Lucta & pugilatus quomodo differant?</i> 180.b
<i>Literati vocabantur Grammatici.</i> 820	<i>Ludi Martiales.</i> 480.2
<i>Literatum à literatore quidam distinguunt.</i> 821	<i>Ludi matutini, meridiani.</i> 532.2
<i>Litteras in fine versuum abundantes quomodo circumduxerit Augustus?</i> 244.b	<i>Ludi maximi pro aeternitate Imperis suscepti.</i> 562
<i>Litterae novae tres à Claudio extogitatae.</i> 542.2	<i>Ludi Palatini.</i> 466.2
<i>Litium series à Vespasiano imminuta.</i> 740	<i>Ludi quinquennales in honorem Augusti instituti.</i> 201.b
<i>Livia cum parvulo Tiberio vix Augusti arma vitavit.</i> 289.2	<i>Ludorum celebrationes, decurum festa.</i> 80.2
<i>Livia Drusilla praegnans à marito abducta.</i> 204, 287	<i>Ludorum & agonum exhibendorum triplex causa.</i> 157.2
<i>Livia etiam Iulia appellatur.</i> 274.2	<i>Ludos extraordinarios pro victoria</i> <i>Cajj Germanica</i> <i>Vespasianus</i> <i>deposcit.</i> 725
<i>Livia Medullina, Claudii sponsa.</i> 521	<i>Ludos quinquennales in memoriam Actiaca victoria constituit Augustus.</i> 130
<i>Livia Ocellina.</i> 647	<i>Ludos victoria Caesaris Augustus edidit.</i> 116
<i>Livia Orestilla.</i> 420	<i>Lugduni Claudius natus.</i> 478
<i>Livia sacerdos sui viri.</i> 271.2	<i>Lugduni ludi miscelli editi.</i> 411
<i>Livia, Ulysses stolatus. 417. ignobilitatis à Cajjo arguitur.</i> <i>ibid.</i>	<i>Lugentibus accommoda, qua iniustitiae.</i> 390.2
<i>Livia divinitatem filius negavit, Claudius tribuit.</i> 351.2, 490.2	<i>Lugere damnatos, vetiti à Tiberio propinqui.</i> 363
<i>Livorum familia plebeja.</i> 285	<i>Lumen sponte decidens felix Tiberio ostentum.</i> 312
<i>Livius à Cajjo reprehensus.</i> 436	<i>Lumina non exstinguiebant Romani.</i> 313.2
<i>Livius Drusus.</i> 286.2	<i>Luminibus accensis gaudium testabantur.</i> 41.2
<i>Livius hortatur Claudium ad historiam scribendam.</i> 541	<i>Luminibus exstinctis, id est, concubio notis.</i> 36.2
<i>Loca in urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicata.</i> 156	<i>Lunensis lapis.</i> 634.2
<i>Locusta, venefica.</i> 602, 627	<i>Lupanaria in Palatio constituta.</i> 447.2
	<i>Lupercalis sacrum ab Augusto restitutum.</i> 153
	<i>Luper-</i>

RITVM ET RERV M.

Lupercalia. 87.b
 Lupercalibus currere imberbes vetuit Augustus. 154
 Luperci. 83.a
 Luperci, Crepi dicti. 87.b
 Lupercorum sodalitates. 83.a
 Lupum auribus tenere. 319.b
 Lusicio, Neronis Poëma. 773
 Lusitaniam Otho rexit. 678
 Lustricus dies. 556.a
 Lustrum. 146.a
 Lustrum condere. 262.b. 314
 Luto faciem facinorosis illinebant. 727.a
 Lutum sanguine maceratum quid? 357.b
 Luxus in castris. 55.b
 Lychmuchi e pelle. 35.b
 Lychnuchus. 41.a

M.

M. Agrippa. 124
 M. Agrippa Marcelli orienti magnitudini cessit. 297
 M. Agrippa consilium de deponendo principatu repudiat Augustus. 146.b
 M. Agrippa opera. 150.a, b. ejus nepos Caligula. 417
 M. Agrippa patientiam Augustus desideravit. 210
 M. Agrippa predicta magnitudo. 259
 M. Agrippa uxores & liberi. 204.b
 M. Antonius à Lepidi militibus receptus. 118. a. sobrius, multis imperatoribus melior. 118.a
 M. Antonius Claudii avus. 491
 M. Antonium mortuum vidit Octavius. 127
 M. Egnatius. 131
 M. Lepidus ab Octavio relegatur. 125
 M. Lepidus Triumvir in Senatu excusat præterita. 144
 M. Lepidum exulantem Senatorem Antistius Labeo legit. 195
 M. Lollius. 302, 304
 M. Thermus, Prator Asia. 3
 M. Varreni Caesar bibliothecarum curam dare destinârat. 52
 Macedonica phalanx. 575.a
 Macellarinus, ὁ ψωμιόπωλος. 29.b
 Macelli cura. 330.a
 Machina. 452.b. 453.a

Macro. 417, 423
 Mactæ hostiæ quæ? 262.a
 Mactatio captivorum ad aras. 121.b
 Mactya. 443.b
 Magia omnes species à Nerone frustra tentata. 605.b
 Magisteria municipalia. 107
 Magistratibus liberam jurisdictionem Caligula concessit. 405
 Magistratibus Vrbe abesse, sine comœtatu non licebat. 431. a. item, senatoribus. 499.a
 Magistratus deposito honore statim in provincias mitti noluit Augustus. 164
 Magistratus in plures annos Cesar ordinavit. 84
 Magistratus minores majoribus via decedebant. 553.a
 Magistratus novi de majoribus suis memorabant. 327.a
 Magistratus pæne junctionem Tiberinus percurrit. 296
 Magistratum qui in jus vocarentur? 17.a
 Magistri certaminis. 566
 Magistri sacrorum. 415.a
 Magistri vicorum. 150
 Magni ludi. 136. b. 137. a. sæpe ex votis ducum celebrati. ibid.
 Majestatis crimen dicta non incurrebant. 283.b
 Majestatis judicium atrocissime Tiberinus exercuit. 358
 Majores magistratus. 17.a
 Majorum, vel minorum gentium patricii. 106.b
 Mallonia ferro se transigens. 344
 Malum Punicum, locus Roma. 773.a
 Mamerus Aemilius. 2
 Mamurra, Cesaris liberalitate ditissimus. 78.a
 Mandatores, qui delatores instruant. 767.a
 Mæns inter infelices jactus. 210.a
 Manes matris evocare & exorare Nero tentavit. 605. Galba Otho. 683
 Manes, ἄνεμοι. 382.a
 Manganum. 632.a
 Mangones cur non dicantur mercatores? 175.a
 Manipulus pro signifero. 139.a
 Manubia. 28.a
 Manumittendi modus terminatus. 170

Mappa

INDEX ANTIQVITATVM,

Mappa missa, ludorum committendorum signum.	582.a	Mansoleum repente patuit ante obitum Vespasiani.	754
Marabodius.	336	Mazacum turba Neronem comitata.	596.b
Marcelli theatrum.	178, 149	Medici diu Roma ignorati.	374.b
Marcellus Livia $\zeta\eta\lambda\omicron\upsilon\pi\iota\alpha$ sublatu creditur.	204.b	Medici non omnes servi.	6.a
Marcheta mulierum.	447.a	Medius locus honoratior. 311. b. sed in le- cto summus.	419.a
Marcia Furnilla, Titi uxor.	759	Megistanes.	391.a
Marcii Reges.	7	Meleagrides.	415.b
Marcus Philippus, Augusti vitricus.	115, 149	Μελοπριεῖν dupliciter accipitur.	576.b
Margarita quibus concessa.	51.a	Membra ad numerum in sphaeristerio sibi Vespasianus defricabat.	749
Margaritam sexages us. mercatus est Caesar.	59	Memmius & L. Domitius Pratores de actis anni, quo Caesar Cos. fuerat, referunt.	24
Mariamne & Messalina interfecta, a maritis requisita.	538.a	Memoria, pro vita Ephemeride.	477.b
Marii tropaea Caesar restituit.	12	Memoria ducum maximum honorem Augustus habuit.	754
Marinis uti.	237.a	Μεμοραῖοι.	744.b
Maritandis ordinibus quae leges sancitae?	160.a, b	Mendosorum monstruosa religio.	254.a
Martii, instar patrum, uxores suas Augusto & Caligula desponderunt.	421.b. 473.a	Mensarii.	110.a
Marmoream se relinquere Romam dicebat Augustus.	147	Mensae rationes.	354.a
Martis templum.	52.a	Meridianum cibum cenam vocabant.	230.a
Martis Vltoris aedes.	133, 148	Meridianum spectaculum.	532.b
Masgabas, Augusti dilectus.	266	Meridiare.	443.b
Masilia portas Casari claudit.	38	Meridies multis actionibus in rep. finis.	23.a
Masinius.	76	Messalla Corvini eloquentia.	375.a
Mater Deum.	213.b. 283. b	Messalina.	501, 522, 528, 534, 557
Mathematici, inuisa nomina.	307.a	Meta in Circo.	45.a
Matianum malum.	811	Metalli poena.	428.a
Matricula ordinis a centurione instituta.	139.a	Metallorum jus.	349.a
Matrimonia Cajus publico teneri voluit.	445	Μεταρρημιζειν veteres statuas.	358.b
Matrimoniis passim vectigalia imposita.	447.b	Metello trib. pleb. turbulentissimas leges ferenti Caesar accedit.	35
Matrona ad agendum mimus in scenam producta.	553	Μετωρεια Claudii.	537
Matronale jus.	332.b	Metius Rufus.	778
Matronarum primi ordinis supra graviter punita.	332	Metoposcopus ad Britannicum inspiciendum a Narcisso adhibitus.	798
Matronas prostrata pulchritudine propinqui coercebant.	332	Metuendi non sunt principibus, qui de solo victu cogitant.	701
Mansoleo duobus ferculis Agrippinae cineres illati.	403	Metus & confidentia summa Caligulae.	458
Mansoleo vox emissa ante obitum Neronis.	626	Mevania, pars Umbriae.	499.a
Mansoleum Augusti.	271, 626.a	Micare sortitionis genus.	110.a
		Micatione controversias in contractibus tollebant.	ibid.
		Michaëlis Imperatoris mimus, Claudia- no similis.	527.b
		Miliarium aureum, Roma.	681.a
		Mili-	

R I T V V M E T R E R V M.

Militares viae quae?	188.a	Mæsia à Dacis Sarmatisque vastata.	339
Militaria dona majora, vel minor.	114.a	Mæsiaci milites Vespasiani nomen vexillis inscribunt.	732
Militaria dona quomodo distribuerit Augustus?	141	Μοναρχαὶ dictatores Græcis.	2.a
Milites in Senatu causam dicere non tenebantur.	325.a	Moneta servos Caesar præposuit.	85
Militia nautica parum honesta apud Romanos.	660.b	Monopolium.	377.a
Militi legionario uxorem ducere jus non fuit.	49.a	Monumenta suorum sepiebant.	602.a
Militine tradendus, an in carcerem conjiciendus esset reus, aestimari solebat.	802.b	Monumentis quis inferri deberet, in eorum titulis carebatur.	276.b
Militis fidem primus Claudius premio pigneratus.	489	Monumentorum spatia titulis inscribebantur.	272.b. 273.a
Milliaria porticus.	597.a	Morboniam abire.	743
Millies us. gratuito à Tiberio propositum.	346	Moriendum esse, vox Octavii supplicibus vitam denegantibus.	121
Mimus vitæ agere.	267.b	Moriturum decenter membra componebant.	267.a, b
Minerva superstitione Domitiano culta.	804	Μορμυρίωνες, mirmillones.	433.b
Minio Circus constratus.	409.b	Mortem leve supplicium Tiberius putabat.	365
Minutiae curator quis.	165.b	Mortem morte posse redimi credebant.	401.a
Miscelli ludi.	411.b	Mortem subitam Caesar exoptabat.	102
Miseni classis collocata.	187	Μορῶν ἀνάστασις, liber.	537
Missibus singulis quatuor quadrigæ mittebantur.	507.b	Morum nota ad cuiusque militis nomen apponebatur.	72.a
Missicii, qui à militia missi sunt.	630.a	Morum præfectura titulo differt à censura.	81.b. 146
Missilia variarum rerum spargebantur.	409.a	Morum publicorum correctio.	339
Missio honesta, causaria, ignominiosa.	76.a	Mucia Pompeji à Casare corrupta.	59
Missio iusta duplex.	722.a	Mula partus.	649
Missionum commoda definita.	187.b	Mulieres ante horam quintam in theatrum venire vetuit Augustus.	180
Μισθωγοὶ ἔ μισθὸς quid differant?	446.a	Mulier 2. annis minor sexagenaria nubere prohibita.	513.a
Missus ararius.	507.b	Mulier tricies enixa à Pompejo publicata.	178.a
Missus centum peragendi.	779	Mulli.	330.a
Mitellita, datio mitellarum.	592.a	Mummia Achaica.	647
Mitelenarum expugnatio.	4	Munatius Plancus.	113, 188
Mnester pantomimus.	438, 464, 468	Municipatum dividendos Caesar censuit socios Catilinae.	14
Modulatis carminibus prosequi.	199.a	Munifices in militia opponuntur beneficiariis.	140.a
Mæcenas frigore tandem percussus.	211.b	Munda.	259
Mæcenatiana turris.	614	Munus populo Caesar, epulumque pronuntiavit in filiae memoriam.	29
Mæcenatiani horti.	308	Muros ignominiae causa dejicere iussit.	660.a
Mæcenatis consilium de retinendo principatu.	146.b	Murrhina, porcellanea nostra.	217.a, b
Mæcenatis oratio diffluens.	241.a	Museum Alexandriae, doctorum virorum collegium.	543.b
Mæcenatis taciturnitatem Augustus desideravit.	210		
Mæniaria adificia.	410.a, b		

M m m

Musi-

INDEX ANTIQVITATVM,

- Musicum certamen à Nerone institutum.* 565
Musicus agón Olympi præter consuetudinem commissus. 583.a
Musivum opus. 55.b
Myla. 123.b
Mysteria Cereris. 252.a
- N.
- N** *Anos qua arte mangones effecerint?* 238.b
Narbo colonia. 286
Narcissi & Pallantis imagines inter lares culta. 698
Narcissus libertus Claudii. 526, 535, 727, 758
Nascentes terram attingebant. 111.b. 555.b
Natalem imperii donativo prosequabantur. 489.a
Natalibus restitui. 224.b
Natalitii ludi. 369.a
Natalis Agrippina inter nefastos relatus. 354
Natalis Augusti ab equitibus celebratus. 197
Natalis Tiberii & Sejani in Fastos relatus. 288.a
Natatio inter gymnasia. 207.a. 464.b
Naturalis filius sæpe pro legitimo dicitur. 351.b
Navale prælium in Amphitheatro commissum. 777.b
Navales pugnae pene justarum classium à Domitiano editæ. 779
Navem habere Senatori non licebat. 504.a
Naves fabricantibus commoda constituta. 503
Navibus impositos, ventis permittere, supplicii genus. 73.a
Navis admirabilis magnitudinis. 506.a
Naulochus. 123.b
Navmachie à Claudio commissæ. 510. à Tito. 764. à Nerone. 564
Navmachie & locum, & pugnam significat. 377.b
Nania. 270.b
Neapolim more hieronicarum Nero intravit. 586
Neapolitanum certamen. 490
Necessitas pro necessitudine. 126.a
- Nefasti dies.* 354.a
Negotiatorum merces nonnumquam publico periculo transmissa. 503.a
Negotium gerere quis dicantur? 175.b
Nemausus. 303.b
Nemesis exoranda causa, lata tristibus temperabant. 249.b
Nemora etiam in domibus habebant. 223.a
Nemorense. 55.a
Nemorensis rex, pro Diana sacerdote. 437.b
Neoptolemus tragicus. 468
Neptuno ac Marti castrorum loca consecrat Octavius. 130
Ne quid resp. detrimenti capiat: hac voce pop. R. ad arma vocatus. 32.a
Nerio, Sabina lingua fortis. 281.a
Nero inter blanditias, à plebe Otho appellatur. 682
Nerones falsi plures. 641.a
Nero quibusdam pro Antichristo habitus. 640.a, b
Neronens agón. 578
Neronia, certamen à Nerone institutum. 566.a
Neronis liberalitates à Galba revocantur. 664
Neropolim Romam appellare Nero destinaverat. 638
Nerulum duplex. 110.a
Nicomedes rex Bithynia. 357, 58, 59
Nicopolim condidit Augustus. 130.a
Nihil esse remp. Caesar dicebat. 85
Nili fossa atque aggeres. 129.b
Nili inundatio. 129.b
Nive opplata area Titus immissus perit. 770.b
Nivis aestivo tempore repandenda officina. 591.a
Nocturna sacra paucissima Romani admitterunt. 254.b
Nocturna spectacula soli frequentare juvenes prohibiti. 154
Nocturni ludi scenici à Caligula editi. 408
Nocturnus & in tenebris videre Tiberius potuit. 373. id illi proprium non fuit. 373.a
Nola Augustus succubuit. 267
Nola templum Augusti. 338
Nomenclatores. 532.b
Nomenclatoris muneribus. 13.b
Nomen

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Nomen deferre, recipere.</i>	115.b	<i>dis habitus.</i>	251.a
<i>Nomen tabulis eximere.</i>	487.a	<i>Nundinarum ius.</i>	492.b
<i>Nomentana via.</i>	619.a	<i>Nursia.</i>	722
<i>Nomina flagitiosorum consensu familiae repudiabant.</i>	281.a	<i>Nursini ab Octavio afflicti.</i>	118, 119
<i>Nominalibus non accipiebant cognomina.</i>	112.a	<i>Nympharum varia vocabula.</i>	341.b
<i>Nomina ingenuorum plerumq; tria.</i>	280.b	<i>Nymphidius Sabinus.</i>	660, 665
<i>Nomina plerumque mutabant, qui Roma inquilinifiebant.</i>	279.b	<i>Nysa caussam defendit Caesar.</i>	58
<i>Nominati, id est, rei, facti, postulatique.</i>	16.a	O.	
<i>Nom^o in Musica quid?</i>	576.b	O Barati qui proprie?	51.b
<i>Nonis nihil rei seria Augustus inchoabat.</i>	251.b	O beliscolychnion.	41.a
<i>Non nasci, aut non mori debuit Augustus.</i>	146.b	O beliscus magnus ex Aegypto advectus.	506
<i>Nonius Asprenas Torquatorum nomen ad posteros transmisit.</i>	179	O blivius color.	232.b
<i>Nota, quibus Caesar usus.</i>	61.a	O bnoxio homini ne adsiderent in Senatu, cavebant.	14.b
<i>Notitia Imperii.</i>	277.b	O bnoxium vivere.	367.b
<i>Notis excepta Catonis oratio.</i>	14.b	O bnunciatio dies fit nefastus.	21.a
<i>Notis quomodo Augustus scripserit?</i>	245	O brussa, probatio auri.	623.b
<i>Notis scribere.</i>	651.a. 759.a	O bssecrationis ritus.	512.a
<i>Novarum tabularum expectatio, quid?</i>	49.b	O bsignandi modus.	571.b
<i>Novellare in Italia Domitianus vetuit.</i>	786.a	O bstipa cervice incedere.	373.b
<i>Novendiales dies.</i>	251.a	O bventiones.	42.b
<i>Novius Niger.</i>	16	O ceanum septentrionalem quis primus Romanorum navigaverit?	473.b
<i>Novumcomum qui coloni deducti, iis ut civitas adimeretur, Marcellus retulit.</i>	32	O cellatis ludere.	238.a
<i>Novum opus nunciare.</i>	247.a	O cella cognomen Galba assumpsit.	648
<i>Noxiis non omnibus adversum bestias se defendere permissum.</i>	531.a	O ctavia, Claudii filia.	524, 559, 607
<i>Nuceria.</i>	694, 695	O ctavia, soror Augusti.	203
<i>Nudipedalia.</i>	272.a	O ctavia dua.	109
<i>Nudis pedibus diu veteres inceserunt.</i>	235.b	O ctaviam sororis sua neptem Pompejo detulit Caesar.	30
<i>Nudis pedibus plerisque religionis ritus obibant.</i>	272.a	O ctaviorum duplex familia.	106
<i>Nυκ(α)λω(π)ία.</i>	373.a	O ctavius, Augusti pater, quomodo filii magnitudinem praesenserit?	255
<i>Numerus, militare vocabulum.</i>	732.a	O ctavius cur Aurelio dictus Octavianus.	105.a
<i>Namidica gallina.</i>	415.b	O ctobrem suo nomine Domitianus in vase rat.	801.a
<i>Numidicum marmor.</i>	101.a	O culi nigri, indicium diψυχίας.	53.b
<i>Nummi veteres regii ac peregrini, distributi.</i>	226.a	O culus M. Mario Sylla, Q. Gallio Octavius eruerunt.	145.b. 146.a
<i>Nummo addicere.</i>	60.a	O derint, dum probent, vox Tiberii.	361
<i>Nummus asper.</i>	623.a	O deum.	783.a
<i>Nundina & festa olim in idem fere tempus incidebant.</i>	593.b	O & au magnam soni affinitatem habuerunt.	751.a
<i>Nundinarum dies inusulis robus inchoan-</i>		O enones & Paridis divortium.	795
		O fficia antelucana.	194.a
		O fficia nova excogitata ab Augusto.	165
		O fficiorum celeberrimae causa enarrata.	193.b

M m m a Offi-

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Officium à voluptatibus.</i>	341	<i>res.</i>	700.b
<i>Officium, nuptiale verbum.</i>	421.a	<i>Orientem ordinandum Antonius recepit.</i>	
<i>Oleum in gymnasio se exercentibus præditum.</i>	566.a	120	
<i>Oleum populo divisum.</i>	42	<i>Ornamenta consularia quibusdam à Casare tributa.</i>	84
<i>Olfactu pecuniam explorabant.</i>	754.a	<i>Ornamenta pugnantium.</i>	769.a
<i>Olympicus Iupiter.</i>	414.a. 467.b	<i>Ornamenta sua Casaris rogo matrona iniecerunt.</i>	100
<i>Olympia Cereris sacerdotes.</i>	567.b	<i>Ornamenta triumphalia.</i>	296.a. 313.a
<i>Olympii dii qui?</i>	202.a	<i>Ornamenta triumphalia plures ex eodem bello consecuti.</i>	501.a
<i>Omen in melius vertit Casar.</i>	96	<i>Ornandum tollendumque Octavianum quidam jactitaverant.</i>	118
<i>Ὀμνῆσαι.</i>	225.b	<i>Ornare Lares.</i>	154.a. 626
<i>Omina captare.</i>	304.b	<i>Ornare provinciam, quid.</i>	17.a
<i>Omina, vel dicta vel facta erant.</i>	69.2, b	<i>Ornatrices mulierum.</i>	540.a
<i>Omnium horarum esse.</i>	340.a	<i>Oscula quotidiana edicto prohibita.</i>	331
<i>Ὀμοθυμῶν partium, secundum Hippocratem.</i>	331.a	<i>Osculabantur sese digredientes.</i>	298.a
<i>Opera pictoria.</i>	330.b	<i>Osculari manum, summae reverentiae indicium.</i>	798.b
<i>Operi privato milites admoveere, vetitum.</i>	352.b	<i>Osculis etiam in curia locus.</i>	13.a
<i>Opifices interdum à jure civitatis exclusi.</i>	512.b	<i>Osculis excipiebantur honore aucti.</i>	ibid.
<i>Opima spolia.</i>	477.a	<i>Osculo necessitudine conjunctas excipiebant.</i>	523.a
<i>Opinari, ὀπιῖσθαι.</i>	190.a	<i>Osculum delibatum digitis ad os referre.</i>	258
<i>Oppidum quid?</i>	193.a	<i>Ossilegium.</i>	272.a
<i>Optandi quadam formula Imperatoribus usurpata.</i>	147.a	<i>Ossuaria.</i>	271.b
<i>Optimum auctoritatem deminuit Casar.</i>	11	<i>Ostenta.</i>	250.a
<i>Optime olere occisum hostem, & melius civem, dictum Vitellii.</i>	706	<i>Ostentum Casari Rubiconem transire factum.</i>	36
<i>Optimi status auctor dici cupit Augustus.</i>	147	<i>Ostia Circi.</i>	508.a
<i>Optiones.</i>	680.a	<i>Ostiensis portus à Claudio perfectus.</i>	504, 505.b
<i>Oracula post natum Christum non penitus siluerunt.</i>	618.a	<i>Ostiensis provincia.</i>	19.2. 515.a
<i>Oracula Urbis vicina.</i>	368.a	<i>Ostrearum vivaria.</i>	341.a
<i>Oratores in eadem causa plures audiebantur.</i>	824.a	<i>Ovandi leges à potentioribus sprete.</i>	296.a
<i>Oratorum ac poetarum certamina.</i>	781	<i>Ovatio ut differat à justo triumpho.</i>	135.b. 296.a
<i>Orchestra partes.</i>	44.a	<i>Ὀυγενίονος.</i>	565.a
<i>Orcini senatores.</i>	161.a		
<i>Ordinarii consules qui?</i>	775.a	P.	
<i>Ordinarium jus.</i>	496.a	<i>P. Clodius natus mineri se adoptandum dedit.</i>	284
<i>Ordines ducere, unde?</i>	722.a	<i>P. Nigidius.</i>	255
<i>Ordinis amissio, crimini repetundarum poena.</i>	677.b	<i>Pacis templum.</i>	739.a
<i>Ordinum pop. Rom. numerus apud scriptores varius.</i>	275.a	<i>Paconius majestatis reus.</i>	366
<i>Ordo quot milites habuerit.</i>	79.a	<i>Pacta puella.</i>	491.b
<i>Orichalcum in magno aestimio apud veteres.</i>		<i>Pacuvii armorum judicium.</i>	98
		<i>Pacuvius, Apollinis epistemon.</i>	616.a
		<i>Padago-</i>	

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Padagogia veterum, erant cœtus puero- rum elegantiorum.</i>	592.b	<i>Parentandi suis solenne tempus.</i>	489.b
<i>Pægniaris.</i>	426.b	<i>Parentes à liberis consecrabantur.</i>	102.a
<i>Pasi & Thræsea laudes edidisse, capitale.</i>	794	<i>Parthasius pictor.</i>	343.a
<i>Pagani militibus opponantur.</i>	144.b.670	<i>Par impar ludere.</i>	220.b
<i>Pages Gallorum à veterum padagogiis.</i>	592.b	<i>Paris histrio.</i>	777,792
<i>Palam facere, de obitu alicujus.</i>	559.a	<i>Parricide, qui scientes hominem liberum occiderint.</i>	50.b
<i>Palatia.</i>	433.b	<i>Parricidii frequens pœna, scelus auxit.</i>	531.b
<i>Palatium Capitolinumque Caligula conjun- xit.</i>	416	<i>Parthenius.</i>	806
<i>Palatium hodie totum quasi pensile suffos- sionibus effectum.</i>	221.a	<i>Parthenius poëta.</i>	375
<i>Pales.</i>	407.b	<i>Παρθίωνι.</i>	131.b
<i>Palsurius Sura, de oratoribus coronatus.</i>	799	<i>Parthi Roma petere reges, quam habere malunt.</i>	134.b
<i>Palilia.</i>	407.b	<i>Parthi signa militaria Augusto remit- tunt.</i>	134
<i>Palla.</i>	464.a,b	<i>Parthis inferre bellum cogitat Caesar.</i>	532 114
<i>Pallace, qua cum cœlibe rem habes.</i>	750.a	<i>Parthorum obsides ad Augustum missi.</i>	177
<i>Pallantis superbia.</i>	526.b	<i>Parthorum rex capillatus.</i>	754
<i>Palliolum, capitis tegmen.</i>	479.b	<i>Parthos nisi à rege vinci non posse, libris fatalibus contineri.</i>	138
<i>Pallium Philosophorum differt à pallio elegantiorum Græcorum.</i>	303.a	<i>Partus conjugum in luctu expositi.</i>	390
<i>Palmarum mercede aurigarios Domitius fraudavit.</i>	554	<i>Partus Caligulae ad littus Bataviae.</i>	453
<i>Palmarum tria genera.</i>	581.a	<i>Pasphe.</i>	645
<i>Palmularius.</i>	793.a	<i>Pastores dicti, qui vectigalia ex pascuis contrahabant.</i>	175.b
<i>Palmula, palma fructus.</i>	227.b	<i>Paterfamilias, qui è patris potestate exiit.</i>	308.b
<i>Paludamenti usus.</i>	71.b	<i>Patina Pitelliana.</i>	711.a
<i>Paludamentum abjecisse, turpis fuga ar- gumentum.</i>	117.a	<i>Patrem defunctum pro Rostris Tiberius laudavit.</i>	290
<i>Panaria distributa.</i>	409.a.782	<i>Patrem & filium de vita dimicare jubet Augustus.</i>	119
<i>Pandataria.</i>	353,402	<i>Patria sua cui interdictum, etiam Romæ abstinere debuit.</i>	513.b
<i>Panificia in sacris Serapidis.</i>	734	<i>Patriciae gentes cur toties suppletæ?</i>	47.a
<i>Panisci.</i>	342.b	<i>Patrimonio attrito in Quatuordecim spe- ctare non audebant.</i>	169
<i>Pannonia domita.</i>	132	<i>Patris patriæ nomen Augusto delatum.</i>	199
<i>Pannonii.</i>	310.a	<i>Patrobinus Neronianus.</i>	671
<i>Pantomimi.</i>	184.a	<i>Patroni perferenda legationis.</i>	483
<i>Pantomimorum factiones relegata.</i>	571, 590.a	<i>Patroni à Romulo cur instituti?</i>	289.a,b
<i>Paphia Veneris oraculum.</i>	760.a	<i>Patronis caussarum merces definita.</i>	572.a
<i>Papia legis caput de divitiis.</i>	161.a	<i>Patronos suos Romæ nationes habebant.</i>	126.a.289.b
<i>Papia legis delatores ad quartas redacti.</i>	56	<i>Patrua lingua.</i>	486.a
<i>Parada, naves veterum Gallorum.</i>	61.a	<i>Paullo Censori Iulia neptis Augusti collo- cata.</i>	205
<i>Παράδους γαλιζία.</i>	183.b.767.b		
<i>Paradoxologi.</i>	225.b		
<i>Παρογοζαζία.</i>	423.a		

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Paullus Plancusque Censores.</i>	498	<i>Philologi multiplices variaque doctrina</i>	
<i>Peculiares serui.</i>	85.a	<i>censebantur.</i>	825
<i>Peculium.</i>	309.a	<i>Philosophos urbe & Italia Domitianus</i>	
<i>Pecunia venales h'mores.</i>	18.b	<i>submovit.</i>	795
<i>Pecunia copia Romae post Alexandrinum</i>		<i>Phœnicopteri.</i>	415.a
<i>Augusti triumphum.</i>	172.b	<i>Phonasci.</i>	239.b. 575.b. 588
<i>Pecuniae modus in re familiari termina-</i>		<i>Φυλοβόλει.</i>	389.b
<i>tus.</i>	348.b	<i>Pietas, cognomen L. Antonii.</i>	120.b
<i>Pedia lex.</i>	552.b. 647	<i>Pignora capere, seu damno coercere, inter</i>	
<i>Pedibus ingredi, modesti principis erat.</i>		<i>leniores coercendi modis.</i>	16.b
193.a		<i>Pileata plebs mortuo Nerone discursis.</i>	
<i>Pegmata.</i>	426.a. 533.a	640.a	
<i>Pelta.</i>	422.a, b	<i>Pinarium consodi iubet Octavianus.</i>	145
<i>Penatium locus in aedibus.</i>	250.b	<i>Pinna in os indita ad exoverandum sto-</i>	
<i>Penatium simulacra à Nerone conflata.</i>		<i>machum.</i>	530.b
601		<i>Piscina sine piscibus, quae?</i>	590.b
<i>Pendere apud ararium.</i>	791.b	<i>Piso Frugi Licinianus.</i>	666
<i>Perannare.</i>	729.b	<i>Pisoniana conjuratio.</i>	609
<i>Per assem & libram emere.</i>	206.a	<i>Πισία.</i>	246.b
<i>Percussores Antonio Augustus suborna-</i>		<i>Pius, cognomentum.</i>	310.b
<i>vit.</i>	116	<i>Plagas vitandi & inserendi praecepta mi-</i>	
<i>Percussorum Caesaris quidam in tutoribus</i>		<i>litibus praescripta.</i>	29.b
<i>filii, si quis nasceretur, nominati.</i>	96.	<i>Planci unde dicti.</i>	113.b
<i>Omnes male periëre.</i>	103	<i>Plancus orator.</i>	842
<i>Perductores à Lenonibus quid differant?</i>		<i>Plastice.</i>	636.b
204.a		<i>Plausuum genera.</i>	577.b
<i>Peregrinas ceremonias Romani aversa-</i>		<i>Plantia Virgulanilla uxor Claudii.</i>	522
<i>bantur.</i>	251.b	<i>Plantius Rufus.</i>	131
<i>Peregrini in senatum à Casare allecti.</i>	88	<i>Plebeji Circenses.</i>	322.a
<i>Peregrini opponuntur civibus Rom.</i>	497.a	<i>Πλεστοβόλιος εὐκλερ.</i>	218.b
<i>Per filios.</i>	387.b	<i>Πλήθυσσε ἀγορῆ.</i>	403.a
<i>Perforatoriae assertiones.</i>	787.b	<i>Plinius Secundus.</i>	392
<i>Pergularum usus.</i>	259.b. 832.a	<i>Plinteria.</i>	684.a
<i>Periscelides.</i>	235.b	<i>Plotia rogatio.</i>	7
<i>Perorandi locum solummodo in orationi-</i>		<i>Plumbeis chartis athleta usi.</i>	576.a
<i>bue Albutius sectabatur.</i>	842	<i>Pluteus & spūda in lectis, tricliniaribus</i>	
<i>Personam defunctorum in funere histriones</i>		<i>ac cubicularibus, contrario modo dicun-</i>	
<i>repraesentabant.</i>	748	<i>tur.</i>	423.b
<i>Personata fabula.</i>	579.b	<i>Podagra laborans Servius veneno sibi per-</i>	
<i>Pervigilium.</i>	463.a. 649	<i>unxit pedes, & enecuit.</i>	819
<i>Pescennii Nigri severitas.</i>	362.a	<i>Podium.</i>	44.a. 565.b.
<i>Pestifera auspicia.</i>	86.a	<i>Pœna damnatorum in decimum diem dif-</i>	
<i>Petasus.</i>	236.a	<i>ferebatur.</i>	382.b
<i>Phalacrine, vicus.</i>	723	<i>Pœnam in se ultro deposcerunt Caesaris</i>	
<i>Pharmacusa insula.</i>	5.b	<i>milites.</i>	74
<i>Pharnaces celerrime victus.</i>	39.b	<i>Pœnas facinorum Caesar auxit.</i>	50
<i>Pharus Alexandriae.</i>	506	<i>Polemo, rex Ponti.</i>	573
<i>Φάρις in iure Attico.</i>	17.a	<i>Πολιορκεῖν, precibus vincere.</i>	3.a
<i>Phengites lapis translucens.</i>	802.b	<i>Πολιτεῖα comprehenditur etiam oratoriam</i>	
<i>Philemon à manu servus.</i>	79	<i>artem.</i>	77.a
<i>Philippus Macedo.</i>	468		Πολι-

Πολιῶχοι.	711.a
Pollentina plebs à Tiberio punita.	335
Pollicem premere, vertere, quid?	29.b
Pollices amputabant, sacramentum detre-	
staturi.	138.a
Pollionis Asinii iudicium de commenta-	
riis Caesaris.	66
Pollucis & Castoris ades à Tiberio dedi-	
cata.	314
Polybius, Claudii libertus à studiis.	526.a
Polycratis regia.	412
Polygamia legibus Romanis non permessa.	
61.b	
Πολυῖστρος.	833.b
Polyphazi.	611.b
Pompeja, I. Caesaris uxor, à Clodio, ut fe-	
runt, adulterata.	7.b
Pompeji filiam in matrimonium Caesar	
petiit.	31
Pompeji legatos in Hispania Caesar pro-	
fligat. 38. ipsum maximis operibus	
obsidet. ibid. fundit Pharsalico pralio.	
ibid. Occisum Alexandria deprehen-	
dit. ibid. felicitatem ejus qua in re	
commemoravit? 39. liberos in Hispania	
vincit. ibid. 114. Pompejum vincere	
scire negat Caesar.	40
Pompeji lex de jure magistratuuum.	32
Pompeji statua cruore Caesaris aspersa.	
94.b	
Pompeji theatrum.	154.b
Pompejus, Claudii gener.	528
Pompejus heres à Casare scriptus.	96
Pompejus Macer.	67
Pomponius Flaccus Syriam provinciam	
potando meruit.	340
Pomptina paludes.	52.a
Pomona de omnibus arboreis fructibus.	
228. a,b	
Pondo auri ad coronatos redactum.	151.a
Pontia insula.	355,402
Pontifex maximus in domo publica habi-	
tabat.	55.a
Pontificatum maximum duabus artibus	
Caesar indeptus.	12.b
Pontificatum maximum etiam Christiani	
Imperatores recepere.	152.b
Pontificatum maximum vivo Lepido non	
abstulit Augustus.	152
Pontificiales ludi.	180
Pontificum summa auctoritas.	398.a

Ponti regnum in provincia formam reda-	
ctum.	573
Pontius Aquila Trib. pl.	86
Pontius Iudaea procurator.	492.a
Poparum habitus.	434.a,b
Poppaea Sabina, uxor Neronis.	606.b.678
Porta casa sacrus antiquitus scum.	521
Portia lex damnatis exsilium permittebat.	
14.b. 655.a	
Porticus ante insulas & domos Nero suo	
sumtu exstruxit.	570
Porticus Liviae & Octaviae.	149
Porticus Lucii & Caji.	ibid.
Portifculus.	138.a
Portorium, & Portarium.	51.a
Poris Rex Indorum duplicem legationem	
ad Augustum misit.	134.a
Posca.	708.a
Posides spado.	525
Præceptio, legati genus.	650.b
Præconio contendere.	585.a
Præco reos citabat.	300.b
Præconis voce nonnumquam ad populum	
concionabantur.	239.b
Prædia & mancipia interdum viritima	
Caesar dedit.	30
Prædatoria lex.	487.a
Prædones à Casare in potestatem redacti,	
supplicio afficiuntur.	6
Præfecti socios ordinabant, ut cives Tri-	
buni.	167.b
Præfectura urbis. 165.b. ejus postea in im-	
mensum crevit auctoritas.	ibid.
Præfectos pro pratoribus Caesar constituit.	
84	
Præfectus castrorum.	722.b
Præfectus vigilum.	140.b
Præfectus Vrbis sacro Latinarum.	558
Præfica.	270.a
Præquisitores.	545.a
Præjudicium quid?	25.a
Prælium equestre ac pedestre in Circo Do-	
mitianus commisit.	777
Prælium quando suscipiendum Augustus	
existimaverit?	142
Præmia πολυποῦδας ex Papia lege or-	
dine proposita.	21.b.22.a
Præmiatores.	763.a
Præmia veteranorum.	347.b
Præmiis ad matrimonia & prolem fre-	
quentandam invitandi fuerunt.	21.b
Præsidibus provinciarum imperium prore-	
gatum.	

INDEX ANTIQVITATVM,

gatum.	136	492.2
Pratextam <i>Casar</i> abjicit.	15	Procuratores <i>minores</i> provinciae accepere.
Pratexta non semper inter vestes trimen- phales.	310. b	ibid.
Pratexta, quorum?	15. b	Procuratoribus pro spongiis uti dicebatur <i>Vespasiano</i> .
Pratextata verba.	750. b	744
Pratextatis adhuc filiis assurrectum, agro tulit <i>Augustus</i> .	196	Producere & perducere, lenonia verba.
Pratextum, pro purpura qua pratexitur. 34. b		344.2
Pratextus & causa bellorum diligenter distinguenda.	34. a	Pro pratore praesse exercitui iussus <i>Augu- stus</i> .
Pratores sortiebantur inter se, quis de repetundis, quis de sicariis, &c. cogno- scret.	13. b	117
Prator <i>Domitius C. Casarem</i> abeuntem consulatu ad disquisitionem <i>Senatus</i> vo- cavit.	551	Pro Rostris laudandi, olim erecti statue- bantur.
Prator peregrinus.	164. b	98. a
Prator urbanus juri dicundo praerat.	13. b	Pro Rostris laudari.
Pratorianis Imperatoris electio permessa. 666		7. a
Pratoria, villa splendidiore.	222. b. 337. a, b	Profcenium.
Pratoria cohortes.	275. b	463. a
Pratorii etiam consulares provincias sor- tiebantur.	108. b. 109. a	Proscriptorum liberi ad honores à <i>Casare</i> admissi.
Pratorii in castris magnificentia.	55. b	48. a
Pratorum nomen varie usurpatum.	166. a	Proscriptorum ne cui parceretur contendit <i>Octavius</i> .
Pratrachare, $\omega\theta\beta\kappa\lambda\delta\epsilon\zeta\eta\theta$.	163. b	144
Prantium populo à <i>Casare</i> datum.	42	Profecare.
Prantium populo <i>Tiberius</i> dedit.	313	106. a
Prasinae factioni deditur <i>Cajus</i> .	465	Proficia.
Prelio stoleratae ac sordidae artes tolera- bantur.	446. b	105. b
Priapus seu <i>Baalphegor</i> , numen generatio- nis.	826. b	Prostitutarum captivis vestigal imposi- tum.
Priapus, signū petenti <i>Charea</i> datum.	466	446
Primipilares.	335. b	$\Pi\rho\theta\eta\sigma\iota\varsigma$ funeris.
Primipilarium commoda.	442. b	97. b
Principatum fato dari, <i>Titi</i> vox.	768	Provincia, quid?
Principes <i>Senatus</i> in vetere <i>Rep.</i>	324. b	Provincia populi & <i>Casaris</i> saepe permuta- bantur.
Principibus non creditur de conjuratione comperta, nisi occisis.	811	185. b
Principia in castris.	676	Provinciali cum imperio qui esset, ei ur- bem introire non licebat.
Privati iudices.	495. a	18. a
Privilegium <i>Casari Marcellus</i> eripit.	32	Provincias decernendi potestas varia. 23. b. 24. a
Probrum, alias probrum.	370. a	Provinciarum praesides cur <i>Tiberius</i> non mutaverit?
Proconsules, qui populi provincias admi- nistrabant.	185. b	359. a
Procuratores jurisdictionem non habebant.		Provincias validiores cur <i>Augustus</i> susce- perit?
		185. a
		$\Psi\delta\delta\theta\upsilon\rho\nu$.
		503. a
		<i>Psilotharista</i> .
		780
		<i>Psilothrum</i> .
		54. a
		<i>Psylli</i> .
		127. b
		$\Psi\upsilon\chi\mu\alpha\chi\epsilon\iota\tau$.
		264. b
		$\Psi\upsilon\chi\rho\lambda\upsilon\sigma\iota\alpha\gamma$ <i>Antonii Musa</i> .
		234. b
		<i>Ptolemæus Caji consobrinnus</i> . 422, 423, 436, 464
		Publica civitatum pecunia à piratis <i>Ro-</i> <i>mani</i> nonnulli redempti.
		6. a
		Publica qua dicuntur?
		97. a. 345
		Publica causa ad sportulas à <i>Nerone</i> reda- ta.
		570
		Publicanis, remissionem petere, licitum.
		22. b
		Publicanos mercedum parte relevavit <i>Ca-</i> <i>sar</i> .
		22

Publi-

<i>Publicum quadragesima in Asia.</i>	722
<i>Pudicitia quaestio.</i>	160.a
<i>Puella obfides, efficacius animas obligant.</i>	133.b
<i>Πύελοι.</i>	633.b
<i>Pueras, pueros, antiqui dicitabant.</i>	394
<i>Pueri amabiles Augusto conquistati.</i>	238
<i>Pueritia decimo septimo anno fiebat.</i>	113.a
<i>Pueros occidi, nefas.</i>	365.a
<i>Puerperium sine sexus discrimine dicitur.</i>	394
<i>Puerulus coccinatus Domitiani.</i>	778
<i>Pugiles.</i>	180.b
<i>Pugillares admonendi causa equitibus ab Augusto traditi.</i>	169
<i>Pullati dupliciter dicuntur.</i>	171
<i>Pulle jacens pro pullo.</i>	243.a
<i>Pulli pascentes.</i>	282.b
<i>Pullos auspiciantibus evolare, infaustum.</i>	668
<i>Pulvinar in Circo quis locus?</i>	181.a. 481.a
<i>Pulvinaria deorum.</i>	799.b
<i>Pulvino injecto, nonnulli extincti.</i>	380.b
<i>Pulvis ex Aegypto luctatoribus allatus.</i>	624.a
<i>Pulvis Puteolanus.</i>	505.b
<i>Puppus.</i>	400.a
<i>Puras servare manus Pontificem maxime decebat.</i>	768
<i>Purpura & conchylii discrimen.</i>	408.a,b
<i>Pusulatum argentum.</i>	623.b
<i>Puteolanae moles.</i>	410
<i>Puteolanus sinus.</i>	264
<i>Putos vocabant pueros.</i>	343.a
<i>Pythades histrio.</i>	184
<i>Pyrenaeus saltus, pro montibus Pyrenaeis.</i>	27.a
<i>Pyrgi, castellum.</i>	555.a
<i>Pyrricha diversa est à Troja ludo.</i>	43.b
<i>Pyrricharum argumenta.</i>	564

Q

<i>Q. Calpurnius in foro depugnans.</i>	43
<i>Q. Catuli de Augusto fontina.</i>	257
<i>Q. Maximus successus consul.</i>	89
<i>Q. Metelli oratio de prole agenda.</i>	246
<i>Quadragesima à Galba remissa.</i>	664.a
<i>Quadrata statura.</i>	748.b
<i>Quadrigrariorum lusus.</i>	571.a

<i>Quadringentes millies opus esse, ut Respublica stare posset, Vespasianus dicitur.</i>	745
<i>Quadringentes stipendii nomine Gallia Caesar imposuit.</i>	27
<i>Quadruplatores.</i>	561.a
<i>Quatuordecim gradus Equestria tenere.</i>	121.a. 169. a,b
<i>Quaestio de pollutis sacris.</i>	8
<i>Quaestoris iudex, quasi vicarius praetoris.</i>	12.b
<i>Quaestoris novum genus à Domitiano investigatum.</i>	795
<i>Quaestor, alias quaestor, qui iudicium publicum exercet.</i>	16.b
<i>Quaestores sacri Palatii.</i>	570.a
<i>Quaestoria munera Domitianus revocavit.</i>	778
<i>Quaestorum numerus paulatim ampliatum.</i>	164.b
<i>Quindecimviri & Constantini Magni temporibus, Sibyllae libros inspiciebant.</i>	88.a
<i>Quinquatria in Albano Domitianus celebrabat.</i>	781
<i>Quinquatrus.</i>	219.a,b. 604
<i>Quinquennale certamen Capitolino Iovi institutum.</i>	779
<i>Quinquennale certamen Roma à Nerone institutum.</i>	565
<i>Quintana domi à Nerone constituta.</i>	589
<i>Quintilius Varus.</i>	310
<i>Quinti Septimii philosophi secta.</i>	832
<i>Quirinus consularis in Syriam missus.</i>	348.a
<i>Quirites appellando, Caesar milites in ordinem redegit.</i>	76

R

<i>Rabirio Posthumo cur majestatis crimen motum?</i>	499
<i>Radiatum caput Augusto unde?</i>	191.b
<i>Rationarium Imperii.</i>	146.b
<i>Rationes Imperii publicatae.</i>	405
<i>Rationibus quare vetuerint inferri, quae nequiter emerant.</i>	56.b
<i>Ravenna classis collocata.</i>	187
<i>Reate oppidum.</i>	721.a. 723
<i>Recensum populi Augustus vicatim egit.</i>	169

M m m s

Recen-

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Recensum populi, nec more nec loco solito</i>		<i>Repudii & divortii differentia.</i>	203.b
<i>Caesar egit.</i>	48	<i>Repudium inter absentes fieri potest.</i>	300.
<i>Recitare, de scripto pronuntiare.</i>	239.a	<i>a. repudii formula.</i>	ibid.
<i>Recognoscendi turmas equitum Triumviratus.</i>	166	<i>Rerum actus in hibernos aestivosque menses divisus.</i>	512, 158. a
<i>Recta cena.</i>	224.b. 747. a	<i>Resecrare, id est, solvere devotione.</i>	389. a
<i>Rectarum coenarum consuetudo à Domitiano revocata.</i>	784	<i>Res misiles in convivis.</i>	265. b
<i>Recuperatores.</i>	573. b. 725. b. 787	<i>Responsa Iurisperitorum.</i>	461. a
<i>Redux Tiberius circum templa deductus est.</i>	311	<i>Res soli qua dicantur?</i>	347. a
<i>Referendi ius consulis ejus erat, cuius & fasces.</i>	20. a, b	<i>Restarius, & Restio differunt.</i>	107. b
<i>Regalia fulmina.</i>	253. a	<i>Retanda, id est, purganda flumina prisca locabant.</i>	165. b
<i>Regaliolus, βασιλικός.</i>	92. a	<i>Retiarii.</i>	432. a. 532. a
<i>Regem pop. Rom. naturam parturire, prodigio denunciatum.</i>	253	<i>Reum fieri quid?</i>	294. a
<i>Reges atque provincias per terrarum orbem adliciti Caesar.</i>	31	<i>Rex Regum, Partorum rex appellatus.</i>	390. b
<i>Reges olim & religionum, & resp. antistites.</i>	151. b	<i>Rex salutaris Caesar.</i>	87
<i>Regia Numa.</i>	228. a	<i>Rheda, ῥηδία.</i>	67. b. 68. a
<i>Regia theatri Pompeiani.</i>	554. b	<i>Rheni ripa tutanda libertinum militum Augustus conscripsit.</i>	140
<i>Regibus sociis & amicis qua munera miserentur?</i>	134. b	<i>Rhetorica nonnunquam prohibita exerceri.</i>	837
<i>Regiones Urbis.</i>	150. b	<i>Rhianus.</i>	375
<i>Regradatione puniri, in militia.</i>	140. a	<i>Rhinoceros ab Augusto publicatus.</i>	177
<i>Relationis ius paulatim principes sibi vindicarunt.</i>	20. b	<i>Rhintonica.</i>	344. b
<i>Relationis secunda, tertia, quarta, quinta jura.</i>	20. b	<i>Rhodiensis hospes à Tiberio necatus.</i>	366
<i>Relegari in agros.</i>	138. b	<i>Rhodiis libertas reddita.</i>	919
<i>Relegationis novum genus à Claudio inventum.</i>	514	<i>Rhodum secedere I. Caesar statuit.</i>	5
<i>Religionis causam tam extera, quam patria, collegia sub principibus Rom. permessa.</i>	156. a	<i>Rhodus Romanorum procerum secessus.</i>	298. a
<i>Religio pro otiosa.</i>	248. a	<i>Rhodus sub Vespasiano provincia facta.</i>	737
<i>Reliquias exorum post obitum spangebant.</i>	356. a	<i>Rhætia domita.</i>	132
<i>Reliquias legere, est ossa legere.</i>	271. b	<i>Rituum, quamvis re sublata, retinentissimi Romani fuisse.</i>	206. a
<i>Remmia lex de calumniatoribus.</i>	156. b	<i>Rogandi sententias certum ordinem non observabat Augustus.</i>	164. a
<i>Remorum numerus in biremibus, &c. non in longum accipiendus est, sed in altum.</i>	124. a, b	<i>Rogandi sententias ordo.</i>	25
<i>Repeti rei quibus ob causas possint.</i>	156. b	<i>Rogatio, quid?</i>	7. a
<i>Repetundarum crimini, exsilium & aestimatio pena.</i>	677. b	<i>Romano cultu disciplinaque legionem Gallicam instituit Caesar.</i>	26
<i>Replicata iocinera, seu duplicia, latissima habita.</i>	261. a, b	<i>Rosaria in convivis lautioribus dari solita.</i>	592. b
<i>Repraesentanea potestas,</i>	531. b	<i>Rostrata columna.</i>	673. a
		<i>Rostrata domus Pompeii.</i>	307. b
		<i>Rubicon, fluvius.</i>	36. a, b
		<i>Rudiarii.</i>	291. b
		<i>Rudis in ludo duplex.</i>	433. b
		<i>Rufinus Crispinus, privignus Neronis.</i>	608
		<i>Ruminatio arbor.</i>	644. a
		<i>Ruscini</i>	

RITVVM ET RERVM.

<i>Ruscus Cæpio.</i>	791	242.b	
<i>Ratabulum.</i>	226.a	<i>Sallustius vita scriptisque monstrosus à</i>	
<i>Rutilii oratio de modo adificiorum.</i>	247	<i>Lenæo dicitur.</i>	830
<i>Rutilum capillitium in deliciis.</i>	454.b	<i>Saltare fabulas, proprium histrionum.</i>	
		579.b. 638.a	
S.		<i>Salvidienus Orfitus.</i>	610,793
<i>S Abana.</i>	238.a	<i>Salvidienus Rufus.</i>	208
<i>Sabbatum pro hebdomade.</i>	228.b	<i>Salvius Cocceianus.</i>	794
<i>Sabinus, frater Vespasiani.</i>	774	<i>Salutaris porta, à salutationibus dicta.</i>	
<i>Sacer quis dicatur?</i>	284.b	77.a,b	
<i>Sacerdotia Caesarum Divorum magno redempta.</i>	486.b	<i>Salutatio Caesarum habuit aliquid adorationis immixtum.</i>	696.b
<i>Sacerdos sibi Caligula fuit.</i>	415.a	<i>Salutationis officium.</i>	145.b
<i>Sacerdotum alii singulis diis operati, alii singulas eorum res curarunt.</i>	407.a	<i>Salutio, nomen alicui ad obprobrium imditum.</i>	69.a
<i>Sacerdotum subrogantiorum jus à collegiis ad populum translatum.</i>	550	<i>Salutis augurium.</i>	153.a
<i>Sacra dici omnia sua Imperatores voluerunt.</i>	323.a	<i>Sancire</i>	148.a
<i>Sacra externa fieri vetabant.</i>	251.b	<i>Sandaliarius vicus.</i>	198.b
<i>Sacramenti detrectandi causâ pollices amputavit filiis eq. Rom.</i>	138	<i>Sandapila, mortuorum pauperum loculus.</i>	808.a
<i>Sacramentis interdum adjecta Augustarum nomina.</i>	404.a	<i>Sanguinem dimittere ignominia causa.</i>	139.b
<i>Sacramento solutis hostem aggredi non licebat.</i>	665.b	<i>Sannarum genera.</i>	467.a
<i>Sacrarium.</i>	110.b	<i>Sapientia studium antiquiores etiam Romani amplexi.</i>	817.b
<i>Sacrarium in privatis adibus.</i>	551.a	<i>Sarmatica expeditio Domitiani.</i>	783
<i>Sacra Via.</i>	55.2.90	<i>Sarrana.</i>	601.b
<i>Sacri causa maturius evigilandum erat.</i>	231	<i>Sat celeriter, si sat bene.</i>	142
<i>Sacri & sacrosancti discrimen.</i>	284.b	<i>Satisfacere quid?</i>	78.a
<i>Sacrilegia Caesaris & Crassi, è Capitolio furantium.</i>	63.b	<i>Saturnalia feminarum Kalend. Martii.</i>	747.a
<i>Saga, quâ formâ?</i>	57.a	<i>Saturni edes à Mumatio Planco extructa.</i>	150
<i>Sagatio.</i>	677.a	<i>Saturnini seditiosus Tribunatus.</i>	12
<i>Salacia.</i>	122.b	<i>Scabelli, crepitaculorum genus.</i>	463.b
<i>Salaputium.</i>	343.a	<i>Scala anularia.</i>	220
<i>Salaria senatoribus egenis constituta.</i>	561	<i>Scamilli.</i>	464.a
<i>Salaria via.</i>	629,741	<i>Scapha.</i>	536.a
<i>Salarium, & reliqua necessaria praesidibus provinciarum data.</i>	164.a	<i>Σαφίοναροι.</i>	183.b
<i>Salassi.</i>	132	<i>Scari.</i>	711.a
<i>Salii.</i>	481.a. 530.a	<i>Scatinia lex de impudicitia.</i>	789.a
<i>Salinator levitatis nomine tribus notavit.</i>	285	<i>Scelerata Castra.</i>	475.a
<i>Sallustii obscuritas & audacia in translationibus.</i>	825	<i>Scenam histrionibus Domitianus interdixit.</i>	785
<i>Sallustius Lucullus Britannia legatus.</i>	794	<i>Scena olim è frondibus conficiebantur.</i>	44.a
<i>Sallustius priscorum verborum affectator.</i>		<i>Scenicorum aestimatione diversi Graeci & Romani.</i>	177.a
		<i>Scenicorum mercedes rescissa.</i>	329.b
		<i>Sceptrum Augusti.</i>	644.a
		<i>Scholarium.</i>	488.a

Σίμω-

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Σχιμαλίζδρ.</i>	467.a	<i>Selencus Mathematicus.</i>	678,680
<i>Scipio à Casare devictus.</i>	39	<i>Seliquastrum.</i>	682.a
<i>Scipionum nomen in Africa fataliter in-</i> <i>victum ferebatur.</i>	69	<i>Sella castrensis.</i>	668
<i>Scordalus pro audace.</i>	207.a	<i>Sella cum corona, principibus absentibus</i> <i>aut mortuis posita.</i>	82.a,b
<i>Scorta, pro pueris meritoris.</i>	698.b	<i>Sella curulis.</i>	669.a
<i>Scribarum decuria.</i>	475.a	<i>Sella muliebris.</i>	618.b
<i>Scribendum perinde, ac loquamur, non-</i> <i>nullis existimant.</i>	245	<i>Sellaria, sedes libidinum.</i>	348
<i>Scribis quaestoris negotiari prohibitum.</i>	791	<i>Sella curulis fabrica.</i>	178.b
<i>Scribonia Augusti.</i>	203,214	<i>Σημεα Alexandria.</i>	128.b.129.a
<i>Scribonius Libo.</i>	320.a.321	<i>Semibarbari Gallorum, qui ?</i>	84.b
<i>Scribonius Mathematicus.</i>	305	<i>Semicruca exta nonnunquam diis data.</i>	105.a,b
<i>Scripturi cur in lecticulas se reciperent?</i>	230.b	<i>Semideus est: inscriptio Casari decreta.</i>	82.a
<i>Scrobes interimendis preparabantur.</i>	631.a	<i>Semiramis stirpe Amazonica.</i>	24.b
<i>Scultatores.</i>	680.a	<i>Sempronia lex de provinciis.</i>	13.b
<i>Sculptura diversa à scalptura.</i>	658.a	<i>Senatores minores secerni, auctore Tibe-</i> <i>rio, placuit.</i>	695
<i>Scurra vocabulum varie usurpatur.</i>	558.a	<i>Senatores multi ex plebe.</i>	106.b
<i>Scutarius.</i>	197.a	<i>Senatoribus in provincia versantibus li-</i> <i>tores dabantur.</i>	287.a
<i>Scythæ amicitiam populi Rom. petivêre.</i>	134	<i>Senatorium ordinem è Rep. sublaturus</i> <i>Nero credebatur.</i>	611
<i>Scythica lingua eadem, qua vetus Gallo-</i> <i>rum, Germanorum, Græcorum ac Ro-</i> <i>manorum.</i>	646.a	<i>Senatorum census ab Augusto ampliatus.</i>	173.a
<i>Secessita.</i>	321.a,b	<i>Senatorum distinctio in Iuvenes, & homo-</i> <i>re perfunctos.</i>	167.b
<i>Seclilia, λιδόσρωα.</i>	55.b	<i>Senatorium filii, usque ad legitimos annos</i> <i>equites Romani erant.</i>	167.a
<i>Sectiones oppidorum maximam Casari pe-</i> <i>cuniam comparârunt.</i>	29.a,b	<i>Senatorum liberos curia interesse permisso</i> <i>Augustus.</i>	167
<i>Seclio olim usurpata in suppliciis.</i>	119.a,b	<i>Senatum Idibus Martiis nunquam agi,</i> <i>placuit.</i>	109
<i>Seclor & cognitor pane idem.</i>	699.b	<i>Senatusconsulta ad ararium deferbantur.</i>	253
<i>Seclores damnatorum bona quomodo eme-</i> <i>runt.</i>	59.b	<i>Senatus & eques à Vespasiano recensitus.</i>	739
<i>Seculares Iudi à Claudio celebrati.</i>	507	<i>Senatus in templis habebatur</i>	162.a
<i>Seculares Iudi Domitiani.</i>	779.a	<i>Senatus lectiones.</i>	161
<i>Secularium ludorum intervallum.</i>	153.b.	<i>Senatus non omnibus diebus haberi pote-</i> <i>rat.</i>	318.a
<i>noctibus celebrabantur.</i>	154.a	<i>Senatus per quos cogi potuerit?</i>	318.a
<i>Seculum Romanum, CX. annorum.</i>	507	<i>Seneca ad necem compulsus.</i>	609
<i>Secutores.</i>	432.b	<i>Seneca Neronem à cognitione veterum</i> <i>oratorum avertit.</i>	636
<i>Sedens P. C. Casar excipit.</i>	86	<i>Seneca per Agrippinam ab exilio revoca-</i> <i>tus.</i>	957.b
<i>Sedere ei rei dicebantur, de qua cognosce-</i> <i>bant.</i>	656.b	<i>Seneca dictio à Caligula reprehensa.</i>	462
<i>Sedere in quatuordecim.</i>	121.a	<i>Senecæ Nero in disciplinam traditus.</i>	957.
<i>Sedes aurea in curia & pro tribunali Ca-</i> <i>sari decreta.</i>	82	<i>ejus feminam tanquam C. Casari præ-</i> <i>ciperet.</i>	
<i>Segestria.</i>	238.a		
<i>Sejanus.</i>	347,356,369,398,411,483,524		
<i>Sejanus querenti Tiberio occasiones sub-</i> <i>ministravit.</i>	362		
<i>Selena, Antonii ex Cleopatra filia.</i>	423		

R I T V V M E T R E R V M.

<i>cipret.</i>	ibid.
<i>Sententias rogandi ordo.</i>	484.b
<i>Sepelire extra Urbem, moris erat.</i>	280.a
<i>Septa. 176.b. alias Ovidia dicta.</i>	311.a
<i>September pene totus ludis occupatus.</i>	158.a
<i>Septimontiale sacrum.</i>	781.b
<i>Septimo spatio peracto palma dabatur.</i>	779.b
<i>Septizonium.</i>	757.b
<i>Sepulcrum Drusi.</i>	476.a
<i>Sepultura in Urbe, honoris causa quibusdam permissa.</i>	280.a
<i>Sepulturam Caesaris insepultam Cicero vocat.</i>	99.a
<i>Sepultura locum publice gens Claudia accepit.</i>	280
<i>Serapidis ades magnifica.</i>	734.a
<i>Serapis idem qui Iosephus.</i>	734.b
<i>Serica veste viris interdictum.</i>	460.a
<i>Sermones, etiam cum Livia, graviores Augustus è libello habebat.</i>	239
<i>Serpentes circumantur.</i>	378.a
<i>Serpentis exuvias armillis inclusas Nero gesserit.</i>	557
<i>Serra medios diffecabant, ducto à capite principio.</i>	428.b
<i>Serva fiebat, qua alieno servo se miscisset.</i>	740.b
<i>Servare de certo.</i>	21.a
<i>Servi apud Parthos in militiam adsciti.</i>	622.b
<i>Servii Sulpicii Postumia à Cesare corrupta.</i>	59
<i>Servius Sulpicius consul.</i>	53
<i>Servilian Bruti matrem dilexit Caesar.</i>	59
<i>Serviliani horti.</i>	627
<i>Servilius Cæpio.</i>	23
<i>Servilius Isauricus.</i>	4,203
<i>Servilius Isauricus & Antonius Coss.</i>	288
<i>Servi mane salvere, vesperi valere Domino dicebant.</i>	650
<i>Servi, qui manumitti deberent, curiose cavet Augustus.</i>	171
<i>Servi sic interdum alienabantur ut nunquam manumitterentur.</i>	134
<i>Servitus quibusdam est, non dominari.</i>	352.a. 353.b
<i>Servorum solutiora apud Græcos iura.</i>	4.b
<i>Servorum xx. millia manumissa.</i>	122
<i>Servos ad pileum vocare.</i>	287.a

<i>Servos chariores in morte liberare properabant.</i>	91.a
<i>Servum sine iudice occidere non licuit.</i>	518.a
<i>Sestertium, locus infamis.</i>	671.b
<i>Sestius Gallus.</i>	340
<i>Sexagenarios generare non posse, Papia legis interpretatio docet.</i>	512.a
<i>Sex. Pompeji classis à Mena prodita.</i>	224
<i>Sex. Pompejus. 115. Neptuni filius haberi vult. 122. b. superatur.</i>	123
<i>Sexus, in neutro genere.</i>	180.b
<i>Sibyllinorum librorum delectus.</i>	152
<i>Sicambri in Galliam traducti.</i>	133.a
<i>Sicariis exempti, qui proscriptione Syllana capita civium retulissent.</i>	12
<i>Sicila.</i>	696.a
<i>Sicinius adversus locustas cum imperio missus.</i>	19.a
<i>Siculum Octavii bellum. 122. intermissum sapius.</i>	ibid.
<i>Σιδυροφασίον.</i>	94.a
<i>Sidus crinitum.</i>	103.a
<i>Sigillaria, festum.</i>	483.a
<i>Sigillaria, vici nomen.</i>	499.b
<i>Sigillum reipublice.</i>	257.b
<i>Signa & statuae ut differant.</i>	56.a,b
<i>Signa manipulorum.</i>	71.a
<i>Signa, ne nuntii morarentur, procul tolli Tiberius iussit.</i>	370
<i>Signa Romana.</i>	402.a
<i>Signatores.</i>	318.b
<i>Signatorios annulos morituri charissimis tradebant.</i>	257.b
<i>Signis omnium magistratum testamentum suum Claudius obsignavit.</i>	544
<i>Signum legionis, aquila.</i>	71.a
<i>Signum uno aut altero verbo dabant.</i>	543.a
<i>Silani filia, Caligula uxor.</i>	397,418.a
<i>Silentium quid in disciplina augurale?</i>	261.a
<i>Silio Messallina nupsit.</i>	522,528,534
<i>Silvae callesque, provincia.</i>	19.a
<i>Silva & ambulationes ab Augusto publicatae.</i>	272
<i>Σιμολεγχαλοι.</i>	373.b
<i>Simulacra juxta Deos Caesar decerni sibi passus est.</i>	82
<i>Simulachro Caesaris cur stella addatur?</i>	103

Si-

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Simulacrum Felicitatis.</i>	288	<i>ſus ordinavit.</i>	178
<i>Simulacrum Imperatori consecraturū, dei alicujus ſignum in exemplar ſumebant.</i>	891.a	<i>Speculatoria caliga.</i>	460.b
<i>Sinarum rex quot milliones accipere dicebatur?</i>	27.b	<i>Speculatores diverſi ab exploratoribus.</i>	145.a. carnificis officium peragebant.
<i>Sinuessa.</i>	701		145.b
<i>Sinus toga, quid?</i>	94.b	<i>Speculatores ſatellites principum.</i>	667.b
<i>Σμῆς μῆλα.</i>	690.a	<i>Speculatores, teſſerarii.</i>	680.a
<i>Socci.</i>	460.b	<i>Speluncis villas imponebant.</i>	337.b
<i>Sociale bellum.</i>	9.a	<i>Σπῦδος βεβῆως.</i>	142
<i>Societas Caſaris cum Pompejo & Crasso inita.</i>	19.a	<i>Sphinge in ſignando Auguſtus utebatur.</i>	189
<i>Societatum & amicitiarum cum Romanis origo.</i>	134.a	<i>Sphæriſterium.</i>	749.a
<i>Sodales Auguſtales.</i>	484.a, b. 654	<i>Spicillus mirmillo.</i>	595, 628
<i>Solarium, locus in ædibus.</i>	488.a, b. 570.b	<i>Spina Circi.</i>	44.b
<i>Solea quid differat à calceis?</i>	303.b	<i>Spintria.</i>	341.b. 699.a
<i>Solum pro arca, qua cadavera condebantur.</i>	633.b	<i>Spongia linguæ ſcripta ſua delere juſti.</i>	412.a
<i>Sollennes cœna.</i>	31.a	<i>Sponſalia.</i>	491.a
<i>Somnia aliena de ſe non negligebant.</i>	248.b	<i>Sponſas habendi tempus coarctatum.</i>	160.b
<i>Somniis latis mala portendi credebantur.</i>	8.a	<i>Sportella cum opſonio populo diſtributa.</i>	682
<i>Somniare nunquam ſolitus Nero.</i>	625.a	<i>Sportula publica à Domitiano ſublata.</i>	784
<i>Somnium Caſaris & ejus interpretamentum.</i>	8.b	<i>Sporus, Neronis ſponſa.</i>	593, 594
<i>Sontes in amphitheatro uſtulabantur.</i>	383.a	<i>Spurinna hævſpex Caſarem movet.</i>	91.
<i>Sordes rerum.</i>	156.b		93
<i>Sordidati incedebant etiam rerum propinqui.</i>	702.b	<i>Stabulum pro caſpna & hoſpitiis.</i>	702.a
<i>Sorte ducebantur judices.</i>	12.b	<i>Stadia certaminum.</i>	586.a
<i>Sortes Antiatina.</i>	468	<i>Stagnum, pro ſtadium.</i>	700.a
<i>Sortes in convivio venditata.</i>	226.b	<i>Stapia veteribus ignota.</i>	388.a
<i>Sortes Patavina.</i>	306.a	<i>Στῆδος & ἰδρυα ἀπὸ μῆτις inter animadvertiones militares.</i>	139.b
<i>Sortes Præneſtina.</i>	68.a	<i>Statilia Meſſallina Neronis uxor.</i>	607, 688
<i>Sofius & Domitius Coſſ.</i>	126	<i>Statilii Tauri amphitheatrum.</i>	150, 607
<i>Spartacus.</i>	108	<i>Statilius Corvinus.</i>	494
<i>Sparteoli, excubiæ nocturnæ adverſus incendia.</i>	150.b	<i>Stationarii milites.</i>	680.b
<i>Σπέρῳ πόλις.</i>	811.a	<i>Stativa.</i>	316.b
<i>Species duo Latinis ſignificat.</i>	85.a, b	<i>Statuam ære collato ſtatueri.</i>	200.b
<i>Species humana amplior.</i>	474.b	<i>Statuas argenteas ſibi poſitas Auguſtus conſtravit.</i>	191
<i>Species principatus.</i>	413.b	<i>Statuas Sylla & Pompeji Caſar repoſuit.</i>	80
<i>Speſtacula commentitia.</i>	506	<i>Statua equeſtres.</i>	704.b
<i>Speſtacula in Vrbe, in Italia & provinciis edebantur.</i>	178.b. 179.a	<i>Statua gentium.</i>	625.b
<i>Speſtacula edendi jus non promiſcuetriutum.</i>	525.b	<i>Statua principum ad eas conſugientibus aſylum.</i>	128.a
<i>Speſtaculum juſtum atque legitimum.</i>	509	<i>Statue principum refugium præbebant.</i>	353.a, b. 359.a
<i>Speſtandi conſuſſimum morem Auguſtus ordinavit.</i>		<i>Statua regum in Capitolio.</i>	82.a
			STATVS

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Statua triumphali effigie.</i>	154.a
<i>Statuis veteribus alia capita imponebantur.</i>	358.b.414
<i>Statua virorum illustrium à Caligula disjecta.</i>	435
<i>Statua iuxta fenestram pedum.</i>	372.a
<i>Statua usitata quot pedum?</i>	177.a
<i>Stellatam camporum, majoribus consecratam, Caesar divisit. 21. de eo contraria Cicero & Suetonius opinantur.</i>	21.b
<i>Stemma in atrio propositum.</i>	645
<i>Stephanio togatarius.</i>	183
<i>Stephanus Domitiani interfector.</i>	807
<i>Stibadia.</i>	51.b
<i>Stigmati qui notati?</i>	428.a
<i>Stilum vertere, quid?</i>	94.a
<i>Stipem cur à populo Augustus emendicaret?</i>	249.b
<i>Stipem in lacum Curtii pro salute Augusti jaciebant.</i>	198
<i>Stipendio militis aureum quartum Domitianus addidit.</i>	787
<i>Stipendorum numerus varie definitus.</i>	294.b
<i>Stipendium Caesar legionibus duplicavit.</i>	30
<i>Stipes Kal. Ian. Cajus captavit.</i>	448
<i>Stipulatores.</i>	713.a
<i>Stolus Alexandrinus.</i>	264.b
<i>Stæchades insula.</i>	500.b
<i>Strabo Caesar.</i>	64
<i>Strena, <i>Ὠπαρχμῶς</i>.</i>	331.b
<i>Strenarum origo.</i>	198.b
<i>Strena nonnunquam populis remissa.</i>	331.b
<i>Strigilum in balneis usus.</i>	23.a
<i>Studendi solatium captivis ademptum.</i>	364
<i>Sua morte desungi quid?</i>	103.b
<i>Sub Veteribus, nomen loci.</i>	271
<i>Sub lentis maxillis esse.</i>	315.a
<i>Subcessivus ager.</i>	791.a
<i>Subdiales ambulationes.</i>	236.a
<i>Subscriptio, pro voto in fine litterarum.</i>	327.b
<i>Subsellia, quorum?</i>	86.a
<i>Subsellia tribunitia honoris causa decretata.</i>	514.a
<i>Suburra.</i>	55
<i>Successore non expectato Caesar ex Hispania discedit.</i>	17
<i>Sudatoria in balneis.</i>	236.b
<i>Suetonii Vita in octo, non duodecim libros,</i>	

<i>dispersenda.</i>	1.a
<i>Suetonius Lenis, pater Tranquilli.</i>	687.a
<i>Suevos in Galliam traductos non sit simile.</i>	133.a
<i>Suffragia obsignata Romam decuriones colonici mittebant.</i>	185
<i>Suffragia populo reddere Caligula tentavit.</i>	405.b
<i>Suffragiorum commercium modo vetitum, modo permissum.</i>	752.b
<i>Suggestum in orchestra Caesar habuit.</i>	82
<i>Suggrundia.</i>	77.b
<i>Sulpicius Camerinus & Poppæus Sabinnus Coss.</i>	
<i>Sulpicius Flavius.</i>	541
<i>Summarum actores.</i>	796.a
<i>Sumptuariae leges.</i>	51.b.159.b
<i>Συνοφύτως.</i>	232.a
<i>Supersesse, id est, advocatum esse.</i>	196.b
<i>Superjumentarius.</i>	478.b
<i>Supernumerarii milites.</i>	517.a
<i>Super numerum, imaginaria militiae genus.</i>	517
<i>Superstationarius.</i>	479.a
<i>Supini orabant.</i>	123.b
<i>Supparum, veli genus ad gaudium testandum.</i>	264.b
<i>Suppellectilem pro anni tempore diversam habebant.</i>	221.b
<i>Suppellectili modum adhibendum Tiberius censuit.</i>	330
<i>Supplicationis honos, qualis.</i>	26.b.27.a
<i>Supplicio abstinebant festis diebus.</i>	199.a
<i>Supplicium antiqui moris.</i>	531,631
<i>Surrentum.</i>	208
<i>Suspensione criminis Caesar carere suos vult.</i>	79
<i>Sylla liber imperfectus ab Epicado supplementus.</i>	828
<i>Sylla dictum de Casare de secuturo dictatore.</i>	3,55,81.b
<i>Synœdria, Indæorum collegia.</i>	156.a
<i>Syngraphus & chirographum quid differant?</i>	25.b
<i>Synthesina.</i>	635.a
<i>Syracusa locus singularis Augusti.</i>	221.b

T.

TAbella, damnatoria & absolutoria.
159

Tabella

INDEX ANTIQVITATVM,

<i>Tabelliones, νομιστοί.</i>	600.b	<i>Terra motu disiecta civitates sublevata</i>	291.347.
<i>Tabulas lascivas pingi Conciliis vetitum.</i>	342.a	<i>Terra motu montiata, serias indicabant.</i>	511.b. sed nullius dei nomine adjecto.
<i>Tabula veterum fisci debitorum in foro concremata.</i>	404.b		512.a
<i>Tabula veterum aerarii debitorum exusta.</i>	156.a	<i>Tertiarius, pro tertiarum auctore.</i>	183.a
<i>Tacitus Suetonio conciliatus super statua Tiberii.</i>	371.b	<i>Tessellata.</i>	55.b
<i>Tadis ardentibus viros principes excipiebant.</i>	499	<i>Tessellatio quadam ex margaritis.</i>	151.b
<i>Talaria Mercurii.</i>	461.a,b	<i>Tesserarii.</i>	680.a
<i>Tali inter apophoreta dati.</i>	218.a	<i>Tesserarum usus.</i>	218.b
<i>Talio calumniatorum poena.</i>	156.b	<i>Tessera ad mandata perferenda adhibita.</i>	652.b
<i>Talipedare.</i>	279.b	<i>Tessera frumentaria.</i>	169
<i>Talorum insus.</i>	218.b	<i>Tessera nummaria.</i>	174.a
<i>Tanufii annales.</i>	9.b	<i>Tessera variarum rerum populo sparsa.</i>	563
<i>Tanufius Geminus.</i>	9	<i>Testamentorum tria genera.</i>	275.a
<i>Tarichæa, urbs Iudææ.</i>	760	<i>Testamentum alterius vivi aperire, capitale.</i>	125.a,b
<i>Tarraconensis Hispania Galbæ oblata.</i>	654	<i>Testamentum Antonii pro concione recitandum curavit Octavius.</i>	125
<i>Tauropolium.</i>	566.b	<i>Testamentum matris pro irrito Tiberius habuit.</i>	351
<i>Taurorum venatio Thessalis familiaris.</i>	508.b	<i>Testamentum per nuncupationem.</i>	443.a
<i>Taxi arboris veneno Cantabri mortem præcepere.</i>	132.a	<i>Testamentum Tiberii ablatum.</i>	400.407
<i>Τεχνόφουον Augusti.</i>	222.a	<i>Testæ, plansum genus.</i>	578.a
<i>Tegea in Arcadia.</i>	735	<i>Tetraones.</i>	415.a
<i>Telephi servi conjuratio.</i>	131	<i>Tetræpharmacum Adriani.</i>	416.a
<i>Telluris ades.</i>	829.b	<i>Thalemezi naves regum Aegyptiorum.</i>	60.a
<i>Temenites Apollo.</i>	381.a	<i>Thallus à manu.</i>	212
<i>Tempestitiva convivia.</i>	452.a	<i>Thasius lapis.</i>	634.b
<i>Templa & aras decerni sibi Casar passus.</i>	82	<i>Theatra versatilia.</i>	563.b
<i>Templa in provinciis, communi suo Romanæque nomine Augustus recepit.</i>	191	<i>Theatralis poena.</i>	169
<i>Templa pro consulibus ponebantur.</i>	191.a	<i>Θιατρικόν.</i>	183.b
<i>Templum Augusti Lugduni.</i>	412.a	<i>Theatrum à Cornelio Balbo exstructum.</i>	150
<i>Templum Claudii in Britannia.</i>	546.b	<i>Thema suum Augustus vulgavit.</i>	160
<i>Templum Divi Claudii in Calio monte.</i>	739	<i>Thensa.</i>	178.a. 82.b
<i>Templum numini suo Caligula instituit.</i>	414	<i>Theodoricus Gothorum rex Pemptinas paludes exsiccavit.</i>	52.a
<i>Tempus nativitatis Augusti in dubium vocatum.</i>	110.b	<i>Theodorus Gadarus.</i>	357.b
<i>Tendere, militare verbum.</i>	661.a	<i>Theogenes Mathematicus.</i>	259
<i>Tentipellia.</i>	690.a	<i>Θιολοσώδωρα Ασκληπιάδης.</i>	253
<i>Τσπηδύτης.</i>	646.b	<i>Therma Neronis.</i>	566.a
<i>Terpnus & Diodorus citharadi.</i>	747	<i>Therma Titi.</i>	764
<i>Terracina.</i>	648	<i>Thure ac mero supplicabant, ingressi curiam.</i>	162.a
<i>Terra mater.</i>	382.a	<i>Thraseypolis Thracum Rex.</i>	336
		<i>Thrasyllus.</i>	266,307,367,411
		<i>Threces, gladiatores.</i>	457.a 464,792
			Thurini

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Thorini cognomen inde Octavio inditum?</i>	<i>Toranius tutor ab Octavio proscriptus.</i>	144
112	<i>Τορδύλην, calatura.</i>	16.a
<i>Tiara.</i>	<i>Toris infidebant etiam cum non accumberent.</i>	796.b
<i>Tiberii commentarios & Acta Domitianus lectitabat.</i>	<i>Torquati duplares.</i>	30.b
810	<i>Tortor Apollo.</i>	216.b
<i>Tiberii Caesaris pater.</i>	<i>Trabeata fabula Melissi.</i>	834
286	<i>Trabeati equites.</i>	802.b
<i>Tiberii dictum de Galba.</i>	<i>Trachea Cilicia.</i>	737.b
648	<i>Transcursaria.</i>	411.b
<i>Tiberii fauces manu sua oppressisse Cajus creditur.</i>	<i>Transducta gens Octaviorum in patricios.</i>	106
398	<i>Transseundi ad Pompejum Caesar nonnullis potestatem facit.</i>	79
<i>Tiberius Alexander Aegypti praefectus.</i>	<i>Transferris in alios pericula sua posse credebant.</i>	528.a.609
733	<i>Transitoria Neronis domus.</i>	597
<i>Tiberius, Tiberii nepos. 354, 356, 367. adoptatus à fratre Caligula. 403. misere à Tiberio interfectus.</i>	<i>Translatitia postulationes.</i>	558.b
418.a	<i>Translatitium funus.</i>	603.b
<i>Tibicem omnibus sacris adhibebatur.</i>	<i>Translatitium jus.</i>	116.b
376.b	<i>Transscribi vel adscribi, coloni dicebantur.</i>	560.a
<i>Tibar Herculi sacrum.</i>	<i>Transvectionis equitum mos.</i>	268.a
393.b	<i>Trebiani.</i>	326
<i>Tigellinus.</i>	<i>Trechedema.</i>	395.a
664	<i>Τρεχέδαιροι.</i>	130.b
<i>Tigrani diadema Tiberius imposuit.</i>	<i>Tribum etiam ejus, qui se adoptaverat, adoptati assequerantur.</i>	170.a
295	<i>Tribunalium & subselliorum mancipes.</i>	573.a
<i>Tintinnabulorum usus in adibus magnatum.</i>	<i>Tribunatus pl. patricios non admittebat.</i>	116.a
249.a	<i>Tribuni ararii. 48.a. à judiciis remoti.</i>	ibid.
<i>Tiridatis in Urbem introitus.</i>	<i>Tribuni extra Urbem nihil poterant.</i>	300.a
567	<i>Tribuni militum alii angusticlavii, alii laticlavii.</i>	687.b
<i>Tirocinium.</i>	<i>Tribuni pl. creabantur ex Senatoribus plebeiis.</i>	116.b
143.a	<i>Tribuni, si deessent candidati, ex quovis populo creabantur.</i>	169.a
<i>Tirones per equites & senatores Caesar erudiebat.</i>	<i>Tribunitia potestas.</i>	309.a,b
30	<i>Tribunitiam potestatem quare Augustus receperis?</i>	146.a
<i>Titianus.</i>	<i>Tribunitiam potestatem Sylla deminuit, Pompejus restituit.</i>	6.b
676	<i>Tribunitiis comitiis saepe defuerunt candidati.</i>	169.a
<i>Titii sodales.</i>	<i>Tribus cum candidatis suis Augustus circumibat.</i>	196
654.a		
<i>Tituli Domitiani erasi.</i>		
813		
<i>Tituli Imperatorum.</i>		
200.a,b		
<i>Tituriana clades.</i>		
73		
<i>Titurinus & Annumulejus legati per insidias cæsi.</i>		
21		
<i>Toga, abscissis laciniis, ignominiosa.</i>		
139.b		
<i>Toga, & quidem alba, propria Rom. vestis forensis erat.</i>		
171.b		
<i>Toga Græca, quid?</i>		
780.b		
<i>Togarum usus paulatim defuit.</i>		
483.b		
<i>Togata fabula quæ?</i>		
183.a,b		
<i>Togati Augustorum.</i>		
484.a		
<i>Tollere se, &, extemplo, verba augurum.</i>		
261.a		
<i>Tomento mandendo Drusus se nonum ad diem detinuit.</i>		
355.b		
<i>Tomentum Circense.</i>		
355.b.356.a		
<i>Tondere pecus, non deglubere.</i>		
328.a		
<i>Tonante celo mutua salutem precabantur.</i>		
458.a		
<i>Tonitrua expavescebat Caligula. 458. sed interdum avleσπολιεὺν audebat.</i>		
458.a		
<i>Tonitrua sereno celo, tristia habebantur.</i>		
770.a		

Non

Tribus

INDEX ANTIQVITATVM,

Tribus manumissis liberaliores heri emebant.	174.2.b
Tribus Romana.	13.b
Tribus urbanae.	622.a
Tributorum, quae à subactis undequaque gentibus pendebantur, summa.	27.b
Tribunum nomine saepe ultimus ordo notatur.	275.a
Τριβῦνος Cynicorum.	303.a
Triclinium, & pro ipsa carnatione, & pro ordine mensarum accipitur.	51.b
Trierarchi.	604.b
Τριπόδες χορηγῶν.	191.b
Trispudium solistimum.	282.b
Tritones produci soliti in theatris.	511.b
Triviales ex circo ludi.	125.b
Triumphales caussa.	388.b
Triumphalis porta.	269.b
Triumphali currui ultimi supplicii instrumenta appensa.	249
Triumphare civem de civē, nefas erat.	40.a
Triumphus falsi.	454.b
Triumphus iusti ducibus ab Augusto concessi.	166
Triumphus quinque Caesaris.	40
Triumphus ob modestiam civitatis dilatatus.	310
Triumphum petentes, extra urbem manebant.	28.b
Triumviratum legendi Senatus instituit Augustus.	166
Triumviri Monetales.	84.b
Τροπία.	102
Trochaici versus facile nascuntur.	391.a, b
Trojani Circenses.	291
Trojae ludicrum, ἡ τροπαιοπλοῦς genus.	43.b
Troja ludo clara stirpis indoles immoscebat.	176
Trojae ludus majorum minorumque puerorum.	291.a
Tropaea, sine adspiratione, scribendum.	11.b
Τροχῶδες ἔσθ' ἰδιότῃ, proverbium.	544.a
Tuberes & tubera quid differant.	805.a
Tucia Vestalis.	283
Tunicatum in publico apparere, magnus dedecus.	139.b
Tunicatus populus, plebs infima idiotarum.	

171.b	
Tunica sub togis habebantur.	307
Turdi.	341.a
Τὸ ὑπὸνέκτωρ libri à Claudio scripti.	543
Tutela recipere, quid?	478.a
Tutores à quibus dati.	513.b
Tutorum & curatorum differentia.	478.a
Tympanum cur magna matris dederunt?	213.b
Tyrii coloris usus à Nerone prohibitus.	600
Tyronum proceritas semper exacta.	575.a

V.

Vacatio legis. Papia Poppae nonnullis tributa.	503
Vacationem à Rep. petit Augustus.	146.
23.b	
Vaccera.	244.a
Vacuas areas occupare & adificare, si possessores cessarent, cuicumque Vespasianus permisit.	718
Vanire quomodo soliti cives Romani ob capitali admissum.	138.a, b
Valerius Messalla.	199, 214
Valerius Messalla, & Lentulus Coss.	648
Variana clade caesorum reliquiae à Germanico humata.	388
Variana clades.	136.a, 137
Varia, pro paridis.	409.a
Varrus Mutina.	131, 193
Vasarium.	164.b
Vatia & Valgi.	689.b
Vaticinium Tiberii de Caio.	397.a
Vatinia lege Caesar Galliam Cisalpinam accepit.	23
Vatinia rogatio.	32
Vbi in Galliam traducti.	133.b
Vetem Britanniae insulam Vespasianus subegit.	726
Vestigalia à Nerone imminuta vel abolita.	560
Vestigalia publica municipiorum.	184.a
Vestigalia publicanis per censores elocabantur.	175.b
Vestigalia tripticia.	51.a
Vehicula inscendentes, qua superstitione uterentur?	40.b
Vehiculator.	311.b
Vejentium Livia.	643
Velabrum.	40, 587
Vela.	

R I T V V M E T R E R V M.

<i>Velarii.</i>	488.b	191.a	
<i>Velato capite deos adorabant.</i>	697.a	<i>Vestem mutare Claudii rei non substitue-</i>	
<i>Veleda, Germanorum dea.</i>	474.b	<i>runt.</i>	284
<i>Vellere pilos, delicatiorum.</i>	54.a.672.b	<i>Vestem nullam Nerobis induit.</i>	595
<i>Veliterni quam causam bellandi cum pop.</i>		<i>Vestem scenici rogo Caesaris injecerunt.</i>	100
<i>Rom. habuerint?</i>	253		
<i>Velocius quam asparagi coquantur.</i>	243.a	<i>Vestes atrae, summisionis indices.</i>	628
<i>Velo levato causas cognoscere.</i>	488.b	<i>Vestes religiosa.</i>	333.b.690.b
<i>Venalem pendere.</i>	487.a	<i>Vestimenta in locis sacris mutare, nefas</i>	
<i>Venales denudare mos fuit.</i>	214.a,b	<i>habebatur.</i>	359.a,b
<i>Venales peculiariter servi dicuntur.</i>	174.a	<i>Veteranas in auxilium reip. contrahit</i>	
<i>Venalia familia.</i>	174	<i>Augustus.</i>	117
<i>Venalia pro mangonibus.</i>	214.a.839	<i>Veteranos municipalibus agris recepit O-</i>	
<i>Venatio Africanorum.</i>	409.a	<i>Stavus.</i>	120
<i>Venatio Parthicorum regum continua ex-</i>		<i>Via Consulibus Tiberius decessit.</i>	326
<i>ercitatio.</i>	391.a	<i>Viarum curatores.</i>	165.a,b
<i>Venationes in omnibus vrbis regionibus</i>		<i>Viarum exploratores.</i>	362.b
<i>Domitius dedit.</i>	553	<i>Viaticum, peculium militis.</i>	74.a
<i>Veneriarum plena arca in Caligula secreto</i>		<i>Viatores diversi à lictoribus.</i>	283.a
<i>reperta.</i>	456	<i>Viatores per Italiae oppida, nisi aut pedi-</i>	
<i>Veneris Erycinae templum.</i>	521.a	<i>bus, aut sella, aut lectica transire ve-</i>	
<i>Veneris iactus in talis.</i>	213.a	<i>titi.</i>	518
<i>Veneris templum superpositum theatro</i>		<i>Vibius Crispus.</i>	776
<i>Pompeji.</i>	506	<i>Vicesima hereditatum.</i>	188.a
<i>Venetæ factioni Vitellius favebat.</i>	713	<i>Victimarum capitibus vinum infunde-</i>	
<i>Veni, Vidi, Vici.</i>	41.b	<i>tur.</i>	802.a
<i>Venus Capitolina.</i>	392,668	<i>Victima per vias, advenientibus princi-</i>	
<i>Veranus Flaccus.</i>	242.a	<i>pibus, immolabantur.</i>	666.b
<i>Verbena.</i>	427	<i>Victimae praelato titulo in Capitolium</i>	
<i>Vernaculi.</i>	713.b	<i>ducta.</i>	200
<i>Verrus Flaccus in Palatio docuit.</i>	831	<i>Victores in ludis variarum rerum inje-</i>	
<i>Versatilia cornationum laquearia.</i>	598.b	<i>ctione honorabant.</i>	588.a
<i>Vertens annus.</i>	441.b	<i>Victoria ara & imago in curia.</i>	270.a
<i>Vesuvi montis conflagratio.</i>	766	<i>Vienna.</i>	704.a
<i>Vespasia, loci nomen.</i>	723	<i>Villa ad Gallinas.</i>	643
<i>Vespasiani imago in vasis effosis inventa.</i>		<i>Vina qualia diis libare oportuerit?</i>	156.a
	735	<i>Vinariis.</i>	539.a
<i>Vespasius Pollio.</i>	722.b	<i>Vincerent, familiare verbum iratis.</i>	3.a
<i>Vespillones.</i>	808.a	<i>Vincti diebus festis solvebantur.</i>	363.a
<i>Vestales ad athletarum spectaculum à Ne-</i>		<i>Vincta in provinciis succidi Domitianus</i>	
<i>rone invitata.</i>	567	<i>jussit. 786. ejus edicti gratiam fecit.</i>	801
<i>Vestales deprecatrices.</i>	2.b		
<i>Vestalibus Virginibus locus separatim in</i>		<i>Viniciana conjuratio.</i>	609
<i>Theatro datus.</i>	180	<i>Vini dolia picabantur.</i>	500.a
<i>Vestaliom incesta severe à Domitiano</i>		<i>Vini usum Julia ademit Augustus.</i>	208
<i>coërcita.</i>	789.a	<i>Vinius, legatus Galba.</i>	662.700
<i>Vestaliom Virginum sortitio.</i>	153.a	<i>Vinius Philopomen patronum proscriptum</i>	
<i>Veste domestico opere factio summi viri ute-</i>		<i>celat.</i>	144
<i>bantur.</i>	223.b	<i>Vinum à taberna petere, inhonestum.</i>	
<i>Vestem in luctu scindebant.</i>	620.a		539.b
<i>Vestem lacerare, in graviori commotione.</i>		<i>Virgilii Turnum saltaturum se Nero vo-</i>	
		<i>verat.</i>	

I N D E X A N T I Q V I T A T V M,

<i>verat.</i>	638	<i>Vota suscepta scriptis tabulis confirma-</i>	
<i>Virgilius à Cajo reprehensus.</i>	436	<i>bant.</i>	263.a
<i>Virginis honesta vaticinatio de imperio</i>		<i>Votis caput obligare.</i>	389.a
<i>Galbae.</i>	656	<i>Votivi Circenses.</i>	178
<i>Virgines in stadio cursu certantes.</i>	780	<i>Urbanae cohortes.</i>	275.b
<i>Virgines occidi, nefas.</i>	265.a	<i>Urbes passim magnificis operibus Caesar</i>	
<i>Virgines Vestales sub potestate Pont.</i>	95.b	<i>exornat.</i>	31
<i>Viriatini bella causa Ser. Galba.</i>	646.b	<i>Urina Vectigal.</i>	713.a
<i>Viride oleum.</i>	62.a	<i>Urina residuas officinum particulas coquina-</i>	
<i>Virtute praediti tyrannis graves.</i>	655.b	<i>bant.</i>	271
<i>Vir virum legit, unde desumptum ?</i>	161.b	<i>Ursa caelestis.</i>	233
<i>Visceratio.</i>	43.a	<i>Vstricula.</i>	213.a,b
<i>Viscerationi simile quippiam in Italia re-</i>		<i>Vires, quibus flumina tranabant.</i>	68.a
<i>manfit.</i>	ibid.	<i>Vsura supra duplum exigi vetita.</i>	172.b
<i>Vitam suam nonnulli principes scripse-</i>		<i>Vulpium pilum macare, non mores: vox Ve-</i>	
<i>runt.</i>	240.a	<i>spasiani.</i>	744
<i>Vite rationem Equites reddebant.</i>	168	<i>Vultus a facie quid differat ?</i>	231.b
<i>Vitellia dea.</i>	623	<i>Vxorem exigere, qua conditione Romulus</i>	
<i>Vitellia via.</i>	694	<i>permiserit ?</i>	300.b. 301.a
<i>Vitellii hostis sui filiam splendidissime</i>		X.	
<i>Vespasiano maritalit.</i>	742	X <i>Ἀλιγόσωποι.</i>	551.a
<i>Vitem instituire, promiscui juris non</i>		<i>Χαμδονίη.</i>	77.b
<i>fuit.</i>	686.a	<i>Xerxes Hellespontum contabularit.</i>	421
<i>Vitulare.</i>	646.a	<i>Ξηροφασία.</i>	228.b
<i>Vituli marini pellis adversus fulmen va-</i>		<i>Xlistera diu Romanis ignorata.</i>	245.a
<i>lere credebatur.</i>	248.b	<i>Xenia in Saturnalibus.</i>	226.b
<i>Vivere in macello.</i>	29.b	<i>Xenophon.</i>	102
<i>Vltimus Romanorum: à Grecis accepta</i>		<i>Χρηματοποιός ἀπὸς Caesar.</i>	42.a
<i>formula.</i>	364.b	<i>Χρησὺς ποιεῖν, pro interficere.</i>	382.a
<i>Vmbo.</i>	75.b	<i>Χύτρα, genus osculi.</i>	258.b
<i>Vnco trahi.</i>	355.a. 365. 382	<i>Xysticorum certationes.</i>	183
<i>Vnquentorum luxus.</i>	229.a	<i>Xystorum fabrica.</i>	183.a
<i>Vnionem ex aure matris detractum Vi-</i>		Y.	
<i>tellius pigneravit.</i>	701	Y <i>Et V saepe eandem potestatem ac so-</i>	
<i>Vniones absorpti.</i>	440.a	<i>num habuerunt.</i>	354.
<i>Vologesus Parthorum rex.</i>	640, 733, 775	Z.	
<i>Volumen, omnis scilicet maior libri.</i>	66.b	Z <i>Etarii, qui & diatarii.</i>	487.
<i>Voluptari.</i>	449.a	<i>Zacanus & diacanus, idem valent. it</i>	
<i>Vota principia anni pro salute principis</i>			
<i>nuncupabant.</i>	626.b		

C O R R I G E N D A.

P Ag. 53. b. lin. 1. lege: præter Caspium mare, & Caucasum in Scythiam proficis
 p. 57. b. l. 12. pro Idem, Beroald. 64. b. 12. dele, Idem. 109. 6. Cxtaris. 133. b. 14.
 plura appetendo. 151. l. 6. Arimino. 156. a. 12. seditionum. 170. a. 20. Julia gen
 173. l. 8. consuessent. 181. a. 17. inter. 250. a. 20. omnia. 323. a. 8. l. 111. 341. b. 21. Ar
 v. 1. 410. a. 12. ex proximis. 415. b. 12. gallinas. 439. a. 1. l. xix. 537. 1. cocta. 581. a.
 dele ista, Abacum quoque veteres, &c. 603. a. 18. Juliam de maiestate. 738. 10. ve
 stissimum confecit. l. 11. concessis. 740. 3. remaledici. 747. b. 20. tessellæ quadratæ.
 ludant. 748. a. 30. ἐπισήμων τεφάϊς. 751. b. 33. perticæ. 753. a. 10. Per. 755. b. 7. usq
 758. 17. quamquam. 764. b. 6. fictitiis. 766. a. 7. ut non fautor. 787. b. 29. dele
 Cod. Salm. ad stipulatur Cujacio. *Cetera, si qua sunt, benignus lector emendabit.*

F I N I S.

523628



2022

2

523623



